



PRACTICA AVREA, SEV PROCESSVS IVDICIARIVS,

IO. BAPTISTAE ASINII,

IVRISCON. FLORENTINI, COMITISQ. PALATINI, AC EQVITIS AVRATI,

AD STATVTVM FLORENTINVM, De modo procedendi in Ciuilibus, Interpretatio.

Qua totius iudicij praxis luculentissimè tractatur: diligenterq́;, & accuratè: Quid communi, Quidve non solùm Florentino, sed totius Italiæ, necnon etiam aliarum Regionum municipali iure in obeundis iudicijs obseruandum, omittendúmue sit, declaratur.

Ad Serenissimum COSMVM Medicem, Magnum Hetruriæ Ducem.

Quid in hoc opere contineatur, sequens pagina indicat: Cui in calce Operis Index copiosissimus additus est.





Corneli[?] Valiaforni 2



Venetijs, Apud Philippum Iuntam, & Fratres.
M. D. LXXXI.

BREVIS MATERIARVM INDEX.

SERENISSIMO COSMO MEDICI,

MAGNO HETRVRIAE DVCI,

Ioannes Baptista Asinius, S. P. D.



VONIAM nihil est, quod magis optimo, ac potentissimo Principi conueniat, quàm Ciues, & populos à Deo Optimo Maximo sibi commissos, bonis legibus instituere, propterea quòd eorum fragilitatis non secus ac Auriga quidam lora tenere debet, quibus eos ab indomitis, & effrenatis cupiditatibus deflectens, in recta Iustitiæ semita retineat. Cumq; id aliter commodè, ac perfectè fieri non possit, quàm si pro temporis, & morum conditione leges ipsæ varientur, vel immutentur, meritò tu quam primum Reip. Florentinæ Clauum suscepisti, maximis etiam Imperij tui negocijs occupatus, ab eàrum emendatione, ac compilatione, quam tibi proposueras non destitisti: Planè sciebas, vt inquit Philosophus, & docet quotidie vsus, & experientia, leges perpetuas esse non posse, sed ad loca, & tempora accommodatas, quo fit, vt illæ sæpè, quæ in aliqua Regione, quibusdamve temporibus iustæ, æquæ, ac sanctissimæ sunt, in alia eædem si ferantur, ob id quòd ab ea loci qualitate, moribus, vel tempore, aliave de causa differunt, iniustæ, iniquæ, ac prorsus humanæ societati confirmandæ contrariæ sint. Et ideo leges, quæ à Priscis illis sapientissimis, ac prudentissimis legum latoribus scriptæ, ac propositæ fuerunt, pleraque, vt ex Antiquorum Scriptorum monumentis apparet, in desuetudinem abierunt, planè cum particularibus actionibus plerunque imponantur, cum ipsæ mutantur actiones (quid enim est inter mortales, quod sæpe non mutetur?) & ipsas quoque mutari necesse est: præterquam quòd easdem met, quæ in vsu sunt, sæpe aliqua ex parte vel augere, vel amplificare, vel emendare, & quasi intra cancellos quosdam cohibere oportet: prout ipsi legum latores, aliquid, quod comprehendi debebat, omiserunt; vel id, quod minus comprehendi oportuit in eas incluserunt, & ideo videmus complures leges non solum à Græcis, sed etiam à Romanis, & alijs nationibus de regendo Imperio, de administranda Rep. de Magistratibus ineundis, & dimittendis, de exercitibus comparandis, de vectigalibus, de annona, de ambitu, de muneribus, de sumptu, de æris; & alijs huius generis infinitis latas contrario vsu sublatas esse: id, quod cum non minus de iure hoc tuo municipali dicendum videretur: propterea quod si leges omnes, ac statuta huius Ciuitatis percurrantur, quæ quidem ad immensum propè cumulum excreuerunt, magnam eorum partem reperiemus, cuius aliqua temporis, ac morum mutatione prorsus abrogata sunt, aliqua partim in vsu sunt, partim abolita, alia verò vel alijs legibus, ac statutis postea latis, vel varijs tam Iudicum, quàm Consultorum interpretationibus, ita obscura, & perplexa, vt quid respondere oporteat scire difficillimum sit. Quapropter, cum animaduerteres, vti Auriga ad equos intra curriculum retinendos, vt ipsi frenum intelligant in primis curare solet, Principes etiam ad homines intra iusti, & honesti cancellos continendos, leges claras, & apertas populis, ac nationibus suis ferre, ac promulgare debere: propterea quòd, quemadmodum equi, vbi frenum non intelligunt, quid Auriga, vel Sessor ab eis requirat, prorsus ignorant: & ideo sæpe aliter, ac ipse imperet, & impellat, incedunt: ita etiam populi, ac nationes, quibus imperatur, vbi illis leges non mehercule claræ, & apertæ proponuntur, sed dubiæ, & obscuræ, quid illis agendum sit ignorantes, sæpe etiam præter eorum voluntatem in commissum incidunt, & contra leges agunt. Munus ideo hoc optimi, ac præstantissimi Principis, & præsertim tuum, qui iustitiam tantopere amplecteris, ac tueris suscepisti, ureq; optimo post particularium Magistratuum, ac collegiorum, legum, ac statutorum emendationē, & compilationem, ad ius hoc tuum municipale animum adiecisti: illud enim tibi potissimum proposueras, vt non solum omnem delinquendi occasionem sibi omnes esse sublatam sentiant: propterea quòd tunc nemo nisi volens aberrabit; & ideo iure optimo si qua in re deliquerit pœnas dabit, sed Ciues etiam, ac populos tuos à grauissimis impensis liberare. Planè cum omnia clara, & aperta sunt, ad verum tam legum, quàm statutorum sensum perquirendum, magnas, ac graues impensas facere non oportet: & præsertim tenues homines, qui ea de causa sæpè ius suum prosequi deterrentur. Nec sanè fortasse minori decori, & ornamento, inter tot, tamq; præclara, & illustria tua facinora,

nora, quæ alium magis aptum, & dicendi, & scribendi locum requirunt; erit tibi huiusmodi legum, ac statutorum emendatio, ac compilatio, quam olim Diuo Iustiniano sua digestorum extiterit: propterea quòd cum leges à Deo Optimo Maximo originem ducant, qui eas colit, ac tuetur. eius aut Vicarius, aut certè simillimus dici potest; & ideo legumlatores maximo semper in pretio habiti sunt. Græcia enim Lycurgum, Solonem, & Draconem ob id solum, quod leges suis conscripserant, non secus, ac Deos ipsos immortales venerata est. Ego autem, qui hanc tuam voluntatem multo antea animaduerti, sciebamq́ te cum primum aliquid otij nactus esses, eam esse executurum; cœpi ius hoc tuum pro viribus meis interpretari, vt non minus quàm Neapolitanorum, Gallorum, Hispanorum, Germanorum aliarumq́ nationum constitutiones, quas nos quotidie legimus, atque in manibus habemus, si id assequi possem, ornatum prodiret. Quantum igitur homini non mediocriter in quotidianis iuris responsionibus, rebusq́ præterea familiaribus occupato succisiuis horis licuit, in eo interpretando sum versatus. Hoc autem tempore commentarios hos meos ad primum statutum secundi libri de modo procedendi in ciuilibus non ideo sub tuo Magni Hetruriæ Ducis auspicio prodire volui, vt te hoc munusculo accenderem: propterea quòd non me latet te id diu, noctuq́ animo reuoluere, ita vt cum primum temporis occasio se se obtuleris, cum fortasse id tibi memoria excidisse existimabitur, de improuisò, atque insperatò, excellentissimos Iureconsultos, quibus negocium hoc iniungas sis conuocaturus. Ea enim est prudentia tua, vt omnia, quæ animo conceperis, suis temporibus exequaris. Argumento est Archiuum, quod appellant, superioribus mensibus ad fraudes omnes, quæ in publicis monumentis non solum fieri, sed etiam excogitari possent tollendas, tam miro, & eleganti ordine constructum, atque inter magnas de Tabellionum fide altercationes repente excitatum, ita vt antea futuris fraudibus tua prudentia prouisum sit, quàm pendentes lites decisæ, sed quòd amplitudinis, ac magnitudinis tuæ semper cupidissimus, ac studiosissimus fuerim; nec mehercule sine causa. Sentio enim me tibi plurimum debere; tum multis, atque innumerabilibus beneficijs in me collatis; tum quòd olim in Pisano Gymnasio mei ingenij exercendi à te mihi facultas data fuit: Itaque si quidest in me positum, quod ad dignitatem, & amplitudinem tuam pertineat, illud ipsum si omitterem turpè mihi, & ab officio meo, quod liberalitati in me tuæ debeo alienum duxi. Ea enim est mea erga te pietas, & obseruantia, ea dignitatis, ac splendoris tui cupiditas, vt me quiescere ne tantillum quidem patiatur, dum hanc ipsam animi mei propensam voluntatem apud omnes testatam relinquam. Accedit etiam quòd iam diu quasi tuo nomine eos Commentarios pollicitus sum. Cur enim Principis tam iusti, ac sapientis nomine; qui assiduè pro salute, ac tranquillitate suorum Ciuium, ac populorum inuigilas, res tam vtilis, & necessaria promitti non poterat? Accipe igitur Magne Hetruriæ Dux Princeps Optime munusculum hoc eo animo, quo soles alios bonarum literarum, quicunque illi fuerint profitentes amplecti, & præsertim à Ciue tuo tibi officiosissimo, ac deuotissimo suorum studiorum, ac vigiliarum, eiusq́ erga te animi, & obseruantiæ testimonium. Quæ quidem si aliqua ex parte, vt in lucem prodeant, & præsertim sub tanto nomine tibi digna videbuntur, paulo post te volente reliquà, quæ ad aliorum statutorum interpretationem pertinent, in lucem dabuntur, eruntq́ (ni fallor) multo eruditiora, ac politiora, si præsertim aliqua tua liberalitate efficietur, vt eius temporis, quod in aduocationis munere ponendum est, aliquam partem in hoc huiusmodi studio locare possim. Vale.

RERVM AC VERBORVM MAGIS INSIGNIVM INDEX.



B

Confes-

E

Aequi-

eap.

Exem-

INDEX

Expen-

Expen-

I N D E X

Forma

quòd

ferant

Inſtan-

I N D E X

INDEX

Libellus

Minimum

domi

Petitio

probationem

Produci

Sententia

tentia

Statu-

f 2 TEMPORA

FINIS.



CLARISSIMI IVRISCONSVLTI AC SVMMI PRACTICI DO. IOAN. BAPTISTAE ASINII

IVDICIORVM PRAXIS.

RVBRICA DE MODO PROCEDENDI in ciuilibus.

1 *Modus pro forma accipitur, & econtra.*
2 *Statutum quod modum & formam procedendi inducit, an iudicandi modum alterare, uel immutare uideatur.*
3 *Iudicis ordinarij ſi iuriſdictio in iudicando alteretur, ordinarius nihilominus remanet.*
4 *Statutum ordinarium litium & cauſarum, quod directè uel indirectè ius publicum authoritate uel utilitate tollit, non ualet.*



VONIAM ſtatuentes in hoc
ſtatuto formam quandam iudi-
ciariam inducere uoluerunt, me-
ritò Rubricam hanc his uerbis
1 conceperunt, † Planè modus, &
forma idem denotant; & idem
eſt dicere, de modo procedendi
in ciuilibus, quod de forma procedendi in ciuili-
bus, ut inquit Innocent. in cap. dudum, de electio.
& in capit. ſi pro debilitate, de offic. deleg. & in ſua
Margherita in verbo modus, & Pariſ. in conſil. 19.
num. 8. lib. 2. & Hierony. Grat. in conſil. 107. num.
7. volum. ſecundo. Cum igitur Rubr. noſtra uerbis
formam denotantibus concepta ſit, vt quæ deinde
in ſtatuto diſpoſita ſunt formam inducant, & pro
forma obſeruari debeant, neceſſario intelligendum
eſt, vt dixit Felyn. in cap. cum dilecta, in verſ. de for-
mæ obſeruantia, num. 35. extra de reſcript. & latius
infra ſuo loco dicetur. Satis enim ſit, hoc loco verba
Rubr. declaraſſe.

Poteſt hic dubitari, an hoc ſtatutum, quod mo-
2 dum, & formam procedendi inducit, † iudicādi mo
dū alterare, uel immutare uideatur. Et breuiter cō-
cluſiuèque procedendo: non alterare, nec immuta-
re dicendum eſt, ut uoluit Ludouic. Roman. in cōſi.
248. numero 2. auctoritate Barto. in quodam ſuo
conſi. incipiente dubia orientia, ex quæſtione Mar-
tini quod conſi. eſt. 172. numero 8. & ſequitur Dec.
in l. & ſi prætor numero 2. ff. de offic. eius cui mand.
3 eſt iuris. Vnde infertur ſecundum Docto. quòd † ſi
alicuius iudicis ordinarii iuriſdictio in modo pro-
cedendi alteretur; ut puta quia, ut ſummariè, & de
plano procedatur, dictum ſit. Ordinarius nihilomi-
nus in iudicando remanebit, ut uoluit Iaco. Butrig.
quem refert Pau. Caſtren. in d. l. etſi Prætor, nume.
2. & Iaſo. ibidem numero 3. ea potiſsimum ratione,
quòd limitata cauſa limitatum producit effectum.
l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. & l. age. C. de trā
ſactio. cum ſimil. Sed in hoc, & ſimili ſtatuto limita-
ta eſt cauſa procedendi: meritò ad cauſam, & ratio-
nem iudicandi trahi non debet. Idem quoque firma
uit idem Caſtrenſ. in l. qui procuratorem. in princi.
numero 9. in fin. ff. de procurat. & Bald. ſibi contra-
rius, ut infra dicetur in d. l. qui procuratorem, in pri
ma lectura in princip. colum. ult. uerſicu. & faciunt
hæc ad quęſtionem ſtatuto Bononienſium, ubi te-
net opinionem Iacob. Butrig. quam ſe ex libro ma-
nu propria Barto. habuiſſe teſtatur. Præterea ean-
dem opinionem ſequitur Alberic. in eadem. l. qui
procuratorem, numero 3. ff. de procurato. & Ange.
Peruſi. ibidem in uerſicu. & ex prædictis arguit Ia-
cob. Et licet Paul. Caſtren. referat Bald. eam opinio-
nem Butrigarii reprobantem audiuiſſe: prout con
tra eum ibidem Bald. ſibi contrarius tenet in addi-
tio. ad ſpeculato. in tit. de leg. §. finitur autē. in addi-

tio: incipiente legatus est ordinarius: cuius opinionē sequitur Dec. emulationis potiusquam ueritatis indagandæ causam in d.l. & si prætor nu. 2. Attamen à præcedenti opinione, tanquam ueriori, & magis cōmuni: non esse recedendum arbitror. Quoniam hoc statutum; cum modum & formam litibus, & causis imponat, & ordinatorium iudicii à Doctor. nostris appellari soleat; ius publicum in multis, ut infra latius suo loco ostendemus; tollit & emendat: iō, illud animaduertendum est (& tunc cum ad ea loca peruenerimus adnotabimus) auctoritate & utilitate, ad ius publicū: quæ emendantur & tolluntur nō pertinere, qn̄ quidem tunc statutum hoc nostrum nō subsisteret. Nam, ut inquiunt Doc. † statutum quod ordinem litium, & causarum inducit, & directè, uel indirectè ius publicū auctoritate, uel utilitate tollit, non subsistit. Ratio autem est, quia utilitas publica priuatæ utilitati præferenda est. §. quàobrem in Authen. de restitutio. & ea quæ parit in sept. men. & in l. unica circa fi. C. de cad. tol. Hanc conclusionem firmauit gl. in l. neque pignus in uer. priuatorum. ff. de reg. iur. quam sequitur Io. And. in c. fi. col. 3. de consuetu. & Bar. in l. omnes populi in 3. quæst. prin. ff. de iust. & iur. & And. de Isern. super proem. consti. reg. in §. secundo casu nu. 13. & post eum Matth. Afflict. ibidem in præludiis lib. 1. quæst. 12. nu. 11. cum seq. exempla aut huius conclusionis, quoniam multa ponit Afflic. in loco prædicto, ne ea quæ ipse refert, hic transcribamus & proliziores quàm à nobis proposi tum sit, ob id euadamus: ad eū locū nos referimus.

Statuimus quòd tempora causarum ciuilium, & mixtarum quarumcunque: sint & esse intelligātur sexaginta dierum vtilium.

1 *Causa pluribus modis accipitur.*
2 *Causa conditionem denotat.*
3 *Causa pro contractu accipitur.*
4 *Causa titulum denotat, & actio sæpe appellatur.*
5 *Causa pro ratione statu & conditione exponitur.*
6 *Causa pro partibus usurpatur.*
7 *Causa quandoque pro facto obligatorio, uel alio iure, quod in iudicio proponitur accipitur.*
8 *Causidici unde dicti.*
9 *Causa pro controuersia iudiciali, & exercitio litis accipitur.*
10 *Causa an dicatur post litem contestatam, uel antea, & post.*
11 *Lis an dicatur post contestationem tantum, uel etiam antea.*
12 *Lis actionem quandoque denotat aliquando instantiam.*
13 *Discordiam ante litis contestationem etiam dicimus.*
14 *Controuersia etiam dicitur ante litis contestationem.*
15 *Quæstio an dicatur post litis contestationem.*
16 *Causæ aduocati si statuto ita disponente ut cum abest reipublicæ causa suspendantur, an causæ cœptæ, & non contestata an uero post litis contestationem tantum, comprehendantur.*
17 *Præuentioni locus est, & quomodo inducatur.*
18 *Statutum quòd officiales mercantiæ cognitionem tantum non habeant quæ motæ fuerunt in curia alicuius officialis, & cuius scriptum apparet, de quib. causis intelligatur.*
19 *Fideiussor promittens si actor in causa succumbat expensas restituere, de qua causa fideiussisse intelligatur.*
20 *Causam quando quis amisisse non dicatur.*
21 *Statutum Florentinum antiquum de cogendo ad compromittendum.*
22 *Statutum quòd causa compromittatur quæ pendet nō habet locum quandò agitur de incompetentia, quia non dicitur pendere.*
23 *Statutum quod causæ non possint compromitti in iudicem potestatis non habet locum si lis non sit adhuc cōtestata.*
24 *Compromissum in iudicem tanquam in arbitratorem fieri potest.*
25 *Statutum quo cauetur, quòd rector coram quo quæstio mota est inter attinentes, cogat eos ad compromittendum, non procedit quæstione non dum contestata.*
26 *Statuentes quare causarum tēpora non litis, uel quæstionis dixerint.*

CVm inquit hic statuētes: tēpora causarū &c. Anteq̄ ultra progrediamur, ꝓ clariori declaratione eorum quæ dicenda sunt has esse in iure dictiones: & eas quidem satis inter se differentes, animaduertendū arbitror; cām uidelicet, litem, q̄onē,
1 controuersiam, & discordiā; Cōt̄igitur, vt sigillatim unamquaque declaremus; in iure nostro causa pluribus modis accipi solet: vt refert Aegidius Bellamera in c. causa nu. 7. extra de in integ. rest. Aliqn̄ enim
2 cōditionem † denotat ut testari uidetur Pomponius in l. huiusmodi legatum. ff. quan. dies legat. uel fidei. ced. Dum inquit, legatum sub illis uerbis: siue illud factum fuerit, siue non fuerit, do lego; ad heredē nō transire, nisi alteruter casus uiuo legatario extiterit; Propterea q̄ cā ex qua debet, sp̄ præcedere debet;
3 Aliqn̄ uero † contractum continet, ut ex uerbis eiusdem Pomponii. in l. j. ff. solu. mat. apparet. Planè cū dum ipse inquit dotis cā sp̄ & ubiq; pręcipua est, exponit ex quorūdam snia accursius; id est cōtractus; id quod vr̄ comprobare Imperator in §. si res instit.
4 de leg. ibi ex cā emptionis; ubi & pro titulo † ēt exponi consueuit. Sæpe ēt actionem cām appellant, & iō dixit Accursius in d. l. j. ff. sol. mat. dotis cā id est actio Ob idq; dr̄, ut ipse ait, & cæteri uidentur comprobare, cā causata li. C. per quas perso. nob. acquir. Non-
5 nunquā præterea causam † id est rōnem exponimus. Interdum statum uel conditionem unde Cicero in uerrem actio. 7. Quia pertinuerat adolescens, quòd eandem suam causam uidebat esse, quam illorum, qui innocentes peribant: Idem pro Marcello: uehementer angebar, cum uiderem uirum talem, qui in eadem causa, in qua ego fuissem, non in eadem esse fortuna. Idem de finibus: Morte qui affecti sunt in eadem cā sunt, qua ante quam nati. Ibidem: Negant Platonem si sapiens nō sit, eadem esse in causa, qua Dionisium

6 Dioniſium Tyrannum;Itidem & pro partibus† uſur
patur,Nam cauſam alicuius ſequi intelligimur,cum
illi ſtudemus;ideſt illius ſequimur partes, uel ab eo
ſtamus Cicero in familiaribus. Frequens enim fue-
rat nobiſcum:atque etiam diutius in cauſa eſt, quá
nos commoratus; ideſt diutius ſequutus eſt partes
Pompeianas,At proprius ad ſtatutum noſtrū acce-
dendo:ut inquit Bal.in conſi.106.nu.2.uolu.ſecun
7 do cauſa† quandoque pro facto obligatorio,uel alio
iure,quod in iudicio proponitur,latiori quadam,&
minus propria ſignificatione, accipitur l. prima, &
ibi gloſſ.C.per quas perſo. nob. acquir. & l. cauſas.
C. de tranſact.& in Rubri.& nigro.C.ne lice. una ea
demque cauſ.& C.ubi cauſ.fiſca.& per totum; & no
tatur in l.prima, C. de ſport. & in l. in cauſis. C. de
accuſat.comprobat Summus Pontifex in cap.forus,
ibi cauſa: extra de uerborum ſignification. Nec ab
hac interpretatione recedunt, bonarum literarum
profeſſores, qui plerunque pro tota controuerſia,
& negocio uſurpare ſolent. Vnde Cicero lib. 1. De
Oratore:Potes igitur inquit Craſſus (vt alia omittá,
quæ ſunt innumerabilia, & immenſa: & ad ipſum
tuum ius ciuile veniam) oratores putare eos, quos
multas horas expectauit,cum in campum propera-
ret,& ridens & ſtomachans Sceuola: cum Hypſæus
maxima uoce plurimis uerbis à M. Craſſo prætore
contenderet,ut ei quem defenderat,cauſa cadere li-
ceret. Cn.autem Octauius homo conſul.non minus
longa oratione recuſaret,ne aduerſarius cauſa cade-
ret. Idem Cicero paulo infra ait:Quid cum P.Sceuo
læ frater eſſet, ſolitus eſt ei per ſæpe dicere, Neque
illum in iure ciuili ſatis illi ſatisfacere poſſe, niſi di-
cendi copiam aſſumpſiſſet: Quod quidem hic, qui
mecum conſul fuit, filius eius, eſt conſequutus, ne
que ſe antè cauſas amicorum tractare, atque agere
cepiſſe: quam ius ciuile didiciſſet. Item paulo in-
fra. Nam volitare in foro,hærere in iure ac Præto-
rum tribunalibus,judicia priuata magnarum rerum
obire,in quibus ſæpe non de facto, ſed de equitate
ac iure certetur,iactare ſe in cauſis centum uiralibus
in quib.uſucapionū,Tutelarum,Gentilitatū, Agna-
tionum, alluuionū, circūluuionū, noxorum,manci-
piorū,parietum luminum ſtilli cidiorum, teſtamen-
torum ruptorum aut ratorum, cæterarumque re-
rum innumerabilium iura uerſantur. De centum
uiralibus præterea cauſis meminit etiam Plinius iu-
nior libr. 2. epiſtolarum, epiſtola incipiente uerum
opinionis.

Eſt itaque ita frequēs huiuſmodi dictio apud bo
narum literarum profeſſores,ut paſſim reperiamus
cauſam accipere,cauſam orare,cauſam remittere ad
8 ſenatum,cauſam obtinere, & buius generis in fini-
ta & ideo† cauſidici dicti ſunt, qui in cauſis uerſan-
tur vnde Columella in præfactione primi libri in-
quit. Nam ſine Ludicris artibus, atque etiam ſine
cáuſidicis,olim ſatis felices fuere,futuræque ſunt ur-
bes. At ſine agricultoribus,nec conſiſtere mortales
nec ali poſſe manifeſtū eſt Cicero lib.primo,de Ora-
tore.100.Non enim cauſidicum neſcio quem, neq;
proclamatorem,Martialis libr.4.8. Raucus cauſidi-
cus:& lib.14.225.Pauper cauſidicus. Cicero in ora-
tione.16.Qui lyſiam ſequuntur, cauſidicum ſequū-
tur,non illum quidem amplum atque grandem,ſub
tilem & elegantem tamen, & qui in forenſibus cau-
ſis poſſit præclare conſiſtere. Item Iuuenalis ſatira.
10.13.Nec unquam.

Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli, Quan-
doque verò vt inquit Bal.in dicto conſil. 106.nu.2.
uol.2.cauſa magis ſtrictè & propriè pro controuer-
9 ſia† iudiciali,ſeu exercitio litis accipitur, & exponi-
tur cauſa ideſt inſtantia iudicij,non à cauſa principa
li;ſed proprie loquendo cauſa finita appellatur;quá
do prorſus lis completa & ſopita eſt.l.poſtquam liti;
ibi cauſam finitam. C. de pact. & l.in fraudem.§.ne-
que in uerbo cauſa cadat.ff.de iure fiſci: Ob has ita-
que uarias cauſæ interpretationes, dubitarunt anti-
quiores iureconſulti, & eorum altercatio in hanc uſ
10 que diem,quaſi per manus tradita eſt,an cauſa† poſt
litem conteſtatam uel antea etiam diceretur. Qua
in re Accurſius in l.cauſas & lites. C.de tranſactio.vt
cauſa poſt litem conteſtatam tantum lis: uerò antè
diceretur arbitratus eſt, cuius opinionem ſequuti
ſunt ibi Iacob Butrig. & Bald. At Barto. in dicta l.
cauſas & lites:opinionem Accurſij & aliorum ſequa
cium non probauit,Imo è diametro aduerſatur,aſſe
rens cauſam antè & poſt litem conteſtatam, litem
11 † uerò poſt tantummodo appellari; ob id quod cau
ſæ generale nomen ſit,lis uerò magis ſpeciale: & hác
ſuam ſententiam & opinionem expreſsè probari in-
quit in Autben.qui ſemel.C.quomo.& quando iud.
& in c. ex parte ueſtra de uerborum ſignific. Quam
ſequuti ſunt Roma.in conſilio 412. nume. 8. & Flo-
ria.in l.1.ff.de teſtam.& Angel.conſil.195.nume.ſe-
cundo, & Lanfra.de Orian.in tracta. de Arbit.in vlt.
part.quæſt.12.nume.27.& Caſtren.in dicta l.cauſas
& lites num.3.ubi etiam Riminaldus & Iaſ.num.15.
At Alciatus in l. litis nu. 1.ff.de uerb.ſignific.quate-
nus ad litem pertinet,Bartoli & aliorum opinionem
amplectitur,quoties ſubiecta hoc fert argumēti ra-
tio,vt pro inſtantia cauſæ lis accipiatur.l.poſtquam.
C.de pact. Alioquin propriè etiam ante iudicium ac
ceptum litem eſſe:Iureconſultus in dicta.l. litis oſtē
dit.Qui actionē ſiue in rē ſiue in perſoná ſit, ſignifica
ri ait. Nam & cum litem conteſtatam eſſe dici-
mus,uerbo indicant,quando adhuc conteſtata non
erat nihilominus litē fuiſſe: eandem ſententiá refert
Alciatus Cor.Frontonem approbare; Dum litem in
quit naſci.Pertinaciam vero controuerſiam efficere
Videtur itaque extra iudicium litem dici, ut voluit
Abb.in dicto c.ex parte extra de uerbo.ſignifi.Quod
& Nonius Marcellus ferè ſentit,nec alii diſſentiunt.
Hinc illa inſcripto inquit Alciatus Hei uxor etiam
mortua litigas?comprobat hanc ſententiam Alciati
text.in l.ſiquando & in Authen.quod fieri.C.de dila
tio.& facit text.in l.fi.§.illud.C.de tempo.appel.& ſi
adſerat Riminaldus in d.l.cauſas & lites nume.ſecun
do,id impropria litis appellatione contineri & ideo
12 dicimus quod† lis aliquando actionem denotat.l.li-
tis nomen.ff.de uerb.ſignific.Aliquando inſtantiam.
l.properandum in prin.C.de iudic.& l.nulla de pro-
cura. Videtur igitur concludendum ex prędictis litē
etiam quandoque antè conteſtationem, licet minus
13 propriè appellari. Prout etiam de diſcordia † & con-
trouerſia inquit Lanfra. de Orian. in d. tract. de ar-

bitr.in ult.parte.quæst. 12. nu. 28. Dicitur enim di-
14 scordia seu controuersia † etiam antè litem conte-
statam vt est glo.not.in d. c. exparte vestra de verb.
signifi.& in c.Pisanus circa princ.de restit. spoliat.&
& scribit vt inquit Alciatus in loco supra adducto
15 Fortunatianus. Fuit præterea etiam de † quæstio
ne dubitatum an post litis contestationem dicatur,
& Romanus in dicto consilio 412. nume. 8. post li-
tis contestationem dici arbitratus est, ut uoluisse in-
quit gloss.in l. prima, C. de præscriptio. longi.tem-
po.& in l.tertia, C.fin.regun. & in l.qui fidem. ff. de
transactio.& in l. Lucins. §.tres hæredes.ff.ad trebel.
& plenè inquit notari per Barto.in l.amplius non pe
tit.ff. rem ratam haberi. Contrariam uerò opinio
nem tenet Paul.Castren. in consilio 303. gloss.iuris
ciuilis numero primo, nolumine secundo, per ea quę
voluit gloss. in dicta l. Lucins. §. tres hæredes. ff. ad
trebellia. & in l.non solum. §. si status controuersia.
ff. de procura. & tenet Alciat. in l. si tibi. C. de liber.
caus. Propter huiusmodi doctorum controuersiam
Barto.in dicta l.amplius non petitum. ff. rem ratam
haberi: federe distinctionis has contrarias opinio-
nes concordare conatur, Aut enim inquit ipse
verbum hoc quæstio, profertur a lege: aut ab homi-
ne; Planè si à lege proferatur, & tunc inquit quæstiō-
nem post litem contestatam intelligendam esse; &
ita loqui text. & gloss.in d.l.2.& 3.C. fin. regun. Aut
verò ab homine, & tunc tam antè quam post litis
contestationem locum sibi uendicare: ut loquitur
glo.in l.qui fidem.ff. de transactio. Hanc distinctio
nem sequuti sunt Raphal.Cumanus in cōsi. 17.num.
2.& Socin.Senior in consil.244.nu.13.uol. secundo.
Quicquid antem dicatur arbitror ego cum Alciato
id omne a subiecta materia, & intentione exprimen
tium pendere; prout ex ijs, quæ in specie sæpe con-
tingunt facile percipi potest. Prout ex infra dicendis
ad pratticam inferendo declaratur. Primo igitur,
ponamus quòd extet statutum in aliqua ciuitate;
quo dispositum sit, ut si aduocatos publicæ lega-
16 tionis causa abesse contigerit, eorum causę † suspen
dantur; Planè inquis Barto. in d. l. causas lites. C.
de transactio. si gloss. opinionem sequamur, & alio-
rum, qui uolunt causam post litis tantum contesta-
tionem appellari, illæ causæ non suspendentur: quæ
tempore discessus aduocatorum contestatæ non
erunt, propterea quod statutum in omni causa; quæ
erit post litem contestatam, intelligendum est. At
secundum opinionem Barto.& aliorum, quæ ut su-
pra ostendimus, frequētior, & magis communis est;
in qualibet causa, etiam quòd lis non sit contestata
supersedendum erit. ut voluit etiam Castr.in consil.
303.nu.1.uol.2. Infertur etiam commodè ad ea, quę
tradit Roma.in consil.412.nu. 8. & quotidie in hac
nostra ciuitate accidere potest; planè cū ad sint hic
quàm plures magistratus, qui iurisdictionem in
solidum habent; ita tamen ut inter illos præuentio-
ni locus sit l.1.ff.de offic.cons.quæ quidem præuen-
17 tio; per citationis actum introducitur. l. si quis po-
stea.ff.de iudic.& firmant communiter Doct.& ma-
ximè Bal.in l.si pluribus.ff.de leg.1.& in l.si pluribus
ff.de procura. & tradit Ioann.Andre.in c. 1. in nouel
la de oblig. ad ratioci. nec per libelli porrectionem
introducitur. l.prima, & ibi gloss.& l.libertus: aduer
sus.ff.de in ius uoca. potest sæpe accidere ut an pre-
uentum sit, nec ne disputetur. Exempli gratia ut in
18 quit Roma eo in loco extat † statutum alicubi ut
officiales mercantiæ causæ uel quæstionis cognitio
nem non habeant; quæ motę fuerint in curia alicuius
officialis, & cuius scriptum apparet; Retenta enim
communi opinione etiam quòd lis non fuerit con-
testata, dummodo mota sit, & de eius scriptura ap-
pareat, locus eris preuentioni & officiales mercantię
ab eius cognitione excludentur; Pertinet etiam ad
rem nostram illud quod dixit Bald. in consilio 106.
19 uolum.2.ubi in specie ponit quempiam † pro acto-
re si in causa succumberet, expensas restituere, fide
iubendo promisisse. unde cum iudex instantiam per
emptam protulisset, ipsumq; actorē in expensis con
dēnasset; quæsitum fuit; an fideiussor ille teneretur;
& difficultas in eo consistere uidetur, an actor cau-
sam amiserit; Id quod ut supra retulimus, & decla-
rat Bald.in dicto consi.106. uol. 2. ab interpretatio-
ne illius ditionis causa dependet; Equidem si causam
pro facto, & obligatione, uel alio iure, quod in iudi-
20 cio proponitur, accipiamus, † actor causam amisis-
se non uidetur, ex quo dubium non est, eam rursus
moueri posse. l. & post ædictum. §. circunducto iu-
dic.& not.in l.arbitrio... dolo cuius. ff. de dolo; &
& manifestè ex eo apparet, quod talis interlocutoria
postquam aliud iudicium speratur, exceptionem rei
iudicatæ non parit; & ex consequenti causam non de
finit. l.properandum. C.de iudic.& l. fin. C. ut intr.
certum petatur, crim. quæstio. diri. Vnde quòd fi-
deiussor non teneatur dicendum erit. Si verò alio
modo causam pro controuersia iudiciali, seu exerci-
tio litis; capiamus, contrarium dicendum erit. ob id
quod qui perdit exercititium, id est instantiam cau-
sam perdidisse dicitur; ex quo instantia tunc causa di
ci potest. dicta l.properandum. §. fin. ibi à causa ceci-
derit. C.de iudic. Verum in hac specie cum fideiussio
sit stricti iuris, & uerba propriè intelligi debeant;
constat fideiussorem in eo casu, in quo actor non suc
cubuit in causa principali sed emergenti, super in
stantia non fideiussisse; quia ubi agimus de causa nō
respectu ordinis seu formæ, sed exitus controuersiæ
de principali causa intelligendum est. l. generaliter
post principium in uerbo causa uel capitulum deci-
datur. C.de reb.credi.& in l.terminato in uerbo ui-
ctori causæ. C.de fruct.& lit expens. Non modicum
etiam facit id, quod inquit Angel.in consil. 195.nu.
21 2.dum infert ad statutum † communis Florentię An
ni 1338. quo cautum erat, ut Domini dictæ liber-
tatis, nullusve alius officialis ciuis, uel forensis,
ciuitatis uel districtus Florentiæ, cogat uel cogi fa-
ciat aliquem ad compromittendum in genere, uel
in specie, de re aliqua de qua penderet causa; & con-
cludit, ut causa non dicatur pendere quando obiici-
tur incompetentia iudicis; quia lis contestata non est
quo fit secundum prædicta, ut ex quo lis post litem
22 contestatam intelligitur † statutum ante litis conte-
stationem locum non habeat; Non est etiam (ni fal-
lor) hoc loco prætermittendum illud, quod decidis
Castrēsis in dicto consilio 303. num. 2. uol. 2. ad statu
tū inferens quo cauetur, quòd in causis privatorum,
in

in Iudicem domini Poteſtatis cõpromiſſum fieri nõ
poſsit;quandoquidem tunc ſi cauſa aliquo modo eſ
23 ſet mota,lis tamen nondum conteſtata,†ſtatutũ lo-
cum habere poſſet. Attamen quia in caſu de quo lo-
quitur Caſtrenſis,libellus porrectus non erat;nec fa
cta citatio;compromiſſum non in cauſa priuatorũ,
ſed in quæſtione controuerſia, vel differentia, quæ
ſunt penitus diuerſæ factum intelligitur, & ideo ut
verbis ſtatuti contrauentũ ſit dici non põt.l.4.§. to-
ties. ff.de damno infect. & l. hos accuſare.§. omnib.
ff.de accuſa.& l.j.§.loquitur.ff.de aqua quoti.& æſti.
& l.adigere.§.quamuis.ff. de iure patr. Debemus.n.
inquit Caſtrenſis in his merè poſitiuis;& iuri commu-
ni repugnantibus,verbis tãtum ſtatuti deſeruire.l.j.
§.ſi is qui nauem.ff.de exerci.& l.ſi verò.§. de uiro.ff.
ſol.mat.& l.illam.C.de collatio.& l.ſi cum dotem in
24 prin.ff.ſol.mat. Vnde cum de iure communi†in iudi
cem ordinarium compromiſſum fieri poſsit tanquã
in arbitratorem.l. ſed & ſi ſeruus.§.ſi quis iudex.ff.de
arbit.iuncta.l.j.§.& poſt operis cum ibi no.per gl. &
Doc. ff.de ope.no.nunc.de huiuſmodi compromiſ-
ſorum ſtatuto loquitur etiam Lanfrã.de Orian.in d.
tractat.de arbit.in ultima parte quæſt.12. num.26.
Idem ſequitur Raph. Cuma.in conſi.17.nu.2.dum
inquit,verbum quæſtio à ſtatuto prolatum, de lite
conteſtata intelligendum eſſe;ob id quod, ut ſupra
vidimus ex quo à.l.non ab homine proferatur, poſt
litis conteſtationem locum obtinet,& ideo ad ſtatu
25 tum † inferens,quo cauetur, quòd ſi quæſtio uertat
inter attinentes, rector coram quo mota ſeu cepta
fuerit,cogat partes ad compromittendum; illud nõ
procedere vbi lis conteſtata non ſit.His ſic ad practi
cam redactis, videamus quare potius ſtatuentes tẽ-
pora cauſarum, quam litium quæſtionum contro-
uerſiarum aut iudiciorũ dixerint;cuius rei & ſi ratio
nem reddere quam difficillimum ſit; quandoquidẽ
non omnium quæ à maiorib.noſtris conſtituta ſunt
ratio reddi poteſt,vt inquit iure conſultus Iulianus
in l.non omnium.ff.de legi. Arbitror tamen à ſtatuẽ
26 tibus † altera harum rationum factum eſſe. Vel qđ
frequentior: ſit apud nos illa dictio. Soleamusque
cauſas lites omnes, & controuerſias appellare; Id
quod & apud bonarum literarum profeſſores, ut
oſtendimus uſurpatum eſt, & ideo cum non ſolum
materno noſtro ſermone,ſed etiam latino frequens
ſit talis elocutio. Merito ad credendum, ut hac de
cauſa ita loquuti ſint ſtatuentes:facilè adduci poſſu
mus. Vel quòd latior dictio ſit, & generatim ſuapte
natura omnes actus,tam extra iudicium,quam in iu
dicio amplectatur. propterea quòd, licet lis antè li-
tem conteſtatam:prout etiam cauſa dici poſsit,mul
to tamen latior cauſa eſt quam lis. & ideo dicitur in
d.c.forus extra de uerborum ſignifica. cauſam à ca-
ſu,quo uenit dictam eſſe. Eſt enim materia,& origo
negotii nondum diſcuſsionis examine patefacta. Li-
tes autem quæſtiones, & iudicia; cauſam tanquam
præcedentem habent. Cum igitur uellent ſtatuen-
tes hoc loco inſtantiam ponere; ut omnia amplecte
rentur;quæ diſcuſsionem aliquam exigerent, ea la-
tiore dictione vſi ſunt licet vt dicitur in d.cap.forus,
magis ſtrictè aliquando cauſa, dum diſcutitur iudi-
cium,& dum finitur inſtantia dicatur.

1 *Tempora cauſarum pro inſtantia accipiuntur.*
2 *Homines à principio uagabantur.*
3 *Homines quando & quomodo ſimul habitare ce-*
perunt.
4 *Reges quando creati.*
5 *Reges boni quis*
6 *Arbitria Principum pro legibus.*
7 *Manu regia omnia ab initio regebantur.*
8 *Animaduerſio antiqua.*
9 *Appii Claudii libido.*
10 *Puellæ ad ludos literarios in forum ibant.*
11 *Manus regia quid eſſet.*
12 *Manus pro poteſtate accipiebatur.*
13 *Manumiſſio quid ſit.*
14 *Dominorum in ſeruos poteſtatem.*
15 *Emancipatio quid ſit & unde dicta.*
16 *Parentum in filios poteſtas.*
17 *Patribus filios ſuos uendere permiſſum.*
18 *Dioniſii alicarnaſſei lapſus.*
19 *Emancipatio antiqua.*
20 *Parentes filios occidere poterant.*
21 *Pater etiam hodie filios in ſumma fame uendere,&*
obligare poteſt.
22 *Pater qui filium uendidit ſi ad pinguiorem fortunam*
reuertatur filium redimere cogitur.
23 *Filius clericus a patre uendi non poteſt.*
24 *Princeps eſt ſolutus legibus.*

DE INSTANTIIS CAP. II.

TEmpora cauſarum pro inſtantia accipiunt hic
1 ſtatuentes.† Quo dicendi genere vſus eſt etiã
Vlpianus in l.2.§.ſed & iudex.ff.de iudic.cum ait.
Sed & iudex ad tempus datus, & omnes litigatores
conſentiant (niſi principali iuſsione ſpecialiter pro-
rogatio fuerit inhibita) poſſunt tempora intra quæ
iuſſus eſt litem dirimere, prorogari. Quoniam autẽ
de cauſarum inſtantia ſunt hoc loco nõnulla pertra-
ctanda,merito facilioris doctrinæ cauſa, altius rem
repetere per quàm opportunum arbitror. Ad rẽ ita
que ipſam redeundo: Illud imprimis, quod ego fu-
ſius retuli in l.2.§.ſed hic ſermo.ff.de relig.& ſump.
2 fune.præmittendum eſt;† Homines uidelicet ab ini-
tio vagaſſe,& deinde in unum conueniſſe, ſimulque
diſtributis regionibus, agris terminis impoſitis, vi-
ciſque & oppidis urbibusue conſtitutis habitare cæ
3 piſſe. At cum animaduerterent,ſe non eſſe diu in cõ
munione permanſuros,niſi aliquos eligerent, qui ſu
prema poteſtate aliorum immenſas uoluptates, in-
genteſque cupiditates comprimerent, ac coercerẽt
4 bonoſque à malorum inſolentia defenderent, † Re-
ges quoſdam inſtituerunt in eoſque Ius,& poteſta-
tem omnem tranſtulerunt, vt inquit Ariſtoteles li-
bro j.capite primo politicorũ dum inquit. Quapro-
pter primo ſub regibus erant nunc verò etiam gen-
tes:nam ex iis quæ ſub erant regno,proceſſerũt,om-
nis.n.domus regitur à ſeniore, vnde & pagi inde p-
pagati propter conſanguinitatẽ,& hoc eſt, quod in
quit Homerus,iura dant ſinguli natis & vxorib.ſpar
ſim:nãq; & ſic antiquitus habitabãt, & deos ob hoc
ipſum putãt cũcti regem hr̃e, qm̃ & ipſi partim nũc

partim antiquitus sub regibus degebant. Hi autem
cum leges adhuc non tulissent, quibus lites & cõtro
uersias dirimerent, omnia ex suo arbitrio decidebãt
vnde Iustinus in principio libri primi suæ historię in
quit Principio rerum gentinm nationnmque impe
5 rium penes† Reges erat, quos ad fastigiũ huius ma-
iestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter
bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legi-
6 bns tenebatur,† Arbitria principiũ pro legibus erãt
fines imperij tueri magis quã proferre mosérat. In-
tra suam cuique patriam regna finiebantur; Attesta
tur hoc idem Salustius in procemio coniurationis
Catilinæ. Et ideo Pomponius in l.2.ff. de origine iu
ris inquit; & quidem initio ciuitatis nostræ Popu-
lus sine certa lege, sine certo Iure primum agere in-
7 stituit, omniaque manu regis† gubernabãtur. Fnisse
autem ab initio Reges, retulit etiam Rober. Marãt
in suo tracta. speculi aurei. seu luminis aduocatorũ
in tertia part. principali num. 11. per ea quę declarat
Bal. in tracta. scismatis in 10. col. & Andreas de Iser-
nia in Rubr. Quæ sint regalia: colu. 2. in prin. & pro-
bat tex. in l.2. §. quid ad magistratus. ff. de orig. iur.
& quòd eo tempore reges omnia suo arbitrio admi-
nistrarent, potest qnibusdam exemplis declarari; &
primo dum Dionisius Alicarnasseus lib. 2. Antiqui.
Roma. ait. Iniuriarum autem inter eos non dintur-
na iudicia, sed subitanea faciebat, quædam ipse diiu-
dicans alia alijs permittens. Proque delicti magni-
tudine pœnam statuens, metum quoqne posse preci
puè animaduertens a malis operibus auertere, in eã
rem, & ipse multa comparauit; locum ipsum in quo
damnabat, inspectatissima fori parte, & terribiles
aspectu milites, qui tercenti numero eum sequeban
tur, fasces etiam & secures, quas duodecim ferebant
uiri, quibus quidem eos, qui uerberibus digna egis-
8 sent, uirgis cędebant in foro, † Eorum uerò qui ma-
xima delicta perpetrassent, colla palam securibus
decidebant. Hæc autem potestas ad alios etiam ma-
gistratus, quousque ordo iudiciarius lege uel consue
tudine introduceretur, quasi per manus propagata
est. Quod quidem ostẽdit Liuius libro tertio Deca.
primæ de Appio Claudio vno ex decem uiris uerba
9 faciens: † Appium Claudium inquit ipse Virginis
plebeiæ stuprandæ libido cæpit. Patèr Virginis.
Virginius honestum ordinẽ in Algido ducebat, uir
exempli recti domi militieque: perinde nxor institu-
ta fuerat, liberique instituebantur. Desponderant
filiam L. Icilio tribunitio, uiro acri, & pro causa ple-
bis expertæ uirtutis, hanc virginem adultam forma
excellentem Appius amore ardens precio ac spe pel
licere adortus, postquã omnia pudore septa animad
uerterat ad crudelem, superbamque uim animum
conuertit, Marco Claudio clienti negocium dedit,
vt virginem in seruitutem assereret: neque cederet,
secundum libertatem postulantibus vindicias, quòd
10 pater puellæ abesset locũ iniuriæ esse ratus, † Virgi-
ni uenienti in forum (ibi namque in tabernis litera-
rum ludi erant) minister decemuiri manum iniecit,
serua sua natam, seruamque appellans esse, sequique
se iubebat, cũctantem ui abstracturum. Pauida Puel
la stupente ad clamorem nutricis, fidem Quiritium
implorantis, fit cõcursus Virginij Patris sponsique

Icilij populare nomen celebratur, notos gratia eorum, turbam indignitas rei uirgini conciliat. Iam à vi tuta erat, cum assertor nihil opus esse multitudine concitata ait: se iure grassari, non vi: vocat puellam in ius, auctoribus qui aderant, ut sequeretur; ad tribunal Appij peruentum est. Notam iudici fabulam petitor, quippe apud ipsum auctorem argumẽti per agit. Puellam domi suæ natam, furtoque inde in domum Virginij translatam, suppositam ei esse: id se indicio compertum afferre: probaturumque uel ipso Virginio iudice: ad quem maior pars iniuriæ eius pertineat, interim dominum sequi Ancillam ęquum esse. Aduocati puellę: cum Virginium Reipublicæ causa dixissent abesse, biduo affuturum, si nunciatũ illi sit, iniquũ esse absentem de liberis dimicare: postulant ut rem integram in patris aduentum differat lege ab ipso lata uindicias det secundum libertatem neu patiatur virginem adultam famę priusquã libertatis periculum adire. Appius decreto præfatus, quã libertati fauerit eam ipsam legem declarare, quã virginij amici postulationi suæ prætendant. Cæterum ita in ea firmum libertati fore præsidium, si nec causis, nec personis uariet, In his enim qui asserantur in libertatem: quia quiuis lege agere possit, id Iuris esset in ea, quæ in patris manu sit, neminem esse alium cui dominus possessione cedat, placere itaque patrẽ accersiri: interea iuris sui iacturam assertorem non facere quin ducat puellam, sistendamque in aduentum eius, qui pater dicatur, promittat. Aduersus iniuriam decreti cum multi magis fremerent, quã quisque unus recusare auderet P. Numitorius puellę auũculus & sponsus Icilius interueninnt: dataque inter turbam uia, cum multitudo Icilij maximè interuentu resisti posse Appio crederet. Lictor decresse ait: uociferantem que Icilium summouet. Placidum quoque ingenium tàm atrox iniuria accendisset. Ferro hinc tibi summouendus sum Appi inquit, ut tacitũ feras, quod cęlari uis. Virginem ego hanc sum ducturus, nuptamque pudicam habiturus. Proinde omnes collegarum quoque lictores conuoca: expediri uirgas, & secures iube non manebit extra domum Patris sponsa Icilij, non si tribunitium auxilium & prouocationem plebi Romanę duas arces libertatis tuę dę ademistis. Ideo in liberos quoque nostros, coniugesque regnũ uestræ libidini datum est. Sæuite integrum, & in ceruices nostras: pudicitia saltem in tuto sit. Huic si uis afferretur: ego presentium Quiritium pro sponsa, Virginius militum pro unica filia, omnes deorum hominumque implorabimus fidem Neque tu istud vnquam decretum sine cæde nostra referes: postulo Appi, etiam atque etiam consideres quo progrediare. Virginius uiderit de filia, vbi uenerit, quid agat: hoc tantum sciat, sibi si huius uindicijs cesserit conditionem filiæ querendam esse. me uindicantem sponsam in libertatem uita citius deseret quã fides, Concitata multitudo erat, certamenque instare uidebatur. lictores Icilium circumsteterant, nec ultra minas tamen processum est. cum Appius non Virginiam defendi ab Icilio sed inquietũ hominem, & tribunatum etiam nunc spernetem; locum seditionis quærere diceret: non præbiturum se illi eo die materiam: sed ut iam sciret, non id petulã-

tiæ

tiæ suæ, sed virginio absenti, & patrio nomini, & libertati datum: ius eo die se non dicturum, neque decretum interpositurum: à M. Claudio petiturum vt decederet iure suo uindicarique puellam in posterú diem pateretur. Quòd nisi pater postero die ad fuisset denunicare se Icilio, similibusque Icilij; neque legi suæ latorem, neque decemuiro constantiam defore: nec se utique collegarum lictores cõuocaturum ad coercendos seditionis auctores: contentú se suis lictoribus fore. cum dilatum tempus iniuriæ esset: secessissentque aduocati puellæ: placuit omnium primum fratrem Icilij: filiumque Numitorij, impigros iuuenes pergere inde recta ad portam, & quantum accelerari posset, virginiú acciri è castris: in eo uerti puellæ salutem: si postero die uindex iniuriæ ad tempus presto esset, Iussi pergunt: citatisque equis nuncium ad patrem perferunt. Cum instaret assertor puellæ vt vindicaret, sponsoresque daret: atque id ipsum agi diceret Icilius, sedulo tempus terens: dum præriperent iter nuncij missi in castra: manus tollere undique multitudo: & se quisque paratum ad spódendum Icilio ostendere. atque ille lachrymabundus, gratú est inquit: crastina die vestra opera utar, sponsorum nunc satis est. ita uindicatur Virginia spondentibus propinquis. Appius paulisper moratus, ne eius rei causa sedis se uideretur: postquam omissis rebus alijs præcura unius nemo eum adhibat: domum se recipit, collegisq; in castra scribit, ne Virginio commeatum dent: atq; etiam in custodia habeant. Improbum consilium serum ut debuit fuit, & iam commeatu sumpto profectus Virginius prima uigilia erat, cum postero die mane de retinendo eo nequicquam litere redduntur. At in urbe prima luce, cum Ciuitas in foro expectatione erecta staret. Virginius sordidatus filiam secum obsoleta ueste comitantibus aliquot matronis cum ingenti aduocatione inforum abducit. circumire ibi, & prehensare homines cœpit: & non orare solum precariam opem, sed pro debita petere. se pro liberis eorum ac coniugibus quotidie in acie stare, nec alium uirum esse, cuius strenuè ac fortiter facta in bello plura memorari possent: quid prodesse, si incolumi urbe, quæ capta ultima timeantur, liberis suis sint patienda. Hæc propè concionabundus circumibat homines, similia his ab Icilio iactabantur, comitatus muliebris plus tacito fletu quàm ulla uox mouebat. Aduersus quæ omnia obstinato animo Appius (tanta uis amentiæ uerius quàm amoris mentem turbauerat) in tribunal ascendit, & vltro quærente pauca petitore, quod ius sibi pridie per ambitionem dictum non esset: priusquàm aut ille postulatum per ageret, aut Virginio respondendi daretur locus: Appius interfatur. Quem decreto sermonem prætenderit, forsan aliquem uerum auctores antiqui tradiderunt. quia nusquam ullum in tanta fœditate decreti uerisimilem inuenio id quod constat: nudum uidetur proponendum, decresse uindicias secundum seruitutem. Primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit, silentium inde aliquandiu tenuit; Deinde cum M. Claudius circumstantibus matronis iret ad comprehendendam virginem: lamentabilisq; eum mulierum comploratio excepisset: Virginius intentans in Appium manus, Icilio inquit, Appi non tibi filiam despondi, & ad nuptias, non ad stuprum educaui; placet, pecudum, ferarumq; ritu promiscue inconcubitus ruere: passuri ne isti sint, nescio: non spero esse passuros illos, qui arma habent. Cum repelleretur assertor Virginis à globo mulierum, circumstantiumque aduocatorum; silentium factum per præconem. Decemuir alienato ad libidinem animo, negat: hesterno tantum conuitio Icilij violentiaque Virginij, cuius testem Romanum populú habeat, sed certis quoque iuditijs compertum se habere nocte tota cætus in urbe factos esse admouendá seditionem. Itaq; se haud inscium eius dimicationis cú armatis descedisse, non ut quemquá quietum uiolaret, sed ut turbantes ciuitatis otium pro maiestate imperij coerceret, proinde quiesse erit melius. i. inquit lictor summoue turbam: & da uiam Domino ad præhendendum mancipium, & quæ sequuntur: Sententias igitur & decreta vt patet ex mero arbitrio ferebant tempora ipsa, uel breuiora uel longiora decernentes, & aliquando eodem momento si de Iure actoris uel rei constaret lites dirimentes.
11 † Hanc autem potestatem manú regiam appella-
12 bant; quòd manus pro potestate † accipi consueuis-
13 set † & ideo cum à potestate aliquis liberabatur ma
numitti dicebatur: Nam vt inquit Imperator in In-
stitu. de libert. in princ. Manumissio est datio liberta
tis, nam quam diu aliquis, in seruitute est, manui &
potestati suppositus est, propterea quòd vt inquit
idem Imperator in §. 1. in Institutio. de his qui sunt
sui vel alien. iur. apud omnes peręque gentes ani-
14 maduertere possumus † dominis in seruos uitæ ne-
cisq; potestatem esse; licet deinde temporibus eius-
dem Imperatoris nullis hominibus, qui sub imperio
eius essent, liceret sine causa legibus cognita in ser-
uos suos supra modum sæuire, manumissus igitur li
beratur à Domini potestate, Quæ res à iuregentiú
originem sumpsit, ut pote cum iure naturali omnes
homines liberi nascerentur, nec esset nota manumis
sio, cum seruitus esset incognita, sed postquam iu-
re gentium seruitus ingenuitatem inuasit, sequutú
est beneficium manumissionis; suadet etiam hoc ip-
15 sa emancipatio, † qua liberantur filij a patria manu
idest potestate. Et enim ut refert Dionisius Alicar
16 naseus in libro secundo antiquita. Roma. † Romu-
lus legum conditor, omnem potestatem dum essent
in humanis in filios patribus dedit: siue coercendi;
siue verberandi siue vinctum rustico operi detinen-
di, & quod est plus etiam occidendi, quo factum est
ut pluries filios & suggesto, pœnas quascunque de-
creuissent, subituros per forum duxerint, nulla ne-
que consulum, neque tribunorum neque tandem to-
tius plebis auctoritate repugnante: plura possent
de his exempla afferri; aliquot retuli ego in l. mini-
me. ff. de religio. & sumpt. Funo. Imo inquit eodem
loco Dionisius non solum patres de filijs suis, cum
facinus aliquod perpetrassent supplicium summere
17 noluisse ipsum legum latorem, † sed eos quoque cú
libuisset, uendere permisit. Verum postquá in id in-
cidimus: ad illud animaduertédum puto: quod hoc
loco inquit Alicarnasseus. Dum in ipsum Romulú

inuchens,illud maximè admiratur,quòd vsq; ad ter-
tiam actionem de filijs pecuniam quærere permise-
rit, quasi clementius ac benignius cum seruis actū
sit,propterea quòd si seruus semel neniisset, & inde
quoquomodo in libertatem se recepisset, sui Iuris
efficiebatur,filius autem a patre venditus, si iterum
in eius potestatem reuertatur,iterumque atque ite-
rum venundandus rediret. Dixi autem ad hoc esse
animaduertendum, quòd Dionysius in hoc vti iuris
18 ignarus,† mihi defecisse videatur. etenim quòd ip-
se filiorum deteriori conditioni ascribit; id ego ar-
bitror ad eorum cōmodum esse introductum: cum
id,quod ipse ad seruitutem inducendam repertum
esse arbitratur,id ego ad libertatem consequendam
pertinere censeo. Id autem vt clarius appareat il-
lud repetendum est,quod in l.vel quæ paterfamilias
§.liberis etiam:num.3.ff.de religio. & sumpt. funer.
tam ex verbis Caij Iureconsulti à Boetio in Topicis
relatis: quàm Theophili in suis institutionibus:cum
de emancipatione loquuntur adnotaui.Inquit enim
19 Boetius ex Caio: † Mancipatio imaginaria quædā
venditio est,quod ipsum ius, propriū est ciuium Ro
manorū:ea res agitur ita: Adhibitis nō minus quin-
que testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui
libripens dicitur, qui mancipium accipit, Aes tenēs
ita dicit.Hunc ego hominem ex iure quiritum meū
esse aio;isque mihi est emptus hoc ære æreaq; libra:
deinde percutit libram.Idque æs datur ei à quo mā
cipium accepit,quasi precij loco, sed fusius Theo-
philus: Patria inquit potestas per emancipationem
soluitur.Emancipatio autem: est actus tres emanci-
pationes,& tres manumissiones,vel vnam mancipa
tionem, & vnam manumissionem amplectens: In
hunc autem modum fiebat olim emācipatio:Quin-
que aderant testes,& libripens stateram & nummū
æreū tenens,& medius aliquis: Deinde Medius ille
ijs præsentibus;filium de patre emebat,dabatque in
similitudine precij vnum illum nummū; & ita filius
in potestatem medij illius transibat,loco serui futu-
rus,& cum medius ille vindicta manumittebat; sed
is tacita quadam ratione in patris potestatem recur
rebat.Iam secundum igitur Pater eum vendebat,id
que eundem in modum, & emptor cum rursus vin-
dicta manumittebat, Atque iterum tacito iure in pa
tris potestatem recurrebat: Tertium ergo vēdebat;
& ita soluebatur patria potestas,vindictaque manu-
mittebatur: & ita sui iuris fiebat,nisi fortasse intelli-
gas,vt in legibus Romuli illud haberetur, vt vendi-
tus vsque ter in potestatē patris reuerteretur, si for-
tassè ab eo,qui eum emerat,manumissus esset,quod
videtur voluisse Dionysius; & esset sanè tunc dete-
rior conditio filiorum, cum serui sui iuris efficiatur,
quāprimum à dominis manumittuntur;in hoc autē
licet videatur Alicarnasseus defecisse, verum tamen
est, amplam illam,& liberam parentum in liberos
extitisse potestatem, de qua meminit Paulus in l. in
20 suis.ff.de liber.& posthum.ibi † quos & occidere li-
cebat,& Imperator in l.fi.C.de patria potesta. Quæ
sanè licet quo ad necem sit hodie coarctata,vt supra
de seruis dictum est, & videtur de Filijs dicendum
multo magis, vt est text. in l. 2.ff. de his, qui sunt
21 sui vel alien. iur. † Potest tamen & hodie pater in

summa famæ filium vendere & obligare.l.2. & ibi
glo.C.de patr.qui filios distraxe. Illud tamen eadem
de re in eorum commodum constitutum est,vt si pa
22 ter,qui filium vendiderit: †ad pinguiorem fortunā
aliquando reuertatur, filium venditum redimere te
neatur,quod si minus fecerit,possit eum filius com-
pellere. propterea quòd inopia quæ fuit causa ven-
ditionis,tunc non existat: ita declarat Bald. in c. ex
rescripto. De iureiurand. & Fel. in cap.cum dilecta
col.25. de rescrip. id autem de filio, vt aiunt laico,
23 seu seculari intelligendum est:At si sit clericus †cō-
trarium voluerunt Card. & Hostien.in c.in dcorum
de æta.& qualita.& Cardin.in clemen.1.17. quæst.
De vita & honesta.clericor.& Ioan.de Anan. in c.si
quis extra de furt.& Mar. in rub. de fideiussori, col.
23.& Ioannes Corrasius in l.qui liberos, num.14.ff.
de iureiurando. Quasi impium & valde inhumanū
sit, vt ille, qui deorum immortalium seruitijs addi-
ctus est, hominibus seruiat caducis, & immundis.
Hæc itaque manus Regia, quæ primo fuit apud re-
ges,& deinde ad alios quoque Magistratus, quate-
nus saltem ad iudicij ordinem seruandum pertinet;
translata,vt ex his quæ infra dicemus,apparebit, le-
gibus deinde coarctata, & quibusdam non solū cer-
tis temporibus,sed iuris quoque ciuilis solemnitati
bus & formulis ita instituta fuit, vt illis ad vnguem
non obseruatis,iudicium ipsum corrueret. sed quia
Reges & Principes supremam habent potestatem,
iura,quæ deinde iudicia ipsa reformarunt; eos non
24 attigerunt,propterea quod legibus † soluti esse in-
telliguntur.l.Princeps.ff.de legibus.

1 *Instantiæ vocabulum vnde emanauit.*
2 *Definitio semper præferenda est.*
3 *Instantia definitiones variæ.*
4 *Causa perempta instantia,potest coram eodem iudice iterum agitari.*
5 *Instantiæ Peremptio, ne lites essent immortales intro ducta est.*
6 *Definitio instantiæ secundum Curt.*
7 *Definitio instantiæ Alciati.*
8 *Definitio omnis in iure periculosa est.*
9 *Instantia vna in genere omnium actorum est.*
10 *Instantia quandoque de tota causa dicitur.*
11 *Instantia pro eo tantum tempore plerunque intelligi-tur, quod est inter vnam, & aliam sententiam.*
12 *Instantia causæ appellationis ab instantia causæ prin cipalis differt.*
13 *Instantiam in quolibet articulo datur.*
14 *Instantiæ ante Iustinianum multæ & variæ.*
15 *Instantiæ hodie causarum criminalium biennium ci-uilium vero triennium continent.*
16 *Instantia iuris ciuilis an sit canonum iure cōfirmata.*
17 *Ius ciuile attenditur, vbi ius canonicum non disponit.*
18 *Illud attendendum est, quod ius ciuile, & canonicum conciliat.*
19 *Lites ne fiant immortales diligenter curandum est.*
20 *Intellectus c. venerabis extra de iudicis.*
21 *Leges non præterita, sed futura decidunt.*
22 *Instantia de iure canonico, certo & determinato tem pore non clauditur.*

Instantia

23 *Instantia quare de iure canonico non solum introducta non sit, sed nec etiam à iure ciuili introducta recepta.*

24 *Instantia elapsa, ius partibus de iure ciuili non perimit: sed alia inchoari potest.*

25 *Appellari potest de iure canonico ante sententiam à quolibet grauamine.*

26 *Appellatio de iure ciuili regulariter ante sententiā definitiuam ab interlocutoriis non admittitur.*

27 *Instantia etiam si causa agitetur in foro seculari, nō clauditur triennio, si sit causa ecclesiastica: non autem clerici alicuius particularis.*

28 *Instantia etiam in consistorio principis tempus praefixum non habet.*

29 *Instantias magis certas, & praefixas habēt causa appellationis.*

30 *Sententiam conformem libello debent proferre magistratus.*

31 *Instantia quando in consistorio principis non sit praefinita.*

32 *Instantia à iudice delegato obseruari debet, licet secus sit in auditorio principis.*

33 *Instantia. l. properandam non attenditur, ubicunque iudex habet liberum arbitrium procedendi, & sententiam proferendi.*

34 *Instantia triennalis in causis fiscalibus locum non habet.*

35 *Instantia triennalis, an in causis summariis, & executiuis locum habeat.*

36 *Instantiam causas summarias & executiuas non habere, nonnulli uoluerunt.*

37 *Instantiam an habeat executio sententiae, uel instrumenti.*

38 *Litis contestatio: in causis in quibus iudiciarius ordo non attenditur, inducitur seu habetur, cum partes merita causā tractare incipiunt, & infra nu. 87. declaratur.*

39 *Contestationis litis uim habet partis contradictio.*

40 *Contestatio litis non fit in causis executiuis.*

41 *Instantia non est in actis: quae fiunt ante litem contestatam.*

42 *Instantiam dari in causis executiuis, & summariis magis communis opinio est.*

43 *Instantia in causa dotis attendenda est.*

45 *Petitio qualisqualis in causis summariis requiritur.*

46 *Instantia in detur in causis executiuis, magis dubitā dum quam in summariis.*

47 *Instantia in causis executiuis non datur, ubi petitur executio ex opinione Bal. & Afflic.*

48 *Instantia datur in causis executiuis, ubi opponitur exceptio contra executionem.*

49 *Actio in factum necessaria, ubi sententia non est liquida.*

50 *Officium iudicis nobile quando dicatur.*

51 *Libellus non est necessarius officio iudicis mercenario.*

52 *Officium iudicis, nisi sententia sit liquida, cui nihil opponi possit, non datur.*

53 *Instantia an detur in causis arbitrorum, triennalis.*

54 *Compromissum quando quinquennio substineatur.*

55 *Compromissum an duret perpetuò.*

56 *Instantia cōpromissi in quo dies apposita non est, triennalis dicitur.*

57 *Instantia compromissi est perpetua, ubi lis contestata non est.*

58 *Arbitri sententiae iniquae standum est.*

59 *Instantia arbitrorum diuisio Iacobi de Arena.*

60 *Instantia alia inter arbitrum, & arbitratorem differentia.*

61 *Arbitrator potest donec uixerit suum arbitramentū ferre.*

62 *Arbitratoris nullo adiecto tempore electi quòd potestas anno finiatur, nonnulli uoluerunt.*

63 *Arbiter potest quandocunque sententiam proferre, quod etiam est de arbitratore.*

64 *Instantia arbitri triennio finitur.*

65 *Instantia arbitri triennium quando excedat.*

66 *Instantia arbitratoris triennio non finitur.*

67 *Instantia arbitrorum ex causa aliquando restringitur, & quomodo.*

68 *Arbitri ad tollendas lites inuenti.*

69 *Instantia dotis an triennium excedat.*

70 *Statutum uel lex generatim loquens, nisi expressè de dote mentionem faciat, eam non amplectitur.*

71 *Causa dotis, & causa fiscalis, quo ad priuilegia pares sunt.*

72 *Exceptione à l. proposita alia quoque species quae eadem ratione consistunt, exceptae intelliguntur.*

73 *Instantia causae spiritualis, uel ei annexa uel ab ea emanantis perpetua est.*

74 *Instantia dotis quod triennium non excedat.*

75 *Instantia dotis, licet triennio de iure ciuili claudatur de iure tamen canonico, & in terris. Ecclesiae aliter dicunt.*

76 *Instantiam in emergentibus ante litem contestatam triennio non clauditur.*

77 *Instantia alia biennii.*

78 *Instantia. l. properandum, licet ex triennio constet, attamen cum actor litem non prosequitur anno tantū, & nonaginta diebus à die citationis actoris, expirat.*

79 *Instantia anni inter dominum & uasallum.*

80 *Instantia alia annalis.*

81 *Instantia alia sex mensium.*

82 *Instantia statuti nostri cui alteri conueniat.*

83 *Instantia alia quatuor mensium.*

84 *Instantia dua trium mensium.*

85 *Instantia duorum mensium.*

86 *Instantia 25. dierum.*

87 *Iudices licet in loco ubi ius dixerunt elapso tempore sindicatus conueniri non possint, in propria, tamen ciuitate perpetuò conueniri poterunt.*

88 *Obseruatione iudicii reus quando absolui debeat.*

89 *Instantia quandoque est in iure trium dierum.*

90 *Instantia saepe ab illis causis, quae tractantur modum & tempus accipiunt.*

91 *Instantia statuti nostri 60. dierum utilium est.*

92 *Dies utiles etiam iure ciuili inducti.*

CAP.

CAP. III.

POst manum regiam successerunt leges, quæ tē
pora ipsa præscripsere, modumq; , & formam
imposuere, vt inquit Raph. Fulgo. in l. arbitrio iudi-
cis. §. do lo nu. primo. ff. de dolo; ut est text. in l. cum
1 lite mortua. ff. de iudic. solui, vnde † post modum vo
cabulum hoc instantiæ emanauit, de quo mentio-
nem facit Vlpianus in l. & post edictum. in prin-
cip. ff. de iud. & canonistæ in capi. per tuas extra de
probatio. Verum quoniam de hac instantia, multa
sumus tàm ad ius commune, quàm ad statuta no-
stra Florentina pertinentia tractaturi. Meritò ut res
melius innotescat; quædam prius de ipsa instantiæ
definitione seu descriptione dicemus. Quandoqui-
2 quidem vt inquit Cicero lib. primo officiorum. †
Omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re insti-
tutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur
quid sit id: de quo disputetur. Dicebat igitur Ro-
bertus Maranta in suo speculo aureo, seu lumine
3 aduocatorum in j. parte principali nu. 2. † Instantiá
illam exercitationem iudicij appellari; Quare à li-
tis contestatione ad sententiam usq; latam si fera-
tur, sin minus ad triēnium usque, si causa sit ciuilis,
& biennium si sit criminalis: protrahitur. d. l. prope
randum in prin. C. de iud. & ideo subdit ipse, cū in-
stantiam peremptam dicimus, De illa iudicij exer-
citatione intelligimus, quæ propterea quòd super
ea sentētia ferri nō potest, pro infecta habetur. Et
enim eiusmodi peremptæ instantiæ eloquutio, neq;
ad causam, neque ad iudicium referri potest, cū per
empta instantia, sententia, ius ue partis, aut iudiciū,
4 quo ad illam causam, quin iterum † possit agitari,
dici non possit. sed illa tantum iudicii exercitatio:
seu tela potius, quæ incepta, & non completa repe-
ritur, frustratoria prorsus, & inutilis sit: cum ad iudi
cii finem, hoc est sententiam, nisi iterum iudicium
instauretur, perducere non possit. d. l. properandū;
5 Quæ sanè instantiæ peremptio, † ut inquit eodem lo
co Maranta ad publicam utilitatem, ne lites essent
immortales, introducta fuit, eadem. l. properādum.
in prin. & no. Bartho. Soc. in consi. 3 1. col. 4. in fi. uo
lu. j. Quoniam hæc Roberti Marantæ instantiæ de-
finitio propius ad declarationem quandam, seu to-
tius materiæ circunscriptionem accedit. Ideo Fran
ciscus Curtius in l. postquam liti num. 3. C. de pact.
6 † Instantiam inquit esse exercitium ipsius iudicij à
contestatione litis incipiens, ad sententiam: usque si
feratur. Sin minus usque ad finem triennii, protra-
ctum. dicta l. properandum in prin. & l. Græc. §. &
post litem. ff. de fideiusso. nisi à statutis alia diuersa
tempora statuantur. Longè sanè melius & elegan-
tius dixit Alc. in l. si diuersa nu. 16. C. de transactio.
7 dum inquit † instātiam nihil aliud esse, quàm actio
nis exercitationem à litis contestatione in definiti-
uam sententiam certo tempore coarctatam. Quęrē-
dum hoc loco non censuimus, an sit hæc bona defi-
nitio: an uerò potius descriptio dici debeat, propte
rea quòd cum ad dialecticos hæc magis pertineāt,
eis pertractanda relinquemus, & præsertim quia: p̄-
terquam quòd cui maximè studemus, nullam utili-
tatem affert huiusmodi disceptatio, est etiam pro-
pter subiecti contingentiam, in iure hoc nostro ci-
8 uili periculosa omnis † definitio, quòd rarò non sub
uertatur, ut inquit Vlpianus in l. omnis definitio. ff.
de reg. iur. latè sanè ac copiosè de definitionib. suis
locis multa tractauimus, cum ius ciuile Pisis supe-
rioribus annis interpretaremur. Quæ fortasse ali-
quando Dijs bene iuuantibus in lucem dabimus.
Hoc autem tempore ad instantiam unde discessi-
9 mus redeuntes, † licet vna in genere sit omniū acto
rum eiusdem causæ instantia, ut inquit Matthe. Af-
flic. in decis. 346. nu. 4. per ea quæ uoluit. Bal. in d. l.
2. C. de execut. rei judic. & Ang. in l. & post ædictū.
§. circumducto nu. 1. ff. de iudic. unde latiori quodā
10 uocabulo, instantia etiam quandoque † de tota cā
dici solet. ita ut tempora quoque ad appellationes
prosequendas amplectatur, ut inquit Aegid. Bellā.
in c. præsentium nu. 18. extra de testibus & attesta-
tion. Verum plerunque, vt intelligunt scribentes, in
dic. l. properandum, pro eo tantum tempore instan
11 tia † accipitur, quod inter vnam sententiam, & aliā
continetur, & ideo tunc lis, uel iudicium ex tribus
instantiis constare potest, si litigatores omnes ap-
pellationes interponere, & prosequi voluerint. l. cū
apud. ff. iudic. solu. & l. eos. C. de appella. & l. ita de-
mum, & l. inuitus, C. de proc. & c. non inste in fi. eo-
dem ti. de procuratoribus. vbi gl. ult. & c. in appella
tionis causa eodem ti. lib. 6. & c. Lotharius in fi. 3 1.
quæstio. secunda. Facit etiam optimè tam Rubrica
quàm constitutiones sub ea comprehensæ. C. ne li-
ceat in una eademque caus. tert. prouocar: & c. Ro-
mana de appellationibus lib. 6. & ideo dixit Paul.
Castr. in d. l. cum apud. ff. iudic. solu. causæ appella-
12 tionis instantiam, ab instantia causæ principalis dif-
13 ferre, & si latius etiam intelligēdo in quolibet; † ar
ticulo detur, ut voluit Bal. in l. 1. col. 4. C. de iuram.
calum. vbi etiā Franc. Cur. nu. 8. & Pet. Foller. in sua
censuali praxi in rub. quæ quidem executio nullo
falsitatis, nu. 35. & 36. Verum redeundo ad rem no
stram, cum vt diximus ante Iustinianum Imperato
14 rem propter varia, & multa iudicia, † instantiæ ua-
riæ, & multæ essent, ip se tamen ne lites essent penè
immortales. l. properandum in princi. C. de judic. ut
15 † criminalium causarum biennium ciuilium uerò
triennium toto terrarum orbe nullis, ut ipse inquit
locorum, vel temporum angustiis coarctanda, instā
tia esset sanciuit, vt scribentes omnes ibi attestātur,
& passim tanquam indubitatum cōfirmant. Quod
& nos quoque ne tempus ubi opus non est contera
ramus: pro comperto habemus. Est igitur ad statu-
tum nostrum redeundo; ea principalis causæ instan
tia à iure ciuili introducta; quæ illud tantummodo
tempus amplectitur, quod inter unam & aliam sen
tentiam continetur. Vnde quærunt modo tam iuris
quàm canonum consulti, in locis infra referēdis, an
16 eadem quoque † sit canonum iure comprobata, &
hoc iure nonnulli, vt cōprobata esset noluerunt in-
frascriptis argumentationibus, & primò, quòd nul-
libi toto iure canonico, instantiam iuris ciuilis triē
nio elapso non corruere, iusue aliquod nouum in-
trodoctum reperitur. Sed ubi ius canonicum aliud
17 non disponit † ius ciuile obseruandum est. c. 1. ubi
etiam gl. extra de noui operis nuncia. & tradit Inn.
& sequun-

& sequuntur alii in c.quæ in Ecclesiarum de consti.
& præsertim cum id ad res spirituales, & animam
amplectentes non pertineat, ergo, & in hoc à iuris
ciuilis dispositione recedendũ non sit, & præsertim
cum utroque iure sancitum sit, in dubio illud po-
18 tius attendendum esse, † quod iura hæc conciliat
inter se; quam quod separat, & disiungit. c. cum ex-
pediat de electio. lib. 6. & §. quibus in j. constitutio
ne. C. & l. unica. C. de inofficio, donatio, qua detur sa
tis ex eo: quod summus Pontifex passim iudicib. di-
cere solitus est, curandum esse diligenter, ne lites
19 fiant † immortales. c. finem litibus, & ca. uenerabi-
lis extra de dolo & contuma. & c. j. de appella. lib. 6.
Verum quoniam satis fuit dubitatum, an in c. uene
rabilis extra de iurisd. id dispositum esset, propterea
quòd cum assererent Ceruienses instantiam iudicij
per decursum triennii periisse, & ideo sub examine
illius episcopi non esse futuros. Summus Pontifex
respondit; mandamus quatenus exceptione huius-
modi non obstante, in negocio isto procedas, iuxta
20 traditam tibi formam. Nam inquit Abbas eo † in
loco de instantia nihil decisum fuisse: propterea, q
nec in cõtrouersiam uenerat, sed id omne quod ibi
obiectum fuit, ad delegati iurisdictionem pertine-
re, quasi crediderint ipsi ceruienses, triennii spatio
omnem delegati iurisdictionem defecisse; & iõ cũ
ibi respondet summus Pontifex, non ad instantiã:
quòd perempta non sit, se referre: sed eos omnino
ea exceptione non obstante, sub eius iurisdictione
esse futuros: comprobabat Abb. ab elocutione Pon
tificis arguendo: quandoquidem inquit ipse, cũ non
usus sit eo in loco summus Pontifex uerbo statui-
mus, vel quopiam eiusmodi alio ius nouum inducẽ
re, sed verbo mandamus, ius aliquod nouum cũ in-
ducere noluisse, satis pro comperto haberi posse, &
præsertim cum parti de hoc reclamanti respõdeat,
argumento eorum quæ notat gl. in c. consultationi
de tempo. ordina. & in §. si verò in Auth. in med. lit.
sacr. for. non fie. & in c. causam quæ de testibus ar-
gumentatur præterea hunc in modum; si eo in loco
ius nouum induceret summus Pontifex, planè ad iã
peremptam instantiam nõ porrigeretur; cum illud
21 certum sit, † leges non preterita sed futura decide-
re. l. leges. C. de legibus, & c. 2. extra de constit. sed id
quod ibi dicitur, ad id quod inter Archiepiscopũ; &
Ceruiẽses agebatur pertinet meritò ut ius aliquod
nouum non inducatur, fateri oportet, & ideo Ludo
uicus Romanus qui in consi. 220. nu. 11. amplecti-
tur huiusmodi opinionem, inquit in d. ca. venerabi-
lis Pontificem à regulis iuris ciuilis, quatenus perti
net ad instantiam, non recedere. Sed ex causa ob ca
uillationes uidelicet, & fallacias Ceruiensium, in ea
specie instantiam iam peremptam substinere, & iõ
probari hanc conclusionem in c. iurgantium extra
de sen. & re iudic. ubi inquit summus Pontifex: Iur
gantium controuersias cæleri sententia terminare,
& æquitati conuenit, & rigori. Quam etiam sequu-
tus est Andreas Barbatia in d. c. uenerabilis, & Imo
la ibidem nu. 1. & veriorem, & probabiliorem esse
asserit. Verum enim uerò quicquid hucusque dictũ
sit, frequentioribus calculis contraria opinio com-
probata est, vt dispositio. l. properandum, quatenus
de triennali instantia loquitur, iure canonico rece-
22 pta non sit, & ideo certo † ac determinato tempo-
re non concludatur, ut uoluerunt gl. in c. fi. extra de
dolo & contum. & in c. anteriorum. §. sed hęc sanci-
mus. 2. q. 6. & in d. l. properandum. C. de iudi. & post
has gl. Iuno. in c. consuluit extra de of. deleg. licet in
d. c. uenerabilis non firmauerit, & Anchara. in c. si-
cut nu. 2. de appel. & Corne. in consi. 210. numer. 6.
uol. 4. vbi inquit instãtiam iure canonico ꝑpetnam
esse, & in consi. 111. nu. 2. uol. 1. & Abb. in d. c. uene
rabilis, & in c. cum olim num. 3. De priuil. & excessi
priuil. & Hostien. in d. c. uenerabilis, & Spe. in tit. de
dele. in §. restat, uer. item quod instantia, & uersi. sed
nunquid omnia, & ita tenere omnes recentiores as-
serit Abbas in d. c. venerabilis nu. 5. de iudic. Præte-
rea hanc eandem opinionem communẽ asserit. Ale
xand. in consi. 23. nu. 2. volu. 3. inquiens iure cano-
nico instantiam non dari, per ea, quæ notat Bartol.
quem sequuntur alii in d. l. properandum, quod &
comprobauit in consi. 63. nu. 3. uolu. 4. idem uoluit
Imo. in d. c. uenerabilis num. 3. ubi citat etiam Flor
ianum, dicentem hãc opinionem esse communem.
Conueniunt cum supra relatis Archidia. in c. nullus
de foro competen. & Card. in cle. 1. in 10. quæsti. de
in integ. rest. & Bal. in lib. statuto: in uerbo instãtia,
nu. 1. & Augustinus Beroius in d. c. uenerabilis, nu.
16. & Fel. ibidem nu. 1. & Robertus Maranta in suo
Speculo aureo seu lumine aduocatorum in quinta
parte principali nu. 12. Verum quia eo potissimum
nitebantur qui contrariam opinionem sequebãtur,
quòd iure canonico id sancitum non reperiretur, vt
obiectum hoc euitetur, contrarium ostendere cona
tur Abbas in d. c. uenerabilis De iudici. nume. 6. in-
quiens id decidi in d. c. cum olim. §. iudices de priui-
leg. & excess. priuileg. propterea quòd eo in loco to-
tius quadriennij, quo iudicium constitit, expensarũ
mulcta in dicta est, planè si triennio instãtia corruis-
set, quadriennii ratio habenda non erat, comproba-
tur. c. cum ex literis, & ijs quæ adnotat ibi glos. extra
de in integ. rest. Vbi lis post triennium multo tẽpo-
re perducta est. Præterea, licet ut supra retulimus,
tex. in d. c. venerabilis ad aliam opinionem huic re-
pugnantem comprobandam, multis modis perpen
deretur, cum tamen ad hanc quoque confirmandã
adducit, & declarat Abbas eodem in loco, & enim
inquit ipse, Ceruienses cum iudicij instãtiam periis-
se assererent, & ob id sub Archiepiscopi examine es
se recusarent, Pontifex ea exceptione non obstante,
Archiepiscopum solummodo in ipso negocio pro-
cedere mandat. Planè si in negocio procedere de-
bet Archiepiscopus, utique & illud ne instantia sit
perempta, consequetur. Alioquin, & pręsertim cum
alibi id sancitum non esset, negocium rursus institui
mandasset. Vel etiam aliter id ex eo tex. suaderi po-
test; cum enim Ceruienses sub examine illius Archie
piscopi esse recusabant, id dicebant eorum causa, q
coram eo gesta erant, ad quæ ipsi citabantur, Sua-
det id ratio, cum dicerent ob id, quod instantia pe-
riisset, ad id iure non esse compellendos. Ratio nam
que subsequens præcedens generale dictum restrin
git. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. Neque est
verisimile Ceruienses fuisse inducturos illam ratio-
nem;

nem:ut videlicet instãtia periisset, si iurisdictionem
tantum expirasse cẽsuissent cum ex separatis nõ fiat
illatio.l.Papinianus exuli.ff.de minor.& c.2. de trã-
sactio. tenet etiam hanc opinionem Sebastia. uant.
in trac.nullit.in ti.de nullit.senten.ex defect.iurisdi.
ordin.nu.126.auctoritate Rotæ deci.412.si lite pẽ-
dente in nouis;quod uoluit etiam Gomes.super re-
gula de anna.quæstio.44.& Cassa.Decis.5.nu.4. ut
lite pendente;Patet ex his quæ deduximus,hãc opi-
nionem à pluribus esse comprobatam.Verũ si quæ
ratur an aliquo canone ius ciuile correctum sit,faci
lè in opinionem Abbatis venero, vt potius in foro
Ecclesiastico receptum non sit, quàm quod ex test
specialis aliqua determinatio. At quoniam, cum nõ
solum iure ciuili, sed etiam canonico, cui hoc ma-
gis conuenire uidetur, passim exclamari reperiatur,
lites non esse nutriendas, sed quam celerrimè potest
expediendas, inuestigandum erit, quare à iure cano
nico, quod minus, ob eius summam erga pauperes
pietatem ad clementiam, quibus totum refertum
23 videmus, instantia† non solum nulla introducta sit,
sed ea etiam, quam ius ciuile instituerat recepta nũ
sit. Hac in re duplex circumfertur differentiæ ratio:
Prima enim est, quia licet causæ iure ciuili triennio
conclusę sint, debeantque eo tempore expediri. At-
24 tamen eo† elapso non ius partis, sed instantia sola
perimitur; quandoquidem integro subsistente ito-
rum agendi, & aliam instãtiam inchoandi iure, reus
ab obseruatione iudicij absoluitur. id quod è con-
tra in iure canonico, cum se habeat, meritò ad ius
partibus conseruandum instantiam certo tempore
coarctare noluit, uidebatur nam quæ ut eiusmodi
instantiarum iteratione, lites magis protraherẽtur,
quamquam tempus aliquod breuius constitutum
esset. Hanc esse rationem uoluit gl. in d.c.uenerabi-
lis:& in d.l.properandum.in prin.in uer. triennii.C:
de iudic.& in c.fi.de dolo & contuma.ubi Bald.quẽ
sequuntur alii, prosequitur. Secunda autem ratio,
quam Ioannes Andreæ, & Henricus Boich, & com
muniter alii in d.c.uenerabilis afferunt, ea est, quòd
iure canonico, ante sententiam, non solum ab inter-
25 locutoriis, sed à quolibet granamine† appellari po-
test: quapropter cum quælibet appellationis causa
anno uel biennio constare possit.c.cum sit Romana
& c.ex ratione extra de appellationi, & ob id quili-
bet etiam diligentissimus, & pius iudex intra trien-
nium, causas ad finem producere non possit: meri-
tò eo iure introductum videtur, ut triennio instan-
tia non coarctetur, sed ultra etiam prout opus fue-
rit, protrahatur. At è contra iure ciuili, cum ante
26 † sententiam deffinitiuam regulariter ab interlocu
torijs appellatio non admittatur.l.ante sententiam
ff.de appellatio.recipien.nec quispiam iudice nõ so-
lum repugnante, sed nec etiam uolente, causam ul-
tra triennium protrahere possit.d.l. properandum;
meritò mirum uisum illis non est, si iure ciuili trien
nio instantia concludatur, canonico uerò illi liber
vagãdi campus relinquatur. Quæ nam ex his uerior
sit, quoniam hoc loco id non agimus, & præsertim,
quia modicum ad rem nostram facere uidetur, non
prosequor. Adeat qui id scire vult, doctores in locis
supra adductis, & præsertim in d.c.uenerabilis, vbi
Augustinus Berolus latè tradit.nu.17.cum sequen.
Illud tamen omittendum non est, id non solum cũ
27 in foro ecclesiastico† causa agitur, sed etiam laicorũ
si sit causa ecclesiastica locum habere ut intelligunt
tex.in d.ca.uenerabilis extra de iudic. & præsertim
Abb.col.5.nu.12. At si causa clerici alicuius particu
laris sit, quæ in foro seculari agitetur, contrariũ no-
lunt, vt ibi inquit Abb.& sequitur.Barba.in consi.1.
col.1.in prin.uolu.3. Verum enim uerò rem propo
sitam prosequendo, idem quoque de ea causa dicẽ-
dum est; quæ in consistorio Principis agitatur. nam
28 † instantiam tunc non perire, concludunt scriben-
tes: vt voluit Bal.in consi.217.col.fi. uol.3.per text.
in Auth.sed his.C. de tempo.appella.facit etiã text.
in fi.§.sin autem eo.tit.& in §.ad hæc in Auth.de ap-
pella.& declarat Augustinus Beroius in d.c. uenera
bilis nu.4.extra de iudic. Neque id minus dicendum
uidetur, ob id quòd iura deducta, de causis appella-
tionis loqui uideantur. Quandoquidem si id in cau-
sis appellationum locum habere contingit. multo
magis in principalibus causis locum habebit; cum
29 appellationum causæ magis certas, & prolixas † in-
stantias habeant.d.c. cum sit Romanus extra de ap-
pellatio.& Auth. ei qui.C.de tempo. appellat. iun-
ctis ijs, quæ in d.c. uenerabilis habentur. Nec quic-
quam obstare uidetur, quòd gl.in d.§. ad hæc in Au
then.de appel.id non probans, differentiam hac de
re inter causas principales, & appellationum esse cẽ
fuerit. nam id etiam non probat Augustinus Bero-
ius eodẽ in loco: Tum ratione de qua in d.§. ad hæc
id suadente: tum etiam quòd Princeps illis legibus
non ligetur.l.digna uox.C. de legibus ubi notatur;
& l.Princeps.ff.eo.& ideo infra dicemus, cũ de clau-
sula sola facti ueritate inspecta tractabimus, senten
tiam à Principe non conformem libello prolatam
30 valere. & si inferiores† iudices id facere non possint;
l.Emilius & ibi Bar.ff.de mino. & uoluit Anton.de
But.in d.c.licet Heli.de simon. & infra pluribus au-
ctoritatibus comprobatum est. Vidimus quid iuris
sit, cum agitur causa in concistorio Principis: maior
verò suboritur dubitatio, an id intelligendum sit, cũ
ab ipso Principe profertur sententia: an verò si ab
aliis iudicibus sui auditorii proferatur, & dubium fa
cere uidetur, quòd uoluit Matth. Afflic.in dec.283.
per ea quę uoluit Accursius in §.hoc quoque in Au-
then.ut sponsa.larg.& in §.ad hæc in auth.de appel.
Attamen Robertus Marant. in suo speculo aureo in
31 quinta parte principali nu.13.arbitratur,† vt ubicũ
quę in concistorio Principis, ut est Neapolitanum,
nomine principis sententiæ proferuntur, possint et
lapsa instantia proferri, cum instantiæ lapsus, quòd
sit iuris positiui in Principis consistorio non atten-
datur, ut est Dec. Afflic.183. in fi.& faciunt ea quæ
no.Inn.& Abbas in c.in causis extra de senten. & re
iudic. Præterea eisdem rationibus dubitatum est,
32 quid de iudice delegato dicendum sit, † an ob id
quod Principem, referre uideatur, instantiæ subiace
re non debeat; uerum cum eius sentẽtiam post lap-
sum instantiæ non ualere decidat.tex.in d.l.properã
dum ibi, sed omnes iudices &c.cum magis commu
ni opinione transeundum duximus, & præsertim
cum ad illam iurisgentium ęquitatem, quia potissi-
mum

mum(vt supra retulimus)nititur referatur. Prosequen
do itaque antequam ad alias descendamus, eas spe-
33 cies, † in quibus triennium.l. properandum instan-
tia; non perimit. Idem dicendum est quotiescunque
iudex liberum arbitrium procedendi, & sententiam
proferendi habuerit. secus tamen si sententiæ profe-
rendæ tantum, vt voluerunt Bar.& Pau.Castr. in l.si
in lege in prin.ff.locat.& Alex.in consi.50.col.3.ver.
pro hoc &c.vol.2.& in l.qui Romæ.§.callimacus co-
lum.fi.ff.de verb.oblig.
34 Instantia rursus† triennalis in fiscalib.causis quod lo
cum non habeat exemplum fortasse poni potest, cũ
de tributis functionibusue publicis tractatur.dic.l.
properandum in prin.C.de iudic.retulit Abb.in d.c.
venerabilis col.4.& tradit Afflic.decis.210.& Cy.in
d.l.properandum nu.1.2.3.& 4.

Verũ enim verò hac de re dubitarũt scribẽtes in
summariis,& executiuis causis primum an trienna-
lis instantia de qua in d.l.properandum in eis locum
habeat; secundo an ea locum non habente alia con-
stituta sit, inter quos variç extant opiniones. Quas
vt sigillatim recenseamus sciendum est, nonnullos
36 eiusmodi causas omnino instantias † non habere cẽ
suisse. quorum Princeps videtur Bar. in l.litib.C. de
agrico.& censi.lib.11.ea potissimum ratione, quòd
cum iudices summariè,& de facto, nullaque iuris ci
uilis,aut statutorum solemnitate seruata procedere
possint,lis in eis necessariò contestanda non est,vt la
tè infra ostendemus, & tradunt latè scribentes in cle
men.sæpe de verb.sig. Et enim cum instantia à die li
tis contestatæ incipiat.l. properandum in prin.C.de
iudic.satis concludere illis visa est eiusmodi argumẽ
tatio videlicet vt vbi lis non contestatur, instantia non
37 sit,& ideo dixit eodẽ in loco Bar. executionẽ † sentẽ
tiç vel instrumenti,ob id quòd lis in ea non conteste
tur,instantiam non habere. sæpe ex facto respondis-
se,Hanc Barto.opinionem amplexus est simpliciter
Bal.in l.tale pactum.§. qui prouocanit in 10. quæst.
in fi.ff.de pact.& prçsertim cum iudicis officium im
ploratur. Rursus idem voluit in l. consentaneum in
fi.C.quomodo & quando iudex & in l.j.§.j.ff. si quis
ius dicent:non obtempera.& in l.j.C.de iuramen.ca
lum.& in l.secunda in 4.colum.C.de executio. rei iu
dic.& in l.obseruare.§.proficisci in 11.quæst.de offi.
proconsul.& lega.& in l.1.de iur.deliber.sequuntur
etiam eandem opinionem Lud.Roma.in rubr.de ar-
bitr.& Anton.de Cana.in suo tract.iuramen. quæst.
33.& Aug.Are.in l.ab executione in vi col.ff. de ap-
pella.vbi hac eadem de re varias referẽs opi niones,
hanc vltimo loco collocauit, quo fit vt ipse ei in hæ-
rere videatur,vt no.glo.in l. qui filium.§.Sabinus.ff.
ad senatuscon.Treb.& Bal.in l.j. in fi.ff. de constitu.
princ. Comprobant prçterea & secundo. Nam iudi-
ces,qui in his causis pronunciant,sententias suas nul
lo iuris ciuilis, aut statutorum ordine seruato, pro-
ferre possunt. Quo fit,vt instantias obseruare nõ te-
neantur,vt decidit Bar.eo.tex. in l.si in lege in prin.
ff.locat.& notat Bal.in d.l. obseruare.§. proficisci in
11.quæstio.de of.proconsul. & legat. & in l.1. de iure
deliberan.& Ang.& Fulgo.in l.milites.C. de tes.mi-
li. Præterea quòd in causis executiuis non detur in-
stantia,tenuerunt. Stepha.Bertran.in consi.143.nu
mero 11.vol.2. & Petrus Ancheranus in ca.1.de iu
ramen.calum. Qui inquit ita Bald.consuluisse,& in
facto obtinuisse. Tenet etiam hanc opinionem Fran
ciscus Aretinus in ca.pen.de iudic.ea.prçcipuè mo-
tus ratione, quòd in causis executiuis sententia non
expectetur, at ubi verè iudicium non est, instantia
quoque non reperitur.c.forus de verb.sig. & ideo di
xit Bal.in d.l.consentaneum in fin. primum decretũ
triennii spatij perire non arbitrari, quòd executio
triennalem instantiam dictæ.l. properandum nõ ha
beat. Fuit etiam in hac sententia Rimi.in cons.395.
nu.16.uol.2.& Ang.in l.& post edictũ.§. circumdu
cto.ff.de iudic. pertinet enim huiusmodi inuestiga-
tio,ut sciamus,an causæ summariç,vel executiuç lap
so triennio,uel alio quouis à statutis ad causarum de
cisionem constitutio tempore periisse intelligãtur.
contrariam verò opinionem,quòd immo causa sum
maria & executiua,uel quçlibet alia extraordinaria,
& minima instantiam habeat:tradit Iaso.in d.l.pro-
perandum.in prin.in 3.colum.post Abb. in c. penul.
col.fi.de iudic.& Alexand.in consi.50.nu.9. uer.præ
terea & fortius in 2.uolu.& Roman.in consi.174.&
Barth.Soc.in consi.95.col.1.nu.2.uolu.1.& Pau.Ca
stren.in d.l.2.§.quod obseruari col.3.C.de iuramen.
calum. & refert Iacobus Maudellus Albensis olim
concurrens meus in Pisano Gimnasio in consili.96.
num.7. Prçterea hanc sententiam,ut refert Socin.in
dicto consi.95.tenuerant Barto.& Bal.in ipsa.l. pro
perandum in §.& siquidem,& Cynus & Albericus a
Rosate,& Alex.& Ang.& Salvcetus in princip.eius-
dem.l.properandum respondentes urgentiori, quo
vtuntur aduersarii,de litis contestatione fundamen
to. Planè inquit in ijs causis,in quibus iudiciarius or
do non attenditur,vt sunt summariç, & executiuæ,
& aliæ huius generis,instantiam tunc introduci, cũ
38 partes de meritis† causæ tractare incipiunt, & quòd
ille actus litis contestatæ uim habet, vt uoluit glo.in
c.primo de electio.lib.6.& est tex.& ibi not.Bart.&
sequuntur alii in l.nulla.C.de proc.hanc declaratio-
nem amplectitur idem Bal.in d.l.j.C.de iuramen.ca
lum.dum inquit;illico sequuta cõtradictione in cau
sis executiuis,locum habere instantiam statutariam
quem sequitur ibi Pau.Castrens. & in d.l.secunda.§.
quod obseruari eo.ti.asserens partis contradictionẽ
39 † uim contestationis habere. & licet huic declara-
tioni respondeatur, id quod uerè non est,fictè tantũ
40 esse,dici oportere.sed lis † in causis executiuis nõ cõ
testatur,ut plenè notat Bar.in l.intra ff.de re iudica.
meritò non datur uerè instantia ad totam causam;
41 sicut acta,quæ fiunt ante litem contestatam,in qui-
42 bus non est ullo modo instantia,† ut dicit Bal.in l.&
post çdictum.§.1.ff.de iudic.attamen quòd detur in
stantia plures sequuti sunt.quo fit, ut hodie frequen
tioribus calculis recepta sit,& ob id probabilior ha-
beatur. Eam namque sequutus est etiam Cardinalis
in clem.constitutione.§.fin.de electio.& idem Abb.
in c.insinuate in fi.de offi. deleg. & Petrus Follerius
in sua censuali praxi.in rub. Quç quidem executio
nullo falsitatis,nu.35.& 36.& Robertus Maranta in
5.parte principali sui aurei speculi nume.4. Matthe.
Afflictus,qui utranque partem satis copiosè dispu-
tauit,in decis.346.per ea quç uoluit Barto.sibi con-
trarius

trarius

trarius in dicta extrauagantia,ad reprimendum, in
ver.& figura.Hanc eãdem opinionem multo antea
Firmauerant Iacobus Butrigarius, & alii antiquio-
res in Auth.offeratur.C.de litis conte.& Speculator
in ti.de libel.concep.§.nunc diccadum,& Georgius
Aſtenſis in repetitione clementi.ſæpe in §. quæ om-
nia col.33.de ver.ſig.& idem Alexã. in apoſtillis ad
dictam.l.litibus,& Bal.in rub.de priuil.dot.Vbi in-
quit in cauſa dotis, quæ ſummaria eſt inſtantiam
43 † eſſet attendendam.Comprobat hanc opinionem
Benedi.de Barzis in ſuo tractatu Guarant.in colũ.
46.aſſerens opinionem Bart.in d.l.litibus reproba-
ri.Concordat cum præcedentibus de hac cõcluſio-
nes Ioannes amicus in conſi.66.nume.4. & Aymon
Crauet.in conſi.270.num.1.Qui de ſummariis cau-
ſis loquitur eiſue in quibus etiam de plano procedẽ-
dum eſt.Mouetur autem vltra alios ijs potiſsimum
quæ dixit Felynus in d.c.uenerabilis col. pen. in fin.
extra de iudic.Vidimus ex prędictis utramque opi-
nionem licèt hæc poſterior plures habeat fautores,
multis argumentationibus Doctorumq; auctorita
tibus comprobari. Quapropter hac de cauſa nõnul
li quadam diſtributione, vt vtramque ſimul conci-
liarent diligenter operam dederunt. Verum ante-
quam ad eam accedamus illud animaduertendum
eſt.Doctores ſcilicet hac de re hucuſque relatos,pe
nè omnes de cauſis executiuis ſpecies ſuas propoſuiſ
ſe;& ſi aliqui etiam de ſummariis,minimisq;,& ex-
traordinariis intellexerint.Etenim in ſummariis, &
alijs eiuſmodi, vt inſtantia locum habeat etiam ij,
qui aliam opinionem ſequuntur acquieſcere uiden
tur;Propterea quod,ut inquit Frãciſcus Curtius in
tractatu de iuramen.propter calum. in princip.nu-
mero 13.Illud quod ſupra dictum eſt, ut primus a-
44 ctus, qui ſequitur poſt litem conteſtatam in meri-
tis cauſæ,litis conteſtatæ vim obtineat in eis locum
habet.d.l.nihil & d.l.nulla vbi notant Cynus Bar.&
omnes.C.de procura.& Bart.in d.l.ab executore.§.
45 ſi.ff.de appellat.& ideo† qualiſqualis(ut inquiũt)pe
titio,ad quum ſentẽtia referatur,neceſſaria eſt, quo
fit,ut mirum non ſit,ſi in ſummariis cauſis: potius
quam in executiuis inſtantiam locum habere, ut
ex iis:quæ infra dicetur apparebit, facilius acquie-
46 ſcunt ad executiuas igitur cauſas, in quibus magis
uiſum eſt eis dubitandum redeuntes. Mattheus Af-
flic.in loco ſupra relato ex iis quæ dixit Bal. in l.1.§.
is uidetur.ff.ſi quis ius dicenti non obtem.diſtribu-
tionem colligi poſſe arbitratur,qua Doctores in eã
dem ſententiam reducantur.Inquit enim Bald.dicit
Afflic.argumento illius glo.ubi petitur executio ibi
47 non dari inſtantiam † propterea quòd in iudicio
non proceditur lite conteſtata,vel quaſi.At ſi oppo
48 natur exceptio † contra executionem, contrarium
uerius eſſe eadem ratione.ob id quod eiuſmodi cõ-
tradictione lis quaſi conteſtata uideatur, & ideo ex
conſequenti inſtantia orta ſit. ut uoluit Cyn. in d.l.
nihil.C.de procurato.& Ioannes Andreæ in c.1.co.
ti.lib.6.Verum vt id clarius appareat,inquit Afflic.
hunc in modum.Cum petitur executio: aut agitur
in factum actione,aut officio iudicis. Planè ſi in fa-
ctum act one executio poſtuletur,& tunc quoniam
litis conteſtationem dari certum eſt.Litem ueniunt
§.idem rectè.ff.de pet.hæredi. eſt etiam quoque ex
conſequenti neceſſarium, ut inſtantia locum hẽat.
Eſt enim quandoque, propterea quòd ſententia nõ
49 eſt liquida,in factum actio† neceſſaria,vt puta ſi for
taſſe ſententię inſtrumentum caſu aliquo ammiſ-
ſum ſit, & ſententia in actis non reperitur, tunc.n.
quia ut libellus offeratur, probeturque ſententiam
ita inſcriptis latam fuiſſe,opus eſt Authen.ſi quis in
aliquo.C.de eden.Meritò & inſtantia quoque locũ
habebit.Aut uerò officio iudicis, & tunc aut eſt offi
cium nobile,aut mercennarium:ſi nobile, quia exẽ-
pli gratia principaliter primum, vel ſecundum de-
50 cretum interponi petatur:quo caſu officium† iudi-
cis dicitur nobile,ut uoluit Barto.in l.à diuo pio.§.
ſententiam.ff. de re iudic. & tunc inſtantia trienna-
lis,uel alia à ſtatuto introducta,ſeruanda erit. Aut
mercennarium,quo executio ſententiæ poſtulatur,
51 & tunc quoniam neceſſarius non eſt libellus,† cum
ſit quædam compulſio huiuſmodi executio,quæ pe
titur in principio litis, rerum videlicet condemna-
ri,& compelli.l.qui reſtituere.ff.de rei uendic. & l.ſi
prætor in princip.ff.de iudic. nec quicquam oppo-
ni poteſt;cum ut inquit eodem loco Bald.officium
52 iudicis:† niſi ſentẽtia ſit liquida, cui nihil poſsit op
poni:locum non habeat, meritò etiam & inſtantia
non dabitur. Hanc declarationem Afflicti ponit ẽt
Franciſcus Curtius,vt dixi in dicto tractatu de iura
men.pp.cal.in prin.num.13.& Auguſtinus Beroius
in dicto c.uenerabilis nume.78.uerſic.tu uerò extra
de iudic.quæ quoniam ſatis probabilis uidetur, iõ
cum ea tranſeundum puto.
53. Succedit ſatis commodè hoc loco illa dubitatio
an inſtantia in cauſis arbitrorum triennio pereat,
nec ne. Qua in re inquit Albericus in l. ſed ſi com-
promiſſum.ff.de arbit.aut in compromiſſo dies ap-
poſita non eſt,& tunc arbiter partibus conſentienti
bus diem ſtatuere poterit.l.nõ diſtinguemus.§. dies
compromiſsi.ff.de Arbi.ubi Accurſius ſatis copio-
sè declarat.Aut uerò dies in compromiſſo appoſita
54 non eſt,neque arbiter diem conſtituit,& tunc uide
tur compromiſſum quinquennio† ſubſtineri.l. item
ſi unus.§.ſi multo poſt.ff.de arbit. ubi notat Accur-
ſius;quem ſequitur Albericus;verum ſubdit ipſe Al
bericus in d.l. ſed ſi compromiſſum ex ea.l. colligi
55 poſſe† compromiſſum perpetuò durare,cum dicat
ibi Pomponius, arbitrum omni tempore ſententiã
dicere cogendum eſſe, quod comprobari uidetur p
tex.in §.j.collatio.8.in Auth.de appel. relata in Au-
then.ſi tamen in medio.C.de tempori.& repara.ap
pellatio.ibi & ſi de eis milies pluſquam biennii tem
pus.His itaque ſic relatis inquit ipſe Mart. de Fano
& Vbert.de Bon. hinc inde diligentiſsimè diſcuſſa,
hac diſtributione ſupraſcriptas opiniones concilia
ri poſſe exiſtimaſſe, ut compromiſſum in quo dies
56 appoſita † non eſt, lite tamen coram arbitris conte
ſtata triennio à iure ciuili introducto perficiatur,&
id ex generalitate dictæ.l. properandum colligi cen
fuerunt huiuſmodi argumentatione: arbitria enim
(inquiunt ipſi) iudicijs ęquiparantur.l.j.ff. de arbit.
Sed iudicijs triennij inſtantia conſtituta eſt, ergo &
idem de arbitris dicẽdũ eſt. At ſi lis conteſtata non
57 ſit,perpetuam eſſe, cum tempore aliquo concludi
iure

iure dispositum non reperiatur.l. obligationum fe-
rè.§.placet.ff.de actioni.& obligat.Accedente, etiã
quod maius periculum sententia arbitri: quam iudi
cis afferre soleat, cum etiam iniquæ arbitri senten-
58 tiæ† standum sit.l.diem proferre.§.stari.ff. de arbit.
Erunt igitur ob id arbitri ad suas sententia proferẽ
das,minus temporis angustia coarctandi,argumen
to.l.j.§.sed si quis.ff.ad senatusconsul.Carboni.& l.
si Stichum aut Pamphilum.§.1.ff.de uerb. oblig.&
hanc opinionem sequi uidetur speculator in §. dif-
fert circa finem uer.item ut intra triennium de ar-
bitr.quod adnotauit etiam Ioannes Andreæ in ad-
ditionibus,& uoluit Cynus in d.l. properandum.§.
si autem in medio, ubi etiam Odofredus in princi-
pio.d.l.& Hostiensis in summa eodem titulo.§.qua
liter ad effectum producatur uer.item ut intra triẽ
nium.Hanc eandem opinionem sequi uidetur Iaco
bus de Arena.in l.item si unus.§.si multo post in fi.
59 ff.de arbit.licet hoc modo distribuat. † Aut quæri-
mus an instantia coram arbitro sicut in iudicio triẽ
nio finiatur. & finiri per ea quæ supra deduximus
arbitratur; Aut uerò quærimus an triennio expiret
compromissum,laudandiue auctoritas.ita ut trien
nio elapso,neque causam cognoscere, neque laudũ
ferre possit, & hoc casu etiam post triennium per-
petuò posse existimauit, quemadmodum & iudex
ordinarius elapso triennio,quin possit iterum apud
eum causa institui,& instantia restitui, iurisdictio-
nem non amittit.d.l.properandum. Verum si fortas
se obiiciatur, esse satis absurdum & inconueniens,
vt partes perpetuò compromisso obligentur, & ar-
biter ipse perpetuò pariter ad partes audiendas; &
laudum proferendum teneatur. Id respondet arbi-
tro & partibus imputandum esse, qui terminum in
compromisso statuere potuerunt, quod cum nõ fe-
60 cerint sibi non legibus imputent. Alii autem† inter
arbitrum & arbitratorem eam differentiam consti-
tuerunt,quòd arbitri auctoritas, si pœna apposita
est, triennio extinguatur, arbitratoris uerò perpe-
61 tuo conseruetur, & uiuat cum possit † arbitrator
donec uixerit,suum arbitrium ferre.l.fin.C.de con-
trahen.emptio. & l.si quis arbitratu.ff. de uerborũ
obliga.Non defuere etiam, qui arbitratoris simpli-
citer nullo adiecto termino electi, potestatem an-
no extingui uoluerint.l.fin.§.sed & si quis.C.com-
mu.de lega.Verum rem ipsam colligendo conclu-
62 dendum est, aut loquimur† de ipsa proferendæ sen-
tentiæ facultate,& tempore non coarctari dicendũ
est.d.l.item si unus.§.1. cum ibi notatis.ff.de arbi.id
quod tam in arbitro quam in arbitratore uerũ est,
ut concludit Nicola.Boeri.in decis.283.numero 8.
& Ambrosius opizonius in d.l. si quis arbitratu nu-
mero 78.ff.de uerborum obligatio.post Alex. Soc.
& Iaso.in ead.l.si quis arbitratu,& alios relatos per
Boerium eodem in loco. Aut uerò loquimur de ip
sa instantia id est post litem contestatam, & tunc di
stinguendum est,quia aut loquimur de arbitro, aut
64 uerò de arbitratore, primo igitur casu,arbitri † in-
stantiam triennio finiri dicendum est,licet ut inquit
Ambrosius opizonius in d.l. si quis arbitratu nume.
65 78.eiusmodi instantia † triennium excedere soleat,
utputa si ultra biennium litigatum esset coram iudi
ce:& inde res ad arbitrum redacta esset. Etenim ul-
tra tempus litis anno coram arbitro durabit instan
tia compromissi.d.c.l. properandum.§. si autem in
medio.C.de iudic. per quem text. ibi ita declarat
Cy.& Ioan.And.in additio.in tit.de arbit.& Bal. in
d.l.fundo,quòd sanè uerum erit iure ciuili: secus au
tem canonico,cum eo iure,vt supra latè dictum est,
66 instantia non detur secundo † autem arbitratoris
nequaquam quod uoluit etiam Ioannes Petr. Fer-
rar.in sua practica in titulo.For.libel. quo agitur ad
pœnam ex compromissis uer.intra duos menses.in
ult.quæstio.& Bal.in d.l.societatem col.3.uersicu.4.
quarto.ff.pro socio.Hanc conclusionem latè exami-
nat Augustinus Beroius in d.c. uenerabilis numero
67 73.de iudic.Hoc tamen restringit † Bal.in c.quinta
uallis col.4.in uer. reuertamur nunc ad quæstionẽ
propositam de iurei.ut locum non habeat, cum res
esset tempore peritura, uel magnum damnum alla-
tura.Etenim tunc uiri boni arbitrio tempus tantũ-
modo metiendum arbitratur, argumento.l. conti-
nuus actus.§.item qui insulam.ff.de uerborum obli.
& est tex.in d.l.sed si compromissum.ff.de arbitr. &
in d.l.item si unus.§.fi.ibi quia res ferè sine exitu fu
68 tura est,eodem titu.Non † enim differendarum li-
tium causa,sed tollendarum ad arbitros itur.l. quã-
uis.ff.eodem titu.& in l.non distinguemus.§.fin. ibi
ne finis non sit eodem titu.Hanc declarationem se-
quitur etiam Ioannes de Anania in consi.19.col.j.
uer.circa uerò secundum,& ibi Lud.Bologn.in ad-
ditio.in prin.& licet secũdum Ananiam fortasse de
spatio decennii intelligendum uideretur,attamẽ cũ
Bal.magis communiter transeunt Doctores, ut iu-
dex arbitro uel arbitratori statuat, si liquet sibi de
causa ad compromissum terminandum, latius per
Boerium eodem in loco.

Solent præterea hoc loco quærere doctores no-
69 stri,an dotis † instantia triennium excedat, id quod
primo Baldus ipse in l.1.C.de priui. dot. argumen-
to.l.1.ff.sol.mat.excitauit,cuius mẽtionem fecit de-
inde Bal.nouellus Bartolinus in d.l.1.numero 461.
ff.sol.mat.& in suo tractatu de dote in 14. quæstio.
9.partis principalis,& in utroque loco, licet ego nõ
repererim idem inquit uoluisse Romanum in suis
singularibus:Fecit etiam mentionem huius dubita
tionis Baptista à Santo Blasio in suo tractatu de pri
uil.dotali in tertia centuria numero 89.& Iaso.in d.
l.1.nu.20.ff.solu.mat.inquiens instantiam dotis biẽ
nio aut triennio non expirare,idque iisdem penè ar-
gumentationibus, quibus Baldus nouellus utroq;
in loco mouebatur,comprobat hunc in modũ: Lex
70 † vel statutum generatim loquens, nisi in specie de
dote mentionem faciat, dotem amplecti non intelli
gitur.id probatur ex iis,quæ retulit idem Iaso.in d.l.
1.num.9.in tertio speciali,sed l. properãdum de cau
sarum instantijs generatim disponit, ergo dotis in-
stantiam non amplecti dicendam est. Secundo loco
71 ita agit,causa † dotis, & causa fiscalis,quo ad priuile-
gia pares sunt,d.l.1.vbi omnes admittunt.ff. sol.ma-
72 tri.modo sic. Vbicunque lex exceptionem † aliquã
ponit,eas quoque species, quæ eadem ratione consi
stunt,excipere intelligitur, ut dixit Accursius quem
sequitur Bal.in l.1.C.de condic.indeb. & canonistæ
in c.

in cap. cum dilecta. §. omnes igitur, ubi Abbas ex
tra de confirma. vtil. vel inutil. & idem Abbas in c.
audientiam in primo not. extra de cleric. non resi-
dent: est etiam tex. in c. post translationem. §. quam-
quam ubi Bal. extra de renuntia. Sed dicta l. properã
dum causas excipit Fiscales, ergo & dotis quoque
causas excipere intelligendum est. Tertio ita osten-
dit: causa dotis matrimonij causa dicitur, l. 3. ff. de iu
73 re dot. sed † spiritualis causæ eiusve adnexæ uel ab
ea emanantis instantia perpetua est. c. penul. ubi ca-
nonistæ extra de Iudic. ijs iunctis quæ habentur in
clement. dispendiosam de Iudic. ergo & dotis instan
tiam esse opportet. Quarto & ultimo loco dicebat
causarum Ecclesiasticarum instantia triẽnio non la
bitur, etiam si in seculari foro per tractentur. Quem
admodum nec fiscalis instantia eo tempore tollitur.
d. l. properandũ. Verum cum fiscus dos & ecclesia
equiparentur. l. final. C. de sacrosanct. eccles. & tra-
dit Abbat. in dicto capitul. penul. extra de iudic. er
go, & idem de dotis instantia dicendum est ..

His argumentationib. aliisque nonnullis, quæ bre
uitatis, & molestiæ causa pretermittuntur, ut dicta
l. properandum in causis dotis locum non haberet
74 ostendere conati sunt. Verũ his non obstantib. † con
traria sententia obtinuit, estque quatenus ego hac
de re scribentes percurrere potui, ab omnibus nemi
ne penitus discrepante recepta. Propterea quòd idẽ
Bald. qui hanc dubitationem in d. l. 1. C. de priuileg.
dot. excitauit, eodem in loco se a declaratione. l. pro-
perandum recedere non audere, ingenuè fatetur. &
Bal. nouell. utroque in loco non solum contrariam
opinionem magis communem esse attestatur, sed ꝓ
ea quoque declarat tex. in d. l. properandum: Præte-
rea eandem veriorem credere, ut eius uerbis utar,
inquit Baptista à sancto Blasio in loco supra relato:
& ipsemet Ias. qui tot argumentationibus eam opi
nionem confirmare conatur, id inquit ingenij exer-
cendi causa fecisse, licet contrariam magis probet
opinionem: Quam sequutus est idem Bald. in l. 1.
ff. solu. matr. ubi idem firmat etiam Alexand. num.
9. Crotus num. 61. & Thomas, Parpalia num. 11.
& Ripa. nu. 43. & Guiliel. Ponta. num. 30. & Ludo-
uicus Romanus in consil. 174. amplissimè nu. 40. Di
cunt tamen in locis supra relatis scribentes, id iure
ciuili intelligendum esse, quo locum habet. d. l. pro-
75 perandum: At iure canonico, † & in locis pontifica-
lis dictionis, aliter obseruari, Quandoquidem supra
cum de iure canonico loqueretur, eo iure. l. properã
dum locum non habere, & causarum instãtiam cer-
to tempore non esse coarctatam, manifestè ostendi-
mus. Antequam ad alia descendamus, animaduertẽ
dum est, in emergentibus ante litem contestatam
76 † instantiam triennio non præscribi, & ideo super
emergenti aliquo si sit fortasè per decem annos, uel
plures litigatum, ut puta super legitimatione per-
sonarum, ob id lapsa instantia non intelligitur: ut
uoluit primus omnium Guil. Cunius in dicta l. pro
perandum: & sequitur Bald. in l. & post ædictum. §.
penul. in fin. ff. de iudic. & Ias. in dicta l. properandũ
columna secunda Postquam incidimus in causarũ
instantias, antequam ad intepretationem statuti no
stri accedamus, satis opportunum duximus, quasdã
in iure varijs locis relatas instantias recensere: Sunt
77 igitur & aliæ † instantiæ biennij, quarũ alia ponitur
in l. de sumersis. C. de naufrag. li. 10. de nauibus su-
mersis. Alia in l. fi. C. de dolo, Illud tamen quia satis
hoc loco: quatenus ad tempus pertinet, conuenire
uidetur, omittendũ non est, qđ refert Ang. in Auth.
multa. §. omnẽ verò nu. 16. De litigio; & decim. par.
lit. ab actor. caut. pręstã. dũ inquit. alioquin. l. prope
78 randũ † instantiã, licet triennio subsistat, attamẽ cũ
actor litẽ non prosequitur anno tantum, & nonagin
79 ta diebus a die citationis actoris expirare. † Est præ
terea & instantia anni inter Dominum & Vasallũ
in causa feudali, ut ad notat per illum text. Matth.
Affl. in c. vnico. §. est alia nu. 17. Quæ sit prima causa
beneficij amittendi: & ideo inquit eo iure limitari
dictã. l. properandũ, quatenus de triennio loquitur,
quod & memoriæ mandandũ, & ea fideliter retinen
dum admonet eo in loco; Cum hac conuenire vr il-
la, de qua fit mentio in Auth. sed cum testator. C. ad
80 l. Falcid. propterea ꝙ, & ea quoque annalis est. † Ha-
81 bemus † præterea & aliã breuiorem nempè sex men
sium, in §. si uerò vt euenit in Auth. de sanctis: epi-
82 sco. huic † satis conuenite uidetur nostra statutaria
sexaginta utilium dierum, de qua latius suo loco in-
fra dicendum erit, uerum ut id quod incepimus pro
83 sequamur, huic proxima est instantia † quatuor men
sium, de qua loquitur Imperator in l. quinquaginta
C. de excusa. tuto. Accedunt duæ trium mensium a
84 † quarum una refertur in l. generali lege. C. de de-
cur. libro decimo, & altera in l. prima. C. de oper. no
85 ni. nuncia. Succedit † præterea ordine præmisso duo
rum mensiũ instantia, quoties lis agitur inter duos
clericos: ut est tex. in §. si tantum in Authen. ut cleri.
apud proxim. episco. posuit hanc Ioann. Andr. in d.
c. venerabilis extrã de Iudic. & retulit Socin. in regu
la. 228. Non est etiam omittendum, iis qui aduersus
Iudices de prouincia decedentes lites aliquas moue
86 rint, instantiam † 25. dierum constitutam fuisse. l. vni
ca. C. vt omnes iudices tàm ciuiles quàm crimina-
les, notat Barto. in l. 1. num. 5. versicu. vlterius oppo-
no. ff. ad l. Iuliam repetun. Vbi inquit Iudices, & alij
qui iuri dicendo præpositi fuerũt, licet in ea Ciuita-
te, in qua ius dixere, sindicatus elapso tempore con-
87 ueniri non possint: in propria † tamen ciuitate pro
actionis natura perpetuò conueniri posse, & Ideo
prosequendo ordinem institutum, non erit fortasè
inconueniens, hoc loco adnectere illud, quod inquit
Angel. ad d. l. properandum, in Auth. plurimi num.
4. de exiben. & introduc. rei f. Planè inquit ipse, licet
illa lege iudiciorum instantiam triennio subsistere
dispositum sit, id tamen ubi lis fuerit contestata lo-
cum habere intelligendum esse. At lite non conte
stata si actor ad statutam diem, vel ea elapsa intra de
cem dies non adfuerit, debet illico reus à Iudicij
88 † obseruatione absolui; causaq; deinceps protrahen
da non est. Non duxi etiam vltimo loco omittendũ,
89 trium etiam quandoq; dierum instantiam † in iure
reperiri, voluit enim Bart. in l. vnica. ff. de glande le-
genda nume. 1. illius interdicti instantiam triduo
contineri, & ideò inquit ex ea lege adnotandum esse
90 instantias ab ipsis causis: quæ tractantur, † modum
sæpe & tempus accipere, planè vltra illud, quod agi-
tur

tur negocium, instantiæ protrahendæ non sunt, cũ iam perierit illud, quorum causa oriuntur, exemplũ ponit Bart. huius generis. Agitur inter duos de prio rum seu consulum; qui duorum tantum est mensiũ, magistratu. Planè breuis esse huius causæ dilatio de bet, ne ut causa ipsa quæ agitur pereat, instantia in causa sit; latius de his mentionem fecit Bartol. in l. si prius in 10. quæstio. ff. de oper. noui nnncia. loqui turq; de his instãtiis Accursius in d. l. properandum quem sequuntur legistæ, & canonistæ in d. c. uenera bilis, ubi Abb. numero 13. De instãtiarum temporibus hactenus. Statuti nostri interpretationem prosequamur.

91 Est igitur instantia † statuti nostri dierum sexaginta utilium, nerum ne quis fortasse hoc loco existimet, cum supra diebus his utilibus instantiæ relatæ circumscriptæ non sint, Sed continuo annorum, uel mensium tempore, fuisse modum hũc à statuentibus introductum animadnertẽdum est, iure qnoqne ciuili idem quandoque vsurpatum esse.

92 Planè meminit de diebus † his utilibus Papinianus in l. miles. §. sexaginta ff. ad l. Iuliam de adulte. & Imperator in l. inre mariti. C. eo. ti. dum inquit iure mariti adulteriũ accusare uolenti sexaginta dies utiles computari, quibus in publico eius facultas fuerit. apud quem reus, vel rea postulari potest. Meminit etiam rursus Imperator in l. si. C. de dolo malo. Multa licet ui dimus sint instantiarum genera, statuentes hoc loco sexaginta dierum utilium instantiam esse uoluerunt de qua infra latius suo loco dicemus.

1 *Statutum loquens de causis ciuilibus an in criminalibus locum habeat.*
2 *Iudicia ciuilia, & criminalia in quo discrepent.*
3 *Statutum loquens de causis ciuilibus an extendatur ad mixtas.*
5 *Mixtum sub simplici quando non contineatur.*
6 *Identitas specie, & substantia eadem est.*
7 *Mixtum sub simplici regulariter non comprehenditur.*
8 *Mixtum non comprehendit dispositio de simplicib. loquens in compromisso pœnali.*
6 *Exceptiones dilatoriæ non comprehendunt exceptiones peremptorias, quæ ad processum in uim dilatoriarum proponuntur, si à iudice terminus ad omnes exceptiones dilatorias proponendas constitutus sit.*
10 *Hermafroditos non comprehendit cõsuetudo feudalis deferens feudum ad descendentes masculos.*
11 *Feudorum consuetudines strictè interpretantur.*
12 *Statutum loquens de causis motis uel mouẽdis ad causas appellationis non extenditur.*
13 *Causa appellationis, non est penitus una et eadem nec penitus diuersa.*
14 *Statutum disponens ut existente patruo mater nõ succedat, si extant patruus mater & soror utrinque con iuncta locum non habet.*
15 *Statutum loquens de iudicio ciuili, & criminali, non extenditur ad casum, ubi pœna partim fisco, & partim parti applicatur.*
16 *Mixtum quando propriè dicatur.*

C A P. IIII.

1 Verba huius nostri statuti prosequendo, dum inquiunt statuẽtes ciuilium, quæri potest, an statutum loquens de causis ciuilibus, in ariminalib. quoqne locum habeat; quia in re ubi est eadem ratio locum habere breuiter concludendum est. at secus si aliqua diuersitatis ratio adduci posit; text. est ubi hoc no. Bald. Imo. Cuma. Alexã. & alii in l. cum mulier. ff. solut. matri. & in l. ab sentem. ff. de pœ. ubi Barto. & alii no. et idem Barto. in l. quæsitum. ff. ad Turpilia. et Bald. in sua practic. crimi. super quęstio. stat. quęst. 4. in fi. ubi quatenus contra hanc conclu sionem loquitur, ex eo mouetur, quòd diuersa sit ratio. Idem tenet Nicolaus Euerard. in sua centuria in loco 77. à ciuilibus ad criminalia ubi quamplura similia adducit & Ioã. Bapt. de Plot. in consilio 109. numero 9. in 1. uolum. consi. crimi. diuers. & Rimin. in consi. 394. num. 17. lib. 2. & Io. Anto. Rub. in l. pe. nul. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. & Tindarus in tra. cta. de testibus. c. 6. num. 9. & Hier. Grat. in cons. 93. nu. 13. lib. 2. & Egidi. Bossi. in sua practi. crimi. in ti. quomo. proceda. per actio. in delic. nu. 35. in quibus autem discrepent iudicia ciuilia, & criminalia, q sci

2 re cupit adeat gl. quæ plures differentias affert insti. de public. iudic. in princ. & Bar. in d. l. ab sentem. ff. de pœ. & in l. quod ergo. §. pœna grauior, num. 3. ff. de his qui no. infam. & Bal. in l. prima numero 4. C. de lit. conteſt. & in l. prima colum. 5. num. 11. & sequen. C. ex delic. defunc. & Bar. in l. 2. §. si publico in 1. opposit. ff. de adul. & Cano. in c. qualiter & quando extra de accus. & Aegid. Bossi. in eadem sua practi. crim. in d. ti. quomo proced. per actio. in deli. toto illo titulo & Nicolaus Euerard. in sua centuria in d. loco 77. à ciuilibus ad criminalia uers. Hoc tamen uolo te scire. Subdunt deinde statuentes, & mixtarũ inde quærendum est, an rursus tale statutum de causis ciuilibus loquẽs, ad mixtas extendatur. quoniam alibi fortasse, vbi statuta expressè id non decidunt, vsui esse poterit, Nonnulla igitur nec planè aspernãda referamus. Breuiter itaque conclnsiueque procedendo: magis communis opinio est prout de hoc eodem statuto refert Angelus in consilio 258. num. j.

4 sub simplici † mixtum non comprehendatur, & si contrarium nonnulli firmare ausi sint; asserentes statutum de. ciuilibus causis loquens, ad mixtas quoq; extendendum esse. quoniam cum tempora causarũ perstringat, fauorabile uidetur. Id quod maximè attendendum censuerunt. L. uenia, & quod ibi no. Accurs. & sequuntur Doct. C. de in ius uoca. quod etiã animaduertit Imperator in d. l. properandum. C. de iudic. Attamen quicquid dixerint alii contrariũ con suluit Angel. in loco supra adducto; Mouetur autem ex his. Dubium non est statutum hoc corrigere ius commune. di. l. properandum. C. de iudid. Sed eiusmodi statuta rigorosè, & strictè sunt interpretanda. l. constitutionibus. ff. ad municip. & l. si ita scriptum de libe. & posthum. ergo: ad causas mixtas extendi non debent, Comprobatur nam quod de simplicibus ad mixta non comprehensa extensio fiat, propterea quòd rigor, & nerborum proprietas repugnat, ab interpretatione procedit, dic. l. si ita scriptum,

ptum, quæ sanè extensiua interpretatio a coniectu-
rata disponentis voluntate, equitate ac benignita-
te suadente emanat, suadere autem id videtur equi-
tas ac benignitas vel ex tacita disponentis volunta-
te, quòd idē scilicet de casu mixto dispositurus fuis-
se cēseatur, si de eo cogitasset, vel ex expressa disposi
tione, qua dicitur, dispositum de simplicibus ad con
iuncta capita extendi licere. l. Gallus. §. si eius versic.
quod quærendum, ff. de liber. & posth. vel ex remo-
tione euidentis iniquitatis & absurditatis. l. 2. ff. de
verb. oblig. sed in statuto de quo agimus, nulla harū
qualitatum inesse videtur, ergo. Quod autem non
insint patet. Nam equum non est, vt causarum in-
stantia breuiori tempore pereat d. l. properandum.
Itidem nulla iniquitas, aut absurditas consequitur,
si non fiat huiusmodi extensio, & cum statutum vl-
tra non procedit ad casus mixti dispositionem: ergo
talis extensio facienda non est, sed tanquam casus
omissus ad ius cōmune pertinere debet. l. commo-
dissimè. ff. de liber. & posthu. & l. si verò, §. de viro. ff.
solut. matrim. Suadetur præterea quia lex loquens
de mixto vbi ei suam distinctā naturā a simplicibus
5 tribuit, mixtum † sub simplici nunquam continetur,
propterea quòd, ea quæ natura & substantia diffe-
runt, eadem eiusdemve speciei non sunt, quando-
6 quidem identitas † speciei & substantiæ eadem est,
vt not. Dinus in l. siue possessione in 3. colum. versi.
præterea duæ possidendi qualitates de regul. iur. lib.
6. sed casus mixtus à lege propriam & separatam na
turam habet, quæ simplicibus non conuenit c. tuę ex
tra de procura. Merito statutum de tempore causa-
rum ciuilium loquens, ad causas mixtas extendi non
debet. Ang. refert & sequitur Andr. Alciat. in repet.
l. 2. in prin. nu. 29. ff. de verb. obligat. & hoc idem te-
net consulendo Riminald. (licet Angel. non alleget)
in consi. 394. nu. 5. lib. 2. adducens tex. in l. vim passā
in §. præscriptione, ff. de adult. & l. 2. in princ. vbi Do-
ctores omnes notant. ff. de verborum obliga. & licet
Saluet. hic inquiat in §. mixtarum contrarium consu
luisse antequam Doctor euasisset: motus iuribus
hic per eum adductis: attamen subdit etiam eam cō-
clusionē disputabilem esse, quasi & ipse vnde quaq;
pedes non firmaret, & ideo mirum non est; si deinde
contrarium obtinuerit, quod comprobatur ex eo,
7 quòd generale sit in statutis † sub simplici mixtum
non contineri, vt probatur in l. quid ergo. §. 1. versic.
ex sententia, ff. de his, qui not. infam. iuncta l. 1. §. si is
qui, ff. de exercito, & voluit Bart. post Iacolo. Butr.
in l. certi conditio, §. quoniam & ibi Alexand. nu. 8.
ff. si cert. pet. & Bald. in l. omnes populi, col. 7. versic.
item si statutum dicat, ff. de iust. & iur. & in cōsi. 237.
versi. sed contra istud facit lib. 3. & in §. omnium nu.
1. inst. de actio. & Docto. omnes in l. 2. in princip. ff.
de verb. oblig. & Tiraq. in dict. ll. connub. uersi. con-
tracter glo. 3. nu. 64. & Angel. in l. si ita scriptum. ff.
de liber. & posth. & Petr. de Anchar. in c. canonū sta-
tuta de constitut. vers. venio ad, quartum membrum
& Io. de Imo. in l. si dignum, ff. ad l. falcid. & Roma.
in l. si tibi in princ. ff. si cert. pet. & Ruin. in consil. 17.
nu. 4. lib. 3. & in consi. 167. num. 20. lib. 1. & Alex. in
consi. 82. nu. 17. lib. 3. & in consi. 18. nume. 3. lib. 4. &
Petr. de Ancha. in consi. 37. contra Ioannem & Ro-
ma. in consi. 294. nu. 4. hæc confectio, col. 2. & Dec.
in consi. 333. nu. 1. & Ias. in §. omnium, nu. 29. inst. de
actio. & Alex. consi. 96. nu 6. lib. 2. & Hieron. Grat.
in consi. 47. nu. 19. lib. 1. & consi. 101. nu. 55. lib. 2. &
Maria. Soc. iun. in consi. 38. nu. 14. lib. 1. & Bar. Soci.
in consi. 121. nu. 3. lib. 1. & consi. 150. num. 21. eod.
vol. & Riminald. in consi. 28. nu. 20. & 22. lib. 1. & in
consi. 24. num. 9. eod. lib. vbi de communi testatur,
& in consi. 327. nu. 14. lib. 2. & in consi. 162. num. 3.
lib. 1. & in consi. 394. num. 11. lib. 2. & in consi. 254.
nu. 16. lib. 2. & in consi. 427. nu. 29. lib. 3. Et hæc po-
tissimum in exorbitantibus & odiosis locum habēt,
in quibus mixtum sub simplicib. nunquam contine-
tur, d. l. vim passam, §. pręscriptionem, & in l. mariti,
§. hoc quinquennium, ff. de adult. & d. l. si ita scriptū
& ibi Ang. & alij, ff. de liber. & posth. & l. hoc legatū,
ff. de leg. 3. & Io. And. in addi. ad Specul. in rubr. qui
filij sint legitimi, vers. huic quæstioni bene cōgruit,
& Bal. Ang. & alij in d. l. 2. in prin. ff. de verb. oblig. &
Anton. de Butrig. in procem. decret. & Petr. de Anc.
in d. c. canonum statuta in 4. princip. quæst. vers. inter
cons. extra de constitu. & Petr. de Anchar. in d. consi.
37. & in consi. 259. in casu proposito, nu. 5. & Io. de
Anania consi. 63. præsupposito, & Alex. in d. consil.
82. lib. 3. & in consi. 76. visis dubitationibus, col. 3.
nu. 10. lib. 5. & in consi. 140. circa primū, nu. 4. eo. lib.
5. & Corn. in cōsi. 63. licet ex pluribus col. 2. vers. &
sub simplicibus num. 8. lib. 2. & Soc. in consi. 81. non
est dubium, col. 3. vers. 3. num. 8. lib. 3. & in consi. 28.
fuit quidam col. 5. versi. nono, nu. 22. lib. 4. Hæc itaq;
vt ex prædictis patet, cōmunis omnium opinio est,
licet nonnulli contrarium tenuerint, vt habetur
apud vespuccium inter consilia Corn. consi. 66. do-
minus, nu. 3. col. pen. in fi. lib. 1. & quosdam recentio.
in d. l. 2. in princ. ff. de verbo. obli. Qui aliis multis &
non contemnendis modis, id limitant, & declarant,
vt plenissimè apud Soci. in cons. 116. in præsenti, col.
2. vers. sed vt omnibus, nu. 6. lib. 4. Ex hac cōmuni do
ctorum opinione ad plures conclusiones, quæ prædi
ctis non, modicum conueniunt, & conclusionem nō
stram valdè comprobant, inferri potest, & primo
quòd in compromisso pœnali dispositio de simplici
8 bus loquens, admixta non extenditur, prout voluit
Corn. in consi. 63. licet ex pluribus, col. 2. num. 9. lib.
2. ea potissimum motus ratione, quòd sub simplicib.
in materia pœnali & stricta, prout est compromissū
& sententia, in qua quasi contrahitur l. 3. §. idem scri-
bit, ff. de pecul. & ideo est stricti iuris. l. paulus re-
spondit. ff. de re iudic. mixta cum simplicibus non
comprehendantur, eundem Corneum refert & se-
quitur Alciat. in d. l. 2. in princ. num. 25. ff. de verbor.
oblig. vbi prædictam conclusionem limitandam ar-
bitratur, quando sit verisimile partes etiam de casu
mixto cogitasse. Secundo infertur ad materiam ex-
ceptionum, propterea quòd si iudex ad omnes exce-
ptiones dilatorias proponendas terminum aliquem
statuat, exceptiones illę peremptorię, quæ ad pro-
9 cessum in vim dilatoriarum proponuntur, de quibus
in cap. 1. de lit. contest. lib. 6. ob id, quòd mixtæ sunt,
non comprehendentur, vt voluit Abb. in c. pastora-
lis, nu. 10. de except. & refert, Alciat. in d. l. 2. num. 25.
versi. tertio infertur, ff. de verbor. oblig. motus vltra

prędicta ea ratione, quòd materiam iudiciorum sit
stricta.l.j.vbi no.C.si plures vna sent.& ideo sub sim
plicibus mixtum non comprehendatur de his infra
dicemus in §.quas exceptiones vbi materiam exce-
ptionum tractamus. Tertio infertur ad consuetudi-
nem feudorum, quæ feudum ad descēdentes mascu-
los defert; quandoquidem ea consnetudo hermafro
ditos † non comprehendet; de illis autem hermafro
10 ditis intelligendum est: quorum sexus masculinus,
vel femininus magis incalescat in ambigno est. Pla-
nè qui nam prævaleat, si certum sit, conclusio hæc
superflua est.l.quæritur.ff.de stat.hom.propterea q
sit femininus sexus, iam clarum est ex ipsa conclusio
ne illam consuetudinem fœminas excludere; si ma-
sculinus, dubitandum non erit, eos ut verè masculos
comprehendi. Verū retentis terminis conclusionis
nostræ, cum sumus in dubio: q simplex mixtum nō
cōprehendat, & ex consequenti hermafroditus non
comprehendatur, voluit Bal.in cousil.237.quidam
magnificus, sed quantum ad feuda lib.3.argu.l.si vi-
na quæ in doliis.ff.de peric.& commo. rei vend.& l.
commodissimè.ff.de lib.& posth.& l. Titię textores
ff.de leg.primo ubi si testator legaret vni masculos,
alij fœminas; hermafroditi non debentur; Id quod
eo magis dicendum est, q consuetudines feudorum
stricte † interpretantur vt inqnit Ale.in d.l.2.in prin
11 ci.nu.26.referendo Bald.vbi supra. Quarto illnd in-
fertur statutum † loquens de causis motis, & mouē
12 dis in causis appellationum locum non habere, vt
voluit Alex.in d.consi.96.nu.5.lib.2.quia lis princi
palis conditi statuti tempore iam mota est, & statu-
tutum non trahitur ad appellationem, & sic ad ca-
sum mixtum, ex quo sumus in exorbitantibus, Cau-
13 sa enim appellationis non est penitus vna & eadem
nec penitus diuersa, vt dicit Cyn.in l.inuitus in 11.q.
C.de procur.& alii relati per Ale.in d.consi.96. Vñ
est casus mixtus, vt ibi per eum, quem refert Alciat.
in d.l.2.num.27.ff.de ver.ob.subdens si vera sit, sin-
gularem decisionem esse. Quinto infertur ad aliud
14 † statutum. quo disponitur, vt existente patru o ma-
ter non succedat. Nam si extat patruus, mater & so-
ror vtrinque coniuncta, statutum locum non habe-
bit, & mater cum sorore exclnso patruo succedet, cū
ille casus mixtus videatur, & in exorbitātib. sub sim
plici mixtum non comprehendatur, vt supra dictū
est. Ita tenet Pet.de Anc.in rep.ca.canonum statuta
circa finem versic.inter consilia quæ habeo extra de
const.vbi dicit ita de facto consuluisse collegiū Pe-
rusinum, & refert, & sequitur Soc.in consi.28.num.
21.lib.4.& Alcia.in d.l.2.nu.28.ff.de uer.oblig. Sex
to & vltimo in eisdem ferè terminis quæstionis pau-
lò infra firmandæ, dum queritur, quando causa mix
ta esse dicatur, & concluditur, vt ibi pro delicto de
iure communi pœna partim fisco, & partim aduer-
sæ parti applicatur, causa seu iudicium mixtum sit,
infertur ad statutum † loquens de iudicio ciuili, &
15 criminali: concludendo ex prædictis, tale statutum
tanquam exorbitans, & ideo strictè intelligendum;
ad illum casum uti mixtum non extendi; prout vo-
luit Alex.in rub.& de iudic.nume.3. quem refert, &
sequitur Alc.in d.l.2.num.29.inquiens ad perfectio
nem dictæ conclusionis maximè animaduertēdum
esse; ne illud quod mixtū dicimus: magis vnius, quā
16 alterius partis accipiat, sed ita mixtum sit, vt equa-
lem partem ab vtroq; capiat, Alioquin. vbi in alter
utram partē prępenderet illius naturā recipiēs, sim
plex & proprium illius partis, quę pręualet dicetur.
vñ hęc conclusio locum non habebit, prout optimè
eo in loco per tex.in c.tuæ extra de proc.ibi per Ale
xā.adductum probari ait. Vbi iudiciū illud ciuile dr
non criminale ob id quod ad separationem tori age
batur; & sic in eo consequentiam quandam necessa
riam crimina probanda essent: & iō ibi tex. tale iudi
cium quasi mixtum non verè, & propriè mixtum ap
pellat. & ideo impropriè mixtum dicendum est.l.in
id tempus.§.si.ff.de vsuc. propriè enim loquendo es-
set ciuile.c.per tuas de simon. vbi si monaci non ad
pœnam, sed vt Abb. indignus, & ad administrādum
inhabilis remoueatur, agant, licet crimina in quādā
conseqnentiam probanda sint iudicium tamen ciui
le erit: & de his licet plura alia adduci possent hacte
nus.

1 *Causæ ciuiles, & criminales quomodo differant.*
2 *Causa ciuilis dicitur, si pecuniaria sit pœna, si corporalis criminalis ex opinione Accursii.*
3 *Causam diuerso modo ex eodem. Accursio ciuilē differre à criminali.*
4 *Causarum ciuilium, & criminalium alia differentia.*
5 *Alia causarum ciuilium, & criminalium differentia.*
6 *Differentia alia causarum ciuilium, & criminalium ex Barbatia.*
7 *Differentia alia inter causas ciuiles, & criminales ex Augustino Beroio.*
8 *Accusatio sępe pro actione in iure ponitur.*
9 *Exceptio est actionis exclusio.*
10 *Intellectus text.in c.item cum quis extra de restitut. spolia.*
11 *Agere dicitur excipiens.*
12 *Verbum obiicio exponitur pro principaliter agendo.*
13 *Augustini Beroii laudes.*
14 *Causa ciuilis uel criminalis quomodo secundum, magis communem opinionem cognoscatur.*
15 *Causa ciuilis qua & qua criminalis dicatur.*
16 *Authoris institutum est communes opiniones reperire, & comprobare.*
17 *Intellectus.c.per tuas de simon.*
18 *Criminaliter cum excipitur agi non dicitur.*
19 *Intellectus.l.Gaius.ff.ad Sillania.*
20 *Intellectus auth.sed nouo iure.C.de pæ.iudi.qui mal. iudic.& Auth.sed hodie.C.de epis.& cle.*

C A P. V.

Postquam supra à nobis quot modis causa accipiatur expositum est, & deinde quę ciuilis sit, ordinem modo propositum prosequendo quæ mixta causa dicatur explicandum est. Id quod commodè, nisi & de criminali quoque causa aliquid dicatur, fieri cum non possit, & si locus suus esse non vi-

deatur,ut tamen facilius ciuilis mixta cognoscatur,
pauca etiam hoc loco de criminali recensebi-
mus.

At quoniã hac de re plures ac satis diuersæ extãt
Doctorum nostrorum sententiæ, eas primum recen
sere,quã ullam ex eis comprobemus,satis oportunũ
videtur.Ad criminales itaque & ciuiles causas acce-
dendo. Accursium varijs in locis variè quoq; de eis
loquutum esse animaduertendũ est. Etenim in l.ter-
tia. ff. de Sepulc. uiola. ab ipsius pœnæ commodo
1 † ciuiles uel criminales causas metitur, propterea q
si pœnę quęstus in fiscum conferatur,criminalẽ cau-
sam appellat:si verò in aduersam partem ciuilem. At
sibi contrarius Accursius ab hac longè diuersam opi
nionem retulit in l.si qua per calumniã. C. de episc.
& cleric. Quandoquidem eo in loco, in quem pœnæ
quæstus conferatur nõ curat:sed totum hoc negociũ
à pœnarum genere,& qualitate pendere arbitratur.
2 Planè si pecuniaria si pœna,† causam esse ciuilem exi
stimat.si corporalis, criminalem. Notari id etiam
uidetur in l.qui sepulcra.C.de sepul.uio.& in l. 1. C.
quando:& à quibus.Rursus idem Accursius à præce
dentibus recedens ex agendi forma id constare uo-
luit, in l. lex Cornelia de sepel. uiola. Nempè si de
3 crimine † agatur,pęna siue fisco applicetur,siue par-
ti,criminalem esse semper causam existimauit. An-
tonius uerò à Butrio in eadem Rub.extra de iudic,à
4 fine † omnem causarum cognitionem & differen-
tiam pendere censuit. Quandoquidem inquit ip-
se,pęna aut ad commodum priuatum tendit,aut pu
blicum;aut tam publicum quàm priuatum. Planè si
cõmodum priuatum respicit, causa ciuilis est,si pu-
blicum criminalis. Si utrumque mixta, At de mixta
infra dicendum erit. Quinto autem loco Abbas in
5 eadem Rubr.extra de Iudic.nu.5.aliter † hoc modo
declarat, criminalis causa tunc dicitur, cum directè
crimen in iudicium deducitur:agiturque ut reus gra
uiori & acriori,qua potest, pœna ordinaria afficia-
tur,tunc enim inquit Abbas siue fisco, siue parti pœ-
na applicetur:propterea quòd non ex consequenti
quod fit,sed principaliter attendendum est l. 1. ff. de
auctor.tuto.& notatur in c.de cætero de homici. cri-
minalem esse causam fateri oporteat. Si verò obli-
quo quodammodo crimen in iudicium deducatur:
quamquã pœna parti non applicetur, ciuiliter agi,
& causam ciuilem non criminalem esse, existimat c.
per tuas de simon.& c.tuę de procur.& c.super his de
accusatio. Intelligit.n.Abbas quamquam crimen in
iudicium deducatur,ob id tamen, quòd benigniori
quodam modo pertractetur, non criminum horro-
rè & seueritate,ciuiliter agi dicendum sit. Quem ad
modum & uerba illa ciuiliter intelliguntur; quę be-
nignius interpretantur.l.Si cui.ff.de seruerit. Cõpro-
bat Abbas vulgatissimo glosarum exemplo;cum in-
quiunt,inquisitione de eo crimine dannatum, cuius
accusatione damnatus infamis efficeretur,infamiam
& dedecus euitare,ut uoluit Accursius in l.3.§.præte
rea.ff.de suspect.tuto.& in l.fin.C.eodem,ubi Cynus
& in l.prima.C.de mod.mult.licet.Bart.de hoc ulti-
mo aliter in l.infamem. ff. de publi. iudi. sentire ui-
deatur. Hæc Abbatis declaratio; aliam Accursij in-
terpretationem,quam paulo ante tertio loco posui

mus,moderatione quadam reformare uidetur. Pla
nè cum diceret Accursius in l.lex cornelia de sepul.
uiola.quando de crimine agitur,siue pœna applice-
tur fisco, siue parti,semper causam esse criminalem
rigorem hunc temperauit Abbas, censuit itaq; id ve
rum esse,nisi mitius de eo crimine agatur. At An-
6 dreas Barbatia,& est sexta causarum ciuilium & cri
minalium declaratio, in suo tractatu de testibus in
3.parte num.4.ita ait. Aut tractatur de crimine,pœ-
na tamen,quę eius delicti causa constituta est,immu
tatur,ut fortasse cum esset corporalis, pecuniaria in
iudicio petitur;& tunc siue fisco siue parti pœna ap-
plicetur,criminalis causa semper sit. clarius explicat
uerba sua hoc exemplo. Certum est legibus ciuili-
bus homicidiam pœna mortis damnari; Pone mo-
dò aliquo in loco homicidis pęnam pecuniariam im
positam esse;ut inquit Bart.in l. 1. ff.de publi.iudic.
& tradit latè idem Barbatia in rub.de homici. Planè
siue parti siue fisco applicetur huiusmodi pœna:
erit proculdubio vt ipse arbitratur,causa criminalis.
Aut verò non tractatur de crimine,pœna tamẽ iuris
dispositione, fisco applicatur, & in hac specie ob id
quod pœna fisco applicetur, causam non effici cri-
minalem verius arbitratur.l.Gaius.ff.sena.consul.sil-
leia.Rursus si de crimine agatur, crimen tamen ip-
sum,in iudicium deductum non est; sed ciuili quodã
modo causa agitata,pœnave nulli applicata: & tunc
etiam causam esse ciuilem non criminalem existima
uit.per tex.in d.c.cap.per tuas ibi non applicatur fi-
sco. Hæc Barbatiæ declaratio in prima eius distri-
butione idem penè,quod uoluit Abb. in præcedenti
continere uidetur, Quandoquidem cum ipse nolue-
rit, vt vbi pœna ordinaria & grauior imponitur,
causa sit criminalis; idem quoque in specie ab ipso
relata Barbatia voluisse apparet,cũ ibi reiecta mor-
tis pœna,pecuniaria eius loco substituta grauior pœ
na & seuerior intelligatur, videtur igitur vt quem-
admodum iure ciuili pœna mortis, ita & statutario
eius loco subrogata,ut causa ciuilis sit, non crimina
lis,mulceri debeat, quemadmodum in secunda di-
uisione dicere uidetur. Verum vt nihil hac in re
pro faciliori statuti nostri interpretatione omitta-
tur, Septimo loco ea referemus quæ scripta reliquit
7 Augustinus Beroius in eadem Rubr. de iud. nume.
69. ubi auctoritate Callistrati Iureconsulti in l. co-
gnitionum in prin.ff.de uar.& extraor. cognitio. fre-
tus,propterea quòd in re proposita cognitionum nu
merus ex uarij causis descendit, in sex genera id om
ne quod hac de re tractandum est, distribuendum
putat. Primum namque genus inquit ipse in ciuili
actione consistit, id quod etsi plerunque in priua-
tis delictis locum habeat l.fin. ff. de priuat. delict.
& toto titulo.ff.de fur. Idem quoque & in publicis
Iudiciis quandoque obseruatur cum agitur actione
de qua in l.nihil aliud.ff.de actioni.& obligatio. exẽ-
pli gratia in crimine falsi, uisque publicæ, alijs ue
nonnullis, de quibus in l.vnica. C. quan. ciui. actio.
præiud. crimin. In hoc itaque primo genere causa
ciuilis est,non criminalis:propterea quòd priuatum
presertim commodum,& interesse comprehendere
uidetur,tum præcipuè ad priuatum cõmodum diri-
gantur actiones,vt declarauit Bartol. tam in Rubr.

quàm

quàm in l.fi.ff.de priua.delic.& in rubric.ff. de publici iudic.& in extrauaganti ad reprimendum in versicu. accusationem,& est text.in inst.de public.iudi.in princip.Secundum autem genus est,quo in criminis cognitionem deuenimus cum per accusationẽ proceditur.Huius generis tres extant species;Alia enim est publica:alia priuata.Hæc autem secunda subdiuiditur,quia alia est accusatio criminalis priuata: alia ciuilis.Publica itaque,vt ad principium distributionis redeamus,accusatio est,cum quis de publico crimine accusatur.l.3.ff.de præuaric.priuata autem cũ de priuato:& si eum qui eiusmodi delictum commiserit,pœnas luere intersit reipublicæ.l.fin. vbi Bart. declarat.ff.de priua.delic. quod retulit etiam in rubri.eiusdem tituli.Harum duarum specierum existimat Beroius causam esse criminalẽ,auctoritate Bar to.in d.rub.& in d.l.fi.ff.de priua.deli. & in rub.ff.de popu.actio.& in rub.iuncta.l.1.de pub.iud.Nec quicquam in his specieb.referre arbitratur, sit ne pœna corporalis,vel ex pecunia;Item rursus parti ne an fisco applicetur:ciuilis præterea criminis accusatio de qua in l.hac lege.C.de proxim.sacr.scrin.lib.12.uidetur:vt inquit tex.ibi in accusatione ciuilis causæ, uel criminalis,& in d.c.qualiter il secundo de accusatio. ibi,& criminalis accusatio,nisi fortasse tex.in d.l.j.accusationem pro actione accipere intelligamus,ppte
8 rea q † accusatio sæpe pro actione poni in iure ciuili compertum est.l.qui accusare.C.de eden.& l.vnica. C.quando actio.ciui.præiudic.crimin.& tradit Bar. post gl.secundum vnam lecturam in dicta Rubri.ff. de publ.iud. Vel potius quòd text.ille ciuilem accusationem appellet,cum id agitur, vt ad priuatam vtilitatem; pœna imponatur. quasi tunc sit ad instar actionis,vt colligitur ex verbis Bart.in l.agraria.ff. de termi.amoto & in d.l.3.ff.de sepultu.uiola.Attamen quomodocunque sit criminalem etiam causam, ut præcedentes accusationes efficit:nisi fortasse,vt indẽ matrimonii separatio,vel fœderis Thorique sequeretur quisquiam hunc in modum accusaret, ut apertẽ voluit Abbas eam rubricam continuans extra de accusatio.vbi tradunt cæteri scribentes per tex.in d.ca. tuæ. Præterea tertium genus est: cum inquisitione, contra eum, qui deliquerit, agitur. ut iuribus inquiã Beroius supra relatis apparere: & tunc si agatur, vt pœna ordinaria, & grauior si qua est, imponatur vt in his casibus dici potest, de quibus in d.c.inquisitionis,vt tradit gl.in d.c.qualiter & quãdo, & causa erit criminalis.ita vt in ea procurator comparare nõ possit. Planè in hoc genere cum eadẽ ratio militet. quæ maximè viget,quando accusatione proceditur: meritò & eadem iuris dispositio esse debet.l. illud.ff. ad l.Aquil.& l.a Titio.ff.de verborum obligati. Si uerò inquit ipse inquisitione ad mitiorem pœnam agatur vtpote,vt quis ab aliqua administratione remoueatur,vel aliam quamuis eiusmodi arbitrariam, vt distinguitur in d.c.inquisitionis & traditur pro regula in d.c.licet heli & in d.ca.qualiter; & tunc causa erit ciuilis,cum non criminaliter,sed ciuiliter potius agi dicatur,vt voluit expressè gl. in capi.quoniam de testibus,& tradit Abb.in d.c.super his colum.secunda extra de iudic.Quartum itidem genus est,cum ex notorio à principio agitur;qua in re pœna ordinaria,& seuerior,vt imponatur, cum agatur. capit. euidentia cum ibi notatis extra de accusatio. & argumento c. ad nostram de iureiuran. vbi in notoriis solus ordo iuris remissus esse intelligitur,meritò huiusmodi cã criminalis dicenda est. Quintũ verò genus est, quod ab ipsa denunciatione,quam caritatiua correctio pcedere debet,descendere solet.cap.nouit extra de iudic.& dicto cap.licet heli; & dicto capitũ. qualiter, & quando iuncto.c.super his in hoc genere causa ciuilis dicenda est, Ratio autem est, quòd tunc ciuiliter non criminaliter agatur:vt est tex.expressus,si eo modo,quo loquitur,intelligatur, in d.ca.per tuas in fine;Ratio verò rationis,quòd ciuiliter,non criminaliter agatur, inde colligitur: quòd ipsa denunciatione,vt quispiam aliqua pœna puniatur,nõ agitur: Verum se ipsum vt corrigat:at se si non correxerit,vt puniatur,consequens est.d.c.nouit,& c. si peccauerit secunda quæstio.j.glo.magna in versi.& cum proceditur in d.c.qualiter:& glo.in d.cap.licet heli & in cap. ex parte,& in cap.tam literis extra de testibus. Comprobatur, quia vbicunque ob præcedentem denunciationem,quispiam ex quadam consequentia punitur,non ordinaria grauiori pœna,sed leuiori,vt putà remotionis ab administratione:potius ciuilis,quam criminalis pœna appellatur.d.capit.per tuas iunctis præmissis.Sextum autem, & ultimum genus est, qđ de exceptione dicitur,etenim si eo modo agendo:pœna aliqua imponenda sit: itidem ciuilis causa existimatur.d.c.super his.Ratio autem est hęc,Nam cum de crimine excipiendo opponitur: principaliter ad pœnam imponendam non agitur:sed vt à iudicio ar-
9 ceatur: propterea quòd exceptio. † est actionis exclusio.l.secunda ff.de exceptio. & caap.2. de ordi.cognitio.& ca.j.extra de exceptio. At si fortasse inquit Beroius de tex.opponatur in c.item cum quis extra de resti.spol. Vbi criminis exceptionẽ agenti ob spoliationem obijciens, audiendus non est,propterea
10 q eo modo criminaliter ageretur,contra text.in dicto c.super his,qui expressè criminaliter nou agi innuere videtur. Huic obiectioni respondendum esse inquit,tex.in d.c.item cum quis,intelligi debere, cũ de crimine excipiendo opponeretur. Sed in reconuẽtione, vel accusatione,eo modo principaliter agendo,vt videtur dicere ille text. ibi obiiciendo crimen agere non potest, & sic principaliter.l.j.ff. de edend.
11 Rursus præterea si eum qui excipit, agere obiicitur.l.j.ff.de exceptio.iterum respondet, vt contrariũ euitemus,magis conuenire, Verba illa agere nõ potest,propriè quàm impropriè intelligere: argumento.c.cum expediat de electio. lib.6. & l. prima.C.de inofficio.donatio.Non obstare etiam inquit, uerba dicti.ca.iterum cum quis, ibi aduersarius ei crimen obiecit:& ibi cum à sua intentione repellat: ac etiam ibi, quòd illius obiectio &c. Quæ sanè uerba exceptionem potius, quam principaliter agendi modum præseferre videntur. Quoniam ut euitemus repugnãtiam, illa uerba, cum per accusationem de crimine principaliter agitur: denotare posse respondendum censet.prout f cit text. in l.3.ff. de crimin. stellio. & in terminis dicti ca.item cum quis & c.1. tertia quęstio.j.cum gloss.unde translatus fuit tex.dicti c.item cum quis,& tamen verba illa obiici potest: exponuntur

tur principaliter agendo: vt ibi adnotatur. His ſex ge
neribus varias ac diuerſas ſcribētium opiniones, am
13 plexus eſt Auguſtinus Beroius: Vir ſummi plenè in-
genii eximięque ac ſingularis doctrinæ, cui non ſo-
lum ego pro ſingulari erga me amore in credibi-
lique beneuolentia me plurimum debere ſentio, ſed
omnes tam ciuilis quàm canonici iuris profeſſores
ingentes gratias habere debent; & ne viri nunquam
ſatis laudati laudes proſequendo minus quàm eius
dignitas poſtulat dicam. ad rem noſtram redeamus
Dum primum igitur genus in actione conſiſtere di-
xit; & priuatorum commodum reſpicere, ea omnia
amplectitur, quæ ſupra ex Accurſio in d. l. 3. ff. de ſe-
pul. viola. retulimus pariterque ex Antonio à Butrio
in d. rub. extra de iud. ubi cauſam ciuilem eam ſem p
appellandam cenſet: quæ priuatorum commodū re
ſpicit. Itidem & ſecundum genus, in quo conclude-
bat, per accuſationem, vbicunque in cognitionē cri-
minis deuenitur, cauſam eſſe criminalem: ſiue ſit pu
blica, ſiue priuata, ſiue ciuilis accuſatio, & pœna cor
poralis, ſiue pecuniaria: interſit dummodo reipubli-
cæ, eum qui eiuſmodi delictum commiſit, pœnas da
re: amplectitur ea quæ uoluit Accurſius in l. lex Cor
nelia. ff. de ſepul. viola. non minus etiam conuenit cū
declaratione Abbatis, de qua ſupra mentionem feci
mus: dum inquit, in tertio genere eſſe animaduertē-
dum, an de ordinaria, vel grauiore cum inquiſitione
agitur, an verò de benigniore pęna irroganda tracte
tur, & in illa ſpecie criminalem, in hac ciuilem appel
lat. Illud tamen in hoc genere omittendum non eſt,
hac declaratione illud eum impugnare uideri: quod
voluit Barto. in dic. l. 3. ff. de ſepul. viola. dum inquit
pœna ubi pecuniaria parti applicatur, cauſam eſſe
ciuilem; & ſi hoc ut infra declarabitur, frequentiori-
bus calculis receptum ſit. Præterea idem quoque de
quarto genere dicendum eſt: cum agitur ex notorio.
ad Quintum genus, quod ab ipſa denūciatione pro-
ficiſcitur, & dicit ciuilem cauſam, quòd ciuiliter non
criminaliter agatur, ijs quæ inquit Accurſius in d. l.
lex Cornelia. ff. de ſepul. uiola. & Abbas in poſterio-
ri parte ſuæ interpretationis: & Barbatia in ſua ma-
ximè accommodatur, id quod & de ſexto & ultimo
dicendum eſt: cum comprobare expreſsè videatur.
quod voluit Accurſius in dict. l. lex Cornelia. Verum
14 † enim verò quicquid hucuſque dictum ſit. Magis
communis ſcribentium opinio eſt, prout dixit Anto
nius à Butrio: ciuilem vel criminalem cauſam ab eo,
quod precipuè in iudicium deducitur commodum
publicum ſcilicet uel priuatum appellari Planè in-
quiunt ipſi: ſi in iudicio præcipuè ad priuatorū com
modum agatur, ſiue deſcendat talis cauſa ex delicto;
ſiue ex contractu; ciuilis cauſa appellabitͬ, ſi verò ad
publicam ex crimine tamen, ut delicta puniātur, cri
minalis, & iō ex his colligunt Doctores, vt cā ciuilis
dicatur, quotieſcunque id quòd petitur parti appli-
15 catur: criminalis vbi fiſco: & ſi pecuniaria ſit ipſa pę
na. ita dixit Accurſius, licet alibi, vt ſupra vidimus,
contrarium voluerit, in dict. l. 3. in princip. in uerſic.
aureorum centum. ff. de ſepul. viola. vbi Barto. decla
rat. Quod confirmarunt etiam Cynus, & Bald. in l. ſi
qua per calumniam in princip. C. de epiſco. & clerri.
& Imo. in rubr. ff. de publi. iudic. & Antonius à Bu-
trio in d. rubric. extra de indic. & Barto. in l. non ſolū.
§. fina. ff. de procurat. & Iaſo. in §. ſupereſt numer. 15.
cum ſequent. inſtitu. de actioni. Præterea hanc opi-
nionem ſequutus eſt ibidem Bald. in l. prima in 4. co
lum. C. de iudic. & Abbas in d. rubri. extra de iudi. nu
mero 5. qui ita dicit tenere Innoc. in d. c. qualiter, &
quando ſecundo, extra de accuſa. & moueri per tex.
in d. l. 3. §. j. ff. de præuari. propterea quòd ita publica
uindicta pęna pecuniaria, ſicut corporis, & famę ſeu
exiſtimationis ſumatur. Itidem hanc eandem opi-
nionem ſequutus eſt etiam Felyn. in dict. rubric. ex-
tra de iudic numero j. & ita inquit ponderare Salyc.
gloſſ. fin. in l. j. ff. de priua. delic. & in d. l. non ſolum. §.
fina. ff. de procur. & Bald. in l. tranſigere. C. de tranſa
ctio. & Alberic. à Roſate & Sal. poſt gloſſ. in l. 1. C. de
ſepul. viola. & Dominicus à ſancto geminiano in ca.
primo de cleri. coniuga. & eſt ad hoc optimus tex. in
§. in ſumma inſtit. de iniur. Præterea etiam hanc ean-
dem opinionem firmat Guido Papæ in conſil. 149.
num. 2. ver. ſimiliter etiam dici poteſt, & in conſi. 80.
nu. 1. & Curt. in l. 2. §. ſed ſi agatur numero 2. ff. de iu
dic. Qui dicit de hoc Barto. latè loqui in l. agraria. ff.
de termi. moto. & idem Curt. in rubr. ff. de iud. num.
19. & Paul. Caſtren. in l. j. num. 3. C. vbi de crimi. agi.
opor. & Steph. Bertran. in conſi. 51. num. 1. vol. j. vbi
dicit de hac plenè tractare Ioan. à Platea in l. ſecun-
da. C. de his qui ex pu. ratio. pecu. mut. accep. & in l. j.
C. de ſuperexactio. tributo. lib. 10. & Rober. Mara. in
ſuo Specu. aureo: in quarta parte num. 1. & eam non
im probare videtur Auguſtinus Beroius in loco ſu-
pra relato, licet aliam ipſe adducat. Dicit tamen Ia-
ſo. in d. §. ſupereſt Inſti. de actio. id quod diximus cau
ſam eſſe criminalem, dum pęna applicatur Fiſco, ve-
rum tunc eſſe: cum ꝓuenit ab ipſa accuſatione. Alio
quin ſi nomine fiſci aliqua actio intenrctur, vt puta
petitio hæreditatis, cauſam ciuilem eſſe vt declarat
Barto. in d. l. 3. in ſin. princ. per text. in l. j. C. de petit.
hæredita. cum alijs, quæ Barto. ibi deducit. Vidimus
quæ magis communis opinio dicatur, Verum quo-
16 niam contra eam quædam obijciunt ſcribentes, † &
ſi omnia diſcutere inſtituti noſtri non ſit, ſed magis
communes opiniones referre, & comprobare. Atta-
men quoniam ea quæ obiiciuntur communem con
cluſionem magis confirmare videntur: meritò ante-
quā ad alia deuenirem, ea hoc loco nōn eſſe omittē-
da putaui. Obiiciebat atque Abbas cōntra hanc cō-
munem ſententiam primo loco de text. in c. per tuas
17 de ſimonia vbi agitur ad priuationē beneficiu † quod
quidem beneficium parti non applicatur, & tamen
ciuiliter agitur non criminaliter: ob hanc obiectio-
nem multa in mediū deducta ſunt. Primo enim tolli
videtur eiuſmodi obiectio ex ijs, quæ ad conſtituen-
dam communem opinionem ex Antonio à Butrio
dicebamus videlicet, vt ea criminalis cauſa dicatur,
cuius finis ad publicam dirigitur vtilitatem: ciuilis
verò, ad priuatam. ita declarat Curtius in d. rubri. ff.
de iudic. nu. 19. & ita inquit voluiſſe Decium in rub.
extra de iudic. reſpondendo eo modo Authen. nouo
iure. C. de pœna iudi. qui male iudic. Secundo autem
loco dicebatur, pœna ibi licet parti non applicetur,
minus etiam fiſco applicari. quo fit, ut pœnæ tertia
ſpecies, amotio videlicet ab officio dicatur; ut eſt
tex.

texin c.qualiter secundo in prin. extra de accusatio.
De hac enim ciuiliter ob id quòd ad priuationem
priuati officii spectet, agi solet ut notat Barto.in l.j.
§.sciendum est.ff.de suspect.tut. Neque cum de pri-
uatione beneficii agitur, pęna parti applicanda est.
c.olim in fi.extra de rescrip. At uerò si sit officiũ pu-
blicum, pœna dicetur criminalis.l. 3.§. pœna.ff. de
crimi.stelliona. Hæc responsio satis uidetur compro
bari ex iis, quæ retulit Barba. in ultima parte suæ su
pra relatæ declarationis: cum illud potissimum, ut
pœna nulli applicetur, præsupponit. Tertio respon-
deri potest, ut licet priuatio illa beneficii, publicã
respicere utilitatem uideatur: dicatur tamen grauio
ris pœnæ causa, latiori quodammodo ciuiliter agi;
& huc pertinet illud, quod & Abbas in sua declara-
tione, & Barb.ĩ ultima sua parte, & Augustinus Be-
roius in tertio genere uoluerunt. Quarto præterea,
& ultimo modo responderi potest, ideo in illo.ca.ci
uiliter agi dictum esse, quia nõ ut ille puniretur, sed
potius per denunciationem quandã ut se ipsum cor
18 rigat agitur, quemadmodum, & cum de crimine ex
cipitur, criminaliter agi dici non solet, quòd ad pœ
nam non agatur.c.super his in fi.extra de accusatio.
Hæc etiam omnia ad supra relatam Beroii declara-
tionem optimè referuntur, ut ex eis obiectum com
mode dilui possit. Secundo etiam loco, contra hanc
communem opinionem adducebat Barbatia tex.in
19 l.Gaius.ff.ad senatusconsult.Sillejan.†Ubi pœna fi-
sco applicatur, agi tamen ciuiliter ostendit? Ad hũc
tex.respondetur, causam ibi non ciuilem, sed pecu-
niariam appellari, & ideo uel negari potest conse-
quentia, ut inquit Curt. in d.rub.de iudic. propter-
ea quòd non concludit huiusmodi argumentum,
est causa pecuniaria, ergo ciuilis, uel dicendum erit,
licet pecuniaria sit, ob id tamen quòd fisco applice-
tur, criminalẽ appellari. Præterea.& tertio loco De-
20 ci.in d.rub.de iudic. contra hanc communem opi-
nionem inuehitur ex iis, quæ habentur in Authen.
sed nouo iure.C. de pœna iudi. qui male iudi. & in
auth.sed hodie.C.de episco.& cleric. quatenus eis in
locis alternatiuè poni uidetur causa criminalis, &
pecuniaria, ex quo inferri uidetur, ut causa non sit
criminali, licet Fisco applicetur. Huic obiectioni
responderi potest, ibi causam pecuniariam ciui-
lem, propter pœnam corporalem appellari: quæ
dicitur ibi criminalis: & ideo inquit Saly.in dict.
l.prima C.de sepul.uiola.in 2.colum.uersicu.ex ista
gloss. leges, & glossas. his abuti uocabulis, uariis
de causis. Pœna enim pecuniaria quæ Fisco ap-
plicatur, si cum pœna corporali conferatur, ciui-
lis dici poterit. Rursus uerò si conferatur cum ea
pœna pecuniaria, quæ parti applicatur, non dede-
cet eandem, propterea quòd tunc Fisco applicetur,
criminalem appellari, ut dixit Decius in dicta rub.
de iudic.& Iaso.instit.de actio.in princip.& Aret.in
consi.ult.& Alexand. in consi.66.uolum.1.& Ioan.
And.in c.tam literis de testibus, & Bart. in l. si quis
de priua.delic.& glo.& Doctores in c.j.de testibus,
in 6.& in c.testimonium extra eodem tit. & latè per
Alex.in apostillis ad Barto. in d.l.3. in principi.ff.de
sepul.uiola. De ciuibus & criminalibus causis ha-
ctenus.

1 *Causæ mixtæ quæ dicantur.*
2 *Procurator in causis criminalibus non admittitur.*
3 *Pœna talionis habet locum in criminalibus non in ciuilibus causis.*
4 *Pœna est priuare quempiam administratione iure ne suo.*
5 *Causæ ciuiles, quæ præter earum naturam criminalibus æquiparantur.*
6 *Statutum an loquatur de causis ciuilibus quæ criminalibus æquiparantur.*
7 *Causa omnium bonorum uel maioris partis criminali æquiparatur.*
8 *Reus durante causa omnium bonorũ, uel maioris partis, non potest nouos honores appetere, sicut reus criminis.*
9 *Insidiari uitæ, & omnibus bonis paria sunt.*
10 *Metus amissionis omnium bonorum æquiparatur metui mortis.*
11 *Pœna amissionis omnium bonorũ maior quàm mortis*
12 *Mors est solatium priuato omnibus bonis.*
13 *Iniuria dicitur fieri in personam quæ sit in omnibus bonis, uel maiori parte.*
14 *Inimicus capitalis dicitur, qui de omnibus bonis, uel maiori parte, sicut de statu & capite litem mouet.*
15 *Pecuniam nonnulli animæ anteponunt.*
16 *Testis esse non potest in causa omnium bonorum, uel maioris partis, frater pro fratre.*
17 *Testes non possunt esse amici pro amicis in causa omnium bonorum, uel maioris partis.*
18 *Testes non possunt esse coniuncti pro coniunctis in cã omnium bonorum, uel maiori partis.*
19 *Testes in causa omnium bonorum uel maioris partis, per iudicem, & notarium coram honestis iuris examinari debeant.*
20 *Probationes in causa pecuniaria graui ut in criminalibus luce meridiana clariores esse debent.*
21 *Causa ciuilis quæ criminalibus æquiparatur, dicitur cum de castro aliquo disputatur.*
22 *Mandatum speciale requiritur in causa pecuniaria ardua ex eo quòd criminalibus æquiparatur.*
23 *Coniunctus pro coniuncto in causa feudi agere non potest.*
24 *Causa matrimonialis dicitur causa ardua, & criminalibus æquiparatur.*
25 *Iuramentum in causa criminali in defectu semiplenæ probationis non defertur.*
26 *Fama cum unico teste in matrimonio dissoluendo non sufficit.*
27 *Causa matrimonialis tractatur in foro ecclesiastico, & quando tractaretur in foro ciuili canones attendi essent.*
28 *Causæ ciuiles quæ infamiam irrogant criminalibus æquiparantur.*
29 *Causa amissionis beneficij æquiparatur criminali.*
30 *Causæ ingenuitatis & libertatis graues dicuntur, & criminalibus æquiparantur.*
31 *Iuramentum non defertur in seruitutem prouocanti.*
32 *Causæ graues sunt quæ tercentos solidos excedunt.*
33 *Causa solidos tercentos excedens à præside non delegatur.*

34 *Causa an sint graues & criminalibus æquiparentur pendet ab arbitrio iudicis.*

35 *Coniectura est iudici hominum qualitas ad deliberandum an causa sit grauis, & criminalibus æquiparetur.*

36 *Causa licet sint graues, tamen cum de possessione tractatur, non æquiparantur criminalibus.*

37 *Causa proprietatis graues quando criminalibus non comparentur.*

38 *Causarum arduarum quæ criminalibus comparãtur: quæ specialia sint.*

39 *Statum nostrum an comprehendat causas graues, & eas quæ criminalibus comparantur.*

CAP. VI.

DEscendamus ad mixtas, quæ ideo ita appella
ri videntur, quòd ab ambabus partem aliquã
capiant, & ideo dixit Antonius à Butrio in d. Rubr.
1 extra de iudic. causam tunc mixtam appellari, cum
pœna parti, partim Fisco applicatur, ut est tex. & ibi
notatur in c. tuæ extra de procurato. ubi Imo. latissi
mè declarat. Hanc conclusionem sequutus est etiã
Alex. in consi. 76. nu. 1. & in consi. 82. nu. 6. uolum. j.
& omnes supra relati, dum de ciuili, & criminali cau
sa loquerentur, idem voluerunt: quos breuitatis cã
non recensemus, potest etiam mixta causa appella-
ri, quòd nec ciuiliter merè, nec merè criminaliter a-
gatur: sed partem capiat ab utraque. Exemplum est
in c. tuæ prope finem extra de procur. & in c. plerun
que extra de dona. inter uir. & ux. A causa enim me-
re ciuili, primo illud accipit, q accusatio: Quę thori
separandi dotiusue amittendæ causa instituitur, nõ
ad publicam, sed mariti tantum utilitatem ptinet.
2 Secundo uerò, quòd † procuratorem admitti. d. ca.
tuæ in fi. id quod si causa esset merè criminalis, locũ
non baberet. d. c. tuæ in prin. & ca. ueniens extra de
accusa. & l. pennl. §. ad crimen. ff. de publ. iud. Tertio
etiam à merè ciuili causa accipere dicitur, quòd ac-
cusator ad talionis pœnam se offerre non debet. Qđ
3 quidem † si merè criminaliter causa ageretur, nullo
modo euitaret. d. c. tuæ in prin. & in c. inquisitionis,
& in c. super his extra de accusatio. iuncto d. c. quali
ter, & c. licet heli de simonia cum. l. fi. ff. de priua. de-
li. At uerò è contra à mere criminali causa pœnam
accipit, propterea quòd mariti consuetudine, Tbo-
rique separatione ac dotis paraphernaliumq; amis-
sione punitur, vt inquit gl. in d. c. plerunque. Admini
stratione † enim quempiam aut iure suo priuare, de
4 licti pœnam esse, certum est. l. testamento centurio.
ff. de manum. testamẽ. & l. moris. ff. de pœnis. Potest
præterea mixtum iudicium, uel causa appellari con
tra uasallum ad domini publicamue utilitatem cũ
ut feudo priuetur, propter eius felloniam agitur. c. j.
§. denique. Quæ sit prim. cau. benef. amit. & in cap. j.
§. si fratrem. Quib. mod. feud. amit. & c. j. si uasal. feu.
priuet.

Exposuimus hucusque tam criminalium quã ci-
uilium mixtarumque causarum naturam. Verũ qa
criminalium causarum cognitio, ad subsequentem
librum pertinet, ibi cum ad eum locum peruenerí-
mus, cætera referemus, Hoc autem loco, quæ ad cau
sarum ciuilium, & mixtarum, quatenus tamen exi-
git subiecta materia cognitionem faciunt, prose-
quamur. Inquiunt igitur statuentes hoc loco, ciui-
lium mixtarumque causarum instantiam, sexaginta
utilibus diebus constare. Quapropter quatenus de
ciuilibus causis loquuntur: quædam ad maiorẽ ho-
rum uerborum declarationem dubitatio excitatur,
5 propterea quòd † quædam ciuiles sunt causæ, q̃ præ
ter earum naturam criminalibus æquiparantur, &
6 ideo, an de eis † quoque intellexerint, hoc loco sta-
tuentes, inuestigare satis opportunum est. Videmus
enim ad species ipsas descendendo, omnium bono-
7 rum † uel maioris partis causas, criminalibus exæ-
quari, ut inquit Tiraq. in tracta. de nobilita. c. 31. re
ferens Bar. in l. admonendi col. antepen. ff. de iurei.
& in l. testium post prin. ff. de testibus, & Bal. & alios
in l. parentes. C. eodem, & Pet. Anch. in consi. 28. ra-
tiones inductæ col. ul. & in cons. 64. in causa quę uer
titur. col. 3. uer. sed præsupposito, & Soc. & Senio. in
consi. 164. uisa bulla Bonifatij col. 8. uol. 2. & Ias. in
consi. 177. in præsenti col. 5. uer. secundo adest lib. se
cundo; & Alcia. in l. transigere in uerbo in illis post
8 prin. C. de transactio. Adeo ut sicut † reus criminis
non potest interim dum lis pendet nouos honores
appetere. l. reus delatus. ff. de muneri. & honor. & l. j.
C. de reis. postul. lib. 10. ita & qui patitur controuer
siam omnium uel magnę partis bonorum: ut uoluit
gl. notabilis quam sequitur ibi Lucas penna colũ. 3.
in princ. & Ioan. à Platea, simile quoque uoluerunt
Petrus Cynus Raynerius, & Fulgo. in l. reum crimi-
nis. C. de procur. & hinc uergit text. in authen. quod
9 mater. C. de reuocan. donatio. Vbi paria sunt † insi-
10 diari uitæ & omnibus bonis, & propterea amissio-
nis omnium bonorum metus metui mortis æquipa
ratur. l. Athletæ. in prin. & ibi Bar. ff. de excusati. tut.
& notat Iacobus Arena in l. propter litem. ff. eodem
titu. & Guilielmus Cunius Cynus & Bal. in l. isti qui
dem. §. si is. ff. quod met. caus. & Barto. in l. penu. col.
ult. ff. de cond. ob turp. caus. & Fulg. in consi. ulti. sup
conditione col. 1. & Panor. in c. secundo, tum in pri-
mo nota: tum in col. 1. uer. huc dicit quod met. caus.
ubi & idem dicit post gl. secundam & Gofredus ibi
de metu amissionis omnium, uel maioris partis bo-
norum, & Alciat. in l. interpositas in uerbo cõtinet.
C. de transactio. & Hyppo. Marsi. in l. si ut allegas nu
mero 5. C. de Sicar. Quinimmo plus dicit Bald. in l.
11 certa in fi. C. de iure fisci lib. 10. maiorem esse † pœ-
nam omnium bonorum quam mortis per tex. in l.
12 ul. C. ad l. Iulia Maiestatis, ubi priuato † omnib. bo-
nis mors est solatium: Idem Bal. in l. prohibitum co
lum. 1. eo. ti. & l. ip. iniuriam, inquit, Quæ fit in omni-
bus bonis. uel maiori parte in persona fieri existima
ri, & ita licere resistere ei: qui facit, sicuti si in perso-
na faceret per dictam. l. propter. litem, & sicut dici-
13 tur inimicus capitalis, † qui de statu & capite con-
trouersiam mouet, ita & qui de omnibus bonis, uel
maiori parte: secundum Bal. in d. l. Athletæ. §. dat re
missionem per illum tex. ff. de excusatio. tuto. & an-
te illum Bar. in d. l. testium in prin. & ibi Ale. in addi
tio. ff. de testibus, quod uoluit etiam Ioan. Anania in
d. c. cum opportet col. 2. de accusatio. & Iaso. in d. cõ
sil. 177. lib. 2. Quæ cum ita se habeant, ideo non mi-
nus

nus dolent homines, si pecuniam quam si vitam ip-
14 sam amittunt. Quinimmo sunt nonnulli; † qui pecu-
niam animæ antepon unt, uel teste Rabbi Moyse Ae
gyptio lib. 3. Perplexorum: cap. 41. Quod & Cato de
liberis asserit ita scribens, & quod perspicuum est,
maiorem curã habere n os marsupij nostri, quã uitę
nostræ. Hac igitur de causa quemadmodum & in cri
15 minalibus † Frater pro Fratre testimonium dicere
non potest ita & in talibus casibus ut inquit Bald. in
d. l. parentes nu. 1. colum. 1. & secunda. C. de testibus
ubi Salic. num. 2. & Franciscus Aretinus in c. cum op
porteat num. 10. extra de accusatio. & Marcus Anto
nius Bauerius in §. pater num. 23. Instit. de testamen.
& Hyppo. Marsi. in l. 1. §. seruus municipinm nume.
9. & §. præterea num. 22. & in l. Diuus Pius nu. 4. ff.
de quæstio. Lanfrancus ab oriano in tractat. de testi-
bus; num. 80. & Iacobus Beluisius in practi. in secun
da parte. c. de causis criminalibus nume. 7. & Barto.
Socin. in consilio 17. num. 6. & 7. uolum. 1. & in con
sil. 235. nu. 7. uolum. secundo; Præterea quòd in cau-
sa amissionis omnium bonorum, uel maioris partis,
tanq̃ graui, & criminali exequata non solũ fratres p
16 fratribus, sed nec etiã amici † pro amicis ad testimo-
nium dicendum admittantur; uoluit Barbatia in cõ-
sil. 3. colum. 10. num. 6. & 7. uolum. 2. Qui rursus in
consil. 8. nume. 13. eodem uolum. secundo, inquit in
ardua causa pecuniaria, quæ equiparatur criminali,
17 † con iunctos pro coniunctis testes esse non posse:
imo voluit Bal. in l. nullum. C. de testibus vt in huius
18 modi causa testes † per iudicem cum notario corã
honestis viris examinari debeant, & ideo dixit etiam
Petrus Ancharanus in consil. 26. in causa pecuniaria
19 † graui, non minus quam in criminali, probationes
luce meridiana clariores esse debere. l. sciant. C. de
probatio. & c. ex litteris extra eod. titul. & adducit di
ctam. l. Athletæ. §. dat remissionem. ff. de excusa. tu-
tor. hoc idem voluit expresse Fulgo. in l. non est: nu.
4. ff. de eo. quod met. caus. per dictam l. propter litẽ.
ff. de excusa. tuto. & Ioan. Amic. in consil. 53. nnm. 3.
20 Dicitur † præterea causa granis & ardua ita vt cum
criminali compareretur, quoties de castro aliquo di-
sputatur, vt ait Matteus Afflic. in c. in generali num.
44. & 47. si de feu. fuer. contro. inter domi. & agna.
quod satis probari videtur in c. 1. de dolo & cõtum.
lib. 6. & tradit Abb. in cap. querelam extra de procu.
21 & ideo vult, vt in tali causa speciali † mandato opus
sit; propterea quòd in generali mãdato causæ arduæ
non comprehendantur, clement. secunda, de pro-
curat. quo fit, nt licet consanguineus, in casibus qui-
busdam in l. exigendi. C. de procurat. adnotatis pro
coniuncto agere possit, in causa verò feudi, quod
22 in ea opus sit speciali mandato † agere non poterit.
Præterea etiam inter has causas connumerãt scriben
23 tes matrimoniales, † ut inquit Abb. in d. c. 2. nu. 9. ex-
tra de procur. & est tex. in c. primo, de consangui. &
affini. & idem uoluit Hieron. Gratus in consil. 59. nu
me. 23. uolum. 2. & Maria. Socin. in consi. 31. nu. 34.
uolumine secundo, & in consil. 29. num. 10. & in con
sil. 86. nume. 7. & in consil. 189. num. 38. & ideo dixit
Hypp. Marsi. in l. de minore. §. plurium num. 56. ff. de
quæst. in causa matrim. in defectu semiplenæ proba-
24 tionis † iuramentum non deferri & Dec. in cap. ve-
niens il 1. de spons. nu. 39. dixit in in matrimonio dis
25 soluendo famam † non sufficere cum vnico teste vt
consuluit Alexand. in consil. 134. nu. 4. colum. 2. au-
ctoritate Antonij à Butrio in c. 1. de consang. & af-
fini. idem voluit Ias. in d. l. admonendi num. 252. ff.
de iureiu. & si de hoc, hoc loco tractãdũ nõ videatur
26 cum spiritualis sit, & ad forum † ecclesiasticum ple-
rumque pertineat, uel quando in foro seculari agere
tur, canones in eo foro attendendi essent, vt late no-
tatur in c. j. & 2. extra de oper. nou. nũcia. tradit. Bar.
& communiter legistæ in l. priuilegia. C. de sac. san.
eccl. cum multis cumulatis per Fel. in c. Ecclesia S.
Mariæ in 18. colum. & plurib. sequen. extra de const.
& refert, Curt. Iun. in consi. 94. num. 2. par. 2. In quo
autem foro matrimonii causa tractari debeat, satis la
tè disputat Paul. Cast. in consil. 2. num. 2. vol. 2. Sunt
27 etiam eiusdem generis causæ illæ † ciuiles, quæ infa-
miam inferre solent, vt voluit idem Abb. in d. c. 2. nu.
9. extra de procura. & tex. in l. ut infamia. C. de decu-
rio lib. 10. & Bal. in c. ueniens il 1. nume. 7. de testib.
allegans tex. in d. l. propter litẽ. ff. de excu. tuto. quem
28 sequitur Phil. Dec. ibidem nu. 39. Itidem † etiam si
de amissione beneficij tractetur, vt voluit gloss. in d.
c. querelam extra de procura. & tradit Mar. Soci. de
29 citatio. art. 5. nu. 58. Sunt pręterea causę graues † quę
criminalibus æquiparantur, ingenuitatis & liberta-
tis causę l. 2. C. de pedã. iudi. & refert Ang. in l. & quia
nu. 10. ff. de iurisd. omn. iud. & Sali. in l. in bonefidei
num. 28. C. de reb. cred. arg. l. quod attinet. ff. de reg.
iur. quandoquidem tunc in seruitutem prouocanti
ius iurandũ non defertur, argumento l. cũ proponas
C. de reb. cred. Itidem & causæ quæ tercentos aureos
excedunt, ut uoluit glo. magna in fin. in l. imperium.
ff. de inrisdictio. omn. iud. & in §. & iudicare prout ap
probat & dicit uerius esse quicquid in contrarium di
catur Ang. in d. l. & quia nume. 10. ff. de iurisd. omn.
iud. auctoritate Bar. & ideo inquit Ange. eodẽ loco
præsidem & si publicis sit negociis, ob causarum
32 multitudinem occupatus; causas tamen † quæ ter-
centos aureos excedant delegare non posse quam-
quam gloss. in d. l. secunda. C. de pedan. Iud. & in §. &
iud. contrarium uoluisse uideatur. Verum ne omnes
hic graues causas, quæ criminalibus exequantur, nu-
33 merare cogamur, Sciendum est, id à iudicis † arbitrio
pendere, ut tradunt Doct. in c. si pro debilitate num.
5. extra de offi. deleg. & Antonius à Butrio. in c. fin. §.
is autem eod. tit. & in c. edoceri col. 2. de rescrip. Quẽ
admodum autem Iudex debeat arbitrari, ex his inter
alias innumerabiles coniecturas, intelligi potest. Pri-
34 mo enim debet iudex † hominum qualitates, inter
quos agitur, diligenter inspicere, vt inquit Riminal-
dus in consil. 433. nu. 14. uolum. 3. & Sal. in d. l. in bo
nefidei num. 28. C. de reb. dub. idem asserens ad diui
tias esse animaduertendum arbitratur. l. sed si susce-
35 perit ubi glo. ff. de iud. Secundò verò † an de proprie
tate uel possessione tractetur, propterea quòd licet
magnæ sint graues causæ, si tamen de possessione, nõ
de proprietate tractetur, criminalibus exequandæ
non erunt, ut inquit Rapha. Fulgo. in d. l. admonendi
nu. 36. ff. de iureiur. argumento l. 1. C. si de moment.
possess. Ratio autem ea est, quòd possessionis causa to
tum negocium non extinguat, præiudicinmque non
co,

inferat irreparabilè.& ideo dicebat Fulgo.eodem lo
36 co,idem quoque† iudicio proprietatis,si aliquis articulus, qui modicum afferat præiudicium, decidatur,dicendum esse. ut est in c.insinuatione extra de procurato.Quoniã igitur, vt ex iis, quę adduximus liquidò apparet, causas has graues, & vt inquiunt
37 scribentes arduas,†criminalibus comparari,& ob id à sua natura recedere,quòd huiusmodi pendentibus causis,rei appetere nouos honores nõ possunt,quòd in eis probationes luce meridiana clariores exigantur, quòd debeant Testes per iudicem cum notario coràm honestis viris examinari, quòd speciali mandato opus sit,quòd Frater,pro Fratre,& coniunctua pro coniuncto testis esse non posit,causamve ageret satis etiam meo indicio potuit probabiliter dubitari
38 an ita criminalibus comparentur, ut à statuto† nostro quod criminales causas ab hac instantia excipit, non comprehendantur. Verum quicquid supra dictum sit, earum quoque instantiam sexaginta dierũ vtilium esse, & amplecti ab hoc nostro statuto, dicẽdum arbitror. Ratio autem est,quia licet causis grauibus priuilegia multa concedantur, quæ vt inquit Afflic.in d.c.in generali num.44.Si de feud.fuer.contro. inter. domi. & agna. & ponunt recentiores in c. fin. §.is autem extra de offi. de leg.& in c. in causis in primo notabili de testib. Attamen potius ad maiorẽ causæ cognitionem,quam ad temporis instantiã pertinent,diciq; non potest:quin verè ciuiles causæ dicãtur. Præterquam quòd,& si aliqua ex parte à merè ciuili hac different. uoluisse eas statuentes illa dictione quęcunque comprehendere dicendum esse.

1 *Dictionis quecunque natura.*
2 *Dictio quemcunque virum omnes homines complecti tur.*
3 *Dictio quibuscunque filijs,de filiabus etiam intelligi tur.*
4 *Dictio quodcumque nihil solet excludere.*
5 *Dictio quecunque bona,facit ut bona futura in donatione comprehendantur.*
6 *Fideicommissarius hæres impropriè dicitur,& quando dicatur.*
7 *Dictio quocũque hærede cõprehendit etiam fideicom. in contractibus,quorum est stricta interpretatio, itẽ & legatarios.*
8 *Legatarius quando appellatione hæredis comprahendatur.*
9 *Dictio quibuscunque indicijs, facit ut sufficiat testes qui plenè non probant,quibuscunque indicijs rẽ ostendere.*
10 *Dictio quecunque comprahendit etiam ea,qua specialem mentionem concessionemve exigunt.*
11 *Dictio quoscunque facit,ut comes posit legitimare, infantes,etiam si adhuc speciale priuilegium requiratur.*
12 *Dictio quandocumque res fuerit tibi euicta, includit etiam si sententia arbitri euincatur.*
13 *Euictione uenditor non tenetur, si fiat peremptorem compromissum.*
14 *Dictio quicunque transfert feudum ad extraneos hæredes.*
15 *Dictio quicunque etiam clericos contra naturã actus denotat.*
16 *Dictio quecunque ad decimas etiam ordinarias iure diuino introductas refertur.*
17 *Dictionis quecunque multi tradunt copiosè.*
18 *Dictio quecunque quandoque restringitur.*
19 *Dictio quocunque pro idoneo intelligitur.*
20 *Dictio quodcunque sæpe restringitur secundum naturam actus.*
21 *Dictio quecunque ad ea quæ non facilè sed magna cũ difficultate conceduntur,non refertur.*
22 *Dictio cuiuscunque alterius nostri ciuis ad verè ciues non admodificatè refertur.*
23 *Dictio quandocunque decesserit impubes, ad puberes non trahitur.*
24 *Dictio quandocunque decesserit hæres ad non hæredẽ non porrigitur.*
25 *Dictio quæcunque ad causas meri, & mixti imperij tantum refertur.*
29 *Generalis quæcunque dispositio ubi cessat ratio, mensue statuentium restringitur.*

CAP. VII.

Etenim eiusmodi dictio quæcunque quòd geminata sit,non sua propria tantum significatione, sed necessaria etiam quadam,vt inquiunt Doctores
1 nostri,omnia complecti intelligitur,†vt refert Hyer. Gratus in consi.50.nume. 22. uolum.1. auctoritate Ias.in l.1.§.nunciatio.ff.de noui oper.nuncia.post Salyc.in l.2.colum.3. C. de noxali: Idem voluit Barto. So cin.in consi.10.num.19.uolum.1.vnde Maria.Socin.iunior in consil.38.nu.1.uolum.3.eum qui quó-
2 cumque† virum dixerit,omnes homines comprahẽdere arbitratur.l.ait Diuus & l.ædicto in princ.ff. de iure fisci,vti declarat Bart.in l.hoc articulo. ff. de hæred.instituen.& Philippus Dec.in consi.599.nume. 3.par.4.inquit, uniuersali hoc uerbo quibuscunque eos etiam compræhendi, qui propria natura compræhendi non uidentur: vtputa si de quibuscunque filijs dictum sit, propterea quòd non minus etiam
3 † de filiabus eo casu intelligendum erit, ut satis comprobare uidetur Ias.in consil. 115.statutum nouum col.7.uersi.secundo, adest in quarto uol. voluit etiã Maria.Socin.Iunior.in consi.89. nu. 13. uol. tertio,
4 ob ib quòd uerbum† quodcumque nihil solet excludere l.Iulianua.ff.de leg.3.& c.solite de maior. & obedien.& cap. si Romanorum. 19. Distinctio. & refert Corn.in consil.55.nu.15.& in consi.14.num.4.uol. 3.& quãquã futura bona in donatione nõ cõpræhendantur.id tamen locum non habet,si donans omnia
5 †& quæcunque bona se donare dixerit. Quoniam vt supra retulimus & tradit idem Hyeron. Grat.in consi.134.uol.1.hæc uerba improprietatem admittunt,& patiuntur.vt dixit Bald.in c. Imperialem De probi.aliena feud.per feder.& tradunt scribentes, in l.etiam.ff.solu.matri.& Barto.Socin. in l. quidam relatus.ff.de reb.dub. & latè Curtius Iunior in consilio 48.nu.3.Hac eadem ratione inquit Idẽ Grat.in consi. quinto,num.76.uolu.secundo,quòd licet fideicom-
6 missarius† hæres impropriè dicatur.l. postulantе. §. fin.

fin.ff.ad sena.consu.Trebelli.& hoc non obstante in
fideicommissario etiam, quatenus ad testamenta p-
tinet, locum habeat.l.j.§.de illo.ff. ad senatusconsul.
Trebellia.ubi Alexan.Ias.& alii adnotant eam tamē
7 esse huius dictionis † vim, ut si de quocunque hære-
de dictum sit, in contractibus quoque. quorum est
stricta interpretatio, de fideicommissario intelliga-
8 tur Imo.quod plus sanè est, & de legatario † idem di-
cendum sit.vt uoluit Bal.in d.c.Imperialem de pro
hibi.alie.feud.per Federic.& Soc.in d.l.quidam rele
gatus colum.3.ff.de reb.dub.& in l. Gallus.§.etiam
si parente.ff.de liber.& posthu.tradunt Doctores, &
præsertim Alex.in d.l.etiam.ff.solu.mat.& latè Cur-
tius iunior in d.consi.48.nu.3. Facit num modicū ad
rem nostram quod uoluit.idem Gratus in consi.90.
numero 17.uolum.2.dum inquit sufficere, si testes,
9 † qui plenè non probant, quibuscunque indiciis rē
ostendant. Vbicunque dictum est, quibuscunq; indi
ciis rem probari: quod uoluit etiam Ias. in d.l.etiam
10 ff.solu.mat. Accedit præterea, quod ea † quoq; com
prehendat, quæ specialem mentionem concessionē
ue exigunt, ut inquit Bartho.Soci.in consilio tertio,
numer.23.uolum.3.ut in legitimationis priuilegio
exemplum commodè poni potest argumento gloss.
in clem.1.de re iudic.& gl.in d.l. cum pœnam.ff. de
arbit.& notat Bal.in d.c.Imperialem, & ideo hac de
causa in quodam consilio non impresso Alex. uoluis
se ait, ut licet comes, cui id specialiter concessum nō
sit, infantes legitimare non possit.si tamē uerba hęc
11 † quoscunque in eius priuilegio apposita sint, id ei
concessum intelligendum esse, quod latè & copiosè
confirmauit Curtius iunior in consil.32.numero 3.
Adnotandum præterea hoc loco est id, quod refert
Alex.in d.l.si patroni.15.ff.ad senatusc. Trebellia.de
euictione auctoritate glo. communiter recepta in l.
12 cum pœna.ff.de arbit.inquit enim ea glo.si † quādo
cunque opus fuerit, euictionem tibi promittam: li-
cet tu litem eadem de re ortam compromiseris, fue-
ritque res arbitrorum sententia euicta: teneri me ēt
13 tunc de euictione, quanquam alioquin † si illa uer-
ba non accesserint, aliter dicēdum sit.l.si dictum.§.si
compromisero.ff.de euictio. Quemadmodum etiā
14 in feudorum inuestitura † uerba illa qui cunque: feu
dum trāsferunt ad extraneos hæredes, vt inquit Bal.
in d.c.Imperialem colū.8.& in l.j.quæstio.34.& 48.
de rerum diuisio.& in l.cum uirum colum.fin.C.de
fideicommis.& in c.in præsentia col.7.de probatio.
& Abba. in consi.109.nitar in pręsenti causa in ter-
tio dubio, & Roma.in d.l.id tempus.§.1.de usucap.
& in d.l.ēt.ff.so.mat.& Imo.in l.qđ dī.ff.de uerb.ob.
& Alex.in d.l.quædā.§.nihil.ff.de eden.& in d.l.si pa
troni col.penul.ff.ad senatusc.Trebell.& Iaso.in præ
ludiis feudorum, & Cur.iunior in consi.1.numer.4.
& Felin.in d.ca.in præsentia colum.11.extra de pro-
batio.& in c.sedes apostolica de rescrip. & Ias.in cō-
silio 9.nume.7.& Barth.Soc.in consi.10.& Georgi.
nat.in suis commentariis super statut.fęmi.exclu.in
quarta quæst.nu.122.& Matth.Afflic.& in c.1.§.do
nare numero 15.quali: posse: olim feud.alie. & Albe
ric.Brun.in consi.39.numero 7.in uolu. cōsiliorum
feudalium diuersorum, & si cōtrarium uoluerit Bal.
sibi contrarius in d.c.j.§.donare, quasi ad habilia ta-
lia uerba accommodari debeant.l.j.C.de sac.san.ec.
prout etiam adnotauit Iacobus Arena in d.l.1.§.nū-
ciatio.ff.de ope.noui nunc.quæ sequūtur Are.& So-
ci.in d.l.Gallus.§.etiam si parente.ff.de lib. & posth.
& Philip.Dec.in d.c.in præsentia de probatio: ea po
tissimum ratione, quòd huiusmodi verba, cū aliud
exprimere possunt, ad inhabilia extendi non debeāt.
Nō est etiam hoc loco omittēdum, huiusmodi uer-
15 ba † cōtra naturam, & qualitatem actus, tam laicos
quàm clericos denotare: ut inquit idem Curt.iunio.
in d.consi.1.nu.4.auctoritate Andreę Barbatiæ in l.
cum acutissimi cart.70.C. de fideiussor. qui inquit.
hac in re ponderare text.nouum in l.j.§. permittitur
in uerbo qualemcūque successorem.ff.de aqua quo-
ti.& ęsti.& gl.iuncto tex.in clem.1.de iudic. prout ēt
in priuilegio, si quemcūque decimæ remittātur, li-
cet sit stricti iuris, ut notat Bar.in l.j.in prin. per illū
tex.C.de legi.& Io.And.& Ant.de But.in ca.olim de
uer.sig.per tex.in c.priuilegia 3.dist.& facit gl.in c.j.
de cōst.in 6.& in priuilegio exemptionis tradit Old.
in consi.268.quæstio est utrum per priuilegium. At
tamen uis illius uniuersalis dictionis, non solum
16 † ad extraordinarias, sed etiam ad ordinarias iure di
uino introductas decimas refertur, ut inquit Decius
in consi.113.num.4. parte prima. Verum ne sigilla-
tim cuiuscūque dicta referam, animaduertēdum est
17 huius dictionis uim referre † Andream Alciatum in
l.monumentum.ff.de uerb.sig.& latè Hyppo.Marsi.
qui multa alia cōgerit.l.unus.§.cogniturum colum.
quarta, uersi.modo redeundo, cum multis sequenti-
bus.ff.de quęstio.& Steph.Bertra.in consil.264.ui-
so consultationis Themate col.1.lib.2. & Matth.Af
fli.in const.Siciliæ incipiēte comes colum.pen. in 4.
not.& Decis.Neapo.386.in causa petitionis colū.2.
& Catel.Cotta: memor: feudum concessum, & me-
mor priuilegia, & memoriali quibuscunque, & Frā-
ciscus Curtius iunior in tractat. feudorum in tertia
part.quæst.ultima, & Franciscus Ripa in l.quæsitum
§.si quis cum tutor.ff.de priuile.credito.& in l.ex fa-
cto.§.si quis ita nu.16.ff. ad senatusconsul. Trebelli.
& latissimè Tiraquel. ad quem me refero in titu. de
retract.lignia.§.j.glo.7.num.20.cum sequentib.Hęc
autem dictio quęcunque licet ut uidimus uniuersa-
18 lis sit, attamen id non ita absolutum est, quin † quan-
doque contra ea quę supra paulo ante diximus re-
stringatur, ut uoluit Accursius in l. promittendo. in
princ.in uerbo conditionis in fi.ff.de iure dot.& in l.
emancipati ubi Bart. declarat.ff.de adoptio: qui in-
19 terpretatur uerbum † quocunque, scilicet idoneo:
prout etiam rursus idem facit in l.2.C. ubi de ratio-
ci.tam pub.quam priua.agi oport.& in l.1.C.de fide
instrumen.& in l.j.C.de sacrosan.eccle.vbi etiam in-
terpretatur dictionem uniuscūq; hīlis ad testādum,
cum concordantibus: ibi à recētioribus collectis, &
ab Alex.Soc.& Ias. in d.l.secunda.§.prætor ait.ff.qui
satisda.cogan.& Barbar. in consi.1. præclarè colum.
5.uer.& licèt statutum lib.2. & in consi.57. præcla-
rè col.8.uer.cum ergo Papa eo.lib.2. & Bar. Soci.in
consi.260.in causa Nanutensis colum.10.uersic.sed
ad ista lib.2.ubi expressè probat, non semper proce
dere quod diximus dictionem uniuersalem include
20 re maiora expressis. Propterea quod † sæpe limita-
tur,

tur,& restringitur secundum naturam actus, cui attribuitur: ut pulchrè dicit Bald. loquens de dictione quandocunque in consi.67. quia ex facto colum.2. uec. nec obstat si dicatur lib.3. quod extollit Catel. memoria: quandocunque & idem uoluit idem Bal. loquens de dictione quibuscunque in d.c.1.§. donare colū.2.uersi. sed dubitari potest,& ibi etiam Mar. Laud.& Card. Alex. ad fi. titu. quali. olim feud. alien. pos. Idem Bal. in d.l. cum virum colum. vlti. C. de fideicom.& Alex. sibi contrarius in consil.30. quoniā omne datum colum.4.uer.8. quia Vasallus lib.1.& Franciscus Are.& Soc. in d.l. Gallus.§. etiam,& Bal. sibi item contrarius in rub. de feud. column.2. & in d.consi.63. sapienter col.9.uer.& adduco libr.j.& in d.consi.23. sapientissimus colum.2.uer. Quia re uera lib.2.& Iacob. à santo Georgio in tracta. feud. in verbo,& quibuscunque hæredibus colum.1.& Frāciscus Curtius senior in consi.83. Deus Pius colū.5. ver.& si opponatur:& Philippus Deci. sibi contrarius in consi.185. in causa istorum col.3. uersi. & respondetur,& Lud. Goza. in d.consi. 26. in causa illustrissimorum,& in consi.5. numer.35. & latè prosequitur idem Tiraq. eodem in loco num.27. cum sequentibus,& ideo Staphileus in suo tract. de gratiis expectatiuis,& aliis literis in rub. de præro. expect. & de intell. Reg. præro. num.17. dicebat, generalitatem huius dictionis speciali dispositione moderari, Immo quod est plus, dixit Antonius à Butrio in cōsilio 19.num.9. eiusmodi uerba generalia quæcun-
21 que;† ad ea quæ non facilem, sed magna cum difficultate, aut vrgenti ex causa conceduntur: non referri, vt uidetur tex. in c. qui ad agendum de procurat. & in c. non potest,& in c. fin. lib.6.& in c. quod trāslationem. de offi. deleg.& ideo dixit etiam Marian. Soc. iunior in d.consi.18.nume.39. uolu.3. illa ver-
22 ba † cuiuscunque alterius nostri ciuis Ferrariensis, ad uerè ciues, non modificatè,& secundum quid, referenda esse: per ea quæ uoluit Barto. in l. si is, qui ꝓ emptore col.17.ff. de usucapio. Comprobat etiam hanc conclusionem Corne. in consi.199.nume.17. uolum. secundo. Dum inquit illa uerba. Quandocū que licet omne tempus comprehendant, si tamen qualitas aliqua adiecta sit, cum illa qualitate intelli-
23 gi debere. Exempli gratia si dixeris testator. † Quandocunque decesserit impubes. Planè si pubes decedat, dispositio locum non habebit. Vel rursus si dixe-
24 rit † quandocunque decesserit hæres. itidem locū non habebit eo non hęrede decedente, Suadere id etiam non modicum videtur. l.1.ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. ubi Curt. nume. 46. illam dictio-
25 nem † quęcunque uniuersalem ad causas meri,& mixti imperii: prout declarat etiam ibi Accursius: quem sequitur Barto. tantummodo referri arbitratur. Vnde alia infinita omittendo. breuitatis causa, quæ hac de re referri possent, quatenus pertinet ad rem: quam agimus animaduertendum est. Quamcū
26 que † generalem dispositionem, ubi cessat ratio, mensue statuentium, restringit. l. adigere.§. quamuis.ff. de iure patro.& c. cum cessante de appellat.& not. Bar. in l. omnes populi in 6. quæst. prin.ff. de iust. & iure,& refert. Ludo. Gozad. in consi.88.nu.12. id quod in statuto de quo agimus: cum non accidat, meritò uniuersaliter de omnibus, ciuilibus causis, & si aliqua ex parte cum criminalibus conuenire uideantur, intelligendum est. De his hactenus, ad alia iam pergamus.

1 *Instantia iuris communis an statutum possit derogare.*
2 *Statuta sunt ius ciuile illius ciuitatis, à qua facta sunt.*
3 *Captatoria uoluntas ut ualeat statuto fieri potest.*
4 *Filius familias de iure communi testari non potest.*
5 *Filiusfamilias ut testari possit per statutum fieri potest.*
6 *Forenses quo ad ordinatoria iudicii statutis locorum ligantur.*
7 *Clericus etiam statuto instantiam inducente in foro seculari agens ligatur.*
8 *Statuta iura & consuetudines fori quo ad solemnitatem,& ordinem processus in quo iudicium agitatur attendi debent.*
9 *Statutum nostrum an causas summarias comprehendat.*
10 *Causæ summariæ an comprehendantur sub statuto de instantia loquente.*
11 *Cōtestatio litis in summariis causis est primus actus qui fit post litis contestationem in ordinarijs.*
12 *Instantia statutaria an habeat locum in causis summariis.*
13 *Instantia causæ principalis triennio constat.*
14 *Instantia causæ appellationis anno, uel biennio constat.*
15 *Instantia appellationis à iure canonico approbata.*
16 *Instantia appellationis quare breuior.*
17 *Instantia statuti nostri 60. dierum tam in causa appellationis, quam principali obseruatur.*
18 *Ratio quare instantia statuti nostri eadem sit in causa principali,& appellationis.*
19 *Temporis continui,& utilis differentia.*
20 *Continuum tempus quod nam sit.*
21 *Tempus utile quod nam sit.*
22 *Continuum uel utile an sit tempus, vel terminus à statuto datus.*
23 *Vtiles quòd essent illi 60 dies instantiæ à statuentib. summa ratione expressum est.*

C A P. V I I I.

Quoniam statuentes instantiam causæ sexaginta dierum fecerūt, dubitari potest, an sta-
1 tutum † possit quo ad instantiam iuri communi,& dispositioni. l. properandum. in princip. C. de iudic. derogare,& breuiter ac conclusiuè procedendo, ꝙ possit dicendum est. propterea quòd videtur huiusmodi statuta, quæ instantias breuiores faciunt, eadem ratione: qua & ius commune, potissimum: publicam uidelicet utilitatem, ne lites fiant immortales attendere, vt uoluit glo.& sequuntur Docto. in d.l. properandum in princ. Secundo comprobatur. nam cum instantia illa triennali à iure ciuili inuenta sit. d.l. properandum meritò conueniens est: ut aliud ius ciuile eadem de re disponere possit, sunt

enim

2 enim statuta ius ciuile † illius Ciuitatis, à qua emana
runt. l. omnes populi cum ibi not. ff. de iustit. & Iur.
& §. sed naturalia q̃dẽ iura Instit. de iure natu. gent.
& ciui. latè tradit Soc. iun. in consi. 2. nu. 30. cum seq.
& in consi. 11. nu. 6. eod. vol. & in consi. 36. nu. 7. & in
consi. 80. nu. 9. uol. 1. & Curt. Iun. in consil. 39. nu. 1.
par. 1. & in consil. 129. nu. 6. part. secunda. Præterea
hanc conclusionem firmauit Alex. in consil. 42. num.
3. uol. 3. & not. Ioan. Andr. in additio. ad specul. in ti-
tul. de appel. in §. nunc breuiter in uersi. licet autem,
& Doct. in c. de causis extra de offic. deleg a. & in c.
ex ratione de appell. & Ioan. de Imol. in l. 4. in prin.
ff. de damn. infect. & Parisi. in consil. 48. nu. 19. uolu.
primo, & statutum esse seruandum in suis puris ter-
minis, inquit Abb. in consil. 5. nu. 4. lib. 2. post Bald.
in l. properãdum in prin. ver. quid ergo si statutũ. C.
de iu. Facit præterea & tertio nõ modicũ illud quod
voluit Angel. in l. captatorias. ff. de hæred. instit. dum
3 inquit quod licet † captatoria uoluntas lege & con-
suetudine reprobetur. d. l. captatorias. Attamen vt
4 valeat statuto induci posse: Nam quòd † filius fami-
lias testari non possit, iure ciuili introductum est. l.
seruum. C. qui testam. facer. post. & l. qui in potesta-
te. ff. de testam. & Instit. quibus non est perm. facer.
5 testam. in princ. Attamen statuto † vt filius familias
testari possit, fieri potest, vt voluit Barto. in l. si quæ-
ramus. ff. de testam. & Bald. in Auth. ingressi. C. de sa-
crosa. eccle. & in l. cunctos populos. C. de sum. trin.
& fid. catho. Non est etiam omittendum, illud quod
uoluit Bal. in l. 1. in fin. C. de arbitr. dum inquit, ubi
uiget statutum serua statutũ quicquid ius cõmune
disponat. & Decius in l. quãquã col. 1. C. de mili. te-
testam. & refert Abb. in consi. 96. nu. 8. Patet igitur
ex prędictis, statuta iuris communis instãtias breuio
res publicę vtilitatis causa facere posse, his rationi-
bus, argumentatur Riminal. in consi. 346. nu. 2. 3. &
quarto lib. 2. & comprobat Parisi. in consil. 124. nu.
2. lib. 1. & Abb. in consi. 96. nu. 8. & Alex. in consi. 43.
num. 3. lib. 3.

Amplectitur primo prædicta conclusio, vt etiam
in forensibus, ex quo talis instantia ordinem concer-
nit seruanda sit, vt uoluerunt Bar. Bald. & alij in d. l.
cuntos populos. C. de summ. trin. & fid. catho. & Ca
rauit in c. quod clericus de foro compet. & in c. 1. de
constit. cum similibus. Vnde quòd statuta, quo ad or-
6 dinatoria iudicij, etiam † forenses ligent, pro regula
poni solet, vt inquit Parisi. in consi. 49. nume. 19. &
seq. lib. 1.

Secundo amplectitur, vt tale statutum instantiam
7 inducens, etiam † clericum contra laicum in foro se-
culari agentem, amplectatur, vt disputando tenuit
Ioan. Calde. in sua quæstio. quæ incipit, statuto: & cũ
refert & sequitur Imo. in c. quod clericus nu. 2. versi.
& per hoc tenuit Ioan. Calder. extra de foro. cõpetẽ.
quod uoluit etiam ibi Abb. nu. 10. & Maria. Soc. nu.
5. versi. & ex prædictis infertur, & Petr. de Anchar. in
consi. 18. nu. 1. & in c. 1. quæst. 12. de constit. & Salyc.
in Auth. casta. nu. 10. versi. & ex his infero, C. de sa-
crosa. eccle. & Dec. in c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ num.
44. extra de constit. & Raphael. cuma. in consi. 140.
si laicus, num. 2.

8 Ratio autem huius conclusionis ea principalis &
potissima est quòd quo ad solemnitatem & ordinẽ
9 processus, statuta † iura, & consuetudines fori, in
quo iudicium agitatur attendi, & obseruari debẽt;
vt inquit gloss. in d. c. quod clericis: quã ibi sequitur
Abba. nu. 10. de foro compet. & Imo. nu. 2. & Maria.
Socin. nu. 4. quã septem ibi argumentis confirmat;
quæ breuitatis causa de industria omittimus, Præte-
rea eandem rationem firmat ibidem Egid. Bellame
ra: nu. 2. & est vera firma. & communis omnium Do-
ctorum conclusio: prout prędicti pœnè omnes in lo
cis supra deductis attestantur, & in l. cunctos popu-
los. C. de summ. trinit. & fid. catho. & in d. Authen.
casta. C. de sacrosan. eccle. & Parisi. in consi. 48. num.
19. uol. 1. & Petr. de Anchar. in d. consi. 18. num. 1. &
Abba. in c. 1. nu. 3. de constit. & Decius in c. Ecclesiæ
Sanctæ Mariæ col. 17. nu. 42. extra de constit. vbi ad
plura infert: & Bart. in l. 34. fin. per illum tex. ff. de te
stib. & Raphael. Cuma. in consil. 140. nu. 2. P. laicus,
& in consi. 141. nu. 2. & Calde. in consi. 11. in titulo,
de constit. & in consi. 144. statuit Ciuitas col. fin. &
Bal. in consi. 14. casus colu. 3. lib. 1. & refert Dec. ubi
supra, & Abb. in consi. 33. præsidio altissimi num. 1.
col. 2. lib. 2.

Subsistente prędedenti conclusione, tum etiam q
instantia statuti nostri sexaginta dierum sit? Alia su-
boritur dubitatio, An scilicet, ex quo statutum ità
simpliciter loquitur: Inquit enim Statuimus: quòd tẽ
pora causarum quarumcunque: sint, & esse intelligã
tur sexaginta dierum vtilium: causas summarias com
prahendat: & licet quatenus pertinet ad statutum
9 nostrum, quòd causas etiam summarias comprehen
dat, dicendum uideatur, ex quo paulo infra statuen-
tes dixerunt, & omnes quæstiones, & causæ prędicta
de cætero mouendæ, quorumcumque officialium fo
rensium. Ciuitatis Florentiæ, intelligantur, & sint
summariæ, & in eis procedi possit, breuiter, summa
riè, ubi latius & clarius, cum ad eum locum peruene
rimus, declarabitur. Attamen hinc nacti occasionẽ,
ad alia statuta, quæ non ita exprimunt, sed generali
10 ter loquuntur inferendo, an † causæ summariæ com
prehendantur, ita vt si infra tempus instantiæ statu-
tariæ non terminẽtur, earum instantia perempta di-
ci debeat, videamus. De hac dubitatione loquens
Abb. in d. c. venerabilis, quod est penultimum, num.
22. uersi. an autem in causis summarijs extra de Iu-
dic. inquit se in specie, de his dubitari vidisse, legisse
tamen nunquã meminisse, Attamen argumenta refe
rendo inquit: pro parte quòd non cõprehendantur
ex ijs dictum fuisse: Nam in causis summarijs forma
iudicij nõ seruatur, & ex cõsenquẽti substãtialia om-
nia iudicij omittuntur clemen. sæpe extra de verbo.
signi. & tradit vt sępe diximus, & rursus sæpe dice-
mus, Bar. in extrauaganti ad reprimendũ in uerbo fi
gura in prin. At ubi iudiciũ non datur, Instantia nec
esse nec perire potest. c. ad dissoluẽdum extra de di-
spensa. impube. Hanc opinionẽ sequi uidetur Barto.
in l. litibus col. 3. uersi. & aduerte quia glos. hic. C. de
agric. & censi. lib. 11. & Bal. in l. tale pactum. §. qui
prouocauit in prima lectura in 10. quęst. in fin. ff. de
pact. & Ang. Aret. in d. l. ab executione in princ. co-
lum. 4. ff. de appell. Verum his nõ obstantibus: Abb.
eo in loco contrariã opinionem, & tunc cum in spe-
cie

cie agitabatur,& deinde legendo,ueriorem censuit.
Planè inquit.ipse,licet in causis summarijs iudicium
ordinarium non sit, est tamen extraordinarium
vt dixit Bar. in d.cap.extrauaganti supra,adducto &
probatur ex notatis in c.forus extra de verb. signifi.
Causa enim cum in iure discutitur iudicium appel
latur,vt ibi latius dicitur.Secundo facit non modicũ
quòd etiam in summariis causis lis dicatur:vt ex dic.
clemen.sæpe vbi ter verbum litis repetitur:expressè
apparet,ergo & instantia, & eius peremptio locum
habebunt,quia tex.in d.l.properandum in princ.in-
quit lites vltra triennium non prorogari: Tertio vt
tale statutum arguendo à fortiori in causis summa-
rijs locum habeat,ex eo dicendum videtur: quòd ci-
tius perficiendæ, & terminandæ sint, & ideo inquit
tex.in d. clem.sæpe,iudici in his causis summariis: ꝓ
uiribus breuitati studendum esse.Nec obstat si for-
tasse prædictis,quòd in causis summariis lis non cõ-
testetur,obüciatur,vt habetur in d.clemẽ.sæpe:& ꝙ
terminus instantiæ,à litis contestatione incipiat.d.l.
properandum.Quia adhoc inde colligitur respõsio,
11 quòd primus actus, qui post litis † contestationem
sit,contestationis uim habet.vt no.gl.in c.1.de elec.
in 6.& no.Innoc.in c.si duabus ver.si autem ignora
uit,de appel.& Pau.in d.clem.sępe,& Bar.Bal.Alex.
Ias.& alii in d.l.properandum.in prin. & in §.siquidẽ
C.de iudic.& Bar.& alii in l.nulla.C.de procurat. &
Bar.in l.ab executore.§.si procurator.ff.de appell. &
Rom.in consi.174.num.50.& Alex.in consi.50.nu.
7.lib.2.& not.Abba.ubi supra.Verum redeundo ad
propositam conclusionem:quam Abb. prædictis ar
gumentationibus comprobauit,satis mirandum ui-
detur quòd Abb.in d.c.uenerabilis dixerit,uidisse ta
lem altercationem in facto accidisse, legisse autem
nunquam,cum eam posuerit Cyn.in d.l. properan-
dum in princ.num.5.& Bar.ibidem in §.& siquidẽ,
num.1.no.1.C.de iudi.dum inquit idem esse in cau
sis summariis,& And.Barba.in d.ca.uenerabilis nu-
me.25.de iudic.vbi trãsit cum hac opinione,& post
eum Fel.ibidem num.36.referens idem tenere Bal.
in l.1.num.3.C. de iuram.calumn. & ibidem noluit
Franc.Curt.num.10.cum seq.latè distinguendo,cu-
ius dictum ibi extollere inquit Florian. conquerens
ignorasse in facto.Pręterea idem tenet Castrens. in
consi.269.uiso puncto, & dubitatione suprascripta
libro secundo eandem opinionem sequuntur in d.l.
properandum in princ.Sal.num.1.Pau.Cas.num.6.
& Alexand.num.3.& 4.& Ias.num.8.& 9.& Bald.in
d.§.& siquidem.C.de iudic.pręterea ultra prędictos
idem tenet Alex.in consi.50.lib.2.& Hipp.de Mars.
in l.de unoquoque num.138.in fi.ff.de re iudi.& Bu
trig.& Alii in Auth.offeratur.C. de lit. contestat.&
Geor.Astens.in rep.d.clem.sępe.§.quæ omnia colũ.
33.de uerborum signifi.& idem Castren. in l.2.qđ
obseruari,num.10.C.de iureiuran.propter calum.
& Ludo.Roman.in consi.174.spectabilis Dominus
Collateralis & refert.Afflic.decisio.346.nume.7.&
8.& Bal.in rub.C.de priuileg.dot.& Bened.de Bar-
zi.in tract.Guarantig.columna 46.& Pet.Foller.in
sua prax.censua.in uer. Quæ quidem executio nullo
falsitatis nume.35.& Abb.in consi.96.numer.7.ubi
ait: hanc esse communem opinionem omnium do-
ctorum,& Aymo.Crauet.in cons.270.num.1.& So
ci.Sen.in consi.95. numero 2. ubi hanc opinionem
pluribus comprobat libro primo, & Ioan. de Ami-
cis in consi.66.numero 4.& sequitur etiam hic Sal-
uettus,referens bis ita Florentię fuisse iudicatum:&
distinguendo ambas opiniones, eleganter declarat
August.Beroius in d.c.uenerabilis num.78.uersi.an
autem in executiuis sit dare instantiam,de iudic.Il-
12 lud pręterea ne omittatur † animaduertendum est;
ꝙcquid.s. de causis summariis dictum est,de causis
quoque executiuis intelligendum esse; prout Doct.
omnes supra relati,ex identitate rationis intelligere
uidentur,vt refert Beroius in loco Paulo ante addu
cto,& Ias.in d.l.properandum in prin.nume.8.& 9.
& Alex.in d.consilio 50.lib.2.& Fel.in d.c.uenerabi
lis num.36.& Afflic.in d. Decis.346.per totum.Pręte-
terea ultra prædicta,ex quo uoluerunt statuẽtes in-
stantiam esse sexaginta dierum:posset aliqua ratio-
ne dubitari,an de principali causã tantum intelligẽ-
dum sit,Propterea quòd ut in iure communi disposi
13 tum est;diuersa sunt tempora causarum.† Causę.n.
principalis instantia triennio constat.d.l. properan-
dum.C.de iudic.ut supralatius diximus.Appellatio-
14 nis † uerò anno;aut biennio,si iusta,& probabilis cã
id postulare uideatur Auth.ei qui appellat.C.de tẽ-
po.& reparat.appella.id quod quatenus pertinet ad
15 appellationis instantiam, iure † quoque canonico
constitutum est.c.cum sit Romanus extra de appel-
la.& tradit Augustinus Beroius in c.venerabilis,nu
16 me.1.extra de iudic.ideo † autem id fortasse factum
esse dici potest,quòd post primam instantiam,cau-
sa dilucidior,& magis instructa esse uideatur:ob id-
que breuiori tempore expediri possit. Verum quic-
quid iure ciuili,vel canonico constitutum sit, instan
17 tia † hæc.60.dierum tam in causa principali, quàm
18 appellationis locum habet;arbitror † autem ideo à
statuentibus id factum esse,quòd si breuius aliquod
tempus, instantię appellationis constitutum esset:
facile accidere potuisset,ut temporis breuitate,mi-
nor quam fortasse opus esset causæ cognitio habe-
retur.Id quod si accideret, non esset sine magno
ipsorum litigatorum incommodo,& detrimento.

Non est etiam omittendum pro declaratione il-
19 lius uerbi utilium utile † tempus à continuo differ-
20 re,Continuum † enim tempus est; quod continuo,
ut uerbum sonat,nulla intercapedine diebus feria-
tis,& non feriatis, siue præsens quis sit, siue absens.
vbi de lapsu temporis quęritur;siue detur, siue non,
iudicis copia fluit ut no.gl.in clem. uni in uerbo cõ
tinuum de in integ.rest.ubi Io.de Imo.Cardi.& alii
& gl.1.& Barto.& in l.fi.C.de tempo.in integ.resti.
21 cum similibus.At tempus † utile est;quando dies fe-
riarum in termino assignato non numerantur; pa-
riterq; tempus absentiæ, iustique impedimenti sub-
ducitur,ut inquit Ang.in §.in petenda,nu.3.insti.de
bonorum possess.& Paris.in consi.124.num.1.uol.j.
& Franc.Balb.in tracta.præscript. in prima parte 4.
partis principalis quæstio.6.num.3.cum sequent.&
tradit Marcus Antonius Bardus Senensis in suo tra
cta.de tempo.util.& contin.ad appella.cap. 2.nu.6.
& 7.Multa alia possent hac de re hic pertractari;sed
quia satis diffuse ea explicauit ꝓdictus Marcus An-
tonius

tonius Bardus;me breuitatis causa, & ne eadem pę nè transcribam,ad eius dicta me refero. Illud tātūmodo pro intelligentia statuti nostri omittendum
22 non duxi.uidelicet.† an terminus seu tempus à statuto datum,continuum uel utile censeatur; Qua in re in dubio de continuo non autem utili intelligendum esse noluerunt,Abb.in c.fi.circa fin.glo.de electio.& Doc.id notando in rub.ff. de diuer. & tēpora;præscrip.& Lapus allegat 47.in Dei nomine: & Bal.in consi.71.lib.3.& Riminal.in consi.10.nisi facti numero 24.uolum.1.& Stepha.Bertra. in cons. 83.num.2.lib.2.& Paris.in consi.37.in fi.lib.3.& Iaso.in §.rursus colum.12.num.61.& 62.insti. de act. & Pet.de Anche.in clemen.1.ad fi.de in integ.rest. & prædictus Bard.in d.tract.cap.3.numero 9.& c. 8.nu.12.& seq.ubi tribus modis limitat hanc conclusionem: vt ibi per eum inter quos ille ponitur; quando videlicet.inuenitur probaturq; ac inre cautum est,ut tempus sit utile,ut tradit glo.in d.rub.de
23 diuer.& tempo.præscrip.& ideo † iure optimo, & summa ratione in hoc nostro statuto statuentes expresserunt,dicendo utilium;ut inquit Paris.in cons. 37.num.26.uolu.3.argu.l.quicquid adstringendæ, ff.de uerb.obli.& per ea quæ uoluit glo.& Barto.in d.rub.de diuers.& tempor.præscrip.& noluit idem Bar.per illum tex.in genero num.3.ff.de his qui no. infam.& canoni post gl.in c.dilecti extra de dolo & contuma.

1 *Instantia statuti nostri à Die citationis incipit: & si iure communi à litis contestatione oriatur.*
2 *Statutum si disponat ut causa infra 40. dies termineutur,à litis contestatione intelligitur.*
3 *Instantia nunquam incipit,si litigatores litem contestare differant mille annos.*
4 *Instantia in emergentibus nunquam perit,& ideo nō perit,si de legitimatione personæ per mille annos disputetur.*
5 *Instantia statutaria loco instantia iuris cōmunis subrogatur & secundum eam regulatur.*
6 *Instantia appellationis ab interpositæ appellationis die labitur.*
7 *Instantiæ appellationis tempus non labitur,si pro iudice appellationis aliquis in quo partes, confidant statuto ita disponente eligatur.*
8 *Iudicium & processus quando incipiant.*
9 *Citatio est principium iudicii.*
10 *Citatio quare inter acta iudicii ponatur primo loco.*
11 *Iudicium, & processus in quo differant ab instantia.*
12 *Iudicium & instantia iure hoc statutario conueniunt in suo principio.*
13 *Autoris intentio.*
14 *Statutum de iudicio mentionem faciens,an intelligatur de iudicio ut incipit à citatione,an uerò litis contestatione.*
15 *Maior 18.annis ex dispositione statutaria in iudicio esse potest.*
16 *Confessio facta à maiore 18. annis minore tamen 25. ante litis contestationem,an ualeat,stante statuto, ut maior 18.annis in iudicio esse possit.*
17 *Maior 18.annis,minor tamen 25.an sit legitima persona & in iudicio esse possit.*
18 *Actus qui fit ante litem contestatam calore iudicii prout si post fieret,conualidatur.*
19 *Argumentum in statutis à stricta significatione uocabuli ad latam subsiliuetur.*
20 *Opinio auctoris.*
21 *Statutum corrigens ius commune strictè, & propriè intelligi debet.*
22 *Statutum contra ius commune loquens in casu uero, ad fictum non trahitur.*
23 *Statuti nostri Florentini, de ætate legitima, intellectus.*
24 *Statutum faciens ætatem 18.annorum habilē ad alienationem,in dubio intelligitur de rebus mobilibus, non autem immobilibus.*
25 *Ordinis substantialis omißio licet processum nullum reddat;attamen si fiat ante litis contestationem stante prædicto statuto nullus non redditur.*
26 *Citari quilibet debet ad eum actum, qui illi nocere poteft.*
27 *Citatio de iure naturali introducta est.*
28 *Citationem Princeps tollere non potest.*
29 *Citatio est fundamentum totius iudicii.*

§.I.

Incipientium a die primæ citationis.

C A P. I.

1 Voluerunt hoc loco statuentes, ut † instantia à primo die citationis incipiat; & si iure cōmuni à litis contestatione oriatur.l.prima ubi glos. & not.latè Ang.C.de iudic.& l.fi.§.illud cum gloss. in 1.no.C.de temporibus appel.& Francis. Curtius in rub.C.de in iu.uocan.numero 7. ut inquit Alexā. in consi.23.nume.2.uolum.tertio, per tex. in dict.l. properandum in princip.C.de indic.ubi idem confirmauit,nume.2.& Paulus Castrensis nume.5. auctoritate Bald.in auth.clericus.C.de episco.& cler.
2 Qui,statuto † inquit,ut causæ infra 40. dies terminentur disponeute, à die litis contestate intelligendum esse:ut noluit Accursius in d.l. properandum, in uerbo menses.Comprobat idem Ioannes Baptista Ferretus in consi.114.in princ.& Riminaldus in consi.394.num.40.uolum.2.& Sal.in dict.l. properandum nume.1.& Rober.Maranta in suo tractatu speculi aurei,in quinta parte,nume. 3. Quapropter
3 post mille † annos inquit ipse; si litigatores litē contestare differrent,instantia inciperet ut in d.l. properandum.notat Alexand.in princip.& Iaso.in secunda col.& communiter cæteri alii scribentes,& Bald. in consilio 226.nolum.3.& Barth.Soc.in consil.95. in prin.uolum.1.et ideo dixit idem Bald.in l.et post ædictum.§.penul.in fin.ff.de iudic. in emergentibus
4 quibuscumque ante litem contestatam † instātiam nunquam perire.quo fit,ut si partes ante litem contestatam decem annos de personarum legitimatione litigauerint,instantiam nunquā pereat, propterea

rea quòd, vt inquit Alciatus in l. causas. num. 7. C. de transactionib. ante litis contestationem instantia nulla est. Hæc itaque instantia, quæ à litis incipit contestatione, vt ait Franciscus Curtius in l. postquam litis nu. 2. & 3. C. de pact. ad sententiam vsque si feratur, protrahitur: sin minus, ad extremum usque triennij, d. l. properandum. in prin. & l. græcè. §. & post litem. ff. de fideiusso. nisi à statutis alia tempora sint constituta; quæ saue eodem ordine obseruantur. Nam in,
5 stătia † statutaria loco instantiæ iuris communis sub rogatur, vt inquit Neuiza. in cons. 42. num. 1. & regulatur prout instantia iuris communis, num. 3. & seq.
6 Hæc de instătia causę principalis: Appellationis † verò instantia ab interpositæ appellationis die labitur: vt inquit Hyppulitus Marsilius in singulari. 51. instantia causæ, esse tex. in clement. sicut. de appellatio. & in l. si. §. illud, cum glo. C. de tempo. appell. & Hyeron. Grat. in consil. 119. nu. 4. volum. primo, Illud ta-
7 men hac de re animaduertendum est, quòd † si statutum aliquem ex ijs, quibus partes cōsidunt in Iudicē appellationis eligendum esse disponat, si post interpositā huiusmodi appellationem partes. 30. annos. talem electionem differant, instantiæ appellationis tempus non labi, deficiente scilicet iudice ad quem accedatur: ipsa ve appellatio exerceatur. ita enim notabiliter inquit consuluisse Christophorum à Castiliono, eodem loco Hyppolitus Marsilius ex ijs, quæ notantur in l. si in diem. ff. de conditioni. & demonstra. quem refert & sequitur Lanfra. Brixien. in suo tract. de Arbitr. in tertia col. Dicit etiam non modicum facere ea, quæ ipsemet Hyppolitus retulit in l. si causam. in vlt. & penul. col. C. de executio. rei iudic. vbi his similia plura retulit & in singulari. 152. succumbens.

Vidimus quatenus pertinet ad hunc locū, quādo vtriusque causæ instantia oriatur, & desinat. Breui-
8 ter de iudicio, & processu, antequam ad alia transeamus, quędam dicenda sunt. Iudicium igitur, † & processus à prima incipit citatione, vt ait Ruminaldus in d. consi. 394. num. 40. uolu. 2. & Franciscus Curtius in d. l. postquam liti. nu. 2. & 3. C. de pact. inquit, iudicium à prima citatione incipere, & ad sententiam vsque inclusiuè extendi; prout idem comprobauit in Rub. C. de in ius vocando: & idem dixit Augustinus Beroius in c. quoniam contra falsam. num. 101. extra de probatio. cum lex, vnde iudiciū incipere debeat, non declarat: vt à citatione incipiat uoluisse in dubio
9 credendum esse, & etiam quòd citatio iudicij † initium esse intelligatur. §. fin. Instit. de pœn. teme. litiga. & hac fortasse de causa, inter alia Iudicij acta, pri-
10 mo loco † posuit citationes optimus tex. ubi glos. & Bar. in l. vbi cœptum. ff. de iudic. & facit text. in clem.
11 secunda. vt lite pende. Iudicium itaque † & processus, licet iure ciuili ab instantia differre videantur, quòd initium à diuersis actibus habeant: Iure hoc ta-
12 men statutario in hoc conueniunt, † cum & instantiam quoque à prima citatione incipere constitutum sit.

Vidimus quando instantia tam causæ principalis quàm appellationis de iure communi incipiat, quando etiā iure hoc statutario. Superest modò, ut non nullas dubitationes, quæ ex prædictis oriuntur, prosequamur. Quarum & si nōnnullæ ad statutum hoc nostrum pertinere non videbuntur. Attamen quia multa sunt statuta, non solùm in Italia, sed toto etiam terrarum orbe, poterunt ad ea accommodari, in quib.
13 talis species apparebit. Est enim nostræ † intentionis non tantum intra cācellum statuti nostri versari, sed de Iure quoque communi, aliorumque statutis pro uiribus loqui.

Redeundo igitur ad rem nostrā: primò oritur du-
14 bitatio. An si statutū † aliquod de Iudicio mētionē faciat, de iudicio prout incipit à citatione, an verò à litis contestatione intelligendum sit, & breuiter procedendo, hac de re communis conclusio est: prout de ea attestatur Sebastian. Sapia in Rub. de iud. nu. 7. vt de Iudicio à litis contestatione incipiente statutū loqui intelligatur. Ratio autem est, quia vt paulò supra uidimus, iudicium de iure communi à litis contestatione incipit, latè id supra comprobauimus; nunc non repeto. sed statuta propriè intelligenda sunt, arg. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. ergo de eo intelligi debet.

Infertur ex prædictis ad aliam conclusionē; Pona-
15 mus, quod ex forma statuti maior † 18. annis in iudicio esse possit, ut est in vrbe Mediolani, in hac ciuitate, & multis alijs, quarū statutis tempora legitimæ ætatis, à iure communi introducta restricta, & coarctata sunt: His stantibus accidit, vt quispiam maior annis 18. minor tamen legitima iuris communis ætate an-
16 te litis contestationem debitum confessus † sit; quæritur, an talis confessio ualeat nec ne. Signorolus de Homodeis in cōsi. 161. in prin. incipiēte statuto Ciuitatis Mediolani, cum id in facto accidisset; ut talis cōfessio nō ualeret, existimauit & inter alia plura, quibus hāc suam cōclusionem comprobare conatur argumēta: ex eo mouetur, quòd cum ante litem cōte-
17 statam talis cōfessio emanauit, persona † legitima ipsius cōfitētis nō sit. Planè cum ante litis cōtestationem iudicium nō sit de eo tempore statutum nō loquitur, à quo ille, qui cōfitetur, capacitatem & potētiam accipit. Nam dubium nō est, quin si remoueatur statutum: talis cōfessio tāquàm à minore facta, tam in iudicio, quàm extra nō subsistat. Verùm his nō obstātibus Decius in Rub. extra de Iudi. in 2. lectura, col. 4. uersi. & ideo si statutum uellet, quòd quilibet maior &c. cōtrarium verius esse cēset. Mouetur autē huiusmodi à fortiori argumētatione. Planè, inquit ipse, si talis minor, vt in iudicio cōtētioso lite cōtestata esse posit, habilis effectus est, multo magis in his, quæ fiūt antē litem cōtestatam, habilis effectus videtur, argu. gl. in l. 1. C. qui admitt. Hāc declarationem Decij refert, & sequitur Sebastia. Sapia in d. rubri. ff. de iudic. num. 7. versi. & ex ista resolutione. ubi
18 sentētiam Decij ex eo cōfirmat: quòd actus † qui fit ante litem cōtestatā, calore iudicij; prout si post fieret, conualidetur, vt est glo. secundùm eum in l. 1. in gloss. penul. ff. de interrogat. actioni.
19 Cōfirmat etiam & secundò: quia in statutis † argumētū à stricta significatione uocabuli ad latam sustinetur, l. filium. ff. ad macedo. & not. Alexan. in l. 1. col. 5. num. 24. ff. de iurisd. om. Iudi. statutum ergo de iudicio mētionem faciens, etiam de iudicio largè
20 sumpto intelligi debet. Ego † in hac dubitatione, quid

quid dicat Decius, ab opinione Signoroli recedēdū-
21 non esse arbitror propterea quòd cum illud † statutum corrigat ius commune, strictè & propriè intelligi debet: vt inquit Paris. in consili. 93. numero 22. & in consi. 95. & in consi. 159. num. 15. uolu. 4. & statutum contra ius commune loquens in casu uero, ad
22 fictum non trahitur, † ut inquit idem Paris. in cōsi. 22. num. 20. uol. secundo, & quòd statutum iuris cōmunis correctorium ultra, quam uerba sonent, non trahatur, firmat Curt. Iunior in consil. 129. nu. 2. cū simil. Nec uidentur obstare ea, quæ in contrariū adducuntur, propterea quòd repugnant conclusioni supra ex intentione omnium doctorum firmatæ, dū uolunt: ut statutum de iudicio loquens de eo iudicio intelligatur, quod à litis cōtestatione incipit. Satis (ni fallor) hanc conclusionem comprobare uidetur Decius in consi. 39. numero 4. parte prima, dum
23 de statuto † nostro Florentino sub Rub. 115. de ætate legitima, nel delegatione minorum 18. annorum & consensu mulierum super dotibus, & restitutione in integrum loquens vult huiusmodi statutum, licet
24 expresse dicat, ut ætas 18. annorum † completorum sit. & esse intelligatur legitima ætas 25. annorum cōpletorum. Attamen intelligendum esse, ut solum ad alienationem rerum suarum mobilium, non autem, immobilium ætatem illam legitimam esse v oluerit per ea quæ voluit Castren. in l. eos, per illum tex. numero 1. C. de his qui veni. ætat. impetr. & in consilio 306. incipiendo à secundo, nume. 2. volum. 2. cū igitur in illo statuto uerba expressa videantur, & hanc tamen interpretationem recipiunt, certè id multo magis in casu, de quo agitur dicendum est, & sic uidetur Decius in multo fortioribus terminis contrarium firmare.

Secundo etiam ex prædictis infertur, quòd licet omisio ordinis substantialis processum nullum red dar, vt notant Doct. omnes in l. prolatam C. de sen-
24 ten. & Canon. in c. exhibita. extra de indic. huiusmodi tamen omisio, si ante litis contestationem fiat; processus nullus non redderetur; sed ualet, & tenet, ut ex prædictis infert Bal. in l. arbitro. circa fi. in 1. lectura. ff. qui sat. cogan. & ibi citat Barto. in l. si quęramus. ff. de testamen. qui id dicit num. 3. & idem Bal. in l. exceptionem, colum. 2. nnmero 8. uersi. item dicit, quod ante litem contestatam nullo ordo, &cæt. C. de probatio. & in auth. generaliter colum. fi. num 15. versi. quinto quero, quòd si ex forma. C. de epis. & cle. & in d. l. prolatam, numero 7. colum. 1. uersi quæro [illegible] C. de sent. & interlo. om. iudi. & in l. qui crimen, in 6. quæstio. num. 16. C. qui accus. non poss. & in auth. contra rogatus nume. 12. in fi. C. ad Trebellia. & in l. pen. in fi. C. in quibus caus. in integ. restitu. non est necessa. & idem tenet Cuma. in d. l. si quæramus, nume. 3. uersic. id tamen puto, quòd talis ordo non sit necessarius. ff. de testamen. ubi etiam Castren. num. 5. & Ioan. de Imo. in col. 1. uersic. & concludit hic Barto. quòd non, vbi Imol. id optimè declarat. Præterea idem tenet Spe. in 2. parte in prælu. ante lit. de præpara. iudic. nu. 2. in fi. uer. Cæterа autē præmissa. & tradit Parisius in consi. 101. nume. 121. lib. j. & licet Sebastianus Sapia in d. rub. ff. de iudi. nu. 8. dicat Bal. in l. testamenta, nu. 4. uer. cum ergo cita tio est nulla. C. de testam. cōtrarium tenuisse: ubi expressè voluisse apparet, si aliquod vitiū in citatione reperiatur, totū iudiciū annullari. Attñ ex quo prædicta cōclusio sępe ab eodē Bal. in locis citatis fuit cōfirmat, & à multis aliis recepta, intelligēdum est: ut illud, qđ vltimo loco de citatione dixit, a pdictis eximatur, vt regulā prædictā limitet. Primò: quia in casu, de quo Bal. ibi loquitur; ex forma statuti pro intimatione quorūdam legatorū non nulli citandi erāt q̃ cū minus solenniter citati essent, mirū nō est, si, pcessus corruit. Nā forma citationis à statuto tradita si nō seruet, actus est ipso iure nullus. l. siquidē. C. de prędiis minorum, cum simil. Secundò dicimus; putatius tractandum erit, cū infra ad tractatū, & materiā citationis peruenerimus. citationem in quoli-
26 bet actu esse necessariam: q † ad eū actū, ex quo qs lędi pōt, uocari debet, alioquin nullū illi piudicium afferret. l. nam ita diuus. ff. de adopt. & l. de unoquoque. ff. de re iud. & l. j. C. si per uim vel alio mō & c. inter quatuor extra de maio. & obed. & c. cum ex litteris de in int. rest. & c. pastoralis de re iud. Vnde cū de
27 iure † naturali sit introducta; quia Deus primū homine Adam delinquentē citauit, dicēs Adam vbi es est ēt iuris naturalis: q a d se defendēdum introdu-
28 cta est. & iō eam † princeps tollere non potest, clem. pastoralis, de re ind. & facit tex. in cle. sępe, de ver. signi. iunctа l. ut uim. ff. de iust. & iu. Meritò ut omitti
29 nō possit, dicendum est. † cum fundamentum sit totius iudicii, vt inquit Spe. in 2. parte in prelu. ante lit. de prępara. iudic. uer. id & not. q non omnia: ex quo igitur cōclusio supra firmata de ordine substantiali omisso loquitur, mirum non est, si de citatione, quæ fundamentum est totius iudicii, intelligi non debet.

§. II.

QVæ tempora sint & esse intelligātur præfixa non solum iudici, & officiali corā quo ventilarentur, sed etiam instātiæ talium causarum ad eas expediendas, & terminandas, coram quibuscunque iudicibus & officialibus forensibus Ciuitatis Florentiæ proponerentur, & ventilarentur.

1 *Instantiarum de interitu multa.*
2 *Instantia cui præfixa sit, cum ex uerbis apparet, uerba sunt attendenda.*
3 *Iurisdictioni quando tempus præfixum uideatur.*
4 *Iurisdictio pro tempore concessa, post tempus censetur denegata.*
5 *Mandati fines diligenter sunt seruandi.*
6 *Iudex delegatus post tempus sibi constitutum iudicare non potest.*

CAP. I.

NOn sine ratione verba hæc protulerūt statuentes: prop terea quòd apud antiquos nō modi

eum de instātiarum interitu disputatū est. Id quod quoniam à varijs verborum formulis procedit, ideo ante quam ad alia procedamus, quomodo id intelligatur, inspicere opportunum erit: prout etiā tāgit Saluet. hic quæst. prima. Hac igitur de re inquit Corneus in consil. 49. num. 16. uolum. secūdo, quem admodum tempus circumscribatur, esse potissimū
1 † animaduertendum. Quandoquidem tempus aliquando iurisdictioni præfigitur, aliquando iudici, sæpe instantiæ & causæ, quandoque partibus. At quonim, vt id facilius percipiatur, quando cui libet præfixum intelligatur, diligenter inspiciendum est. Ne bis igitur idem repetere cogamur, eodem tē pore & quibus verbis id percipiatur, & qui nam effectus inde cōsequātur, uideamus. Præsupponimus igitur, id quod pro comperto ab omnibus habetur;
2 vbi † ex verbis, cui nam ex prædictis tempus præfixū sit, expresse apparet, ab eis recedēdum nō esse: ut in quit Abbas in c. venerabilis. de iudi. & Bar. i d. l. properādum C. de iudi. In incertis enim nō certis locus est cōiecturis. l. cōtinuus. ff. cum ita. ff. de uerb. oblig. Si igitur dubia res sit, ita vt ad coniecturas deueniri
3 opporteat, primo loco, quādo iurisdictioni † tempus in dubio circumscriptum esse intelligatur, sequē do ordinem inspiciēdum est. vnde facile intelligi potest, causam non iudici ordinariam iurisdictionem habenti, demādatam esse: sed simul iudicem cum ipsa causa cōstitutum. Eo enim casu quamquam ad iudicem verba dirigātur, nō iudici sed ipsi iurisdictioni tempus præfixum intelligitur. Id quod & cū causa ascribitur, dicendum est: vt est tex. in c. de causis, iunctis verbis Abba. extra de offic. & potesta. iudic. delegat. Verùm cum hoc potissimum in iudicibus delegatis locū habeat, ad statutum nostrum pertinere nō videtur. Attamē quomodocumque sit, vt rē
4 integram amplectamur, illud certum erit, † Iurisdictionem pro tempore cōcessam, post tempus cēseri denegatam: vt est tex. in d. c. de causis. extra de offic. & potestat. iudic. delega. Propterea quòd mādatum; quo iurisdictio cōtinetur: tempore coarctatū cum
5 sit, eo elapso expirare certum est. Diligenter † enim obseruādi sunt fines mādati, l. diligēter. ff. manda. & c. cum dilecta. extra de rescrip. & c. cum olim. extra
6 de offi. delegat. & ideo si index † hic delegatus post tempus sibi ad sentētiam pro ferēdam adsignatum sentētiam tulerit, nulla erit: vt inquit Corneus in d. consil. 49. num. 16. uol. secūdo. Id quod sequitur etiā Sebastianus Vant. i suo tractatu nullita. in titul. de nulli. senten. ex defect. iurisdi. ordin. nu. 118. fine verba ad Iudicem, siue ad iurisdictionem, causamve, aut partes dirigātur. Propterea quòd quādocūque trāsacto termino, quo causa erat absoluēda, sentētia ꝓferatur: erit ipso iure nulla; cum eo temporis lapsu, mādatum quoque iurisdictionis euanuerit. l. 2. §. si iudex. ff. de iudici: Idem comprobat Augustinus Beroius in d. c. de causis nu. me. 55.

1 *Instantia tempus quandoque iudici tātum præfigitur & quando id in dubio intelligatur.*

2 *Instantiæ tempus cum iudici tantum præfixum est, post illud tempus permanet, iurisdictio; & instantia causæ extincta non est.*

3 *Actus contra legem pœnalem gestus non est nullus.*

4 *Instantiæ tempus, quando præfixum est iudici, licet si intra illud non iudicet, instantia non pereat, debet tamen intra triennium instantiæ iuris communis sententiam proferre.*

CAP. II.

Diximus secundo loco tempus aliquādo iudici
1 † tantum præfixum esse. Id autem in dubio ex eo intelligi potest, quòd uerba in iudicis personam simpliciter directa sint: vt inquit Bald. in l. fi. C. vt intra cert. temp. quod voluerunt etiam Iacob. Butrig. Salyc. Fulgo. & Alex. in d. l. properandum. C. de iudic. Exempli gratia, si eiusmodi verba sint, quæ instruant, excitentve ad suum officium per agendū vtputa iudex expediat. Aut si uerba sint prohibitoria; & pœna iudici cōtrafacienti imposita, ut inquit Augustinus Beroius in d. c. de causis. num. 48. & est text. in l. vnica. C. vt omnes iudic. tàm ciui. quàm milit. & ibi Abbas, Alber. & Barto. in dicta l. properādum. C. de iudic. & Ioan. Andreæ. in additio. ad Specul. in titul. de Iudi. deleg. in §. restat. in versicu. quid si statuto. Id quod quatenus de pœna loquimur, nō tātum si uerba prohibitoria sint, sed etiam simpliciter ad iudicem dirigātur, necessarium esse arbitratur Beroius eodem in loco. Alioquin tempus iurisdictioni nō iudici præfixum esse cēset d. l. 2. §. sed si
2 iudex. ff. de iudic. Cum autem tempus † iudici tātum cōstitutum est, post illud tempus permanet iurisdictio, & instātia causaque extincta nō est. quo fit, vt iudex, elapso etiam huiusmodi tempore, sentētiā proferre possit: vt inquit Cor. in dicto consilio 49. numero 16. uolum. secūdo, & uoluerūt antea Cynus Bald. Angel. & cæteri ferè omnes in dicta l. properādum. in princ. & Ioan. Andreæ in addition. ad Specul. in dicto §. restat, uersi. quid si statuto, in additione magna. de iudic. de legat. & Anto. à Butrio, Imo. & Panor. in d. c. de causis, & Roma. in cōsil. 415. in fi. & Gādi. in tract. malef. in rub. de multis quæstio. de pēd. stat. nu. 10. Mouetur autem potissimū. Cor. eo dem in loco, q; statutum ita disponēdo, duo videatur imperare; vnum iudici causam expediēdam cōmittē do; alterum, vt intra tempus illud præfixum, & determinatū expediat; argumēto l. Celsus. ff. de arbitr. & c. cum dilecti. de dolo & contumā. Si itaque alterum præceptum iudex non obseruauerit, infra videlicet præstitutum tempus causam nō expediens. Alterum tamen, vt causam uidelicet omnino expēdiat, omittere nō debet, ut eadem iura supra relata comprobare videntur; & uoluit Cardinalis Zabarella in rub. de decimis, numero 27, & Paul. Castr. in cōsilio 184. in secūda colum. in princip. in volum. primo, & si Iudex in pœnam incidat, asseritq; hāc communem esse opinionem legistarum in dicta. l. properādum C. de iudic. Idem sequitur Alex. in cōsil. 72. colum. fi. versic. secundò respōdeo; & in cōsilio 71. in causa. col. fi. versicu. secundò respondeo; & in consilio 24. lib. 6. & in consilio 24. inspecto, col. 1. lib. 4. & Dec. in consil. 500. iuridicam, colum. 2. uersic. non obstat li. 4. & Paris. à Puteo in tract. sindi. in ver. instātia, cū sequent. tenent idem omnes docto. in d. c. de causis,

sis.prout asserit ibi Fel.colum.4.uersi. limita primò
3 de of.dele.Actus † namq; contra legem pœnalē ge-
stus,non est nullus,ut inquit Bal.in l.ait,Prætor.§.1.
ff.de dam.infec.& Abb.& Fel.post alios in d.c.uene-
rabilis col.5.uer.limita primò,extra de iud.& in d.c.
de causis,& idem Abb.in ca.ueritatis, colum.11.in
verbo non obstante,extra de dolo & contum. & gl.
in c.1.in verbo causam,in fi.de sen.excommun.in 6.
& ideo in re proposita dicebat Paris.in cōsi.158.nu-
mero 2.uolu.4.maximam esse differentiam,an tem-
pus instantiæ iudici tantum statuatur propterea q
eo lapso poterit causam expedire,dicta l.j.in fi.C.ut
omnes iudi.tam ciuilis quàm mili.& Corne, in cōsi-
lio.324.nu.35.uol.1.& Maria.Soc.asserens hanc es-
se communem opinionem in dicto c. venerabilis,in
12.arti.princ.versi.sed communis opinio.Id autem,
4 vt ipsi aiunt,intelligendum est † si post tempus à sta
tuto præfixum, intra tamen iuris communis termi-
num,sententia proferatur,ut inquit etiam Maria.So
ci.in dicto 12.art.princ.in prin.uer.dummodo id fa
ciat.Quod satis comprobari potest ex ijs; quæ ipse-
met Maria.adducit in d.ca.uenerabilis. in 100. arti.
prin.uer.item aduerte, & Augustinus Beroius in d.
ca.de causis,nume.49.extra de offic. & potesta.iudi.
delega.

1 *Instantiæ tempus,licet quando præfixum est iudici, si*
iudex intra illud tempus sententiam non proferat,
non expiret.limitatur tamen in casu cle. primæ, de
iure patronatus.

1 PRimò autem hæc conclusio in specie † clemen
tinæ primę.cum ibi nota.de iure patro.limitari
solet.Propterea quòd,licet tempus iudici præfixum
sit,& pœna adiecta; attamen si contineat ea pœna;
ut eo infra tempus constitutum sententiam non pro
ferente,iurisdictio & potestas in alium transferatur,
planè elapso tempore labitur,& ipsa iurisdictio: nō
autem propter temporis fluxum,ut supra dicebatur
sed quoniam pœna ad litem finiendam iudici est im
posita,ut ibi adnotat gl.in uer.in pęnam id continet.
Verùm quoniam supra conclusum est,uerba vbicū-
que ad solum iudicem diriguntur; & pœna adiecta
est,elapso tempore posse iudicem sententiam profer
re.Ideo breuiter quædam de uerbis ipsis quæ ad Iu-
dices dirigi solent:hoc loco adnectamus.

1 *Instantia tempus quibus uerbis ad iudicem diriga-*
tur.
2 *Instantiæ tempus, quando etiam quòd sit directum*
in personam iudicis, si non obseruetur, instantia
pereat.

SEcundò igitur loco limitatur,si dixerint statuen
1 tes † iudicem elapso constituto termino q̄equā
agere non posse,utique non procedet supra firmata
2 conclusio repugnantibus illis uerbis † non possit; q̄
ita negatiuè prolata omnem adimunt authoritatē:
ut inquit glo.ordinaria in ca.j.in uerbo non potest,
extra de reg.iu.& adnotant Doc.in l.Gallus.in prin.
ff.de lib.& posth.ubi inquit Ias.illam gl.ab omnibus
approbari,& in l.stipulatio ista §.alteri.ff.de uer.ob.
quam etiam gl.refert & sequitur Pan.in c. si quis cō
tra de for.comp.& Tiraq.in l.si unquam.in gl.reuer-
tatur,num.60.C.de reuoc.don.ubi alios citat,& la-
tius in suis ll.connub.gl.1.in prin.ubi infinitos cu-
mulat.Idem etiam dicendum uidetur, si uerba hæc
simpliciter proferant statuentes; iudex scilicet non
faciat;non se inrromittat;non cognoscat,quæ quidē
prohibitionem continere uidentur,& si vlterius sta
tuentes non procedant;erit namque sentētia,si ela-
pso termino in his specieb. proferatur,ipso iure nul
la per regulam.l.non dubium.C.de legibus,& l.iube
mus.§.sanè i.C.de sacrosanc.eccl.& capi. quæ contra
ius.de regu.iur.& c.imperiali 25.quæst.2.& est.glo.
in uer.inhibentes,in dicta clem.j.de iure patr.quam
reputat singularem Panormi.in c.ex parte.in fi.de cō
sti.Præterea hanc sententiam eodem arguendi gene
re utens sequitur Alex.in consi.77.uisis dubitationi
bus.in princ.lib.3.& in consi.81.ponderatis num.4.
lib.2.& Dec.in consi.84.in princip.lib.1.& in consi.
494.colum.penul.& fi.& in consilio 499.column.3.
& Paul.Castrens.in consilio 184.colum.1.uersi.5.&.
ult.lib.j.

1 *Instantiæ tempus elapso termino expirat,etiam quòd*
sit directum in personam iudicis,sed id rendat in fa-
uorem ecclesiarum,& animarum.
2 *Instantia tempus etiam,quòd sit directum in personā*
iudicis expirat, si iudex intra tempus constitutū non
iudicat.

TErtiò etiam limitari dicunt Doc.ut refert Au
gustinus Beroius in d.c.de causis,num.49.prę
cedentem conclusionem ex iis;quæ notat gl. in dict.
clem.1.de iure patro.in dicto uerbo inhibentes,ut li
1 cet † certus terminus ipsi iudici tantum præfigatur
si tamen in fauorem ecclesiarum,animarumque ten
dat,ut q̄a fortasse prorogato termino Ecclesia suis
diutius careret ministris,ob idque diminueretur cul
tus diuinus.Nam elapso termino Iudicis expirat iu
2 risdictio,& sententia prolata † est nulla, id quod &
de fauore publico dicendum arbitratur. Propterea,
quòd ciuitas & Ecclesia pari passu quatenus ad pri
uilegia pertinet,ambulare intelliguntur.l.fi.C.de sa
crosan.eccl.

1 *Instantia si aliter incipiat, quàm à iure commu-*
ni constitutum sit, etiam quòd tempus sit directum
in personam iudicis elapso termino constituto ex-
pirat.
2 *Instantia an elapso termino statutario pereat, si sen*
tentia intra instātiam iuris communis proferatur.

QVartò ut dixit Paris.in consi.158.nu.4.uol.4.
auctoritate Maria.Soc.in d.ca.venerabilis in
1 15.art.prin.in fi.limitat,si instātia † aliter incipiat, q̄
à iure communi institutū sit. Nā licet tēpus soli iudici
sit præfixum,elapso tamen termino sentētia erit nul
la,ut in casu nostri statuti,quod instantiam à die pri
mę citationis incipere noluit,& si de iure cōi à die li
tis cōtestatę incipiat,ut supra in primo §.nu.1. dictū

est.& hoc idem,quod refert Paris.dixit Bal.in dict.l.
properandum.in princ.num.6.uersi. quid ergo si sta
tutum.C.de indic.& Abb.in c.venerabilis, num.17.
ver.Idem secundum Bal.ibi extra de iudic. Non est
etiam omittendum,ut refert Sebastia. Vant.in loco
supra adducto num.124.& Soc.in dic.c.j.ar.12.prin
ci.disputando materiam asseruisse communem esse
2 opinioné,ut elapso † termino à statuto introducto,
instantia non pereat,dummodo infra instãtiam à iu-
re communi introductam sententia proferatur:atta
men ut ex supra deductis apparet id,quod supra fir-
mauimus,& magis communiter tenetur,& probabi
lius uidetur.

1 *Instantia tempus aliquando à statuentibus constitui-tur,& quando.*
2 *Instantia non meritis causæ,si statutum terminum imponat quid.*
3 *Instantiæ & causæ tempus præfixum intelligitur,ubi uerba ad aliud ex propositis supra generibus accommodari non possunt.*
4 *Ratio quare id factum sit,ut tempus in dubio instantiæ & causæ præfixum censeatur.*
5 *Sententia si post tempus præfixum instantiæ,& causæ proferatur,nulla est.*
6 *In integrum restituere non poßit iudex lapsa instantia.*

C A P. III.

TErtio loco principaliter diximus aliquãdo tẽ-
1 pus instantiæ,† & causæ à statuentib.constitu-
tum esse.Id quod in dubio tunc uidetur denotari:cũ
statuentes causam quamlibet intra certum tempus
expediri uoluerint, vel post aliquod tempus instãtia
causæ perempta cẽseatur.Sed si statutum terminum
2 † instantiæ nõ autem meritis imponit, quid iuris eo
casu sit,ponit Bal.in c.iuramentum, nu.15.extra de
iureiur.est tamen,antequam ad effectum descenda-
mus,adnotandum,illud plus in hoc genere esse con
3 stitutum,ut in dubio,si uerba † ad aliud ex proposi-
tis generib.accommodari nõ possunt,tempus instã-
tiæ,& causæ pręfixum esse intelligatur,ut uoluit Ioã.
And.in dictis additionib.ad Spec.& Io.Imo.in d.ca.
de causis.& Pau.Castr.in d.l.properandum.ubi Ale.
col.3.in fi.post Bal.& Cy.& Abb.in d.c.uenerabilis.
extra de iudic.ea autem † ratione id factum videtur;
4 ut litium(quod aiunt)immortalitati obuiam eatur:
vt declarat Bal.in l.fi.C.ut intra cer.temp.& in l.ob-
seruare.§.proficisci.in 3.q.ff. de offi. procons.& in l.
sequenti,& Rota decisio.9.nu.4.de appella.& ponit
latè Fel.in c.venerabilis,col.6.ver.2.conclusio de iu-
di.Quando igitur tempus præfixum est instãtiæ, vel
causę,inter se enim hoc loco nõ differre arbitramur,
sententia † si post tempus constitutum proferaẽ, nul
5 la est,ut colligitur ex notatis in d.c.de causis per Ab-
ba.post Barto.in d.l.properandum.& tradit Corne.
in dicto consi.49.num.16.uol.2.& Cardinalis Za-
barella in rub.de decimis,num.27. An uerò his non
obstantibus posfit elapsa instantia iudex † in inte-
6 grum restituere,tradit Maria.Soc.in consil.133.nu.
3.& 4.vol.2.

1 *Sententia si feratur post tempus præfixum partibus,& earum actioni,an sit nulla.*
2 *Processus est nullus,quãdo statuto disponitur,ut intra octo dies,nisi quis suam petitionem porrexerit, non audiatur, illis elapsis, si id iudex sciuerit, si uerò ignorauerit, ualidus.*
3 *Verba statuti in §.2.ponit Parisius.*
4 *Sententia si non feratur à iudice infra instantiam statuti,sed post,intra tamen instantiam l.properandũ, quòd non ualeat.*
5 *Citanda est pars ultima die ad ualiditatem sententiæ, etiam si statutum,uel lex præfigat terminum,uel instantiam.*

C A P. IIII.

1 QVarto & ultimo loco de tempore † partibus
ipsis litigantibus,uel earum actioni constitu
to dubitandum est; qua in re si iudex post il-
lud tempus sententiam ferat, eam substineri obser-
uatum fuit;vt uidetur firmare Bar.in d.l. properan-
dum post Iac.Butrig.& Oldra.quem sequitur ibi Ia
so.num.16.& asserit communiter receptam esse, &
limitat quinque modis,quibus accessere etiam cano
nistæ in d.c.pen.vbi Abb.col.6.& in d.c.de causis de
offic.delega.& Paris à Puteo in trac.sindic.in uersic.
2 instantia.cum sequenti,vbi inquit † statuto si dispo-
natur,ut intra octo dies, nisi quis suam petitionem
porrexerit,non audiatur, illis elapsis, si id iudex sci-
uerit:processum esse nullum,at si ignorauerit, uali-
dum, quod quidem in actis oppugnandum proces-
sum,redigendum esse arbitratur. per ea, quæ uoluit
Barto.in l.prima.§.accusationem,uer.circa legẽ istã
ff.ad Turpilia.& Bal.in l.non dubium.in fin. de legi.
& in l.j.ff.de in ius uocan.& Roma.in consi.15.cum
aliis,de quibus ibi per eum.Satis ex ijs; quæ supra di
ximus constare censemus:statuentes, ut omnes pro
uirib.tollerent dubitationes. uerba hęc,uidelicet,q
tempora sint, & esse intelligantur pręfixa non solum
iudici,& officiali, corã quo ventilarentur, sed etiam
instantiæ talium causarum ad eas expediẽdas, & ter
minandas apposuisse, & pręsertim cum adiecerint
etiam uerba illa,ad eas expediendas & terminandas
3 de quibus mentionem fecit † idem Paris.in d. consi.
48.nu.16.uolu.primo. Quapropter concludendum
est;eam fuisse statuentium intentionẽ, & uoluntatẽ:
ut elapsis 60.dieb.utilib.sententia ualida nulla fer-
ri posset;& ideo his resoluitur illa dubitatio,an si iu-
4 dex † intra tempus 60.dierum utilium non cognoue
rit,possit deinde infra instãtiam communem.l.pro-
perandum,sententiam proferre, Nam id nequaquã
facere poterit:vt tenent doctores omnes supra cita
ti,& pręsertim Io.And.in addi.ad Spe.in ti.de iudic.
deleg.§.restat uidere nu.12.& Bal.in d.l. properãdũ
in princ.num.6.C.de iudic.& post eum Pau.de Cas.
num.9.& 10.& ante eos idem Iacob.Butrig.colum.
2.uersic.Modò quæro.quòd si statutum: & Alexan.
ibidem nume.22.& And.Barba.in c.de causis num.
102.de of.deleg.& Pau.Cast.in consi.184.nume.1.
lib.1.ubi consuluit super statuto mercantiæ ciuita-
tis Florentiæ;& uult,ut cum uerba ad instantiam di
riguntur,nõ possit,ut ibi,licet in casu,de quo cõsul-

tus

tus fuit, contrarium teneat,& Parisi.consil.158.nu.
1.2.3.& 4.lib.4.& Abb.in c.venerabilis, sub nu.17.
versic. Et per hoc deciditur quæstio extra de iudic.
vbi ait,hanc esse communem, & pluribus comprobat,
vt ibi per eum,vbi etiam Ioan.de Imol.nume.6.
versi.quid autem si statutum dictat, cum alijs simili
bus, quæ breuitatis causa omittimus. Vnum tamẽ
omittendum non duxi, quod retulit Maria. Soc.in
cõsil.136.num.10.uolum.secundo, quòd licet termi
nus & instãtia à lege, vel statuto præfigatur: vltima
5 tamẽ die, adhuc partem esse citandam: † ne senten-
tia inde emanans nulla fit, vt declarat Bald. post Bar
to.in Authen.ei qui.C.de tempor.appel.in uersicul.
quero numquid absens: quãquã, an sit citatio neces-
saria, per ea quæ refert Bart. in l. si quis arbitratu. ff.
de verbo.ob lig.dubitari possit.

1 *Instantia lapsus multa.*
2 *Instantia de iure communi à litis contestatione, de iure autem statuti nostri à prima citatione currere incipit.*

C A P. V.

1 HIs præmissis † hoc loco de instãtiæ lapsu discu
tiendum videtur, & vt res facilius perspicia-
2 tur, primo loco regula firmanda est; vt † ipsa instan
tia iure communi à litis contestatione, nostro autẽ
hoc statutario à prima citatione currere incipiat:
vt voluerunt Bart. & Bal. in authen. si appellatione
C.de tempo. & repara. appella. & in l.petendæ. C.
de tempo.in integr. restit.per tex.in d. l.properandũ
in fin.& Anto. à Buttig.in c.venerabilis. ubi Felyn.
in secunda colum.uersicu.prima conclusio, extra de
iudic.& Socin.in tract.de instan.24.artic. prin.Itidẽ
hanc conclusionem, vt currat omnino instantia, te-
net Curt.Senior in consi.24.nu. 7.& Nico. Boeri.in
decisi.247.nu.7.& Staphileus in tract.de grat.expe.
& alijs liter.in titulo.de commis.lite.instit. in §.quã-
do instantia, nu.1.cum sequent.& Thom. Gramma.
in decis.69.nu.1.cum seq. At quoniam multa impe
dimenta accidere possunt, quibus probabiliter con
trarium suaderi videatur, meritò antequam ad
alia descendamus, de eis nonulla dicenda sunt.

1 *Instantia quibus impedimentis currere impediatur.*
2 *Instantiæ tempus an currat, cum facto iudicis accidit, vt sententia constituto tempore non proferatur.*
3 *Instantiæ tempus facto iudicis lapsum ad hoc, vt partibus non noceat, euidentissimis probationibus, quid probare debeant.*
4 *Protestatio facienda iudici, ne tempus instantiæ labatur.*
5 *Instantia causæ primæ in quibus differat ab instantia causæ appellationis.*

C A P. VI.

1 IMpedimenta † autem sunt huiusmodi, quorũ me
minit Nicol.Boer.in d.decisi.247.& Anto.Capi
cius in dicta decisi.11.nnmer.16. uelutii si lite causæ principalis pẽdente grassetur in vrbe pestilentia, aut terremotus ita vastus extiterit, vt iudicem ne sentẽtiam suo tempore proferat, impedinerit, siue legatio aliqua publica intercesserit, & procurator litis causa constitutus decesserit; siue feriæ a principe repente non consuetis temporibus indictæ fuerint, ita vt ius redditum non sit. Siue ægritudo aliqua accesserit, uel in urbe, vel in itinere. siue quòd aliqua ex partib. in carcerem coniecta sit, siue paupertate id accidat, siue procuratoris negligentia, siue iudicis facto, siue ob varios casus fortuitos, qui quotidie accidere possunt; His itaque relatis causis, seu impedimentis; videamus, an præcedens regula modo vllo limitetur: & vt ea attingamus, quæ maiorem dubitationem cõ
tinere uidẽtur, de facto iudicis inspeciamus. Qua in re dubium est.& non modicum, vt ex ijs, quæ infra dicentur apparebit, an cum per iudicem factum est:
2 † quominus sentẽtia constituto tempore proferatur
labatur tempus instantiæ, ita vt sententia eo elapso uel proferri non possit, uel prolata sit ipso iure nulla: cum igitur (ut diximus) in hac re sit plurimum dubitatum. doctorum opiniones referamus. Primò nãque extiterunt quamplures; qui tempus nõ labi arbitrati sunt. Id.n. voluerũt primo loco Petrus & Iacob. de Ran.& Çyn.in auth.si appellatione. C.de tempo. & repar.appella.& Iacob.Beluisius in §.hoc quoque in Auth.vt spõsa.largit.colla.4.& in §.adhec.i Auth. de appella.& intra quæ tempo.& Azo.in summa.C. de tempor. appella. & in titulo; de his qui ingre. ad appe.col.5.& Bernar.in c.ex ratione.extra de appella.vbi idem comprobat Anto. à Butrio, & Felyn. in c.venerabilis.in versi.tertia cõclusio, extra de iudic. Item Hostiẽ.Io.And.& Ant.à Butrio in d.c.ex ratione. & Archidia.in c.anteriorum, secũda, quæst.6.super verbo intestata, & refert Io. Igneus in l. 3. §. eleganter.num.78.ff. ad senatuscons.Silla.& Dec.in cõsi.356.sub nu.4.versic.& cum in rei ueritate D. Maria.lib.3.& Parisi.in consi.124.num.1.lib.1. Vbi tenet, q̃ stãte hoc statuto loquẽte de diebus vtilibus & impedimẽto causato facto & culpa & Iudicis, instantia nõ currat, iuribus & authoritatibus, de quibus ibi per eum.vbi etiam nu.3. uult quòd nõ sit necessaria protestatio, vt ibi per eum. Hãc autem sentẽtiam suadere eis visa sunt hæc iura, & primo §.hoc quoq;, in Auth.vt sponsa.largitas, colla. 7. vnde sumpta est auth.si appellatione. C. de tempo. appella. propterea quòd, cum ibi, vt inquiunt, fatalia tempora incepta essent, dicit Imperator, impedimentum, si quod Iudicis incuria superueniat, parti præiudicium nullum penitus esse allaturum. Planè verbum illud penitus, si in integrum restitutione opus esset, locum habere non posset. propterea quòd, si in integrum restitutione præscriptio rescindẽda esset, id sine sumpsibus & magno partis aduersæ prẹiudicio, fieri non posset, præterquam quòd esset dubius litis euentus. l.quod debitor. ff. de pecul. & l.minorib.ff.de minori. & l. fin. C. quibus caus. in integr.restit. non est conceden. Comprobare videtur id. satis probabiliter tex. in l. fin. §. illud. C. de tempo. appella. vbi pariter facto iudicis accedens impedimentum, aliauè quauis inexorabili causa parti præiudicium

afferre non debere dispositum est. & qoamquam ita
absolutè præcedentem conclusiooem locum habe-
3 re existiment quamplures: videtur tamen † ita intel-
ligenda, vt appellans euidentissimis probationib.
se pro uiribus litem exercuisse, ostendat, princi-
pem etiam adeundo, iudicis cunctationem sæpe in-
crepando, vt declarat text. in d. l. fin. §. illud, C. de
tempo. appellat. Quæ quidem omnia simplici prote
stationi præferenda videntor. De hac protestatione
4 † meminit Bart. in l. Titia, §. vsuras, ff. de lega. 2. & in
l. mora 2. de vsur. & Bal. in dicta l. properandum, §.
sin autem alterutra. C. de iudic. & glo. in cap. cupien
tes versic. qoòd si per 20. in versic. proposita, de ele-
ctio. lib. sexto, & Ioan. de Imol. in dicto cap. ex ra-
tione, de appellat. & glo. & Doctor. in capit. ple-
runque, de rescript. & Lanfranc. in decis. 128. &
Deci. in consilio 356. oomero quarto, versic. Non
obstat supradictis, libro tertio, & Bald. in tract. sta-
tut. in verbo actio. nomero septimo, & Curt. senior.
consillio vigesimoquarto, numero septimo, & Van-
tios de nullit. sentent. ex defect. iorisdi. nnmero 116.
& ideo dixit Bald. in dicto §. vsuras, & in authenti.
si appellatione. pluries sententiam a iudicibus pe-
tendam esse; vt de apostolis fieri solet. Id aotem
verum esse arbitrantur, si verè agator, propte-rea,
quòd si falsò protestaretur, cunctationem potios,
& moram cupiens sob inani protestationie velami-
ne abscondere non excusatur argumento. l. quidam
ignauiæ, C. de decurio. lib. 10. & l. sub prætexto. C.
de sacrosanct. eccles. & l. ædicto. §. extat, ibi, si verò
iccirco dissimulauerit; dum rem occultari sperat, ff.
de iore fisci. Simili elocutione vtitur text. in l. secūda,
§. final. ff. ad l. Iuliam, de adult. ibi marito non negli-
gente, nec retardante, sed accusationem parante, &
probationibus insistente, atque imminente, vt faci-
lins iudicantibus de adulterio probetur; Non dissi-
milis tex. est in l. generali, C. de decurio. lib. 10. At In-
nocen. io d. c. ex ratione, extra de appella. præceden-
tem conclosionem, vt videlicet tempus non labatur,
ita vt restitutione opus non sit, ad secundum fatale
retulit; at si tertium appellans impetrare uelit, id
ipso iure impetrare non possit, sed beneficio resti-
tutionis in integrum opus sit, qoo tantum illi tempo
ris, quantum ex secundo fatale supererat, restituat;
Hanc declarationem amplectens Ioan. Andr. in d.
c. ex ratione, in quiota col. ioquit, cum Inoocen. sen-
tire Accur. in authen. ei qui. C. de tempor. appellat.
& Speculat. in titulo de appella. in §. breuiter. Præte-
rea hanc declarationem sequitur etiam Ioan. Faber
in dicta authen. ei qui. Verùm quoniam discrepat
a superioribus Hostiensis in d. c. ex ratione, propter
tex. in §. sancimus, in autben. de appella. collat. 8. ibi,
etiam si decies milies plusquam biennij tempus ex-
cessit, quod etiam inouere videtur Accursius in §.
primo, in verbo occurrit, in auth. de his, qui ingredi
ad appellan. collat. 5. Ideo Ioan. And. in dicto cap.
ex ratione. Innocentium, & Hostiensem distinctio-
nis fœdere concordare conatur. Dicit enim post
Bernard. in d. c. ex ratiooe. impotentiam distinguen-
dam esse. Primò ex parte iudicis, qui non potoit,
aut uoluit in causa procedere, prout etiam distin-
guit l. secunda, ff. quis ordo in bonor. possess. seruet.
& in dicta l. fin. §. illud, C. de tempo. appellat. & refe-
runtur plures alij ab Imperatore in §. 1. io authen. de
his, qui ingre. ad appella. collat. 5. & eo casu erit ap-
pellans illæsus, nulla in integrum restitotione acce-
dente. At si impotentia appellantis facto cōtingat;
& ad illud tantum tempus, quo læsus est, restitutio-
nem concedendam arbitratur. l. sed & si, §. si feriæ, ff.
ex quibus caus. maior. & §. de præscriptione, in auth.
ut sponsa. largi. collat. 9. Sed Hostiensis, qui hæc
præuidit, his non obstantibus Innocentio contradi-
cit ex iis, quæ habentur in §. ipsum primum, in au-
then. de appellat. collat. 8. ibi, etiam si decies milies
plusquam biennij tempus excedat concedenda uide
tur. Cuius verò in authent. si appellatione, C. de
tempori. appellat. alia distribotione opinionum cō
flictum componere conatur; inter primam enim
5 † instantiam, & causam, seu instantiam appellatio-
nis non modicam esse differentiam arbitratur, &
rursus distinguendam esse instantiam iudicij, ab in-
stantia actioois; ob id quod inquit, Accursium in l.
sed si per prætorem, ff. ex quibus caus. maior. asserere
per illum tex. restitutione opus esse; propterea quòd
in dicto §. ad hoc, in authen. de appellat. & intra quę
tempo. dicitur tantum, quatenus ad effectum perti-
net, tempus currere, cum detur restitutio. Itidem &
in §. hoc quoq;, in auth. vt sponsa. largit. vult Cynus,
quatenus pertinet ad instantiam perire. At verò in
causa appellationis aliter rem sese habere. Diuersi-
tatis autem ratio, vt ipse existimat, ea est: quia ob id
quòd pereat priora instantia, pars ius suum nō amit-
tit. Sed iostantia tantum euanescit, seu ædictum in-
tercipitur, cum possit processus restitui & perfici. l.
ædictum, ff. de iudic. at secus est io causa appellatio-
nis. cum pars ius amittat, l. 2. C. de tempor. appellat.
Propterea, quòd prima seotentia confirmatur, dicto
c. ex ratione, extra de appella. Hanc distinctionem
Cyni refert & sequitur Paul. Castr. in auth. si tamen
C. de tempo. appel. tacito auctore, & cam plurib. cō
probat igneus in dicta l. 3. §. elegaoter, oum. 85. ff.
ad senatusconsul. Sillania. quæ ego breuitatis causa
omitto. Præterea hac de re aliter dicebat Panormi-
ta. in dicto c. ex ratiooe, in 2. col. uidelicet. Aut im-
pedimentum a Principe, ad quem fuit appellatum,
procedit; & tunc appellans ipso iure sit illæsus, nul-
lave restitutione indigeat, per tex. in cap. ex insinua-
tione, extra de appella. ibi, lis intacta permanet. &
in auth. sed lis, C. de tempo, appella. Si verò ab infe-
riore iudice impedimentum proueniat, & tunc elap-
so secundo anno tertium non esse concedendum, sed
tempus etiam impedito ipso iure profluere l. fin. C.
de tempo. appella. & §. 1. in auth. de his, qui ingred.
ad appellan. Neq; his repugnat, inquit ipse, text. in
dicto. §. hoc quoq;. in auth. vt sponsa. largit. Propte-
rea quòd in effectu nō præiudicari appellanti facto
iudicis intelligendum est, media in integruoi resti-
tutione, ut correctionem euitemus. Huius distin-
ctionis antea meminerat Accursius in dicta auth. si
appellante, vt ibi attestatur Cynus, & Alexan. sequi-
tur in coos. 72. uidetur prima consideratione, vol. 3.
& idem Cynus in dicta auth. ei qui. & Iacob. Butri-
gar. & Rayn. & Franc. Tigrini, & Bartol. Compro-
bare videtur hanc conclusiooem text. in l. fin. in fin.
C. de

C.de tempo.appel.vbi inquit Imperator, iustum ob impedimentum, quod primo anno accidit. secundum annum esse cōcedendum; quo elapso subsistit prima sententia:& ideò expresè apparet impedimē tum, quod secundo anno accesserit: quin sententia transeat in rem iudicatam, non impedire. c. cum sit romana extra de appell.& tenet.Barto.in l.arbitrio. §. dolo.ff.de dolo:& Ludou.Roman. in l.secunda.ff. de re iudicat. & Ideo dicebat Alexand. in dicto consilio 72. in quarta colum. volumi. tertio, posito vt esset verum, parti facto iudicis impeditæ prosequi appellationem, tempus non fluere, iuribus supra adductis. Id tamen intelligendum erit, ubi appellanti, vel per recursum ad superiorem, uel alia uia consultum non esset, ut habetur in dicta.l. fina. §. illud. C.de tempo.& reparatio. appellatio. seu consulta. in verbo; summa ope, iunctis uerbis sequentibus, prout inquit etiam Anto.à Butrio in dicto capitulo ex ratione.in quinta quæstio.extra de appellat. & Curti.Seni.consilio.24.numero octauo, uersiculo, sed vt nihil intactum &c. per tex. in §.primo, in Authen. de his qui ingred. ad appellan. in uerbo in euitabilem causam. Imo in specie multo magis dubitabili & ad rem nostram non modicum facienti voluit Roman. in d.l.secunda.ff.de re iudic. ut si pars potuerit facile sibi Prætoris officio implorato prouidere: tunc impedimento non obstante tempus appellationis prosequendæ, sine spe vlla restitutionis in integrum fluere, quasi id ei imputandum sit, quòd Prætorem non adiuerit, eoque pacto sibi consuluerit.l. quibus diebus, in princi.ff. de conditio. & demonstrat. iuncto dicto. §. illud. in uerbo summa oper. Quicquid igitur supra dictum sit, magis cōmunis doctorum sententia, & ab omnibus penè approbata videtur, ut supra etiam retulimus, impedimento non obstante tempus labi. quam sequutus est vt uidimus, Alex.in d.cōsilio 72. quem refert Curt. senior in consilio 24. numero septimo, per ea quæ uoluit Accursius in ipso.§.hoc quoque.in Authen.vt sponsa.largit. special. sit contract. & in dicta l.arbitrio. §. dolo.ff.de dolo, & Archidia.in dicto capitulo, anteriorum, secunda quæstio. sexta, & Domini Rotæ in decis.99.qui uolunt, restitutione in integrum opus esse: præterea ultra prædictos omnes eleganter, & copiosè sequutus est etiam hanc sententiam Nicolaus Boerius in decisio. 247.numero septimo, & Staphil.in tractat de grat.expecta.& aliis lite:in titulo de commissio.lite.iust. in §. quando instantia, nu.primo, cum sequent.& Thomm. Gram. in decisi.69.nume.primo, cum sequent. & hanc inquit esse communem, & probabiliorem opinionē Bartol.Socin.in cōsilio 31.num. 9. uolumi.primo, & Marian. Socin.Iunior in consilio 132.nu.tertio, uolum.2.quam comprobant quam plures alii, quos hic recenserre oportunum non sum arbitratus, cum supra eos uarijs in locis retulimus, prosequendo uarias doctorum opiniones.

1 *Instantia an curat actori, si reus subterfugiens causam trahat ac protelet.*

C A P. V I I.

1 FVit hac de re non modica etiam inter doctores nostros altercatio, an † instantia currat actori, si reus subterfugiens causam trahit ac protelat. Videturque magis communis sentētia, ut non labatur; quam sequitur glos.in d.c.venerabilis, in gl. magna, extra de iudic. quàm dicit ualdè singularem & memoriæ mandandam Maria. Soc. ibi colum. 1. & est bonus text.in l.intra vtile, in princip.& ibi Bal. in quarto nota.ff.de minori.& in l.petendæ.C.de tēpo.in integr.restitut.& in l.contra. C.de inofficio.testamen. ubi & Bald. ponit alia multa similia, quæ breuitatis causa omittuntur, & Alex. in consilio 42. in causa & lite, colum.tertia, uersiculo & istud libro tertio, ubi alios allegat, & in cōsilio 72.uideretur. in princip.libro tertio, & Philipp. Dec.in dicto c.ex ratione, colum.octaua, uersicu. Vnde alia, extra de appella.de quo tamē vt per Docto. in Auth. ei qui. C. de tempo.appellat.& i ipso.c.ex ratione. extra de appellat. & Roma. in l. 2. ff. de re iudic. & Maria.Soci. post alios in dicto cap.venerabilis.in 23. artic. princip.& in terminis nostris, si ex forma statuti causæ debēt expediri intra certum tempus, alioquin pereāt litigatoribus; id tempus, vt ei nō currat, qui impeditur mora & dilationibus aduersarij, uoluit Cy. in d. l.ultima in fi.& ibi quoque Bald. & Salyc. per illum text. C. de adulte. & Iacob. Buttigarius & Bald. & idem Bald.in Authen.clericus.C. de episcop. & cleric.& Io.Andr.in additio ad Specul. in titul.de dilatio.§.primo, versiculo; sed pone, & Bald.& Alexand. in additio.ad Bartol.in l.si cum ipse. per tex. & glo. ibi.ff.de excusat.tuto.& sequitur Tiraquell.in titulo de retra.lignag. in §.12. glo.secūda.num.1.cum seq. cum pluribus citatis more suo, & ultra eos, quos ipse adducit, ne alior omittamus: hāc eādem opinionē sequitur Robert.Marāta in suo Speculo aureo, seu lumine aduocatorum, in 5.parte, numero 24. cum sequēt.& Alber. à Rosate in primo, de statu lib. quæstio.57.nu.quarto, & Hyer.Cagno. in l. ea est natura numero 9.ff.de regul.iur.& Io. de amicis in cōsilio 139.nō est opus.numero primo.& sequē.& in cōsilio 6.in sacro regio cōsilio.nu.9.Marcus Anto.Natta in cōsilio.172.numero 17.uolum.primo, & si Augusti. Bero.in dicta cap.venerabilis, numero 19. cōtrarium velit, cum quo nōnulli cōueniūt, ut habetur per Alciat. Barba.& Aret.in dicto cap. venerabilis, de iudic. & Alex. in cōsilio 100.colum.prima, volumi.5.& Geor. Natta in repet.clemen. sæpe. colum. 40.& sequēt.de verbor.significa.& Iaso. in l.secūda, ff. de eo per quem fact. erit. An autem opus sit, ut actor protestetur, cum instātiam rei cauillationibus labi cognoscit, instareve debeat, vt sētētia proferatur, uide Deci.& quamplures ibi per eum relatos, in dicto consilio 356.versiculo nō obstat supradicti ubi pluribus fundamētis, iuribus, & authoritatibus protestatione necessariò nō esse faciēdam arbitratur, de quo vide Bal. in tracta.statu.in uerbo actio, numero septimo, ubi cōtrarium tenere uidetur: sed in casu Baldi nō erāt cauillationes & subterfugia rei & Marcus Antonius Natta, qui vult, vt protestatio fieri debeat in cōsilio.32.numero.15.& 16. uolum.

primo, Ibi tamé de Decio métionem nó facit, à quo
ego non arbitror ullo modo recedendum cu-
& licet ita communi iure disponatur, iure aest
tem hoc nostro statutario instantia semper labitur.

1 *Instantia consensu & noluntate partium prorogari nó potest in causa principali.*
2 *Instantia consensu partium etiam cum iuramento non potest prorogari per iudicem.*
3 *Instantia an iure municipali, quo est preuior, prorogari, possit consensu etiam partium.*

CAP. VIII.

VErùm præcedentibus satis commodè accede-
1 re potest † Instantiam ita currere, vt etiam
partium consensu prorogari nó possit. At quoniam
id vndequaque absolutum nó est, meritò quomodo
procedat inspiciamus. Primò igitur dicendum est,
instantiam in causa principali consensu partium pro
rogari non posse; vt notat glos. in l. properandum, in
princip. in uerbo triennij: ibi, item an potest proroga
ri, vbi etiam Bart. col. 1. versi. circa hác legem, & Bal.
col. 2. versi. venio ad quæstionem, & Salyc. col. itidem
secunda, versi. quæro an terminus, & Alexand. & alij
recentiores post gloss. in l. 2. §. si & iudex, in verbo in-
hibita: vbi etiam Alberi. in fi. ff. de iudic. & Bald. in l.
quòd si nolit. §. vltimo. in fi. ff. de ædili. edic. in lectura
antiqua, & in c. 1. §. hoc quod nos, colum. penul. ver
sic. quintò nota, quòd tempore, de pace Constant. &
Roma. in consi. 174. spectabilis Dominus, colum.
2. cum alijs concordantibus adductis ab Alexand. in
dicto cósi. 29. colum. vlti. lib. quarto, & in consi. 137.
in causa & lite vertente. colum. 1. lib. 2. & Maria. Soc.
qui id tradit in d. c. uenerabilis, in 16. articulo princi-
pali, extra de Iudic. & refert Andreas Tiraquellus in
titulo, de retract. ligniager. §. primo, Glo. decima, nu
me. 31. Præterea eádem cóclusionem sequitur An-
dreas Alciatus in l. pacta quę contra. num. 5. de pact.
& Hyeroni. Gratus in cons. 15. num. 1. cum sequent.
uolum. 2. & Paul. Castr. in dicta. l. properandum. in
princip. & Barto. Socin. in consil. 31. colum. 4. uersic.
ex quibus, volum. primo, & Abb. in consil. 16. num.
8. part. secunda, & Nicola. Boerius in decis. 283. nu.
30. nolu. 2. & Laurentius Siluanus in consi. 40. nume.
13. inquit, instantiam etiam iuraméto consensu par
tium non posse prorogari, per ea quæ voluit Barto.
in l. si quis pro eo. in secundo membro, ubi Paul. Ca
stren. ff. de fideiusso. & Iaso. in d. l. properandum, co-
lumna quinta, uersiculo tertiò amplia. Idem præ-
terea uoluit Angel. in l. Seius. numero tertio. ff. ad
l. falcid. & Corn. in consilio 182. numero quinto,
2 uolumine tertio, qui inquit, neque Iudicem † par-
tium consensu posse prorogare, & Angel. in l. si di-
uersa, numero tertio, C. de transactio. & in authen.
si tamen numero secundo. C. de tempo. appella. &
Hyppol. Marsilius in l. si quis nec quæstio. numero
80. de quæstio. & Curt. in l. secunda. §. si & Iudex.
numero septimo, ff. de iudic. inquit, hanc esse com
munem opinionem, etiam si accedat iusiuran-
dum, & Fulgo. in l. arbitrio. §. dolo. numero tertio.
ff. de dolo malo, & Albert. Brunus in consilio 45. nu
mero 12. in uolumine consilio, feuda. & Alberi. à
Rosate in libro primo, de statutis, quæstio. 57. nume
ro tertio, & Anto. Capicius in decisi. 11. numero 17.
& Ioan. Corrasius, qui etiam loquitur accedente iu-
reiurando in l. admonendi, numero 50. ff. de iureiu-
rand. & Augustinus Beroius in d. c. venerabilis. nu-
mero 54. uersiculo sed doct. communiter. de iudic.
qui dicit ita in practica obseruari. Id autem quo-
niam iure communi verum esse videtur; oritur a-
3 pud Doctores alia dubitatio † quid nam iure mu ni-
cipali dicendum sit, quo quidem instantia breuior
constitui solet? Qua in re voluit Bald. in extrauagan
ti in uerbo, in causis; de pace Constan. instantiam có
sensu partium, & Iudicis auctoritate prorogari pos-
se: & ideo dicebat Gozadin. in consilio 101. nume-
ro 13. multos existimasse, ubicunque instantia à statu
to introducta breuior est triennio instantiæ iuris
communis; posse consensu partium vsque ad trien-
nium prorogari, prout inquit etiam Salyce. in di-
cta. l. properandum. in princip. C. de iudic. quem se
quuntur ibi Alexand. & Iaso. numero 24. auctorita-
te Bartol. in l. omnes populi. ff. de Iustit. & iur. quod
etiam videtur voluisse Cynus in dicta l. properan-
dum, quasi huiusmodi tempus causæ non autem
Iudici præfinitum intelligatur, per text. in l. prima.
in fin. C. vt omnes iudic. tam ciuil. quam crimin.
Itidem hanc eandem sententiam tenet Franciscus
Curtius Iunior in l. secunda. §. si & Iudex. numer.
septimo, ff. de iudic. & adducit Fely. in dicto capit.
venerabilis. in tertia colum. nume. 16. extra de iu-
dic. Contrariam verò sententiam, vt hæc quoque
instantia statutaria prorogari non possit partibus
consentientibus, uoluerunt quàm plures alij, & pri
mò Riccardus Maluin. in dicta. l. properandum.
Moueturque ea potissimum ratione, quòd instan-
tiarum tempora à iuribus municipalibus introdu-
cta in locum triennij iuris ciuilis successerint, prors-
susque retineant eius naturam, & tradit Neuizan. in
cósil. 24. nume. primo, & regulatur sicut instátia iu-
ris communis, vt inquit Ias. in dicta l. properádum.
in princip. colum. penult. versi. cótrarium, & Fely. in
c. illud. in prin. colum. 1. de præscript. dum loquitur
de præscriptione iducta à statuto, & Alex. in cósi. 42.
in casu columna secunda, uersiculo & tale tempus
uolumine tertio, & Natta in clemen. sæpe, in princ.
in primo, not. versiculo, circa secundum, de verbo.
signi. Riccar. præterea refert, & sequitur Lucas de
Penna in l. vtilitas publica, in primo, columna, ver-
siculo secundò quæritur. de primipil. libro. 12. & So
cin. Iunior in consilio 132. numero secundo, & in
consilio 133. numero primo, uolumine secundo, &
Anto. Capicius in decisi. 11. numero 17. Rursus quod
hoc casu non homine, sed à lege ex forma statu-
ti instantia præfixa sit, vt habetur in l. secunda. §.
sed si iudex. ff. de iudic. cum similibus, & in casu
statuti nostri quòd prorogari non possit, latè &
pluribus fundamentis comprobat Dom. Marcus
Asinius pater meus in libro consil. G. cart. 947. ubi
etiam adhoc propositum inducit quandam l. edi-
tam anno. 1477. qua disponitur, officiales Ciui-
tatis Florentiæ, tàm respectu temporis, quàm cau

sæ,

&, præter eam, quam illis expresse datam esse appa ret per statuta, nullam iurisdictionem habere, sed p statutum dantur tempora 60. dierum vtilium tantummodo. ergo. Illud tamen omittendum non est, quòd ubi hæc posterior sententia minus iure pbaretur, & præcedens frequentioribus calculis recepta esset, quod concedendum non est, si ad eas, quas supra de iuris communis instantia auctoritates adduximus, animaduertatur in terminis tamen statuti nostri, & similium dubitationem non haberet, cum iudici, & causæ instantia præfixa sit; ut expresse declarat Franciscus Aretinus in dict. capitul. venerabilis, & refert Curtius in dict. l. 2. §. si & iudex num. 7. ff. de iudic.

1 *Tempus ad appellandum constitutum, an possit de consensu partium prorogari.*
2 *Tempus ad prosequendam appellationem an de cõsensu partium prorogari possit.*
3 *Iurisdictio appellatione deserta reuertitur ad primũ iudicem.*
4 *Instantia appellationis an ex cõuentione partium suspendi possit.*
5 *Prorogatio instantiæ an publicam utilitatem impugnet.*
6 *Intellectus clem. quandiu, de appel.*
7 *Instantia appellationis iure nostri statuti cõsensu partium prorogari non potest.*
8 *Legis instantia municipalis.*

CAP. IX.

HActenus quatenus pertinet ad hunc locũ de causæ principalis instantia. Videamus modò, quid de tempore ad appellandum; & deinde ad prosequẽdum ipsam appellationem cõstituto dicẽdum
1 sit. De tempore igitur ad appellandum † constituto idem existimarunt, vt non possit scilicet cõsensu partium prorogari. Zenzel. in extrauaganti Io. 22. incipiente, suscepti, ver. nos de illo, in verbo decem dies, in ti. de electio. & Bal. in auth. sed hodie. in 2. colum. ver. quid si est appellatum C. de appellatio. & in authen. ei qui in vl. cõl. uer. quæro, nunquid tempus appellandi. C. de tempo. appellatio. & in l. centurio, in fi. ff. de uulg. & pup. subst. & Pau. Castren. & Roma. in l. 2. ff. de re iud. & idem Rom. in repetitione Rub. de arbit. col. 15. num. 30. & Corset. in suis singularibus, in verbo appellatio, in uer. appellatio interponi
2 At uerò tempore ad prosequẽdam † appellationem discrepant inter se Doctores; Quandoquidem alii, & hoc quoque partium consensu prorogari nõ posse voluerunt, & inquiunt probari in clem. appellatio nem, & ibi glo. & Docto. de appellat. & comprobat idem Zenzel. in loco supra adducto, & Ioã. Andreæ in additionibus ad Speculum in §. nunc breuiter ver sic. licet autem detur annus de appellatio. & Barto. in auth. si tamen. C. de tempo. appellatio. & Bal. in l. eos colum. 2. uersi. modò quærit glo. C. de appellatio. & Mathesilaus in nota. 24. not. quòd tempus, & Abb. in dicto c. ex ratione, numero 8. de appella. ubi Feli. nu. 3. & Alex. in d. l. properandum, differre inqt inter se suspensionem, & prorogationem, & idẽ Alex in consi. 24. in fi. uolum. quarto, & Augustinus Bero. ius, qui latè prosequitur, & dicit aliàs pro hac sententia consuluisse in cap. cum sit Romana nume. 52. extra de appellat. Cõtrariam uerò opinionem, vt immo appellationis instantia consensu partium prorogari possit, tenet Ange. in auth. si tamen numero 2. C. de tempo. appellatio. & Petrus Ancharanus in clemẽ. quamdiu, nume. 4. de probatio. & Bald. in auth. ei qui, num. 11. uersi. quæro, nunquid partes, eod. titulo C. de tempo. appella. argumento. l. quod si nolit. §. si quis ita. ff. de ædilic. edic. nisi prosecutio esset prius consumpta c. significantibus extra de offi. del. & l. bonorum. §. fi. ff. rem ratam haberi & clemẽ. appellãti de appellatio. & inquit etiam ibidem uoluisse Cy. & Sal. in eadem auth. ei qui, nume. quinto, versic. quæro ab extra, & in auth. si tamen, numero 4. eodem titulo, dummodo, inquit ipse, vt uoluit etiam Bal. fiat instantia & prosequutio per subsistentẽ, argumẽto illius auth. & dictæ clementinæ quamdiu.
3 Ratio autem est: quia appellatione † deserta, iurisdictio ad priorem iudicem reuertitur, dicta auth. ei q. & l. qui contra C. de appellatio. cum enim instantia ob id euanuerit, prorogari non potest; cum illud certum sit; id quod non est, prorogari non posse. l. sed si mãnente. ff. de precar. & supra tradit Bald. præterea hanc opinionem tenuit Roma. in dicta Rubric. de arbiter. in loco supra adducto; & Ant. Capicius in decis. 11. num. 17. & Maria. Soc. in dicto capitu. venerabilis, in secundo membro in 16. articulo, & Corn. in dicto capit. cum sit Romana, extra de appella. & Decius in d. c. ex ratione, eodem titulo, & Rober. Marã. in suo speculo aureo, in 2. act. prin. num. 185. & Par. Castren. in consilio 141. numero 5. uolum. 1. ubi cõcludit, etiam per iudicem solum ex causa, utputa si altera pars absit, instantiam appellationis prorogari posse. At quoniam conantur illi, qui precedẽti opinioni adhærent differentiam inter suspensionem, & prorogationem constituere, ut eo modo eorum auctoritatem subterfugiant, qui hanc posteriorem sententiam sequũtur. Meritò antequam quicquam hoc loco firmemus, an id uerum sit, facilioris declarationis gratia inspiciamus. Dicebant igitur ipsi, arguendo ex iis demmet dictis aduersariorum, prorogationem fieri posse; Nam cum ipsi fateãtur consensu partium, non dico compromisso, sed etiam pacto, & cõuentione (de compromisso autem infra suo loco di-
4 cetur) instãtiam hãc ad appellationem † prosequendam suspẽdi posse, utique idem quoque, & de prorogatione dicendum videtur, quasi differẽtiam inter prorogare, & suspẽdere aliquam facere, potius uerbis quam reipsa consistat, & ideo admittendam nõ esse, argumento l. secunda C. commu. delegat. quod comprobatur; quia superfluum esset, prohiberi prorogationem: si alia uia idem, suspensione uidelicet permitteretur, argumẽto ca. cum quid de regul. iur. in 6. & ideo hãc differentiam reprobauit Aret. in di. c. uenerabilis colum. ultim. de iudic. Neque iudicio meo elidit argumentationem hãc responsio Augustini Beroii in d. capit. cum sit Romana nume. 53. dũ
5 inquit, prorogationem instantiæ † communem, et publicam utilitatem impugnare. d. l. properandum. de

de iudic.& c.finem litibus extra de dolo & cotuma.
Quoniam respondet Rober.Mará.in loco supra adducto numer.187.id non fuisse in consideratione,
quandoquidem eadem ratione compromisso id cócedendum non fuisset, cum possent partes crebris
compromissis instantiam ita protrahere, ut lites efficerentur immortales. Verum enim uero cum id
Imperatorem non cogitasse appareat, ex quo compromisso voluit posse suspendi, meritò hac in re differentiam inter principalis causæ,& appellationis instantiam constituisse apparet. Quapropter, ut breuitati consulatur, arbitror in iure probabilius esse; ut
appellationis instantia, quemadmodum & suspendi; ita & partium cósensu prorogari possit. Id quod
comprobare uidetur text. in l. final. C. de tempo. appellatio. Planè cum dicat ibi Imperator, partium
conuentione, ut nullum fatale obseruetur, agi posse: necessariò quoque consequitur; ut iuris fatalia partium cóuentione immutari,& alterari possint. Suadet etiam hanc sententiam esse ueriorem text. in d.
clemē. quamdiu de appellatio cum in ea expressum sit, tempus non currere appellanti, ubicunque expresso ambarum partium consensu appellationis prosequutio differtur. Si igitur cursum fatalium impedire possunt, ergo & instantiam prorogare. Nec quicquam obstat, quòd ii, qui contrariam sententiam se
6 quuntur, hunc † tex. de suspensione loqui velint, propterea quòd supra cum satis ostensum sit, nullam ve
ram differentiam constitui posse, ex consequenti ét non obstare responsionem, concludendum est.& ex
his breuitatis causa, ne omnia referam, quæ dicunt Doctores in locis supra relatis, eo in illam sentétiā
ut instantia appellationis consensu partium prorogari possit. Id autem iure communi intelligendum
7 est. Hoc † autem iure nostro statutario secus sese perinde habet, ac in instantia causæ principalis dictum
est. Propterea quòd, præterquam quòd, pariter etiá iudici,& causę appellationis instātia hęc statutaria
8 præfixa est: fuit † quoque id l. edita Anno 1532. die uero 14. Maii decisum: etenim antea pluribus legib.
cum Rotæ iudicibus concessum esset, vt ubi opus esse existimarent, instantias prorogarét, id postmodú
ea lege sublatum est, constitutumque: ut intra tempora à statutis præfixa, causas omnes expedirent.
Satis igitur erit, quatenus pertinet ad hunc locum in quo differat ius hoc statutarium, admonuisse.

1 *Instantia an possit consensu partium breuior fieri.*
2 *Prorogationis differentia inter causam principalem, & causam appellationis.*
3 *Instantiæ restringendæ nulla est differentia inter causam principalem & causam appellationis.*
4 *Instantiam an iudex breuiorem reddere possit.*
5 *Sententiam Florentiæ ultima die instantiæ ex stilo profertur.*

CAP. X.

VErùm antequàm ad alia accedamus, opportunè inuestigandum uidetur, an idem de contractione, quod de prorogatione dicendum sit. Pos-
1 sit † ne scilicet instantia consensu partium breuior
fieri. Qua in re & si in prorogatione inter instantiá
2 causæ † principalis, & instantiam causæ appellationis ea differentia constituta sit, ut in illa prorogatio
denegetur, in hac uerò concedatur, in contractione & cohibitione in utraque instantia idem dicendum
3 est. Propterea † quòd in utraque contractio, si partium consensu fiat, permissa est, ut uoluit Cynus in
auth. ei qui. C. de temp. appella.& in l. centurio. ff. de uulga.& pup. subst.& Imo. in d.c. de causis. de offic.
deleg.& Roma. in d.l.2. ff. de re iudic.& Alex. in d.l. properandum. in princ. num. 18. ubi etiam Iaso. nume. 23. uer. quartò limitat.& Rober. Marant. in suo
speculo aureo seu lumine aduocatorum in 5. parte principali, num. 20. Mouetur que potissimum ea ratione, quòd huiusmodi instantiæ contractio publicum fauorem contineat, lites uidelicet ut citius finiátur, ut est tex. in d.l. fi. C. de tempo. appellatio. An au
4 tem † iudex instantiam breuiorem reddere possit. vide Imo. in consi. 86. nume. 8. ubi ut iudex possit breuiorem reddere arbitratur, per ea quæ habentur in
l. nonnunquam. ff. de iudic.& dicit not. Cy. post Iac. de Arena in l. prima ad fi. C. de dilat.& Barto. in l. 2.
ff. de re iudi. plura refert Imola ibi. Id autem in hac ciuitate non obseruatur,& si post conclusum in causa in tempore iudicibus ad iudicandum cócesso possit iudex, cum est instructus, sententiam quandocunque proferre, Stilus tamen est, ut ultima die instátiæ
5 † sententiam proferant. Nec sanè iudicio meo immerito. Propterea quòd cum ita breuis sit causarum instantia. uix eis satis est tempus ad proferendum assignatum.

1 *Instantia principalis causæ suspenditur, ubicumq, de emergentibus dubitatur, ueniuntque in controuersiam.*
2 *Instantia causa feudalis suspenditur, ubi de fructibus controuersia oritur.*
3 *Mandati controuersia suspendit instantiam.*
4 *Instantia suspenditur iudice ecclesiastico inhibente.*
5 *Accusatio testium de falsitate causam suspendit, & quando non.*
6 *Libellus ineptus præscriptionis exceptio, & pactū de non petendo causam suspendunt.*
7 *Opinio capicii reprobatur.*
8 *Suspenditur causa principalis pendente causa damni dati.*
9 *Suspendit etiam euocatio instantiam.*
10 *Instantia suspenditur, donec princeps respondeat.*
11 *Tempus probationis non currit, quando disputatur, capitula admittenda sint, necne.*
12 *Probationis terminus non currit actori, donec reus respondeat positionibus.*
13 *Tempus non currit impedito dilatione aduersarij.*
14 *Tempus non currit impedito quando sibi succurrere non potest, secus si potest.*
15 *Tempus instantia non currit, si datus est terminus ad probandam aliquam exceptionem.*
16 *Terminus probatorius nō currit, quosque litis impertinentia decidatur.*
17 *Terminus probatorius non labitur, quousque reus edat.*

18 *Instan-*

18 *Instantiam impedit prosecutio attentatorum, & quando.*

19 *Attentatorum causa subsistente instantia non labitur.*

20 *Instantia currit & perimitur contra illum, qui dat causam, ut puta attendendo si succumbit.*

21 *Instantia suspenditur propter ambiguitatem personæ.*

22 *Instantia suspenditur, quando quis aliquo iuris impedimento agere non potest.*

23 *Instantia an currat, quando causa mittitur ad consilium sapientis, donec apud eum est.*

24 *Tempore utili non computantur dies, quibus iudicis copia non fuit.*

25 *Index sententiam ferat, si sapiens intra tempus instantiæ consilium non remittit, secundum consilium uenturum.*

26 *Instantia suspenditur, quando datur dilatio ad testes examinandos.*

27 *Instantia à statuto causis expediendis præfixa, à iure scilicet si causa intra illud tempus expedietur, interpretationem recipere debet.*

28 *Instantia non perit, si protrahitur ultra terminum à iure communi, uel statuto constitutum, propter magnitudinem causæ, uel frequentiam ab interlocutoria appellationum.*

29 *Instantia non currit contra impeditum iusta de causa.*

30 *Instantia causæ appellationis non currit, donec corã arbitris uiget compromissum, & de quo compromisso intelligendum sit.*

31 *Intellectus auth. si tamen C. de tempo. appella. & cle. quandiu, de appella.*

32 *Tempus, quo fuit lis coram arbitris agitata, quare de medio tollatur.*

33 *Instantia an currat, si iudicium per casum fortuitum agitari impediatur.*

34 *Instantia an currat tempore pestis.*

35 *Instantia an per tacitum consensum suspendatur.*

36 *Instantiæ Florentiæ à supremo magistratu suspenduntur.*

37 *Statuti nostri de instantiarum suspensione declaratio.*

C A P. X I.

His satis proxime (ut suscepta interpretatio patitur) accedit suspensionis materia, quandoquidem postquã de prorogationibus, quid iuris sit, declarauimus non arbitror esse incõueniens; antequã ad instantiæ interitum accedamus, pauca de ipsa suspensione referre. Qua in re, antequam ad particularia accedamus, illud præmittendum est, ubicumq; de emergentibus dubitatur, ueniuntq; in controuer
1 siam † principalis causæ instantiam suspendi. l. perẽde. vbi Bar. declarat. C. de tempo. in integ. restit. pete. & in l. contra maiores. C. de inoffic. testam. & l. 2. §. non solùm ad sena. susc. Tertullia. & refert Rimi. in
2 consi. 394. nu. 4. uol. 2. Et ideò si pendente instantia causæ feudi de fructibus controuersia oriatur, principalis causæ feudi instantia suspendetur, ut inquit Bal. in l. & post ædictum. col. 2. ff. de iudic. decidens in emergentibus triennio instantiam non perire, auctoritate Guil. Cug. in d. l. properandum. C. de iudi. cuius mentionem fecit Roma. in singula. incipiente, nunquid instantia. Idem quoque est, si de mandato
3 † disputetur, ut inquit idem Bald. in l. contra maiores. in ultim. colum. C. de inofficio. testam. & Catellia. Cott. in suis memora. in uerb. instantia, & Cataldinus Boncompagnus en tracta. de sindic. num. 72. Quemadmodum etiam, si pendente iudicio coram laico iudice, natalium, uel vsurarum controuersia subboriatur. & a iudice ecclesiastico inhibitio impetre-
4 tur: vt ait Abbas in c. pastoralis in 4. colum. uersic. ex hoc arguo, de iudic. etenim causam ad Ecclesiasticũ iudicem ea de re reiicere opus sit, ut notatur in cap. tua. de ordi. cognitio. & in ca. lator. extra qui filii sint legiti. quousque iudex ecclesiasticus in sua causa sententiam dixerit, instantia in principali causa non labitur. Comprobanit idem Abb. in c. uenerabilis, numero 10. ver. & ex hoc arguo extra de iudic. auctoritate Ioannis Andreę in additio. ad Specul. in titu. de electio. in §. restat uer. quid si statuta in ultima quęstio. & Bar. & Bal. in l. si cum ipse. ff. de excusatio. tuto. Idem quoque sequitur Robertus Maranta in suo speculo aureo, seu lumine aduocatorum, in 5. parte nume. 30. Id autem tunc uerum est, cum constar ꝓbabili ratione, iudicem inhibuisse, alioquin secus, id quod ex approbatione, uel reuocatione ipsius inhibitionis cognoscitur, ut inquit Barto. in l. 2. §. nõ solùm. ff. ad Tertulia. & Bal. in l. contra maiores. in fin. C. de inoffi. testam. quos refert Alex. in consi. 68. libro 7. & Catell. Cott. memor. suis, in uerbo senten-
5 tia, in fi. Idem quoque est, si testes de falsitate † accusentur, ut tradit Bal. in l. prima in fi. C. qui accus. non possunt; qui post Cynum, & Raynerium concludit, iudicem ea in re, suspensa principali causa, de falsitate cognoscere opportere. Id autem tunc uerum arbitrantur, si ab illis testibus, qui falsi dicuntur, pẽdet probatio causæ principalis; At si uerò aliquot accusatis, supersint alii, qui ad probandum id, quod dicitur, sufficiunt, in principali causa supersedendum nõ e it. l. 1. C. de quæstio.

Verùm, vt ad rem nostram redeamus, suspẽditur
6 quoque instantia principalis causę; cum libellus † dicitur ineptus, vel præscriptionis exceptio obiicitur; pactumue de non petendo, ut declarat Bald. in l. prima colum. penul. C. de ord. iudicio. & Abb. in c. 1. in ult. colum. de ordine cognitio. quæ sanè omnia, & si
7 Antonius † Capycius in decisio. 11. nume. 8. in instãtia à statuto, nõ a iure communi introducta, locum habere uelit, miratque inquiat de Abb. & Iaso. in locis adductis, qui idem etiam in iuris communis instantia arbitrentur; Attamen, quicquid ipse dicat; non uideo quare ad statutariam tantum instantiam referenda sint; uidẽturque doctores mihi pariter de utraque instantia loqui. At, ut ad alia trãseamus, uoluit etiam Iacopinus Riminaldus in consili. 394. nu
8 me. 2. uol. 2. ut pendente causa † damni dati; si de dominio opponatur, instantia primæ causę suspendatur; donec de dominio cognitum sit, dicta l. contra maiores. ff. de inofficio. testam. & l. 2. §. non solùm ad sena-

senatuscons. Tertullia. Præterea voluit etiam Feli. in
c. pe. in fi. de iudic. & refert Catel. Cotta in uerbo in-
stantia, si iudex de negocio principi referre debet, in
stantiam interim appellationis, siue ciuilis, siue sta-
9 tuaria sit, nō fluere: Id quod & de † euocatione quo-
que à iudice facta dicendum arbitrantur, ut est gl.
notabilis in c. cupientes in principio, in verbo imme
diata post medium ubi Gem. in 3. colum. eam ualde
commendat, de electio. in 6. & tradit Guiliel. quem
refert Bal. in l. & post ędictum. §. primo ff. de iudi. Se
quuntur Barto. & alii in dicta l. petendæ. C. de tem-
po. in integ. rest. peten. & idem Bal. in l. contra maio
res, ante fi. C. de inof. testam. Etenim inquit Rober-
tus Maranta in suo speculo aureo, & lumine aduoca
10 torum, in 5. parte principali, numer. 29. donec † prin
ceps respondeat, non labi instantiam, ut uoluit Lu-
cas de Penna in l. secunda colum. 8. C. de naufra. lib.
11. & hoc inquit Maranta tenere expressè Matthe.
Afflic. in consti. hac lege, in 3. nota. & in constitutio
ne, accusatorem, in 2. nota. & probare optimè text.
in dicta constitutione, hac lege. Accedit etiam supe
rioribus id, quod uoluit per illum tex. Bal. in l. quam
diu. la 3. in ultimis verbis. ff. de acquir. hær. inquit. n.
ipse eo in loco; Dum dubitat iudex, uel à partib. di-
11 sputatur, an sint admittenda capitula: tempus † pro
bationis à iudice præfixum non currere, id quod se-
quutus est etiam Alex. in consi. 42. in causa, & lite co
lum. 3. circa medium, lib. 3. & Tiraq. in trac. de utro
que retra. ti. 9. §. 12. glo. 2. num. 4. ubi more suo plu-
res cumulat. & idem dixit etiam Cotta in memoria
libus suis, in uerb. instantia & Ias. in consi. 35. in fin.
lib. primo. Quemadmodum etiam ut refert Io. Ami.
in consilio 6. numero 11. per ea quæ uoluit glo. no-
tabilis in clem. sæpe in versi. post dationem, si actori
12 terminus ad probandum sit datus † ipseque positio-
nes produxerit, & petat reum super ipsis interroga-
ri, donec respondeat, non currit actori probatorius
terminus, prout uoluit etiam Bal. in l. prima num. 4.
per illum tex. C. de iuram. calum. & Iaso. in consi. 10.
col. 1. uer. istis sic in facto lib. primo, & idem Bald. &
Pau. Cast. in l. fi. ff. de feri. & Tiraq. de utroque retr. ti
tu. 1. §. 12. gl. 2. nume. 3. cum aliis relatis per Alexan.
in consi. 72. nume. 2. uer. unde dicimus, quòd li. 3. vbi
13 Alex. generaliter inquit; † tempus non currere im-
pedito dilatione aduersarii per text. in l. petendæ. C.
de temp. app. in integ. restitu. pet. & quod ibi Doc.
& est tex. in l. intra utile. in prin. ff. de mino. & in l. cō
tra maiores. C. de inofficio. testam. & l. fin. in fi. C. de
adulte. & ibi dicit Cyn. quod si causa debet expediri
intra certum tempus, impedito per dilationem ad-
uersarii tempus illud non currere. Idem tenent ibi
Bal. & Salyc. & not. Iacob. & Bald. in auth. clericus.
C. de Episco. & cleric. & Alex. in dic. consi. 72. nume.
2. lib. 3. Declarando tamen, ut declarat idem Alexā.
ibidem numero 17. uidelicet id procedere quando
14 ille impeditus, aliquo † modo sibi succurrere nō po
terat, aliàs si posset aliquo modo, tempus etiam im
pedito currere. Et quod dixi supra generaliter de im
pedimento, idem tenet Ias. in consi. 10. colum. j. ver-
sic. istis sic in facto. lib. primo, & in consi. 35. in 2. du-
bio lib. j. ubi ex mente Bald. in d. l. prima, & Specul.
15 ampliat † idem esse, si datus est terminus ad proban
dam aliquam exceptionem. Facit etiam ad rem no-
stram illud, quod refert idem Ioan. Amicus in eodē
consilio 6. nume. 12. & uoluerunt Bal. Imola & recē
tiores in dicta l. quamdiu. la 3. ff. de acquiren. hæred.
& tenet Iaso. in consi. 35. in 2. dubio uers. ad idem &
5. lib. 1. si actori ad probandum terminus datus sit;
qui suos afferat articulos; Planè pars aduersa, si ali-
16 quot impertinentes faciat, obidque † impertinen-
tiæ lis moueatur; quousque talis lis decisa non fuerit
terminum probatorium non currere. Eadem quo-
que ratione dixit idem Bal. in l. prima in fi. ff. de edē.
& refert idem Ioan. Amicus in d. consilio 6. nu. 13.
& adnotat Ias. in d. consi. 35. uer. ad idem & 6. lib. 1.
actor, cui datus est terminus ad probandum, si pe-
17 tat à Reo ædi. † instrumenta, eo tamen casu, quo ędi
tio fieri debet, reus quousque ędat, non labi proba-
toriū terminum: Tiraq. in d. tract. alios citans titu. j.
§. 12. gloss. 2. numero 5. impedit etiam non minus
18 † cursum fatalium prosequutio attentatorum, ut re
fert idem Io. Amicus in eodem consi. 6. num. 44. per
ea, quę uoluit Rota in decis. 102. incipiente, fatalia
ad prosequendum &c. Id autem ut eodem loco nu-
mero 15. inquit, & alia quoque pręcedentia locum
habent, quando nihil est, quod appellanti possit im
putari; quare appellationis, uel principalis causę fa-
talia fluxerint, nam si de appellatione loquamur. Ap
pellatus planè ędicto causam dedit, contra appellā-
tem pendente appellatione attentando; etenim cū
ea de causa appellans, ut attentata remoueantur, li-
tigauerit, in eius commodum & fauorem introdu-
19 ctum est: ut subsistente † causa attentatorum causæ
appellationis fatalia non labantur, immo pœnatus
causæ appellationis exercitiū impeditur: ut est text.
in c. non solùm. de appellat. in 6. Cum igitur culpam
& factum illius; qui ædicto dat causam, potissimum
attendere oporteat; ubicunque ille, cuius culpa instā
tia causæ principalis, uel appellationis suspensa est,
in ipsa emergenti, & incidenti causa succumbet; ve-
luti attentatorum. propterea quòd non debuit
20 † super attentatis insistere, current fatalia, & appel-
latio deseretur, ut inquiunt Domini Rotæ in prædi-
cta decis. 102. in uersic. secus uerò. Nec deducitur de
medio tempus, quo fuit super attētatis litigatum, &
ita declarat Panor. in d. cap. ex ratione uers. sed circa
hoc uersatur notabile dictum. Præterea etiam ali-
21 quando † propter ambiguitatem personæ suspendi
tur instantia: ueluti si plures fortassè eodem nomi-
ne appellentur, & unus citetur, at nescitur, quis nam
ille sit, qui comparere debet. Planè quousque appa-
reat, instantia suspendenda est, vt inquit Bald. in l. eū
quem temere. ff. de iudic. Dicendum etiam est, instā
22 tiam suspendi, † si aliquo iuris impedimento qs age
re impediatur, exempli gratia: quia Reus conuentus
postmodum aliquod priuilegium consequutus est,
& est eiusmodi, ut actori audientia denegetur;
nequeatque reum conuenire, & causam prosequi,
ut inquit Bal. in l. quoties. C. de precib. Impera. offe
ren. & Franciscus Aretinus in consi. 100. in princi. &
refert & sequitur Robertus Maranta in suo speculo
aureo in 5. part. principali nume. 31. & tradit Marc.
Anto. Natta in consi. 172. num. 17. uolum. j. per tex.
in l. 2. § in omnibus. ff. de iudic. Fuit etiam in his ter-

minis

23 minis dubitatum, an quādo † causa & processus cō
clusus ad consilium transmittitur sapientis; quousq;
apud eum retinetur, labatur instantia; qua in re in-
quit Maranta in eadem 5. parte principali, quēdam
Franciscum Viterb. in quodam suo consilio incipiē-
te: uerum dies quibus &c. instātiam non currere exi
stimasse; id quod uoluit etiam Castrensis in consilio
91. numero 1. volum. 1. & mouetur potissimum in
24 terminis statuti loquens: quia in tempore utili † nō
computantur dies; quibus iudicis copia non fuit. l. j.
§. fi. ff. de diuers. & tempora. præscri. & l. secunda post
princ. ff. quis ordo in bono. pos. seru. ut ibi latius per
eum. At ipse non modicum ea de re dubitare asserit.
Propterea quòd, ut supra firmauimus, si facto iudi-
cis, vel tertii accidat, quominus sententia feratur, in-
stantia non suspenditur. firmant Doctores commu-
niter in d. l. properandum. §. sin autem utraque. Mul-
to igitur magis ad dicendum videtur, si facto consul
toris eueniat, qui aliquo modo tertius dici potest, &
ideo inquit ipse, uoluisse Felin. in ca. cum uenerabi-
lis. colum. 17. uer. fallit tertiò, de exceptio. & Pau. Ca
stren. in l. prima C. de relatio. iudicem cum instantiā
25 † labi cognoscit, neque consilium à sapiente intra tē
pus habere potest, sententiam, prout in consilio per
sapientē ferendo cōtinebitur, ferre opportere. Hinc
enim colligit Maranta eo in loco, si uerum sit, instan
tiam interim non currere, cum in modum sententiā
ferre opus non fuisse. Posset namque iudex sine instā
tiæ præiudicio, vt consilium à sapiente electo redde-
retur, expectare, & ideo tandem vt instantia currat,
concludendum arbitratur, quamquam inde iusta cā
oriatur, qua in integrum restitutio sine expensarum
restitutione concedatur. At quoniā de hoc infra suo
loco latè tractandum est. sufficit hic opinionem Ma
rantæ, ex iis, quæ tradit Maria. Soci. iunior in consili.
63. num. 1. cum seq. uolum. 1. & Pacius Scala de con
silio sapien. lib. 4. cap. 9. optimè comprobari admo-
nuisse. At contrarium tenet Paul. de Cast. consi. 91.
num. 5. lib. 1. Suspendi etiam solet instantia (vt inqt
idem Ioan. Amicus in eodem consi. 6. numero 10.) si
fortasse statuti dispositione instantia intra certū tē-
pus expediri debeat, & alteri ex litigatoribus dicat,
26 T e stes † suos ultra mare, vel in aliqua longinqua re-
gione habere, petatque tempus sufficiens, ut eos exa
minare posit, planè & si terminus ad examinandos
testes concessus instantiam siue ciuilem, siue statuta
riam excedat. ca. spatium. 3. quęst. 3. & l. prima C. de
dilatio. poterit tamen elapso termino illo concesso
sententia proferri propterea quòd interim eo duran
te instantia principalis causę in suspenso erit; ut uo-
luerunt Iaco. Butrig. & Barto. in auth. clericus C. de
episc. & cleric. & Cynus, & Salic. in l. fi. C. de adult. &
Bal. in l. si cum ipse. per illum tex. ff. de excusat. tuto.
& Abb. in d. c. uenerabilis numero 10. extra de iudi.
& est additio And. de Iser. super pragmat. Reg. Nea-
po. in ti. de appella. in gl. columη. 2. uersicul. adde in
hac materia unum pulchrum dictum & Alexand. in
consilio 72. numero 1. lib. 2. & Iaso. in consi. 10. col.
prima uer. istis sic in facto præsuppositis, lib. 1. & in
consilio 35. in 2. dub. principali, eod. lib. & Tiraq. la-
tè in trac. de utroque retra. titu. primo. §. 12. gl. 2. nu
mero 2. & seq. & Ioan. de Ami. consi. 6. num. 10. & in
consi. 139. num. 21. & Abb. consi. 64. in princi. lib. 1.
& num. 3. versi. ex prædictis clarè infertur, ubi decla-
rat, quomodo hoc dictum intelligatur. Debet enim
27 instantia, † & terminus à statuto causis expediendis
pręfixus à iure, videlicet si causa intra illum terminū
expediri poterit, interpretationem recipere, vt est
tex. in l. j. & in l. ut gradatim. §. j. ff. de mun. & hon. &
in l. 2. C. de nox. & melior in d. l. fi. in fi. C. de adul. &
facit, qđ not. in c. cām de elec. & melius in l. ita aūt in
prin. ff. de admi. tu. idē sequit̄ Io. And. in add. ad Spe.
in §. restat. uer. q d si statuta: in ult. q̄st. de elec. & Cy.
in l. j. in vltimis trib. q̄onib. C. qui accus. non possunt
De hac autē ad testes examinandos dilatione infra
suo loco latius tractandum est. in §. in omnibus ta-
men prædictis casibus, & ideo ad ea quæ ibi tracta-
bimus me refero. Non est etiam omittēdū, uoluisse.
28 Abb. in d. c. pen. colum. 4. num. 10. uersi. sed ego du-
bito, extra de iudic. si lis ultra terminum præfixum
instantiæ à iure communi, uel statuto protrahatur,
non alicuius impedimento, sed uel causæ magnitudi
ne, uel frequentia ab interlocutoria appellationum,
vltra triennium instantiæ iuris communis, si eo iure
agatur, uel terminum à statuto præfixum, si hoc iure
agendum sit; sententiam proferri posse, ob id quod
neque parti, neque iudici, id obiici potest, compro-
bat id Abba. eo in loco quibusdam iuribus & aucto-
ritatibus, uoluit enim idem Bal. ut ipse ait, in dict. l.
si cum ipse. ff. de excusa. tuto. & si de instantia à statu
to præfixo loquatur, & cum hac doctrina Abb. per-
transit Iaso. licet eum non referat, in dicta l. prope-
randum, in princ. in ultim. colum. C. de iudic. & ideo
dixit Io. Igne. in l. dudum num. 29. C. de contrahen.
emptio. contra iusta de causa impeditum instātiam
29 † non currere. l. quæsitum. ff. de re iud. & l. 2. §. si non
per aduersam ualetudinem, & §. si quis in iudicio. ff.
si quis cautio. ubi iubet diem iudicii esse diffusum;
comprobat multa ex iis, quæ huc usque retulimus,
Augustinus Beroius in d. c. uenerabilis, num. 33. ex-
tra de iudic. Præterea posteriore loco omittendum
non est, instantiam causę appellationis non currere,
30 donec coram arbitris uiget compromissum auth. si
tamen. C. de tempo. appella. & clem. quandiu. de ap
pella. tradit idem Io. Amicus in d. consi. 5. num. 7. &
8. id autem de expresso compromisso ex consensu
partium intelligendum est. Quandoquidem si sit ta-
citum, ut puta quia conuenerint appellatus, & appel
lans peregre in externas, & longinquas regiones pro
ficisci, vel alio modo causam differre, proculdubio
current fatalia, & appellanti imputabitur, prout ex-
pressè firmat Cardi. in dicta clem. quamdiu. Neque
31 obstat tex. in dicta † Auth. si tamen. C. de temporib.
appella. & in dic. clem. quamdiu. Propterea quòd, iō
32 eis in locis, tempus † que fuit lis coram arbitris agi
tata, de medio tollitur: quia super negocio principa
li, siue coram iudice ordinario, siue coram arbitris,
semper fuit litigatū: nihilq; parti obiici potest, & ita
intellexerunt glo. & Barto. in dicta auth. si tamen. &
Card. in dicta clemen. quamdiu, & Pau. Castrens. in
d. l. contra maiores. C. de inoffi. testam. uel potest ali
ter, inquit Ioan. Amicus eo in loco, responderi; pro-
ut respondit Pauorm. in dic. c. ex ratione de appella.
Ideo in dictis iuribus fatalium tempus non currere,
quia

quia impedimentum ab expresso consensu partium
apppellat uidelicet & appellantis emanauit, quæ sa-
nè uerissima uidetur responsio; per text. in dicta cle-
men. quamdiu, & fuit originalis responsio Petri, ut
refert & sequitur Cy. in dict. l. contra maiores, in ul-
timis uerbis, Prætetea non est omittendum, an in-
33 stantia † currat, si iudicium agitari casu aliquo for-
tuito impediatur; & Soc. in sen. consi. 31. numor. 11.
uer. insuper etiam instantia, lib. 1. currere existima-
uit, & ideo necessaria sit restitutio, per tex. in l. sed si
prætorem. §. ait prætor. ff. quib. ex cau. maior. & in l.
2. ff. si quis cautio. & per l. properandum. in princip.
C. de iudic. quæ in distinctè currere uoluit, & ait So
ci. in dicto consi, latè de hoc se dixisse, in c. pe. 24. ar.
princip. extra de iudic. & hanc eandem opinio. con
sulendo tenuit Pater meus D. Marcus Asinius in
lib. consi. nonim pressorum G. cart. 248. ubi cõpro-
bat aliquibus similibus, & ita fuit decisum.

34 Successiuè queritur † an instantia currat tempo-
re pestis. Rip. in suo solemni tractatu de peste, in tit.
de priuileg. iudiciorum caus. pest. 2. priuilegio, nu-
mero 35. uer. quia facit dormire instantiam, inquit
peste uigente, & grassante instantiam dormire, uel
si currat (quod uerius uidetur) tãquam tempus in-
stantiæ continuum sit, ut notatur in l. properãdum,
in prin. per illum tex. C. de iud. impedito propter pe
stem aduersus lapsum instantiæ restitutionem in in
tegrum competere, & ita inquit Ripa post Marian.
Soc. sen. in c. pe. art. 24. de iud. quem refert, & sequit
Io. Firma. Bertachi. in suo trac. de gabel. 24. quæsti.
nu. 47. in fi. uer. illud etiam no. quòd tempore pestis
& per tex. in d. l. sed si prætorem, §. ait prætor. ff. ex q-
bus caus. maio. & in l. secunda ff. si quis cau. cũ simi-
5 lib. An autem † per tacitum consensum instantia su-
spendatur; Alex. in consi. 72. nu. 10. & nu. 19. uer. ul.
non obstat lib. 3. tenet quòd non. Multas retulimus
species, in quibus iure communi instantia suspendi-
tur: & si quatenus pertinet ad ius hoc nostrum statu
6 tarium † usus inoleuerit; ut supremus magistratus;
vbicũq; aliqd emerserit, cõsulat; q instãtiã suspẽdat.
Arbitror ego tñ. ut ea q̃ supra retulimus; cum instan
tijs ẽt statutarijs locũ habeant, ut diximus, & proba
tũ fuit, neq; contrariũ statutum reperit; an nostrum
37 † quoq; statutũ pertinere, dũmõ stilus nõ repugnet.

1 *Instantiarum de translatione multa.*
2 *Instantia etiam de iure communi incipit à citatione quatenus ad instantiæ translationem pertinet.*
3 *Lis à prima citatione incipere potest.*
4 *Instantia cum defuncto inchoata, ad hæredes transit.*
5 *Acta ut ualeant cum instantia cum defuncto incæpta transit in hæredes, requiritur ut hæredis non defuncti nomine agatur.*
6 *Instantia in hæredes transit actiuè, & passiuè.*
7 *Instantia quòd tantum post litem contestatam cum defuncto in hæredem transeat, ex opinione quorundam.*
8 *Instantia translatio ut fiat in hæredem, litis contestatio non attenditur.*
9 *Instantia ad hoc ut, etiam ante litem contestatam ad hæredes transeat, quæ concurrere debeant.*
10 *Possessio, quæ est apud hæredem, differt ab ea, quæ erat apud defunctum.*
11 *Instantia quòd in reali actione ante litem contestatã non transeat.*
12 *Ratio quare lite contestata instantia in hæredem transeat.*
13 *Instantia cum defuncto inchoata in hæredem transit, ubicunque domicilium habeat, uel succedit in instãtia in foro defuncti.*
14 *Instantia translata in hæredem continuatur in foro defuncti.*
15 *Instantia compromissi in hæredem non transit.*
16 *Instantiam in hæredem transire quare perquiramus.*
17 *Instantia ne pereat, creditoribus agentibus ad suum creditum, si debitor sine certo hærede, sed incerto pereat, quomodo prouisum sit, & id quomodo procedat infra nu. 20 21.*
18 *Tempus utile non currit impedito.*
19 *Instantiæ statutaria, ex quo constant tempore utili, impeditis non currere uidentur.*
22 *Debitore in longinquis regionibus degẽte poterit creditor petere, ut bonis curator detur.*
23 *Patroni si inter sede iure patronatus altercentur, ita ut causa intra tempus concessum patronis expediri non possit, potest superior non expectato litis euentu beneficium conferre.*
24 *Successor in hæreditate differt à successore bonorum.*
25 *Hæres aditam hæreditatem, etiam si damnum contineat repudiare non potest.*
26 *Successor uniuersalis hæreditatem repudiare potest.*
27 *Successor bonorũ ultra uires hæreditarias ad æs alienum non tenetur.*
28 *Hæreditatem, uel bona promittere, non est idem.*
29 *Instantia in bonorum successorem ante litem contestatam non transit.*
30 *Instantia ante litem contestatam non transit in monasterium, neque in patrem arrogãntem.*
31 *Successor bonorum uniuersalis non potest dici eadem persona cum defuncto, sicut hæres.*
32 *Instantia in fiscum ante litem contestatam an transeat.*
33 *Fiscus duplicem personam gerit.*
34 *Fiscus quando est loco hæredis.*
35 *Intellectus. l. si constante. §. fi. ff. sol. mat.*
36 *Fiscus suos habet particulares iudices.*
37 *Instantia cum alio inchoata licet non transeat in fiscum successorem bonorum ex suo priuilegio, attamen si inchoetur cum fisco, transfertur in eius successorem.*
38 *Instantia, quando fiscus est hæres, in eum transit ex opinione quorundam, & est magis communis opinio.*
39 *Instantiam quòd in fiscum hæredem transeat, expressum in iure non habemus.*
40 *Intellectus. §. fi. l. si constante. ff. sol. mat.*
41 *Instantia incepta cum hæreditate uacante an trãseat in fiscum.*

Fiscus

42 *Fiscus in hæreditatem succedens ultra uires hæreditarias tenetur, secus si in bonorum uniuersitatem.*

43 *Instantia, quæ transit in fiscum in principali causa, transit etiam in causa appellationis.*

44 *Instantia cum laico incboata an transeat in ecclesiā uel in clericum.*

45 *Clerici a seculari iurisdictione exempti sunt.*

46 *Argumentum à simili ualidum in iure nostro, etiam in pœnis maleficiorum, & statutis.*

47 *Causa mota coram iudice seculari à duob. secularib. si ea pendente alter clericus efficiatur, debet coram eodem iudice perfici.*

48 *Hæredis mentio facta intelligitur, si Titii fiat.*

49 *Argumentum a simili corruit si corruit similitudo cō iunctorum.*

50 *Hæres est eadem persona cum defuncto iuris fictione.*

51 *Fiscus & ecclesia æquiparantur.*

52 *Fiscus & ecclesia in quibus æquiparantur.*

53 *Obligationis conditio ex persona hæredem immutari non potest.*

54 *Priuilegium non habet locum regulariter aduersus ius quæsitum.*

55 *Regula qui inhæret, rei certæ inhæret.*

56 *Clerico in hæreditatem succedente, an nouo iudicio opus sit.*

57 *Causa incepta coram uno iudice, si superueniat necessitas, coram alio perficitur.*

58 *Causa status successori in beneficio non mutatur.*

59 *Priuilegium concessum à Pontifice non operatur, ut instantia inchoata cum defuncto transeat in successorem, & in quo differat a priuilegio clauso in corpore iuris.*

60 *Instantia incepta contra defunctum, quòd in clericum transeat.*

C A P. X I I.

QVoniam eas species, quibus instantia substinetur, cōnumerauimus: antequam ad eius interitum accedamus, ut quibus modis ne pereat aliquando substinetur, non ignoremus. hoc
1 † loco nonnulla de translatione instantiæ discutiamus. Primo igitur loco de hęrede inspiciendum est. Propterea quod si fortasse moriatur ille, qui iudiciū incepit, uel ille, contra quem fuerit inceptum, an instantia inncepta pereat, & alio iudicio opus sit, dubitari satis probabiliter potest, an uerò ad successores transeat, eademque continuetur. Verùm antequam ad ulteriora transeamus, illud ad iuris cōmunis declarationem omittendum non est, quòd licet iure communi, ut supra vidimus, instantia à litis contestatione incipiat, quatenus ad hanc translationē,
2 de qua tractaturi sumus, pertinet, etiam iure † communi a prima citatione incipere, vt tradit in his terminis Pau. Castren. in l. tam ex contractibus, nume-
3 ro 4. ff. de iudic. quemadmodum, & lis † incipere potest, clem. fi. ut li. pend. & insti. de pę. temet. litiga. & tradit Bald. in l. fi. C. si pend. appella. mor. interuc. & sequitur Roch. in c. quia V. de iudic. & refert etiam Neuiza. in consi. 20. num. 32. Ratio autem est: quia in actione reali quando hæres possidere inuenitur, etiam ea, quæ ante litem contestatam gesta, & acta extant, in eum transeunt, ut uoluerunt Imo. & Alex. in l. pœnalis, ff. ad l. Falc. Verùm quatenus pertinet ad statutum nostrum, cum incipiat instantia à prima citatione, huiusmodi declaratio necessaria non est: redeamus igitur ad id, quod primo loco propo-
4 suimus. Qua in re dicebant Doctores † instantiā cū defuncto inchoatam ad hæredem transire. l. sciēdū. ff. de actio. & oblig. & l. tàm ex contractibus. ff. de iudic. & l. sed si unus. §. filiofamilias uer. interdum in fi. ff. de iniur. & famos. libel. & l. prima C. ex delic. defun. & l. in summa. §. si quis ex delicto. ff. de re iudi. & l. fi. ff. de fideiusso. tut. & l. si intra ætatem. C. de in integ. restitu. & l. alio iure. C. de in litem iuran, & l. hæres absens. ff. de iudic. & l. si petitor. ff. de fideiussor. & l. si eum hominem eodem titul. & l. prima. §. uidemus. C. de rei uxo. actio. & l. si operarum iudicio. ff. de oper. liber. cum similibus hanc conclusionem his legibus comprobauerunt Spe. in §. differt circa princi. de arbit. & Alb. à Rosate in l. post litis, numero 3. C. ex delic. defunc. inquiens hac de re dubitasse Dynum, sed nihil respondisse. in l. pœnalia. ff. de reg. iu. Comprobat tamen ipse Albe. ex ijs, quæ uoluit Accursius in l. filius. §. multo magis. ff. de inoffi. testam. id quod sequutus est etiam in l. si ad exhibēdum, nume. 8. ff. ad exhiben. & in l. Lucius num. 17. ff. ad senatusc. Trebelli. & in l. sed si unus. §. filiofamilias in ver. interdum in fin. ff. de iniur. & famos. libel. & in l. j. C. ex deli. defun. & in l. pœnalia, nume. 2. ff. de regu. iur. ubi inquit, instantiā eo modo, quo erat apud defunctum, transire, in eodemque statu transferri in hæredem. Idem uoluit etiam idem Albericus in l. alio iure, num. 1. C. de in litem iuran. & in l. tam ex contractibus, nume. 3. ff. de iudic. Prętereà hanc eandē sententiam sequitur Ang. in l. si petitor num. 1. ff. de iudic. & Fulg. in l. seruus num. 1. ff. de his qui nota. infa. & Abb. in c. qui V. numero 11. extra de iudic. & Sal. in l. litigator num. 2. C. de fruc. & liti. expens. & Pau. Castren. in l. si eum hominem num. 3. ff. de fideiusso. & in l. eius qui num. 18. ff. si cer. pet. ubi vt valeant acta
5 illud obseruandum existimat, † ut hæredis scilicet non defuncti nomine agatur: idem etiam comprobauit idem Castrensis in l. seruus numero 2. ff. de infamib. & Barth. Soc. in consi. 31. nume. 8. uolu. j. Qui ideo inquit instantiam inchoatam cum defuncto in hęredem uniuersalem transire, quòd eadem fingatur persona cum defuncto: ut habetur in Authē. de iur. à morien. præst. & nos latè declarabimus in l. prima. ff. de religio. & sump. fun. Idem etiam uoluerūt Inno. & Anto. à Butri. & Maria. Soc. in d. c. quia V. extra de iudic. & Nico. Bello. in consi. 11. numero 5. & Hyero. Cagno. in l. secunda num. 249. C. de pac. inter empto. & uendito. & And. Alciat. in l. non solum. §. morte num. 7. ff. de oper. nou. nuncia. & Neuiza. in consi. 20. numero 31. & Francis. Marcus in quęstio. 321. num. 4. uolum. 2. & quęst. 757. num. 1. volumi. 1. Transit autem huiusmodi instantia in hęredes, ut inquit Ang. in d. l. tam ex contractibus num. 4. ff. de
6 iudic. actiuè † & passiuè, uidelicet, ut tam ipsi conueniant, si defunctus fuerit actor, quàm conueniantur, si reus, vt ex ijs, quę infra dicētur apparebit. Verùm

ex

ex hac generali conclusione nonnullæ oriuntur du-
bitationes. Primò, an id, quod diximus, post litem
cum defuncto contestatam locum habeat, an verò
etiam ea, quæ litis contestationem præcesserant, in
hæredem transferri intelligantur. Qua in re existima
7 runt nõnulli, vt instantia † tantum post litem cum de
functo contestatam in hæredes transferatur, ut inqt
Alber. in d. l. tam ex contractibus. nume. 3. ff. de iudi.
per text. in l. cum autem fundi possessor. ff. de rei ven
dic. auctoritate Iacob. ab Arena, qui, vt refert Ange.
in d. l. tam ex contractibus, num. 4. instantiam, nisi li
te cum defuncto contestata, in hæredem vniuersalē
non trãsferri, existimauit. Ij autem, qui hanc senten
tiam sequuti sunt, vt refert Angel. in l. seruus. num.
1. ff. de his qui notan. infam. inde argumentum as-
sumebãt, quòd instantia à litis cõtestatione incipiat.
l. properandum C. de iudic. maximèque hanc sentē
tiam dicta. l. tam ex contractibus. comprobare con-
sueuerunt; quòd in ea species in terminis esse videa-
tur. At verò contrarium verius ac probabilius esse
voluit Angel. in d. l. tam ex contractibus, nume. 4. ita
8 † ut nulla planè litis contestatio necessaria sit. Moue
turque potissimũ. l. si petitor. ff. de fideius. & l. si ope-
rarum iudicio. ff. de oper. liber. & in d. l. seruus. nume
ro 1. ff. de his qui not. infam. Ad ea autem, quæ in cõ
trariũ adducũtur, ita respõdere conatur. Dum enim
instãtiam à litis cõtestatione incipere dicebatur, fate
tur id verum esse, dicit tamen, & si uerè instantia non
sit, quin tamē quasi instãtia sit; negari non posse. Qđ
optimè ostendi arbitratur. l. si defunctus. ff. de procu
rat. propterea quòd eo in loco reus lite non contesta
ta decessit, & tamē iudicatum solui stipulatio nõ eua
nescit; Quæ sanè si lis expiraret, sine dubio euanesce
ret. l. cum lite mortua. ff. iudi. sol. Comprobari præte
rea inquiunt hanc opinionē. l. 2. in fi. si rectè intelli-
gatur. ff. de prętori. stipul. Verùm ne repugnare videa
tur tex. in d. l. tam ex cõtractibus, eam nõ de herede
sed de vniuersali successore loqui respondet. Vidi-
mus hucusque verius esse, nõ solùm instãtiam; sed ét
alia ante litis cõtestationem gesta cum defuncto in
hæredem trãsire. Alioquin falsa esset præcedēs cõclu
sio, quòd à prima citatione instãtia quò ad hoc inci-
pere dicatur. Verùm quoniam id vndequaque ab-
solutum nõ est, meritò † quomodo intelligatur inspi
9 ciendum est. Ipse enim Angel. in d. l. seruus. num. 1.
ff. de his qui not. infam. Id ad eas obligationes; quæ
etiam lite nõ cõtestata in hæredem transeunt, referē
dum esse putat, quòd eo casu litis cõtestatio attēdi
nõ debeat, si uerò sine litis cõtestatione nõ trãseãt,
utique attēdatur. In dicta autem. l. tam ex contra-
ctibus, numero quarto, clarius declara; dicitque esse
inspiciēdum, an actio pereat morte actoris, uel rei,
quãdoquidem si cuiuslibet eorum morte expiret, ad
hæredes nõ trasferri cēset. De actore extare inquit
exemplum in dicta l. si operarum iudicio. ff. de oper.
libert. & in l. 1. §. uideamus. C. de rei vxor. actio. De
reo verò in l. tertia §. penul. ff. de lib. agno. vbi Iacob.
ab Arena, & in l. prima, C. ex deli. fun. & tam in Rub.
quàm toto titulo. C. si reus vel accusa. mor. fuer. & ita
intelligit Iacob. ab Aren. dum cõtrariam opinionē,
vt supra retulimus, sequatur. At Alberic. à Rosa. in l.
Lucius, nu. 17. ff. ad senatusconsul. trebellia. Aut est,
inquit instãtia actionis personalis, & in hæredem trã
sit l. sciēdum. ff. de actio. & obliga. Quod pariter de
in rem scripta personali actione dicēdum cēset: ut
est actio ad exhibēdũ. Aut verò est simpliciter actio
realis, & in hæredem non transire, verius arbitratur:
nisi apud eum res ipsa reperiatur. l. 3. §. hæredes ff. cõ
moda. Cõcludit igitur Albericus, vt in actione sim-
pliciter reali ante litis cõtestationem instãtia, si hoc
nomine tũc appellari potest, in hæredes non trãseat,
cuius sentētiam comprobat etiam Angel. in l. præto
riæ. §. sed si vnus. num. 1. ff. de præto. stipula. & ideo
vt hæres ex eadem instãtia cõdemnetur, nõ probat,
nisi vt semper eadem instãtia procedatur, cõsenserit;
Propterea quòd in reali actione instãtia ante litis cõ
testationem in hæredē nõ trãseat, dicta. l. si possessor
ff. de rei vendic. Ratio autem est in his terminis, quia
10 cũ possessionis causa agatur, ea possessio, quæ † apud
hæredem reperitur, ab ea differt, quæ quondam fuit
apud defunctum; l. 1. §. Sceuola. ff. si quis testa. liber.
esse. ius. fuer. Rursus etiam eius possessionis gratia,
quæ fuit apud defunctum, molestia affici non potest
hæres; neque cõtra eum sentētia proferri: cum iam
morte extincta sit, & ideo, quēadmodum defunctus
dum in humanis degebat, si possidere desijsset, con-
demnari non poterat, minus sanè hæredem ex eadē
instãtia cõdēnari, posse, dicēdum videtur. Quo fit; vt
nouo iudicio, nisi (ut diximus) hæres cõsentiat, opus
sit. Alioquin condemnari nõ poterit: cũ ad possessio-
nē defuncti; quæ ob id extincta est, cõdemnari non
possit ad suam, quòd nũquàm fuerit apud defunctũ.
11 Præterea † in reali actione ante litem cõtestatam
instãtiam in hęredem non trãsire, videtur tenuisse In
no. in d. c. quia V. extra de iudic. lite autem contesta-
12 ta, ꝙ instãtia in hæredem trãseat, ratio † est; quia de-
functus ex quasi cõtractu, qui in ipsa cõtestatione ini
tus est, ad possessionis alterius siue cuiusvis rei restitu-
tionē obligatus intelligitur qui quidem quasi cõtra-
ctus sentētia deinde perficitur. l. 3. §. idem scribit, de
pecul. & ideo mirum nõ est, si illius obligationis cau
sa in cõtestatione ad restituēdum cõtractæ potest in
stãtia cõtra hæredem cõtinuari; Eãdem cõclusionē
sequutus est idem Angel. in d. l. si cum hominem, nu.
1. ff. de fideiussori. ubi inquit expressè, in actione rea-
li instãtiam ĩ hęredē nõ trãsire: nisi vel sit lis cũ defun
cto cõtestata, uel possideat heres rē, de qua cũ defun
cto agebatur: l. si ĩ rē actũ sit, iũcta gl. ff. de rei uēdic.
Idem quoque voluit Alex. in l. pœnales num. 4. uers.
extra glo. tãgit. ff. ad l. falcid. mouetur que ijsdem iu-
ribus, & rationibus, quibus Angel. in locis supra rela
13 tis. Hæc autem † instãtia cum defuncto inchoata;
ut refert Idem Angel. in l. si is qui Romæ. num. 1. ff.
de Iudic. transit in hæredem, ubicumque domiciliũ
14 habeat, uel dicit ipse, hæres succedit † in instantia in
foro defuncti. l. si prætor. ff. de Iudic. & l. si cum ho-
minem. ff. de fideiussor. & l. seruus. C. de infamibus.
Id autem quod de hærede diximus, limitatur instan
15 tia † compromissi, quæ ad hæredes non transit, vt vo
luerunt Bar. Bald. & Alber. in l. diem proferre. ff. de
recept. arbitr. post Inno. in c. ex parte. & Abba. in c.
fin. extra de arbitr. & ego latè dixi adducendo ratio
nem in l. 1. num. 142. ff. de relig. & sumpt. funer. Ve-
rùm antequàm ad alia trãseamus, vnum, de quo quę
rit,

rit Maria.Soc.ſenior in conſilio 31.nnme,8.,verſicu.
ſcd quoniam de prædicta.volu.j. hoc loco non eſſe
16 omittendum cenſui.Propterea,quòd,quando † in-
ſtantia in hæredem tranſeat,ideo perquiſiuimus, vt
inde quando ipſa pereat,intelligeremus.Si igitũ for-
17 taſſe accidat,vt creditores † cum Sempronio ad cõ-
ſequendum creditum ſuum agerẽt, ipſe interim vel
ante litem conteſtatam,in terminis ſupra relatis,vel
poſt,decedat incerto hærede, propter quod dubita-
tur,ad quem pertineat eius hæreditas, verùm ut ſu-
pra vidimus.cum labatur ſemper inſtantia,ſiue ſtet
per iudicem,ſiue per partes, ſiue quauis de cauſa,vt
declarauimus,quærebatur,quomodo ipſis credito-
ribus,ne labatur interim, conſultum ſit. & hac in re
inquit Soc.eodem loco,nume.11.eis per in integrũ
reſtitutionem conſultum eſſe.l.Attilicinus.ff. de ſer
uit.ruſtic.prædio.& l.fi.ff.de eo per quem fact.erit,
& l.properandum.§.fin.autem.ff.de iud. Neque ob-
ſtat,inquit ipſe,quòd aliàs dictum fuit, ob id, quòd
agere non poſſent,tempus illis currere non debe-
re per ea,quæ traduntur in l.fi.C.de anna.except. &
in l.j.ff.de diuerſ.& tempora.præſcriptio.& in l.au-
us.ff.de calum.Quoniam loquuntur illæ leges de tẽ-
18 pore † vtili, quod non currit impedito, & ita inquit
poſſe reſponderi ad l.prima.§.dies.ff.quando appel-
la.ſit;& l.miles.§.ſexaginta.ff.de adulter.Nos autem
de continuo tempore loquimur, vt traditur in dicta
l.properandum, & in alius legibus ſupra relatis, &
19 ideo animaduertendum eſt ad inſtantias † ſtatuta-
rias,vt eſt hæc noſtra dierum vtilium, & ſunt penè
omnes aliæ in tota Italia à municipali iure introdu-
ctæ.Nam cum ſit tempus vtile,non continuum,iu-
ribus ſupra adductis,dicendum videtur in propoſi
ta ſpecie,ob id,quòd creditores ipſi,actoresue qui-
cumque ager e non poſſunt,non currere quoque eis
inſtantiam,labiue tempus.Id autem, quod dixit So-
ci.de in integrum reſtitutione,intelligit,niſi ante la-
pſum inſtantiæ,ad quem pertineat hæreditas,decla
20 raretur. Eo enim caſu poſſent creditores aduerſus
illum,ita hæredem declaratum,inſtãtiam proſequi.
Præterea eodem loco num.12.ſi fortaſſe res diutius
eſſet protrahenda,ita ut tempus ad id declarandum
21 non ſufficeret,† poſſe fortaſſe eis conſuli hũc in mo
dum arbitratur,vt bonis uidelicet interim detur cu-
22 rator,quemadmodum dicimus de debitore † in lon-
ginquis regionibus de gente, nam poterit creditor
petere,vt bonis detur curator,ut no.Bald.in l.muto
§.fina.ff.de.tutel.& tradit Bartol.in l.ab hoſtibus.in
princ.ff.ex quibus cauſ.maiori.Facit etiam, quod in
ſimili dicimus in capitul. ſi verò de iure patronatus,
23 vbi cum ſuperior videt † patronos inter ſe de iure
patronatus altercantes; cauſamque infra tempus
conceſſum patronis expediri non poſſe: poteſt non
expectato litis exitu vacans beneficium conferre,
Pariter igitur, & in terminis noſtris, vt curator
bonis detur, agi poſſe videtur; cum quo lis ince-
pta abſoluatur: & inſtantia continuetur. Hæc de
hærede.

De bonorum autem ſucceſſore, quid dicendum
ſit,inſpiciamus,qua in re licet ſucceſſorum vocabu-
lum genarale ſit:attamen quatenus pertinet ad rem
24 propoſitam,inter † ſucceſſorem in hæreditate, & bo
norum ſucceſſorem differentia eſt, ut tradit Dinus
in c.is qui in ius.de reg.iur.lib.6. qui inter vniuerſa-
les ſucceſſores,de quibus modo agitur, & hæredes,
& bonorum ſucceſſores tanquam diuerſos, & ſepa-
ratos, connumerat. Id quod comprobare videtur
Corne.in.conſilio 278.numero 12.volumi. quarto,
dum inquit;nam bonorum ſucceſſor dici debet, nõ
hæres per ea,quæ not.Barto.in rubric.ff.de acquirẽ.
hęredita,& Paul.Caſtrenſ.in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi
quis autem,numero 4.ff. de legat.primo, qui in eo
differre exiſtimauit hæreditatem à bonis vacãtibus:
25 vel ſucceſſorem vniuerſalẽ ab hęrede: ꝙ hæres † adi
tam hęreditatem,etiam ſi damnum contineat, repu
diare non poſſit.l.ſicut.C.de repudia.hæredita. ſuc-
26 ceſſor † verò vniuerſalis poſſit, vt notatur in l. inter
eos.in fi.de fideiuſſori. Comprobat idem Cornel.in
conſil.239. numero 33.uolum.primo, & ideo dice-
27 bat Aymon Crauet.in conſilio 239.num.5.† ſucceſ-
ſorem bonorum vltra bonorum vires ad æs alienũ
non teneri,& ſi innentarium non cõfecerit.Id quod
in hęreditatis ſucceſſore aliter ſeſe habet, vt refert
Bartol.in conſil.157.ſuper his,quę ſupra dicta ſunt,
colum.2.Vnde ſanè eſt,vt appellatione bonorum,&
hęreditatis idem non comprehendatur.vt tradit De
ci.in l.j.colum.tertia ff.ſi cer.peta. Quemadmodum
etiam idem non eſt; ſi inquiat quiſpiam, promitto
28 † tibi bona mea;vel hęreditatem meam,ut latius tra
dit Aymon eodem in loco:& ideo cum ſatis clarum
ſit,differre plurimum ſucceſſores bonorum,ab hęrę
dibus,& rurſus plures quidem eſſe,& eos inter ſe di-
uerſos,ſucceſſores bonorum, vt ad rem noſtram re-
deamus,quatenus pertinet ad propoſitam ſpeciem,
ea eſt differentia,inter hæredem, & bonorum ſucceſ
29 ſorem, vt inſtantia † ante litem conteſtatam in bo-
norum ſucceſſorem non tranſeat,ut inquit Ange.in
d.l.tam ex contractibus, numero 2.ff. de iudic. quo
30 fit,vt nec † in monaſterium; nec in patrem tranſeat
arrogantem.Idem quoque ſequutus eſt Paul. Caſt.
in eadem.l.numero 3.Ratio autem eſt: quia uniuer-
31 ſalis bonorum ſucceſſor non eadem perſona, ſicut
hæres,cum defuncto dici poteſt: vt ait Bal.in c.1.co-
lum.pe.uer.tertiò not.qui ſucce. dicant in vſib.feud.
Cum itaque hac tantum in re differant, in aliis con-
uenire intelliguntur.

Trãſeamur ad alios vniuerſales ſucceſſores,& pri
32 mò de fiſco quid iuris † ſit inſpiciamus.Qua in re di
cebant nonnulli,inſtantiam in fiſcum non tranſire
ob id, quòd, vt ſupra vidimus, cum differentiam in-
ter hæredem, & bonorum ſucceſſorem conſtitue-
remus, & eiſdem iuribus, & auctoritatibus proba
tur, fiſcus propriè hæres non eſt ſed quaſi. Verum
vt ſuperflua reſecemus, vt vidimus ſupra,ob id dicẽ
dum non videtur, quin in fiſcum, ſaltem poſt litem
conteſtatam. tranſeat; quòd in bonorum vniuerſa-
les ſucceſſores eo modo tranſeat. & ideo vt res faci-
33 lius intelligatur.Fiſcum † duplicem perſonam gere
re animaduertendum eſt; quandoque enim bonorũ
vniuerſalis eſt ſucceſſor,cum bona confiſcantur,ali-
quando verè hæres.Primo itaque caſu:cum uniuer-
ſalis propter bonorum publicationem ſucceſſor eſt,
fuit apud antiquos iureconſultos dubitatum, an in-
ſtantia in fiſcum, ſaltem poſt litis conteſtationem

transiret,& voluerunt Iac. de Raue.& Rayne. à Forli. in l. si constante. §. fi. ff. solut. matrimoni. in fiscum transire. Vbi eandem opinionem sequuntur Cynus & Roma. in l. prima in fi. C. si penden. appella. mor. inter. Mouebantur autem ea potissimum ratione,
34 quòd fiscus † fit loco hæredis. l. tutoris. C. ad legem Iuliam de vi public.& l. non intelligitur. §. si cum ex causa. de iure fisci,& not. Bartol. in l. quoties de nouat.& in l. Marcellus. §. fina. cum similibus, vt tradit ibi Alexád. ff. ad senatusconsult. Trebellian. Quæ sanè conclusio satis ex ijs, quæ supra diximus, comprobari videtur. Propterea quòd negari nõ potest, quin fiscus saltem bonorum successor vniuersalis sit, in quem post litem contestatam instantiam transire demonstrauimus. Attamen his non obstantibus cõtrariam sententiam sequutus est Bart. in l. si eum hominem. ff. de fideiuss.& in d. l. si constante. §. fi. inquitq; eo tex. potissimum destrui contrariam opinionem, dum inquit vbi Vlpianus; si bona mulieris pro parte sint publicata, superest mulieri reliquæ partis dotis exactio. Plus puto, & sic post litem contestatam publicata sit pro parte dos, sufficiet arbitrium iudicis ad partis condemnationem faciendam. Quòd si tota dos publicata sit, expirabit iudicium. Cum igitur, inquit Barto. velit ibi Vlpianus, vt si dos pro parte publicata sit, possit pro alia parte sententia ferri, subdatque deinde aduersatiuè loquendo, vt notatur in l. hoc amplius. §. de his. ff. de damno infecto, ut rectè præcedentibus aduersetur, ex consequenti necessariò contrarium eorum infertur; quæ dicebant aliam opinionem amplectentes. Verùm quoniã huius conclusionis vis tota in illius tex. declaratione reposita est. Quandoquidem nisi repugnaret ille tex. dubium non videretur, quin instantia in fiscum post litem
35 contestatam transferretur. Ideo inquit † Philippus Decius in dicto capitu. quia V. extra de iudic. cum dicat Iureconsultus ibi generatim iudicium expirare: satis videri applaudere, vt in præiudicium tantum mulieris expiret, ne à communi regula recedamus. Id autem ex ipsomet text. si ad iureconsulti intentionem animaduertatur facile colligi posse arbitratur, cum ibi dicatur; Si dos pro parte publicata sit, alterius partis mulieri actionem competere, & si post litem contestatam dos pro parte publicata sit; pro alia parte mulierem sententiam obtinere. At si dos integra publicata sit, expirare iudicium. Patet enim, inquit ipse, illa verba, expirabit iudicium, ad mulierem esse referenda: quandoquidem vti in parte expirat iudicium, cum dos pro parte publicatur, ita etiam si integra dos publicata fuerit, & ideo concludendum videtur, vt tale iudicium respectu mulieris, de qua loquitur ille tex. expirare dicatur, non autem fisci. Si igitur ita intelligamus illum tex. non obstat inquit Decius, quòd aduersatiuè, vt dicit Alexã. tex. ille loquatur. Propterea quòd non minus aduersatiua ipsa respectu mulieris, de qua loquitur tex. locum habebit; cum si dos pro parte, post litem contestatam publicata sit, pro alia parte iudicium subsistat. At si integra publicetur, prorsus expiret iudicium. Hac declaratione suadebat Decius; contrariam opinionem sustineri posse. Verùm enim verò quoniam cum Bartol. magis communis opinio esse videtur, ideo & ipse quoque vltimo loco sequitur eius opinionem. Quam etiam sequitur. Alexan. in d. l. si constante. §. fina. numero 5. referens Anto. à Butrio Imol.& Abba. in dicto capitu. quia V. de iudic. eiusdem sententiæ fautores. Præterea eandem opinionem sequuti sunt idem Bal.& Salic. in l. prima C. si penden. appella. mor. interue.& Angel. in l. pen. in prin. ff. de iurisd. omu. iudic.& l. si vt proponis. C. de bon. damna.& idem Bal. in rub. ff. de rer. diuisio. column. 7.& Barth. Soc. in cons. 46. numero 21. vol. 4.& in regula 227.& idem Ange. in d. l. tam ex contractibus, num. 2. ff. de iudic.& Ægidius Bossius in suis criminalibus, in titu. de fisco & priuilegio eius, nume. 44. Ratio autem quare Bar. id dixerit est ea: quam se
36 quuntur omnes, videlicet quia † habet suos particulares iudices. l. j. C. de iurisd. om. iudic.& l. 2.& 3. C. si aduer. fiscum, & C. vbi caus. fisci, per totum. Id quod locum etiam habet, vt inquit Bar. in l. si quis arbitratu, num. 14. quem sequitur ibidem post alios Ias. ff. de verbo. obliga.& refert Ægidius Bossius eodem in loco, si fortasse à partibus conuentum esset, vt communium amicorum arbitrio res decideretur. Planè si alterius partis bona publicentur, eique fiscus succedat, liber erit ab ea conuentione, & rẽ ipsam ad suos iudices reducet. Hoc autem priuilegium ad fiscum tantum pertinet, ita ut si fisco aliquis succedat, cum
37 in eum transeat † instantia cum fisco incohata, vt declarat Paris. in consilio 10. numero 2. vol. 1. Vbi cum quispiam aliquem spoliasset, & ei fiscus successisset, cum quo deinde super spolio iudicium est intẽtatum; Etenim si restituat fiscus spoliatori rem, quã ipse ab eo substulerat; transferet quoq; instantiã causæ cum ipsa re. Hæc de fisco quatenus bonorum publicatione successor est vniuersalis. Verùm quoniam vt dicebamus, succedit aliquando fiscus, vt hæres; iõ alia hac de re altercatio oritur. Voluerunt namque
38 nonnulli, vt tunc instantia incepta † simul cum ipsis bonis in hæredem trãsferatur; propterea quòd fiscus cum hæres est, non vt fiscus simpliciter, sed vt hæres consideratur, vnde priuati iure vtitur. l. fiscus la 1. in principi. ff. de iure fisci, & l. cum quidam. §. fiscus. de vsur. id quod voluerunt etiam Bal. Ang.& Paul. Castren. in d. l. si constante. ff. sol. matrim.& facit, quod notat Bar. in l. 3. §. j. de sepultu. viola.& sequitur Decius in dicto c. quia V. nu. 10. extra de iudi.& Hyero. Cagno. in l. 2. nu. 252. C. de pac. inter empto.& vendito. Contrariam autem opinionem uidetur sequutus Bar. in dicta l. si constante. §. fi. nu. 2. quam amplectitur etiam Abba. in dicto c. quia V. num. 11.&
39 mouetur: † quia expressam speciem in iure nõ habemus, vt in fiscum, cum hæres est, transeat instantia, & in hoc differat; hæres ne sit, vel bonorum successor vniuersalis; immo, inquit ipse, si rectè animaduertatur, potius contrarium Vlpianum decidere in dicta l. si constante. §. fi. Simpliciter enim ibi dicit, in fiscũ instantiam non transire, & ideo generatim siue sit hæres; siue bonorum vniuersalis successor, idem dicendum videtur. Id eadem rõne suadetur, qua non transire in vniuersalem bonorum successorem cõclusum est. Propterea quòd, si illud ideo factum dicitur, quia habeat particulares, & separatos iudices. Planè idem quoq; cum hæres est, dicendum uideretur. At tamen,

tamen, quicquid dixerit Bar. & Abba. in locis supra adductis, cum fiscus succedit in hæreditate, verior videtur opinio Bal. & aliorũ, quos supra retulimus, quos sequitur etiam Bartho. Soc. in consi. 46. nu. 21.
40 vol. 4. Neq; obstat † tex. in dicta l. si constante. §. fina. quia, vt inquit Decius, cum loquatur de fisco, de fisco simpliciter, vt vniuersali bonorum successore, intelligendum est, non de fisco hærede. Suadet id ille tex. cum de bonorum publicatione loquatur, quo casu succedit fiscus ut bonorum successor uniuersalis; non vt hæres, & ideo tandem in his terminis, instantiam in fiscum transire, concludendum videtur. Sed adhuc hac eadem in re alia de hæreditate vacante suboritur dubitatio, & propterea quòd in ea sit hęres; idem dicendum videtur. l. vacantia, & ibi Barto. expresse tradit, C. de bonis vacan. lib. 10. Contrariã
41 autem partem plures sequuntur, voluntq; † in fiscũ si in hæreditatem vacantem succedat; instantiam nõ transferri. Mouentur autem ex eo, quòd ad eam non ut hæres, sed ut vniuersalis bonorum successor, admittatur; Id quod, si uerum sit, erit quoq; ex ijs, quæ supra retulimus consequentia necessaria. At fiscum non, vt heredem, sed ut bonorum vniuersalem successorem in hereditatem vacãtem succedere, voluit Bar. in rub. ff. de acquir. hæredit. numero 4. Vbi eam differentiam inquit esse inter bona vacantia, & hære-
42 ditatem; quòd si succedat fiscus † in uniuersum ius & ex consequenti in hæreditatem, vltra uires hæreditarias obligatur. At si eo nomine, tanquam uidelicet bona vacantia capiat, in hæreditatem succedere nõ intelligitur. l. tertia §. eadem conditio. de fideicõmissa. liber. & ibi notat Accursius, & ideo ultra uires hæreditarias non tenetur, dicta l. prima §. an bona. & l. non possunt de iure fisci. Hanc Bar. opinionem eisdẽ rationibus sequitur Barth. Soc. in cons. 46. num. 21. uol. 4. Præterea Bar. sequitur Ange. in dicta rubri. ff. de acquir. hær. num. 4. & Alexã. numero 8. qui dicit idem uoluisse Bart. in l. fideiussor. §. fi. ff. de fideiussori. & Bal. in l. j. in 8. col. C. quando non peten. parr. & vltimo loco Egidius Bossius in suo tractatu criminalium, in ti. de fisco, & priuile. eius, nu. 44. Cum frequentioribus igitur calculis recepta sit opinio Bar. quę etiam satis concludenter, vt inquiunt Doctores relati, comprobari uidetur, per tex. in l. 1. ibi, fisci nostri rationibus uendicandas. C. de bonis vacan. lib. x. meritò, & nos quoque ei adhærendum putamus: & ideo concludendum erit, vbicunque fiscus hæres nõ est, instantiam inceptam cum in eum non transeat, perire, & nouo iudicio opus esse. Illud tamen anteq̃ ad alia accedamus, omittendum non est; id quod de
43 instantia † principalis causæ dictũ est, in causa quoque appellationis locum eodem modo habere, ut inquit Salyc. in l. 1. num. 1. C. si penden. appell. mor. inter. per tex. in d. l. si eum hominem. ff. de fideiusso. tradunt Doctores in locis supra adductis, & pſertim Egidius Bossius.

Quoniam precedentibus proximè accidit; an in-
44 stantia cum laico inchoata in Ecclesiam, uel clericũ trãseat; merito hoc loco adnectemus. Qua etiam in re, vt plerũq; accidit, variæ sunt opiniones. Et enim, ut refert Hiero. Cagno. in l. 2. numer. 249. C. de pac. inter empto. & vendito. Ang. & Pau. Castren. in l. heres absens. in prin. ff. de iudic. instantiam In clericum transire existimauerunt. ita ut eam prosequi corãm iudice seculari compelli possit. Id quod voluit etiam Imo. in dicta l. si eum hominem. colum. penul. ff. de fideiussori. & Lud. Roma. in dicta l. si constante. §. fi. ff. sol. mat. vbi Paul. Castren. nu. 5. qui hanc dicit cõmunem esse opinionem; & Bal. in l. quidam existimauerunt. ff. si cer. peta. & in l. prima in fi. C. si pendẽ. appella. mor. interuc. & Alex. in fine secundæ appostillæ ad Bar. in l. prima ff. de iudic. & Io. Mili. in verbo miles. Faciunt dicta Fel. in c. primo col. 3. & sequẽ. de præsc. & Soc. in ca. fi. col. 15. in 8. limita. de mutu. peti. Preterea hanc opinionem sequitur etiam Barba. in dicto capi. quia V. eam pluribus rationibus comprobans; licet satis dubiam esse fateatur, quam etiã eodem in loco sequitur Areti. & Hueroni. Cagno. in loco supra adducto inquit, uidisse aliàs ita indicatũ. Comprobant hanc opinionem Doctores supra relati multis legibus & rationibus, primò per tex. in d. l. hæres absens, & in l. si is qui Romæ. ff. iudic. ubi expſſè decisum est, hęredem ita defuncti in instantiã succedere, vt eam coram eiusdem instantiæ iudice prosequi cogatur. At his legibus respondet Abba. in dicto capitu. quia V. colum. fi. eas in clerico, locum nõ habere; qui suos iudices ecclesiasticos diuersę prorsus qualitatis habet. c. clericum nullus. 10. quæst. j. & c. si diligenti. de foro compet. quibus expresse clericum tantummodo coram suo ordinario iudice cõueniri posse constitutum est; clerici enim à secular-
45 † iurisdictione exempti sunt, vt inquit Soc. in ca. primo colum. prima extra de foro comp. & est tex. in c. cum portio. 12. quest. 1. Secundo loco comprobant
46 precedentem sententiam argumento à simili, quod quidem validum est in iure nostro. l. 2. & ibi Bal. no. C. de actio. & oblig. & ita ut procedit etiam in pœnis maleficiorum, & statutis, ut notat Bal. in l. si quis non dicam rapere, C. de episco. & cleri. & est text. in c. 1. §. porrò. cum sequent. quem ibi ad hoc no. Bald. & doc. que fuit prima cans. benef. amit. in vsib. feud. cum simili. Argumentum autem est huiusmodi: si
47 duo † seculares corãm suo iudice seculari agant, altero lite pendente clerico effecto, debet causa, non obstante, quæ superuenit, clericali dignitate, corãm eodem iudice expediri: ut inquit Bal. per illum text. in l. si quis posteaquàm. ff. de iudic. Sed idem in terminis nostris accidere videtur: cũ clericus laico succedit, quandoquidem eadem persona censetur, §. primo in Auth. de iureiurando à morien. præstit. ita ut defuncti verba heredis esse censeantur; vt ibi colligitur, & no. Soc. in ponderando illum text. in consilio 293. col. 1. lib. 2. quo fit, ut heredi, quin sit in instrumento nominatus, opponi non possit: cum si de Ti-
48 tio fiat mentio, de eius quoque † herede mentio facta intelligatur: ut inquit Bal. in l. 1. C. quorum legato. Latissimè declarauimus nos hanc materiam in l. prima ff. de religio. & sump. funer. vbi omnes pene species, in quibus heres defuncti personam refe- rat, & in quib. non, retulimus; Si igitur heres est eadẽ persona cum defuncto, cum quo instantia incepta est, vtiq; eodem modo dicendum videtur, vt qualitas clericatus superueniens, quin instãtia apud eũdẽ iudicem non prosequeretur, impedimento esse non debeat.

debeat. Etenim si accipiamus, defunctum & hæredẽ pro eadem persona, planè nulla in re discrepant inter se hæ duæ species, cum vtrique clericalis dignitas superueniat. Huic argumentationi respondet Feli. in dicto capitu. quia V. colum. 2. negando assumptumi
49 & similitudinem coniunctorum: quo casu † argumẽtum hoc à simili corruere dubium non est, similitudo enim simpliciter requiritur; si autem, ut aiunt, sit secundum quid, tanquàm deficiat substantia, prorsus corruit argumentum: vt inquiunt Archidia. Domini. à sancto Geminia. & Præpo. in ca. relatum 37. distinctio. & clarius Abba. Imol. Feli. & alij scribentes. in c. translato. extra de constitu. & idem Abb. in capitu. constitutus, in 3. nota. extra de appella. At in
50 terminis nostris † hæres, & defunctus simpliciter nõ dicuntur eadem persona, sed iuris fictione, ut uoluerunt Geminia. in cap. 2. num. 10. ver. in gl. super uerbo iuramentum. de iuramen. calum. libr. 6. & Bellame. in ca. cum cessante, num. 27. extra de appellat. & Philippus à Casolis in trac. de testamen. & successio. num. 7. & 8. & Barth. Soc. in consi. 60. num. 18. uol. 1. & in consilio 24. nu. 7. uol. 3. Latè retuli in d. l. j. nu. 5. cum seq. ff. de religio. & sump. fun. Verè enim duæ sunt personæ, heres & defunctus. & licet iuris fictione vna censeantur. Comprobari hoc videtur decisione Rotæ in antiquis 552. Verùm quoniam idem uidetur efficere fictio in casu ficto, quod veritas in vero, l. qui ad certum, C. locat. Ideo Hyeron. Cagno. in dicta l. 2. num. 250. aliter respondendum esse arbitratur, videlicet, ut ratio relationis personæ, personarumq; identitatis ad forum contra clericum inducẽdum, qui coràm seculari Iudice, vt poterat defunctus, conueniri non potest, attendi non debeat. Propterea quòd, talis conueniẽdi facultas, vt inquit Deci. in dicto c. quia V. colum. fi. in clericum non transit. Tertio loco summunt argum̃ ab iis, quæ supra
51 de fisco dicebam us, hunc in modum. Fiscus † & Ecclesia equiparantur. l. j. C. de sacrosan. ecclesi. & tradit Decius latè in c. j. colum. 8. ver. ista prima limitatio. de probat. Modò sic; Fiscus cum est hæres, succedit in instantia inchoata cum defuncto, propterea, quòd vtitur priuati iure. l. fiscus la prima. ff. de iure fisci, & supra satis à nobis comprobatũ est ergo non minus clericum in instantia cum defuncto inchoatã succedere dicendum est. Huic argumentationi respondent, eiusmodi æquiparationem in priuilegiis locum habere, quia ea, quę fisco concessa sunt, pariter & Ecclesię, & econtra concessa esse intelliguntur
52 † Verum si in terminis nostris exæquationem hanc admitteremus, nõ commodum sed incommodum, Ecclesiæ contineret; Immo, quod plus est, expresse priuilegium Ecclesię subuerteret, clericos & ecclesiam iudicibus secularibus subiiciendo, contra ea, q̃ habentur in dicto cap. si diligenti. extra de foro competen. Id quòd eò magis dicendum est, quòd ciuiles leges commodo & priuilegia Ecclesiis concedere possunt, non incommoda, & præcedentia. ca. Ecclesia de constitutio. Quarto loco ita argumentantur,
53 conditio † obligationis ex persona heredum immutari non potest; nec debet. l. 2. §. ex his. ff. de uer. obli. Sed de obligatione antea cum laico contracta corã seculari iudice cognoscendum erat, ergo non minus, cum clericus hęres efficitur, apud secularem iudicem talis cognitio haberi debet. Alioquin si nouũ iudicium subire teneretur, deterior non modicum creditorum cõditio efficeretur: & præsertim coram iudicibus ecclesiasticis canonum iure; quo sunt lites penè immortales. Respondent, argumẽtationem, & si quo ad alia locum fortasse habere possit, quò tamen ad forum sortiendum non procedere; propterea quòd alioquin illud consequeretur, vt clericus laico instantia adhuc non incepta succedens; prout & defunctus poterat, coram seculari iudice conueniri posset, quòd dicẽdum nullo modo uidetur: cũ suos habeant clerici, ut diximus, particulares & ꝓprios iudices. Quinto præterea loco ita dicunt; Si hæres, vt clarum est, defuncti personam refert, proculdubio ea obligatio, qua instantiæ addictus erat, in hæredem transferretur. l. 3. C. de heredi. actioni. Comprobatur argumentum; Nam ius hoc, quo defunctus instãtiæ obligatus est, cum iam antea in esse deductum sit; quã heres defuncto succedat, meritò ad
54 uersus illud † priuilegio quis uti non potest. l. fiscus. ff. de iure fisc. & l. cum quidam. §. fiscus. ff. de usur. & licèt fortasse ratione iuris quærẽdi aliter dici posset; in iure tamen quæsito principium attendendum uidetur. l. damni infecti. §. Sabini. ff. de dam. infec. Huic etiam argumentationi respondent iis penè, q̃ paulo ante ad præcedentem argumẽtationem dicebamus; id uidelicet in fisco locum habere posse, qui iuri ciuili subiectus est; & ab eo dispositã obseruare tenetur at in clericis longè aliter sese habere; nisi canonibus idem comprobatum sit. Multa præterea refert Fely. in d. c. quia V. num. 4. cum seq. & Barbatia, quę breuitatis causa omittuntur. Poterit quilibet, si libuerit percurrere. At uerò contrariam opinionem, vt instãtia inchoata cum laico defuncto in clericum heredẽ non transeat, tenent Ant. à Butrio & Abb. in dict. c. quia V. quos sequitur ibi Fel. num. 4. cum seq. & Deci. nu. 11. & Sal. in d. l. 1. in fi. C. si pend. appella. mor. interue. & Ale. in clerico herede debitoris in dicta l. si constante. §. fi. colum. 2. ff. solu. matri. & Lancelot. Deci. Iacob. à sancto Georgio in d. l. hęres absens, q̃ dicunt ita consuluisse, & ita iudicatum fuisse; idem sequitur Philip. Dec. in consi. 700. & est gl. in ca. clericum nullus. 11. quæstio. prima Pro hac parte multa adducuntur, attamen ne simus longiores, & præsertim quia communes opiniones potissimum sequi instituimus, eo tantummodo argumento comprobabimus; quòd iure canonum, vt instantia in clericum transeat, decisum non reperitur. Quapropter à regula, qua disponitur, clericum coram suo iudice ordinario conueniendum esse, recedendum non est. Et ideo dicebat Barto. in l. 2. per illum text. ff. si quis in
55 ius uoca. non ierit. cum qui † regulæ adheret, rei certæ inhęret; unde nisi de limitatione doceatur, pro eo sententiam ferendam esse, ut latè traditur in l. prima. ff. de regul. iur. qui igitur dicere vult, clericum coram iudice laico conueniri posse; legem ostẽdat. Hęc igitur posterior conclusio magis communis esse uidetur; quam sequitur etiam Hyeroni. Cagno. in dicta l. secunda num. 252. C. de pact. inter empto. & uendito. quam & ego quoq; ueriorem puto. Dicebat tamen eodem loco Cagnolus, subsistente hac cano-

canonistarum sententia; ad huc perquirendum esse.
56 An nouo † iudicio cõtra clericum hæredem coram iudice Ecclesiastico opus sit; an satis sit, si ad iudicem Ecclesiasticum citetur, & coram eo eadem in stãtia, quæ apud iudicem laicum instituta erat, continuetur. Id autem plurimùm refert, propterea q si nouo iudicio opus sit, peribit instãtia; sin minus, subsistitur. Subdit tamen ipse, Doctores id nõ declarare; solùm tamen Feli.in dicto capitu. quia V. in loco supra relato, nouo iudicio opus esse, existimasse. At arbitratur ipse, statum causæ non esse mutandum. Sed solummodo eo modo, quo coràm iudice laico reperitur, causam ad Ecclesiasticum iudicem esse transferendam, alioquin clericorum hoc priuilegium detrimẽti nimium laicis ipsis afferret; quod & legibus & rationibus plurimùm repugnat. l. secũda §. meritò. ff. ne quid in loco public. & capit. super eo. extra de offic. delega. & latè tradit Decius in ca. quæ in ecclesiarum. colum. 11. extra de constitutiõ. Comprobatur ex eo, quòd instãtia incepta cum defuncto, & si illam qualitatem retineat, ne coram iudice seculari propter clericorum priuilegium continuetur: eo tamen modo, quò ad alia iura in clericum hæredem transfertur, id autem uerum esse probare videtur tex. ubi Barto. & alii notant in l. tam ex contractibus. ff. de iudic. cum transeat sępe, ut ibi patet instãtia immutata qualitate. Præterea etiam nõ modicum facere arbitratur id, quod scriptum reliquit Feli. in capitu. ex tenore. colum. penul. uer. fallit quinto, extra de rescrip. Voluit namq; eo in loco, ut causæ † inceptæ coràm uno iudice, de quo infra quoq; dicendum est, si superueniat necessitas, coram alio perficiantur, & expediãtur, & ideo non minus id in terminis nostris dicẽdum videtur. Comprobabatur etiam vltimo loco auctoritate Rotæ in decisio. 3. in
58 antiquis, vbi expressè uoluerunt, † successori in beneficio statum causæ non immutari, sed eũdem procedere contra successorem. Intelligit igitur Hyeronimus Cagnolus, & præsertim accedentibus iis, quę scribit Alexãd. in l. pœnales. in princip. ff. ad l. Falcid. vt instãtia cum defuncto incepta ita in clericum hæredem trãsferatur, ut nouo iudicio opus nõ sit, quãquàm coram eodem iudice, apud quem incepit (de seculari autem loquor) continuari nõ debeat; quo fit, ut ab ea, quæ in hæredem laicum transfertur, eo tantum differat, quòd coràm eodẽ iudice laico, cau sa ipsa non cognoscatur; quo verò ad alia, quæ in ipsa causa accidunt, & expetuntur, nullo modo differre intelligatur. Hæc sanè Cagnoli declaratio æquitatem nõ modicam continere uidetur. Attamen iudicio meo nullo iure probatur, quo fit, ut ex iis, quæ supra diximus, apparet, admittenda non sit; nec canonum iuribus aduersemur, & quamquam fortasse dici posset, id quod iuri canonico repugnat, ut corã iudice laico clericorum causæ agitentur, sublatum esse, cum de iudice laico ad iudicem ecclesiasticum instantia trãsferatur; Attamen præterquam quòd, adbuc libertas ecclesiastica iudicio meo læderetur, si iuris ciuilis dispositionem in iudicio exercendo iudex Ecclesiasticus sequi teneretur; non uideo, quomodo id commodè fieri posset, cum stilus & modus prosequendi ipsa iudicia iuris canonici à iure ciui li plurimùm differat; ut supra locis suis satis explicauimus, & infra etiam, cum opportuerit, dicetur, & præsertim cum in hoc ipso, de quo disputatur, maxima sit differentia. Quandoquidem, ut supra vidimus, cum de temporibus instantiarum loqueremur, à iure ciuili principali instantiæ triennium cõstitutũ est. l. properandum. C. de iudicis, appellationi verò annus, aut ad summum biennium, auth. ei qui appel lat. C. de tempo. & repara. appella. Iure autem canonico nullo temporis spatio concluditur. cap. fi. extra de iud. & præsertim cum passim sint instantiæ statutorum breuiores, vt ex hoc nostro apparet; Videtur itaque mihi inconueniens, ut ordo à iure ciuili introductus in foro Ecclesiastico hac de causa obseruari debeat; omisso proprio & consueto, & quamquam possemus id pluribus comprobare, & argumentationibus contrariis respondere, Attamen ne crescat opus in immensum, de his hactenus. Est tamẽ ani-
59 maduertendum; quia † conclusio supra constituta, ut inquit Feli. in dicto capit. quia V. numero. 6. de iudi. Tunc locum habet, cum clericus priuilegio utitur, quod in corporeiuris reperitur; At secus uerò si Põtifice fortasse sit sibi particulariter concessum, vt puta, ne coram suo episcopo conueniatur. Tale enim priuilegium contra dictam l. hæres absens. uites non habet, imò ab ea prorsus destruitur, ut inquit ibi Bar. & Abb. in d. c. quia V. Si igitur eiusmodi priuilegium habeat clericus, qui alicui succedat, fortasse laico, licèt (ut diximus) non transeat instãtia iam incepta in eum, vt coram iudice laico conueniri possit, sed apud iudicem Ecclesiasticum agendum sit, non poterit tamen ille clericus successor eiusmodi, vt priuilegio, vt coram suo Episcopo non conueniatur, quod ipsi notandum arbitrantur. Non est etomittendum, nonnullos censuisse, præcedentẽ conclusionem locum habere, cum instantia contra Clericum inchoanda est, non autem si iam contra defun
60 ctum inchoata sit; propterea † quòd tunc in clericũ transire uoluerunt. Imò, in dicta l. si eũm hominem. ff. de fideiusso. & Pau. Castren. in dict. l. hæres absens. ff. de iudic. & Rom. in l. si cõnstante. §. si. ff. solu. matr. At contrariam opinionem sequuntur Anton. à Butrio in dicto capitu. quia V. & Imola sibi contrarius, & ibi etiam Abb. & Bal. in l. 1. C. si penden. appella. mors interuenẽ. & Ange. in dic. l. tam ex contractib. ff. de iudic. & Bald. in c. in præsentia. in 4. col. de probatio. latè prosequitur hanc partem Feli. in dicto c. quia V. quam quidem cum magis communis sit, & ego quoque sequor, & ne sim longior, refero me ad ea, quæ ibi tradit Felin. & sequuntur alii in locis supra relatis.

1 *Instantia inchoata cum filio transit in patrem, & cõtra.*
2 *Instantia siue iudicium vel lis transfertur in filium etiam non hæredem.*
3 *Filius aliter suscipit iudicium, quàm pater esset suscepturus.*
4 *Pater hodie bona filii quo iure capiat.*
5 *Filii, qui beneficio auth. bona dãnatorum. C. de bonis proscr. succedunt, non iure hæreditario, sed speciale priuilegio succedunt.*

6 *Bona an successorio iure deferantur, vel hareditario differentia.*

7 *Instantia non transit in illos, qui succedunt iure subrogationis.*

8 *Instantia an transeat in fideicommissarium, uniuersalem.*

9 *Instantia cum defuncto inchoata in fideicommissariũ transfertur.*

10 *Quasi contractus, qui litis contestatione initur, in haredem transit, & inde in fideicommissarium.*

11 *Instantia cepta cum harede in fideicommissarium nõ transit.*

12 *Instantiam prosequitur heres pro fideicommissario, restituta etiam hareditate.*

13 *Instantia capta cum harede non transit in haredem sine cessione.*

14 *Instantia incohoata cum defuncto dignitatis uel administrationis nomine in successorem dignitatis uel administrationis transit.*

15 *Instantia capta coram uno iudice in alium loco illius subrogatum transit.*

16 *Iudex quando in instantiam & acta alterius iudicis succedat.*

17 *Instantia quando de procuratore in dominum transeat, & econtra.*

18 *Instantia cum procuratore incapta in dominum transit.*

19 *Sententia quando in dominum ferri possit.*

20 *Dominus inuito procuratore iudicium prosequi non potest.*

21 *Iudicium de domino in procuratorem, & econtra trãsfertur.*

22 *Intellectus. §. fi. l. in causæ. ff. de procur.*

23 *Dominus instantiæ ius utile dupliciter habere intelligitur.*

24 *Instantia ius directum habet procurator.*

25 *Instantia in dominum sine cessione transfertur.*

26 *Cessionis in translatione instantiæ utilitas.*

27 *Procurator quando prohibente domino nullum actũ facere possit.*

28 *Procuratorem ad litem, quando dominus etiam sine causa renocare possit.*

29 *Instantia in dominum ipso iure transit, cum moritur procurator.*

30 *Instantia de uno procuratore in alium non transfertur, post litem contestatam.*

31 *Instantia nouo quomodo per nouum procuratorem, & qua forma inducatur.*

32 *Processus nullus per nouum procuratorem acta primi confirmantem conualidatur.*

33 *Fideiussores dati in causa per translationem instãtiæ liberantur.*

34 *Fideiussores non liberantur per cessionem translata instantia.*

35 *Instantia de domino in procuratorem quando transeat.*

36 *Instantia in singulares successores quando non transeat.*

37 *Instantiam in singularem successorem transit, si ex necessitate aliqua succedatur.*

38 *Necessitas quid operetur.*

39 *Instantia incepta per patronum contra libertum in filium transit.*

CAP. XIII.

1 SVbsequitur satis cõmodè, vt de patre† & filio aliqd dicamus. Qua in re duplex est successio, aut
enim succedit filius patri, aut pater filio: Quouis tamen modo succedatur. concludere uidentur Doctores nostri, vt instantia in successorem transferatur. Planè de instantia inchoata cum patre loquitur Alberi. à Rosate in l. sed & si vnus. §. filiofamilias, num. 5. ff. de iniuriis & famo. libel. inquitque eam in filiũ vti in alios hæredes ita trãsferri, vt nouum intẽtare iudicium opus non sit; Neque intelligẽda est cõclusio, vbicumque filius patri succedit, vt heres: quoniã cum supra de quolibet hærede hoc idem cõclusum sit, multo minus de filio herede dubitandum est. Verùm idem quoque cum filius, non ut hæres, sed vt filius succedit, dicendum est, ut tradit Paul. Castrẽs. in d. l. si eum hominem, numero 3. ff. de fideiussor. & videtur casus in d. l. si operarum iudicio. ff. de oper. liber. vbi inquit Vlpianus. si operam iudicio actũ fuerit cum liberto, & patronus decesserit, conuenit †
2 trãslationem hæredi extraneo non esse dandam: Filio autem, & si hæres nõ existat, & lis contestata nõ fuerit, omnino competere, nisi exhæredatus sit: & ideo refert Paulus Castrensis eo in loco: ad patrem, qui fundum pro seipso, & filiis recepisset, litemque de eo mouisset: nam talis lis, siue iudicium tunc in filiũ etiam non hæredem trãsferri arbitratur: & id nõ solùm post litem contestatam verum est, sed etiam ante, si fortasse satisdatio de iudicio sisti, vel iudicatum soluendo petita sit; nam hac in re lis pro contestata habetur. l. si defunctus. ff. de procurator. secundùm Angel. Hãc eandem conclusionem sequitur Philippus Decius in dicto capitu. quia V. numero 6. extra de iudic. ubi etiam uoluit Abb. numero 11. uersicu. & primus fit. Hęc de filio; de patre autem idem quoque sentiũt, & ideo dicebat Angel. in d. l. tam ex contractibus numero 4. ff. de iudici. Instãtiam de filio in patrem trãsire, licet actionis qualitas immutetur, immutatur autem qualitas, inquit ipse eodem loco; qa
3 filius aliter † suscepit iudicium, quàm pater fuisset suscepturus. Filius enim insolidum suscipit, at pater de peculio erat suscepturus, quo fit, ut in patre iudicii formam immutari oporteat, & Paul. Castrens. in l. creditorem numero secũdo. ff. ad senatuscons. Macedonia. Instantiam (inquit) cum filio super actione principali inchoatam, ad quam ipse tenebatur, mortuo filio in patrem, vt de peculio condemnetur, transire. Hanc eãdem sentẽtia sequitur Abba. in loco supra relato, & idem Paulus Castrens. in l. qui contra. in fi. ff. de fideiussor. & Philippus Decius in dicto capitu. quia V. numero 6. dicebat tamen Abba. quem refert & sequitur Decius in locis supra re-
4 latis, patrem† hodie bona filii iure peculii non occupare, iuxta l. secundam, de castrens. pecul. Sed ut hæredem, ut uoluit Accursius in §. 1. uersi. si quis. in Authenti. de hæred. quæ ab intestat. deferu. quò fit, ut hodie instantia contra patrem insolidum transferatur;

ratur;ut notat Alber.à Rosat.in dicta.l. tam ex con-
tractibus. Vnum tamen hoc loco non esse omitten-
5 dum censeo.Filios † uidelicet,qui beneficio Authē.
bona damnatorum.C.de bonis proscrip.& damna.
ad parentum bona admittuntur, non hæreditario
iure succedere,sed speciali priuilegio, & legis con-
cessione:& ideo dicebat ibi Salic.numero 4. magnā
6 † esse differentiam,an bona iure successionis deferā
tur,idest subrogationis,an iure hæreditario;Propte
rea quòd priore specie successor vltra vires bonorū
non tenetur.l.non possunt.ff.de iure fisci;Posteriore
verò tenetur,nisi inuentarium conficiat. Rursus in
hærede necessario est aditio,alioquin regulariter nō
transmittit;Vnde descendentes si censentur heredes
hæreditatem non aditam non transmitterent.At bo
norum successores adire non compelluntur. Sed eis
ipso iure bona acquiruntur.l.prima ibi,an bona,vbi
notatur.ff.de iure fisci,& d.l.non possunt,& no.glo.
in dicta l.prima,& penul.C.de bonis vacant. & l.no
ua.C.de nouatio. Cum igitur iure hæreditario non
succedant,sed subrogationis.Consequitur,vt instan
7 tia † in huiusmodi successores non transferatur. Id
quod satis uidetur comprobari ex ijs,quæ tradit Sa-
lic.eodem loco, dum vult, eiusmodi acquisitionem
incommodum non afferre; & ideo ut legatum trās-
ferri.ob id quòd successores ipsi loco fisci subrogan
tur,cui prius bona deferebantur, & Principis indul-
gentia consequuntur.l.quando.C. de bonis proscri.
& damna.& latius ipse declarat, Potest comprobari
ex iis,quæ supra diximus de Fisco.Nam quemadmo
dum in eum non transit instantia; pariter etiam in
eos,qui in eius locum succedunt,non transeat,dicen
dum est. Ad alia huius generis transeuntes, videa-
8 mus, quid de † fideicommissario uniuersali dicen-
dum sit. Qua in re, ut id quod quærimus,facilius in
telligatur,prius distinguendum est, an cum defun-
cto,vel cum hærede instantia incepta sit; Planè si
9 cum defuncto † inchoata, ut ex hærede restituente
in fideicommissarium transeat, dicendum est.l. pri-
ma ibi,si qua de his bonis iudicio ponderent.ff.ad se
natusconsult.Trebellian.vbi eam rationem adducit
Barto. quòd cum instantia sit hæreditaria;ille quasi
10 † contractus,qui litis contestatione initur,in hære-
dem transit.l.si cum hominem. ubi notat Bartol.ff.
de fideiussori. & inde postmodum in fideicommis-
sarium.Idem sequitur Alexand.in l. prima, numero
secundo, & in l.cum hæreditas numero secundo.ff.
ad senatusconsult.Trebellia.& Paul.Castrens. in di-
cta l.prima,numero primo,uersicu.Alii exponunt,
& in l.si patroni.§.actiones,numero quarto.ff. ad se
natusconsult.Trebellia.& Constan.Rogerij, in §.se-
ptimò pollicitus sum,numero 50. de fideicommiss.
substitu.Aut uerò instantia incæpta est cum ipso hę
11 rede, & tunc quoniam non est hæreditaria, † in fi-
deicommissarium non transit.l.cum hæreditas.ff.ad
senatusconsult. Trebellia. comprobat idem Angel.
in dicta l.tam ex contractibus,numero 3.ff.de iudic.
12 Immo, ut inquit ipse, prosequitur hæres † eandem
instantiam, & ne damnum ob id patiatur,ut cautio
nibus sibi consulatur, constitutum est; Ratio au-
tem est; quia instantia incepta cum hærede hære-
ditaria non est. sed propria ipsius hæredis: & ideo
ex Trebelliano senatusconsulto transferri non po
test, dicta l. vt hæreditas, & dicta l.si patroni.§.fi-
nal. ff. ad senatusconsult. Trebellia. Præterea hanc
eandem sententiam sequitur Angel.in l. Lucius.§.
rogatus, numero primo, eodem titulo ad senatus-
consult. Trebellia. & Socin. in l.prima, numero se-
cundo, eodem titulo, & Paulus Castrensis in ea-
dem.l. prima, numero secundo, ubi inquit; si sit
13 incæpta † cum hærede, non transferri in hæredem
sine cessione. l. si hæreditas, & l.si hæres pecuniam.
ff. eodem titulo, ad senatusconsultum Trebellian.
Idem quoque uoluit idem Paul. Castrens. in dicta
l. si patroni.§. actiones.ff. eodem titulo, & Alexā.
in dicta l. prima, numero secundo, & in dict.l.cum
hęreditas numero secundo, eodem titu. ubi inquit
& ipse quoque, cessione in hoc casu opus esse. &
ideo auctoritate illius legis refert Bartol. consul-
uisse; si cedat quispiam omnia iura, quæ habet,
ut hæres; instantiam cæptam cum hærede in ces-
sionarium transire non putare, & cum Barto.in di
cta l. cum hæreditas. inquit, transire Angel. & re-
centiores; consilium dantes, ut huiusmodi instan
tia in cessionarium transeat, hæredes omnia iura
sua, quæ tanquam hæredes, & hæreditatis occa-
sione, uel causa habent, cessione ipsa complecti
debere. Ratio autem huius decisionis eadem est,
quam nos satis supra retulimus, quòd uidelicet
non sit hæreditaria, sed ipsius hæredis propria in-
stantia, & ideo in cessionarium non transeat, & fi-
deicommissarius eam prosequi non potest. Est igi
tur concludendum, ut si incepta sit instantia cum
defuncto, ipso iure per restitutionem transeat in
fideicommissarium; si uerò cum hęrede, opus sit
cessione, ut in aliis quoque iuribus opus est.quem-
admodum declarat Alexand.in dicta l.prima, nu-
mero secundo.ff. ad senatusconsult. Trebellia. Præ-
terea etiam ubicunque inchoata est instantia cum
14 defuncto dignitatis, uel administrationis nomine
in successorem dignitatis, uel administrationis tran
sire arbitrantur Doctores, ut refert Abbat. in dicto
capitu.quia V.numero 11.& sequitur eodem in lo-
co Decius numero 8.extra de iudic.ob id, quòd di-
gnitas nunquam moriatur, Immo si rectè animad-
uertatur,magis dignitatem ipsam,qua successorem
respicere uidetur.c.dilecti.extra de for.compet.facit
tex.in capitu.quoniam Abbas de offic.delegat. & in
capitu.si gratiosæ.extra de rescri.Idem uoluit idem
Abb.post Innoc.& alios in ca. significauit de rescri.
& Rota in prima decisio.in titulo,ut lit.pendent. in
antiquis.& Paul.de Leaza.in disputatione incipien-
te, est lata sententia, quem refert Alexand.in l. si
constante.§.fina.ff.solut. matrimo.Possunt commo-
dè adnecti his ea, quæ uoluit Domini: à Sancto Ge
miniano in consilio 94. numero 4. de ipsis Iudici-
bus subrogatis. Propterea quòd, ut ipse inquit, in-
15 stantia † incepta coram uno Iudice in alium loco
illius subrogatum transit, ut est text.in capitu. fina.
de probatio.& notatur in capitu.causam, extra de te
stibus,& faciunt notata per Barto.in l.j.§. hi quibus.
ff.de legat.3.& ideo dicebat Corne. in consilio 142.
16 nume.1.uol.3.Iudicem † qui in locum alterius iudi
cis,coram quo instantia erat incepta, seu causa age-

batur, subrogatus non est, aut non succedit in ean-
dem instantiam, eademuè acta non succedere, & iõ
dicebat, si causa transferatur ad alium iudicem, qui
eandem non habeat iurisdictionem in successorem
instantiam non transferri. Idem sequitur Ange. in l.
si longius num. 3. ff. de iudic. vultque; ut iudex subro
gatus ex iisdem actis sententiam ferat. De Iudice or
dinario tex. habemus in l. mortuo. ff. de iudi. De dele
gato autem glos. est in l. si ut proponis. C. quomodo
& quando iudex. Item de ordinario non subrogato,
sed vti superiore adiecto est gl. in l. si expressum. ff. de
appella. Transit præterea quandoque de procurato
17 re † in dominum, & rursus quandoque de domino
in procuratorem. Id quod quomodo accidat, vt fa-
cilius intelligatur, sigillatim prosequendum est. Pri-
mo igitur loco, cum agit quispiam per procuratorẽ,
ut inquit Abb. in d. c. quia V. numero 11. & Decius
18 uumero 8. transit † instantia cum eo inchoata in do
minum. l. in causæ. ff. de procur. & tradit Ang. in l. tã
ex contractibus, numero 1. ff. de iudic. Vnde inquit
Soc. in l. prima nume. 2. ff. ad senatuscõnsul. Trebelli.
lite per procuratorem contestata, instantiæ ius utile
absq; cessione domino acquiri: ut uoluit Barto. in l.
si antè acceptum. ff. de iudic. solui per text. in l. domi-
num litis. C. de appellatio. cum simi. Quò fit, ut sen-
19 tentia in dominum ferri possit, ut tradit Bartol. in
l. 1. C. de senten. At contra hanc opinionem Bart. &
aliorum arguit satis urgenter Bal. in d. l. prima. C. de
sent. & post eum Aret. in c. secundo extra de testib.
hunc in modum. Si in dominum ius vtile instantiæ
transiret, posset ipse inuito procuratore iudiciũ pro
sequi dicta l. in causæ. §. fi. cum seq. ff. de procurat. &
notat idem Bal. in l. prima. C. de actionibus, & obli-
20 gati. Sed id non est uerum; quia dominus † non po-
test inuito procuratore iudicium prosequi. l. procu-
ratoribus. C. de procurato. & c. secundo, de procura.
in 6. ergo uerum non est: ut ius vtile instantiæ in do-
minum transeat, comprobat Soc. eodem in loco ar-
gumentum Bal. alio non minus vrgenti fundamen-
to, hunc in modum. Si ius utile instantiæ in dominũ
sine cessione transiret, sententia contra dominũ ab-
sentem, citatum tamen valeret. Sed huic consequen
tiæ repugnat dicta l. prima C. de sent. ergo & antece
dens est falsum. Confirmant præterea argumẽtatio-
nem Bal. per tex. in d. l. in causæ. §. si ex parte arguen-
do ex eo hoc modo: Vult ibi iureconsultus, iudicium
21 pariter de domino † in procuratorem, & de procu-
ratore in dominum transferri; sed de domino in pro
curatorem non transfertur vtile sine cessione, ergo
pariter & de procuratore in dominum non transfer
ri dicendum est: cum regula sit uulgatissima, ut una
determinatio comprehendens plura determinabilia
omnia ęqualiter determinet. l. iam hoc iure. ff. de vul
22 gar. & pupilla. ad tex. † autem in dicta l. in causæ. §. fi.
respondebat Bal. eo in loco: Ius utile, finito manda-
to, & sic lata sententia, domino acquiri: cum igitur
obiectiones paulò ante aduersus Bart. excitatas nõ
modicum vrgere, Soc. animaduerteret, Quærebat eo
dem in loco, an huiusmodi distinctione possent præ
cedentes opiniones concordari: Videlicet ut domi-
23 nus † instantiæ ius utile habere dupliciter intelliga
tur. Primò ob id, quòd dominus est causæ, & litis, vt
inquit tex. in dicta l. prima de senten. utilitas instan-
24 tiæ ad eum pertineat. Ius † autem directum ad pro-
curatorem; argumento l. primæ. §. quod autem. cum
ibi notatis. ff. de superfici. & hec est causa, inquit So-
cin. quare dominus litem prosequi possit: ut habe-
tur in l. Paulus. ff. rem ratam haberi. Non autem ta-
lis est, vt eam procuratore inuito prosequi possit;
cum apud eum ius plenum instantiæ reperiatur, &
ita procedat tex. in dicta l. procuratoribus. C. de pro
curat. Liti igitur tantum assistere poterit. l. Paulus. ff.
de procurato. Vel secundo loco inquit Socin. ius
quoddam utile, quod à iure directo procuratoris
emanat, considerari potest, & hoc sine cessione in
dominum non transeat. prout innuere uidetur, de
qua supra diximus, Aretini argumentatio, & ita
ostenditur. Si tale ius utile in dominum transferre-
tur, utique directum tantum apud procuratorem
remaneret, sed si procurator ius tantum directum
haberet; posset dominus eo inuito iudicium pro-
sequi.

Sed dominus inuito procuratore iudicium prose
qui non potest, ergo consequens est uerum, ut tale
ius vtile dominum sine cessione nõ transeat. Verum
25 quicquid in contrarium dicatur, instantiam † in do-
minum sine cessione transferri, uoluit Bal. in dicta l.
in causæ prout refert ibidem in §. si ex parte actoris.
num. 4. Mouebatur autem ibi Bald. ut refert Castrẽ
sis ob id, ꝙ huiusmodi cessione opus esse, iure cautũ
non reperiatur, & eius sententiam amplectitur, sibi-
que magis placere attestatur; quam comprobat hoc
argumento. Si enim, inquit ipse, lite per reum conte
stata procuratorem constituam, poterit planè ipse
iudicium prosequi, & eius causa condemnari; quam
quam ius instantiæ in eo à principio per litis conte-
stationem radices non egerit, ut uoluit glo. & nota-
tur in l. liber. §. fi. ff. de neg. gest. & in l. si quis cum pro
curatorio. in glo. prima ff. de procura. & defens. & in
dicta l. prima C. de senten. Attamen de hac cessione
nihil inquiunt in locis ipsis relatis. Etenim si cessio-
ne ipsa opus esset. Planè censendum non uidetur, qu
id mediante cessione effici dicerent. Quapropter in-
quit ipse in reo, id si uerum est, non minus quoque
in actore concedẽdum uideri. Præterea pro hac opi
nione, ut sine cessione fiat hæc translatio, facere ait
tex. in l. si ideo. ff. de euictio. & in d. l. tam ex contracti
bus. ff. de iudic. Hæc itaque cessio, & si necessaria nõ
sit, si tamen fiat, utilitatem aliquam afferre poterit,
26 ut inquit eodem loco Paulus Castren. utilitas † antẽ
huiusmodi esse potest, quãdoquidem si procurator
eo modo, quo supra retulimus, utile ius trãsferat in
27 dominum; ac etiam deinde cedat; † nullum deinceps
actum prohibẽte domino facere poterit. quasi apud
eum ius directum inutile remãserit. l. tertia. C. de no
uatio. Id quod non accedente cessione aliter sese ha-
beret, propterea quòd directi iuris causa, quod ad-
huc apud eum resideret, prȩiudicium aliquod domi
no afferre posset: Rursus etiam, è contra, si dominus
28 litem esset contestatus, † procuratoremque deinde
constituerit, & instantiæ ius nõ cederet, ipsum quan
docunque, etiam postquam agere incepisset, sine cã
reuocare posset, ob id quòd ius instantiæ procurato
ri non hæreret. At cessione accedente, cum sine cau-

a, &

sa;& præsertim postquam negocia gerere Inceperit
reuocare non poterit. Hæc cum instantia de procu
ratore in dominum in principio causæ transfertur.
Videamus quid lite pendente dicendum sit. Id quod
cum dupliciter accidere possit, duas quoque species
constituere oportet, Aut enim viuus à domino,
aut morte reuocatur procurator. Planè si morte
reuocatur, aut verò (vt rectius loquamur) cum
mors omnia soluat, procurator esse desinit, transit in
29 stantia † in dominum ipso iure, ut inquit Angel. in
d.l.tam ex contractibus, num. 5. ff. de iudic. Si uerò à
domino Procurator reuocatur, & alius constituẽdus
est, & tunc, vt inquit Bar. in l. mutari. nume. 2. ff. de
procurator. & Angel. in loco supra adducto instan-
30 tia † de vno procuratore in alium transferri nõ vide
tur post litem cõtestatam. Sed noua contestatione
opus esse. Verùm illud animaduertendum est:
quia, vt voluit Guiliel. & refert eodem loco Bartol.
& Angel. in d.l.tam ex contractibus. eodem num. 5.
31 eodem tempore † & contextu omnia fieri poterunt:
Interrogabitur namque dominus, vel nouus procu-
rator; Das ne tu libellum, vti dedit primus admit-
tisque responsionem, vti ipse admisit, quod inquit
Bart. eo loco esse notandum, & non modicum utile.
32 Proprerea quòd si processus † esset nullus quauis ra
tione partibus cõuenientibus eodem momento ita
causam reasumendo quadam ratificatione confirma
retur. De hac translatione instantiæ meminit etiam
Paulus Castr. in l. Iulianus. numero 8. ff. qui satisda.
cogant. Verùm animaduertendum est: quia licet il
lud commodum, de quo paulò ante diximus, conti-
nere possit, videtur tamen ex ea aliud in commodũ,
& non minus, fortassè, vt refert Castren. in loco rela
to afferri propterea quòd, vt inquit ipse, cũ talis trãs-
33 latio quasi per nouationem fiat, omnes † fideiussore
antea accepti liberantur, vt inquit Stepha. Bertra. in
consilio 71. numero quinto, volum. primo, & noua
obligatione seu promissione opus erit, & ideo vt hu
34 iusmodi liberatio non fiat, cautius erit cessione † ip
sa instãtiam transferre, vt inquit ibi Castrensis, & an
tea dixerat Bartol. in d.l.mutari, num. quarto, ff. de
procurato. Aut igitur cessione transfertur instantia
& est eadem, & ideo expirare nõ intelligitur, aut ve-
rò reassumptione, & tunc licet non sit eadem instã-
tia: tamen qui momento, vt uidimus, reassumitur,
perinde est, ac si esset eadem. Propterea quòd ex eis
dem actis a partibus comprobatis & intra eadem
tempora profertur sententia. Vidimus cum transit
instantia de procuratore in dominum: de domino
35 † autem in procuratorem, vltra ea, quæ diximus, per
primum contradictionis actum post litem cum prin
cipali cõtestatam, quem ipse gesserit, transit instãtia
in procuratorem; ita vt alium subrogare possit, vt uo
luerunt Petrus, Cynus, Bald. & communiter Do-
ctores in l. nihil. & in l. nulla. C. de procurato. & si vt
dicebat ibi Bald, contrarium senserit Bart. in dicta. l.
nihil, & Archi. in c. 1. de procurator. libr. 6. habetur
aliquid de his per glo. in c. querelam extra de elect.
& primam opinionem Petri Cyni, & Bald. sequitur
Rota in decimo. 125. in Rub. de procura. in nouis.
Quoniam de successoribus uniuersalibus hucusque
locuti sumus. De singularibus nonnulla uideamus.

36 Qua in re licet † in singularem successorem repetita
uel in actione, de qua extat controuersia, secundùm
omnes legistas, vt inquit Angel. in dicta l. tam ex cõ-
tractib. n. 2. ff. de iud. instãtia nõ trãsferatur, minusq.
snia cõtra eius auctorem lata aduersus eum exequi
possit. l. is à quo. ff. de rei vẽdic. & l. is qui se obtulit,
eo. tit. & l. qui se liti obtulit, & l. pen. ff. de petitio. hæ-
redit. & l. quamquam. §. nullus. & §. post vendicatio
nem ff. de aqua pluuia arcẽd. Id tamẽ locum nõ ha-
bet, si ex necessitate aliqua succedatur, Quandoqui
37 dem tunc etiam † in singularem successorem instã-
tia trãsferetur, vt inquit Angel. in loco supra addu-
cto, & sequitur Mar. Soc. iun. in cõsi. 34. nu. 13. uol.
38 3. Nam vt † inquit ipse, vera est, & communis con-
clusio: vt quotiescunq; pendẽte iudicio, res, de qua
agitur, in aliquem trãsit singularem successorem, si
ipsa necessariò transeat, hoc est, si ex præcedenti cau-
sa, quæ trãsmissionem illã necessariò inducat, simul
etiam in eũdem singularem successorẽ iudicij instã-
tiam trãsferri. Hæc planè vera & communis conclu-
sio, si rectè, vt inquit ipse, animaduertatur, compro-
batur l. in iudicio ff. famil. ercis. vbi si res, de qua indi-
cium pendebat, in alterum adiudicatione totius,
vel partis alicuius transferatur, in eundem, & in-
stantiam quoque cum re ipsa, uel eius parte trans-
ferri, propterea quòd huiusmodi translatio necessa-
ria est, vt ibi declarat Accursius super verbo parte,
in fi. & Bart. per eũdem tex. in l. Lucius. §. penult. ff.
ad trebellia. & in l. si eum hominem. in vltima quæ-
stio. ff. de fideiusso. ubi vltra alia iura, quibus compro
bat hanc opinionem; inquit etiam ita sensisse Iacob.
de Aren. in l. inter quos. §. 1. ff. de damno. infect. Hãc
præterea Bartoli declarationẽ refert & sequitur Bal.
in c. quia. in 2. col. in versicul, expedita est glo, extra
de iudi. & Ang. in dicta l. Lucius. §. pen. ff. ad senatus
consul. trebellia. & licet Angel. in dicta l. tam ex con-
tractibus in versicu. fallit, si succedatur in re, dicat,
glo. in dicta l. in iudicio. cõtrarium sentire; Illud ta-
men intelligendum est, ut inquit Soc. vbi singularis
successor iudicium, inceptamve instãtiam prosequi
nolit. At si velit, proculdubio poterit, vt etiam de-
clarat ibi Angel. quò sit, vt si successor singularis ve-
lit, quin instãtia in eũ trãseat, dubitãdum nõ sit. Præ-
terea hãc opinionẽ sequutus est Paulus Castr. in di-
cta l. si eum hominem. post medium, in uersicu. tran
sit & in singularem successorem ff. de fideiussor. &
in dicta l. tam ex cõtractibus, Dum hac de re se re-
fert ad ea, quæ tradit Bart. in dicta l. si eum hominẽ.
Idẽ quoque sequi videtur Imo. in dic. l. Lucius. §. pen.
& licet in dicta l. si eum hominem, in uersi. item adde
dictis Bar. contrarium uelle videatur, per tex. in l. is
à quo, tam prima, quàm secunda. ff. de rei vẽdica. &
in l. penult. ff. de petitio. hæredit. & multis aliis fre-
tus iuribus & auctoritatibus, de quibus ibi, ita ut si
bi quasi contrarius videatur. Attamen, vt inquit Ma-
ria. Socin. in dicto consi. 34. nu. 13. conclusio Barto.
frequentioribus calculis recepta est, quam commu-
nem asserit, & fatetur Bald. nouellus in tractatu do-
tium, in 10. priuilegio 9. partis, & si quædam in cõtra
rium adducat. Attamen quicquid Imol. & Bal. no-
uellus in locis relatis voluerint, ab hac Bart. & alio
rum communi opinione recedendum non est, & si
Soc.

Soci.ſaltem ex parte actoris rem extra omnem du-
bitationem poſitam eſſe arbitretur. Quandoquidẽ
Imolæ & aliorum opinio,& iura,quæ ipſi adducunt
procedere videntur, & quòd ex parte actoris opi-
nio Bartol. ſine controuerſia locum habeat, ultra
ea quæ ipſe adduxit, uidetur text.in l.ſi operarum
39 ff.de operis liberto.Vbi † inſtantia incepta per pa
tronum contra libertum in filium tranſit, quam-
quam hæres non ſit,ob id,quia ex quadam neceſsitate
in ius patronatus ſuccedere uidetur.

1 *Inſtantiam in cauſa principali triennio,in cauſa uerò appellationis anno,vel ex cauſa biennio expirare.*
2 *Inſtantia perit elapſo termino à ſtatuto,uel a iudice conſtituto.*
3 *Sententia lata perempta inſtantia eſt ipſo iure nulla.*
4 *Iudex perempta inſtantia deſinit eſſe iudex.*
5 *Sententia lata perempta inſtantia dicitur ſine inſtantia lata.*
6 *Solutum uigore ſententiæ latæ perempta inſtantia repetitur.*
7 *Iudex proferens ſententiam perempta inſtantia pœna afficiendus eſt.*

CAP. XIIII.

VIdimus hucuſque quanto tempore ſubſiſtat
inſtantia,quibusue etiam remediis,ne ob ca-
ſus contingentes pereat, illi obuiam eatur. Super-
eſt modò,ut ea tandem perempta,quid cum ea peat
inſpiciamus.Qua in re,ut ſupra ſæpe repetitum eſt,
illud clariſsimum eſt, in cauſa principali triennio
1 † inſtantiam expirare,ut eſt tex.& ibi Doctores tra
dunt in dicta l.properandum.C.de iudi.in cauſa ve-
ro appellationis anno,uel ex cauſa biennio capitul.
Romana extra de appellatio.& clementi.ſicut eodẽ
titu.& authen.ei qui C.de tempo.appellat.Id quod
2 non ſolum vt uidimus de tempore † à iure commu-
ni pręſtituto dicendum eſt, ſed de breuiori etiam
tàm à ſtatuto,quàm à iudice introducto.De ſtatuta
rio tradunt Docto.in dicta l.properandum. & Ca-
noniſtæ in capitu.uenetabilis.extra eodem tit.& ha
betur in l.ſecũda,& tertia.C.ut intra cer. temp.& re
fert Pariſius in conſilio 158.numero 1. uolum.4.de
conſtituto autem à iudice, quia poteſt terminum à
iure ſtatutum reſtringere,& coarctare, in ſimili tra-
ditur in cap.perſonas,& in capitu.cum ſit Romana,
& in c.oblatæ.& in c.ex inſinuatione,extra de appel
la.& in capitu.de cauſis extra de of.delegat.& tradit
Pariſius in conſilio 48.numer. 16.uolum.j.Verùm
id in terminis ſtatuti noſtri, ut ſupra oſtendimus,lo
3 cum non habet perempta igitur † inſtantia ſi fera-
tur ſententia,erit ipſo iure nulla.l.cum non ex eo die
C.quando prouocat. non eſt neceſ.tradit Bartol.&
ſequuntur alii in d.l.properandum.in fi.princi.C. de
iud.Propterea quòd, ut inquit Ioannes Amicus in
4 conſilio 23.nume.9.perempta inſtantia † iudex deſi
nit eſſe iudex,& ideo acta fierent coram iudice incõ
petente,vt concludit Bal.in cap.primo ſi de feud.lis
oriat. argumento.l. facta.§. quibus bonorum.ff. ad
Trebellia.& l.3.§.impuberi,eodem titu.& ideo dice
bat Cynus in dicta l. properandum, quòd ſententia
5 † ſine inſtantia lata diceretur; id quod uoluit etiam
Accurſius ibi,immo dicebat Bald.in titulo de pace
Conſtantiæ,in uer.ciuitate:ſi aliquid ob huiuſmodi
6 ſententiam ſolutum † ſit, repeti poſſe, &, quod plus
7 eſt;Iudicem perempta † inſtantia ſententiam profe
rẽtem pęna afficiendum eſſe,ut uoluit etiam Petrus
8 in dicta l.properandum.Pręterea hanc eandem ſen-
tentiam ſequitur idem Ioannes Amicus in conſ.66.
num.3.cum ſequen.& Alex.in conſi.58.uiſa lib.2.&
in conſi.209.in cauſa poſt princip.lib.7.& Iaſo.in §.
rurſus.in uer.quid autem ſi reſtitutio fuerit conte-
ſtata:inſtit.de actio.& Pau.Caſtrenſ.in conſi.184.ui
detur dicendum,colum.1.uer.quintò & ultimò uo-
lum.1.& Fel.in dicto cap.de cauſis.col.fi.uer.conclu
ſio ſit,ubi hanc concluſionẽ inquit ab oib. Doc. re-
ceptam,extra de offi.deleg.& ponit idem Alex.in di
cto conſilio 136.in cauſa,cum conſ. ſequenti lib.2.
& in conſil.66.in cauſa.in principio,libr.6.Procedit
enim hec concluſio non ſolùm in inſtantia iuris cõ
munis,ſed etiam,ut ſupra diximus, in inſtantia à ſta
tuto,uel alio modo diminuta,& reſtricta, nam ſen-
tentia,& alia acta ea perempta facta erunt ipſo iure
nulla: prout ultra relata tenet Rota deciſ. 604. dic
quòd ſi appellatio,in antiquis,& Alex.in conſili.64.
uiſo lib.6.& in conſilio 59.colum.3.lib.4.& in conſ.
79.in princ.lib.7. De quo tamen uidetur dubitaſſe
egidius concluſione 207.ſed,ut inquit Sebaſt. Van.
in titulo de nullit.ſent.ex defect.iuriſd.ord. nu.116.
loquitur in diuerſis terminis. Verum ut ad magis
particularia deſcendamus.

1 *Actà iudiciaria quæ perempta inſtantia pereant.*
2 *Iurandum in litem iterum eſt perempta inſtantia.*
3 *Acta iudiciaria,quæ perempta inſtantia pereunt, an in alio iudicio ita geſta fuiſſe,fidem faciant.*
4 *Acta deciſoria quæ ſint,quæ perempta inſtantia non pereant,& infra nu.12.declaratur.*
5 *Effectus,qui cauſæ ſubſtantiam reſpiciunt,an pereant perempta inſtantia.*
6 *Effectus iam conſumatus non ceſſat ceſſante cauſa.*
7 *Teſtes coram arbitro recepti,& examinati,in alia inſtantia & in alio iudicio fidem faciunt, & quid ſi coram iudice recepti ſunt.*
8 *Teſtes in una inſtantia etiam perempta publicati, in alia inſtantia publicabuntur,& quando infra numero 19.*
9 *Et quid in caſu criminali.*
10 *Et quid de iure canonico.*
11 *Inſtantia perempta actio ſubſiſtit.*
12 *Perempta inſtantia,quando non pereant ea, quæ continent litis deciſionem.*
13 *Iudex perempta inſtantia in cauſa debet ſuperſedere.*
14 *Iudex perempta inſtantia quando iudex remaneat.*
15 *Iudex perempta inſtantia ſententiam ab obſeruatione iudicii ferre poteſt.*
16 *Iudex perempta inſtantia ſententiam condemnatoriam, non autem abſolutoriam proferre non poteſt.*
17 *Condemnare qui non poteſt, quando abſoluere poſſit.*

18 *Expenſis*

18 *Expensis condemnare qui possit.*
20 *Sentētia ab obseruatione iudicii in quo differat à sententia desinitiua.*
21 *Absolutus ab obseruatione iudicii poterit iterum inquiri.*
22 *Iudex perempta instantia sententiam proferre potest, quando reus post litem contestatam, & in processu se debitorem fassus est.*
23 *Sententia quādo etiam post lapsum instantiæ opus sit.*
24 *Ordo iuris in notoriis non requiritur.*
25 *Sententia perempta instantia proferri, an possit, quando non solum instantia, sed etiam causa perit.*
26 *Sententia perempta instantia proferri non potest, quā do actor ab agendo declinatoria exceptione repellitur, si de iure actoris per confessionem partis constabit.*
27 *Iudex perempta instantia potest se non iudicem, uel peremptam instantiam pronuntiare.*
28 *Iurisdictio iudicis delegati perempta instantia non euanescit.*
29 *Iurisdictio iudicum delegatorum perpetuò durat.*
30 *Instantia perit, si iudex ab obseruatione iudicij absol uit propter ineptum libellum.*
31 *Iurisdictio illius iudicis durat perēpta instantia, qui propter ineptitudinem libelli pronuntiauit ab obseruatione iudicij.*
32 *Malæfidei effectus, qui à litis prouenit contestatione, permanet, perempta instantia.*
33 *Fructuum si quis condemnetur ad restitutionem à contestatione litis, etiam ad fructus instantiæ peremptæ dummodo coram incompetenti iudice lis non fuerit contestata, condemnatus intelligitur, & quando.*
34 *Malam fidem ueram non inducit litis contestatio sola.*
35 *Fructus an debeant restitui à die perempta instantia vsque ad nouam litis contestationem.*

C A P. X V.

1 SCiendū est, perēpta instantia acta † iudiciaria ordinaria, quæ tantummodo pertinēt ad ordinem
iudiciorum perire. Eiusmodi autem sunt, productio
libelli, litis contestatio, iuramentum calumniæ, cautiones quę antè iudicium interponuntur, citatio, datio fideiussorum, & dilationum assignatio, l. cum lite mortua. ff. indi. solu. ut per Canon. in capitu. causam quæ. il primo, de testibus, & Legistas in l. secūda C. de eden. & Alex. in consilio 58. per totum, & cōsil. 61. colum. 2. & 3. li. primo & Afflic. decis. 148. & Maran. in speculo aureo, in 5. par. princ. num. 41. & Io. Amic. in consi. 32. num. 4. & Maria. Soc. iunior in cōsil. 133. nu. 2. uolu. 2. & Ang. in d. l. cum lite mortua. nu. 2. ff. iudi. solu. & Alberi. lib. 1. quæst. 56. nu. 2. sup statu. femi. excln. & Riminal. in consi. 394. nu. 8. uolu. 2. & Sal. in l. litigator. nume. 8. de fructi. & lict. expens. & August. Bero. in dicto c. de causis, nu. 52. extra de offic. & potesta. iudic. delega. & in c. uenerabilis, nu. 48, etiam de indic. De ipsa autem obligatione fideiussorum iudicatum solui tradit Ange. in specie l. Iulianus nu. 6. ff. qui sat. cogan. & in dicta l. cum lite mortua. nu. 1. ff. iudic. solu. & Alexā. in consi. 209. num. 1. lib. 7. & Hyppoli. Marsilius in singul. 313. Iti
2 dē vt perēpta instātia † iterum sit iurandum, tradit
Aret. in §. nunc admonendi, num. 12. Instit. de pœna. teme. litigan. De alijs autem ne sigillatim omnia prosequi. cogar, traditur in locis supra relatis. Id autē declarat Beroius in dicto c. venerabilis. num. 47. versicul. Secundò prædictam opinionem; quò ad fidem ipsorum actorum faciendam locum non habere; & an acta facta fuerint probandum; Propterea quòd ex quo in publicam formam redacta fuerunt, in alio
3 quoq; iudicio † & inter quascūq; personas ita gesta
fuisse fidem faciunt, l. gesta. C. de re iudic. & l. cum res C. de probatio. & c. quoniam contra eod. titul. & habetur in l. is qui fidem C. de eden. Quædam autē
4 † sunt acta decisoria, hoc est, quæ pertinent ad litis de
cisionem, veritatemq; perquirendam, & indagandā, & huiusmodi sunt cōfessiones, attestationes, & aliæ probationes; quæ perempta instantia nō pereunt; vt inquit Angel. in dicta l. cum lite mortua. numer.
5 2. ff. iudic. solu. Itidem & effectus † qui causæ substan
tiam respicit, vt vitium litigiosū, quòd actio sit 40. annis perpetuata, quòd cōuentus teneatur de fructibus uelut malefidei possessor, vt noluit Acenrsius in dicta l. properandum. §. 1. in verbo iudicij C. de iudic. licet teneat contrarium, & malè, ut inquit Angel. in dicta l. cum lite mortua, numer. 2. & in l. 1. C. de præscriptio, long. tempo. & in l. 2. C. de fruct. & liti. expēs. Præterea cum Angel. sentit etiam Fulgo. in l. fi. post num. 7. ff. de rei vendic. & Decius in l. is apud quem, nu. 55. C. de eden. & est tex. in d. l. cum lite mortua. ff. judic. solu. & in l. si vt proponis, la 2. C. quomo. & quando iud. & in dicta l. properandum §. sed si quidem. C. de iudic. & in l. iubemus. C. de liber. caus. & in l. cum antea, in fin. C. de arbitr. & tradit Io. Amic. in dicto consilio 32. numero quarto. Quare autem effectus non pereant, dicit Franciscus Curtius Iunior in l. 2. num. 78. C. de eden. ex intentione Panor. in dicto. c. causam quæ. Propterea videlicet, quòd
6 cessante causa, non cessat effectus † iam consumatus,
l. fin. ff. vnde liber. & l. tutelas, in princ. ff. de capit. dimin. prout etiam dicit Riminal. in dicta. l. 2. C. de eden. Vel, vt dicit eodem in loco Curtius, ratio esse potest, quòd licet pereat instantia, non cesset tamen causa, vt sentit Bart. ibi, & alij in locis, vbi hanc rem tractat. Quatenus verò pertinet ad confessiones, attestationes & alias probationes, vt inquit Beroius in eodem loco, nō solū nō pereūt extincta instātia, sed nec etiam in secūda & vlteriori instātia, & inter easdē psonas prosunt. dicta l. iubemus. C. de liber. caus. & l. cum antea. §. fin. C. de arbitr. & l. fin. de testib. & notatur in d. l. properādum. in fin. Quādo autē prosint in alia instantia, & in alio iudicio quò ad testium
7 † dicta, si sint publicata, & testes corām arbitro rece-
pti, & examinati in alia instantia, & in alio iudicio fidem faciunt, secundùm distinctionem l. fin. C. de testibus iuncta dicta l. cum antea. in fi. Si verò coram Iudice recepti sint, & tunc inter easdem personas in causa ciuili fidem faciūt; distinctione dictæ l. fin. C. de testib. non seruata. Dummodo alia causa & instantia ad eundem effectum, & finem tendat, ad quem prima erat directa. Idem tenet Innoc. in capit. cum

in

In tua, extra de testibus. Idem etiam sequitur Ang. in
l. cum lite mortua. num. 3. ff. de iudic. solui. Si autem
8 testes † publicati non sint, ut uoluit Bar. & refert eo-
dem loco Angel. in alia instantia publicabuntur, cui
addendum est, inquit Ang. si inchoetur sequens in-
stantia coràm eodem iudice, uel in officio successo-
re, propterea quòd ab omnino diuerso iudice publi
9 cari non possint. l. de qua re. ff. de iudic. in causa † au-
tem criminali an dicta testium publicata in alia in-
stantia, alioue iudicio fidem faciant, dicendum est,
ut per Bar. in l. 2. §. primo ff. ui bono. rapto. Ea autẽ
quæ diximus in iure ciuili locum habent: in iure au-
10 tem † canonico, in quo non est præfixa instantia, ne-
quaquam, ut uidetur tex. in d. c. venerabilis.
Præterea ut hac ī re ad alia specialia procedamus
11 perempta † instantia subsistit actio, dicta l. cum lite
mortua. ubi notat fusius Bar. ff. iudic. solu. & dicta l.
si ut proponis la secunda. C. quomod. & quando iu-
dex, & dicta l. properandum. §. & siquidem. ubi etiã
Bar. C. de indic. & tradit Inno. c. causam quæ, il 1. de
testibus, & Ang. in l. etiam in his. C. si tutor uel cura.
interuen. & Io. Amicus in dicto consi. 32. numero 4.
Præterea etiam animaduertendum est, id quod dixi
12 mus, perempta instantia non perire † ea, quæ conti-
nent litis decisionem; tunc uerum esse: cum instantia
cursu temporis lapsa est, at non renunciatione, vel
pacto: Tunc enim pereunt omnia: ut inquit satis no-
tabiliter ibi per illum tex. Ang. in l. cum mota. C. de
trãsactio. & ideo vult; ut eo casu uitium litigiosi, ma
la fides, & effectus perpetuationis aboleantur. Hãc
Ange. opinionem refert, & sequitur Lanfrancus de-
cisio. 441. & Decius in l. is apud quem. nume. 55. C.
de æden. quam firmauerat antea Barto. & Alex. in d.
l. cum mota, & tenent recentiores omnes in dicta l.
is, apud quem & in renunciatione tradit Abb. in ca.
significauerunt, colum. 3. uersi. tertiò noto, extra de
testibus. Non est etiam hoc loco omittẽdum id, quod
13 de iudice dicitur perempta instantia. Nam licet † Iu-
dex, etiam parte non opponente, in causa debeat su-
persedere, vt docet Alex. in consi. 39. uertitur lis, in
princ. lib. 5. per notata in l. prima. C. ut quæ desunt
aduo. & desierit (vt supra diximus) esse iudex. Atta-
men quibusdam in rebus, etiam perempta instantia
14 iudex † remanet: & primò quo ad declarandum sen
tentiam esse peremptam, & condemnandum acto-
rem in expensis: ut eleganter tradit Barto. quem se-
quuntur communiter doctores in dicta l. properan
dum. §. illo proculdubio. C. de iudi. & refert Io. Ami
cus in consi. 66. nume. 3. auctoritate eiusdem Barto.
in l. cum lite mortua. ff. iudic. solu. & in l. si ut propo
nis, la prima. C. quomodo & quando iud. & tradunt
communiter legistæ in l. is apud quem. C. de eden. &
Canonistæ in c. causam quæ, il primo, extra de testi-
bus & uoluit Alex. in consi. 58. uolum. 2. Præterea quod
15 iudex † perempta instantia sententiam interlocuto
riam absoluendo ab obseruatione iudicii ferre pos-
sit, firmauit Ange. in l. non iccirco, §. cũ postea, nu. 1.
ff. de iudic. & Sal. in l. fi. numero 3. C. ut intra cer. tẽp.
& sequitur Augustinus Beroius in d. capi. de causis,
nume. 58. extra de of. & potest. iudic. delega. qui in-
16 quit illud quod dicitur † iudicem perempta instan-
tia sententiam proferre non posse, de condemnato-
ria, non de absolutoria intelligendum esse: & hinc
colligi limitationem ad illam regulam arbitratur,
qua dicitur, eum qui nõ potest condemnare, absol-
17 uere non posse, de qua in l. 3. ff. de re iudi. Propterea
quòd de absolutoria definitiua intelligẽda est, nõ au
tem de absolutoria ab obseruatione iudicij; vel dicit
ipse intelligẽdum est, vt ille, qui potest absoluere ab
18 obseruatione iudicij, possit etiam † in expẽsis cõdem
nare. Præterea hãc eãdem opinionem sequitur Ma-
rãta in speculo aureo, in 4. part. nume. 17. & in 5. nu.
19 45. At Io. Amicus in cõsilio 139. nume. 19. hũc † in
modum distinguebat, tàm in criminali, quàm in ci-
uili causa. Si enim, inquit ipse testes producti sunt, &
reus id petẽs etiam perempta instãtia ab obseruatio
ne iudicij absolui debet, dicta l. properãdum & dicta
l. fi. C. vt intra cert. temp. vbi glo. in verbo absoluere
quæ ita intelligi debet. Aut verò nõ solùm producti
Testes, sed est etiam processus agitatus, & tunc reus
definitiuè à tota causa absoluẽdus est, & actor in ex
pẽsis cõdemnãdus, vt in dicta l. properãdum, & ma-
ximè in §. proculdubio. ubi Barto. & in dicta l. fi. ubi
Petrus a Bellapertica, asseres id in se nõ modicum ef
20 fectum cõtinere in causa criminali. Propterea † quod
si absoluatur quis definitiuè, nõ possit deinceps abso
lutus accusari, aut inquiri in causa criminali. Secus
21 verò si ab obseruatione † iudicij absoluatur, siue cau
sa per accusationem, siue per inquisitionem agita-
ta fit, vt cõcludit Salyc. in dicta l. fin. licet quidam, si
causa per inquisitionem acta sit; cõtrarium verius exi
stimauerint. Rursus animaduertẽdum est; quia Au-
gustinus Beroius in c. venerabilis. nu. 67. extra de iu-
22 dic. dicebat; Iudicem perempta † instãtia adhuc sen
tẽtiam proferre posse, quando Reus post litem con-
testatam, & in processu se debitorẽ fassus esset, quo
casu, vt dixit in c. at si clerici, in prin. eod. tit. de iudic.
23 sentẽtia † necessaria est, & si postea instãtia lapsu tẽ
poris perempta sit. Ratio autem, vt ipse inquit, ea est
quòd cum per confessionem res notoria effecta sit,
c. vestra, & c. fin. extra de cohabi. cleri. & muli. & in
24 notorijs † ordo iuris non requiratur, & ex conse-
quenti nec iudicium, nec processus ordinarius, argu-
mento. c. ad nostrã, il 3. de iureiuran. & facit c. quo-
niam. de filijs presbyte. Consequitur inde, vt etiã pe
rempta instantia, & sic sine actis ordinariis, senten-
tia proferri, possit, ita dixit Bal. in dicta l. properan-
dum, facit, quod uoluit Inno. in c. qualiter & quan-
do. il 2. de accusatio. & est optimus tex. in c. 1. eodem
tit. in 6. iuncta glo. & habetur per Barto. in l. si con-
25 fessus. de cus. reo. Id tamen † dicit eodem in loco Au
gustinus Beroius, tunc locum habere, quando lapsu
temporis sola instantia periret; at si non solùm instan
tia, sed causa quoq; pereat: vt quia, quemadmodum
supra declarauimus, tempus instantiæ, causæ præfi-
xum sit, uti est in causa appellationis, clement. si ap-
pellationem, de appellatio. item vt est in actione de
26 dolo in l. fin. C. de dolo. vel quando † essemus in casu
quo actor ab agẽdo declinatoria exceptione repelli
posset, & tunc perempta instantia lapsu temporis, si
de iure actoris per cõfessionem partis constabit sen-
tẽtia proferri, vt ibi latius per eum, nõ potest. & ideo
cũ in terminis statuti nostri tempus instantiæ & cau-
sæ præfixum sit, etiam si Reus in processu post litem
contestatam

contestatam ẽ debitorẽ fassus esset, perempta instã
27 tia sentẽtia proferri nõ poterit. Potest † etiam Iu-
dex perẽpta instãtia se nõ iudicẽ, vel instãtiã esse perẽ
ptam, pronunciare: vt ex eisdem iuribus & auctorita
tibus, quas supra retulimus, firmat Sebastia. Vant. in
tit. de nullit. sẽten. ex defect. iurisdi. ordin. nu. 127. &
tradit etiam Thomas Grammaticus in deci. 91. nu-
me. 4. Preterea non est etiã hoc loco omittẽdum, Ma
ria. Soc. iunior. in cõsi. 133. nu. 3. vol. 2. uoluisse, vt iu-
28 dicis † delegati perẽpta lapsu tẽporis instãtia, iurisdi
ctio nõ euanescat, per tex. in c. penult. extra de iudic.
iuxta secundam lecturam; quam saltẽ uti se veram se
quũtur ibi Abba. & alij, & expressè ponit idem Abb.
in c. examinata in fi. eod. tit. Rationẽ autem eam es-
se inquit; quia huiusmodi delegationis rescripta, &
29 ex cõsequẽti dictorum iudicum iurisdictio † perpe-
tuò durat, vt uidetur casus in l. falsò C. de diuers. re-
script. & ita ibi secũdùm eum videtur velle Bal. si re-
ctè eius verba põderẽtur, & clarius eodẽ in loco Pau.
Castre. & ponit glo. per illum tex. in d. c. penult. de iu
dic. Præterea cõprobat eodem in loco Soc. hoc fun-
damẽto. Ponamus enim (inquit ipse) vt iudex litigã
tes propter ineptum libellum ab obseruatione iudi-
30 cij absoluat: vtique incẽpta † instantia expirat, & ta
mẽ adhuc ipsius Iudicis iurisdictio subsistit, vt vide-
tur voluisse Bart. in l. Titia. ff. de accusat. & ponit In-
no. in c. cõsuluit. ubi etiam Abb. in 3. nota. extra de of
fic. delegati, & clarius idem Abb. in d. c. examinata.
in vlti. colum. de iudic. & faciũt ea, quæ refert Alex.
in l. si præses. C. quomo. & quando Iudex, in additio.
ad Bart. in vlti. additione. Si igitur inquit Socin. pe-
rempta instãtia nõ perit iudicis ipsius iurisdictio. cõ
sequitur, vt ea ad restitutionem in integrum cõcedẽ
dam sufficere intelligatur. Nec prædictis obstat, in-
quit ipse, dicta l. cum nõ eo die. cum ijs quæ ibi dicũ-
tur. Primò quia varias habet lecturas, iuxta ea quæ
ponit Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dubi. Præterea
posito vt verus sit intellectus illius tex. dicit tamen,
nõ esse intelligendum, cum tẽpus ab homine expres-
sè præfixum est, idest ab ipso præside, qui iudicẽ de-
dit, quasi ob id nõ solùm causæ, sed etiam iurisdictio
ni præfixum intelligatur, secus autem si tãtum causæ
vt ibi latius per eum. Rursus etiam omittendum nõ
32 est, malefidei † effectum qui a litis prouenit cõtesta-
tione, perempta etiam instãtia permanere, vt uoluit
Accursius in d. l. properandum §. & si quidem. in uer.
iudicij. C. de iudic. & Bart. in l. 2. C. de fructi. & lit. ex-
pẽs. & in l. cũ lite mortua. ff. iudi. so. & Bal. & Recen-
tiores in dicto. §. & si quidem. & in l. 2. C. de eden. &
Feli. in c. causam quæ. in col. penult. versic. fallit pri-
mò, extra de testib. & in materia fructuum, in specie
notat Soc. in tracta. de instantia. num. 27. prim. arti.
& refert Antonius Capycius in decisi. 11. numero 4.
33 & ideo si cõdemnetur † quis ad rem cum fructibus
à lite cõtestata restituẽdam: Planè etiam ab illius li
tis cõtestatione, cuius instãtia est perempta, intelligẽ
dum est. Id autem, et ipsemet refert eodem loco nu.
5. locum nõ habet; si coram in competẽti iudice lis
cõtestetur, vt est tex. in l. si Pater C. ne de statu. defun
cto. & not. Bald. in l. fi. C. de præscriptio. 30. anno. &
not. Socin. in loco supra relato, in uersicu. quartò li-
mita. Itidem procedit præcedẽs cõclusio, si ex eadẽ
causa noua fiat instãtia. Propterea quòd, si ex diuersa
causa, effectus à litis cõtestatione prouenientes ad no
uam instãtiam nõ extẽdẽtur, vt uoluit Bar. in l. fiscus
ff. de iure fisci, quem sequitur Angel. in d. l. cum lite.
mortua. & Soc. in loco relato: procedit etiam relata
cõclusio, ubicumq; post litem cõtestatam primo lo-
co, & factis probationibus probatum est ius actoris
Secus verò è cõtra si ipsum incumbẽtia minimè pro
basse appareat, ꝓpterea quòd hoc casu cõuẽti suspi-
cio purgata sit, omnesue malefidei effectus, vt inquit
idem Soc. in eodem loco supra relato, in versi. primo
casu: & ita etiam declarat Petrus Rebuf. in lib. cõcor
datorũ, in tit. de friuol. appella. in versicu. quæro, an
perempta. pag. 363. vbi auctoritate Butrij, Panor.
& cæterorũ in c. illud. colum. fi. de præscr. tenet, nõ du
rare, nisi quò ad præscriptionis interemptionem,
34 & perpetuationem actionis, sed litis † cõtestationẽ
solam nõ inducere veram malam fidem; sed præsum
ptam tantũ, vbi nõ cõstat de iure agẽtis: vt uoluit gl.
in l. 2. C. de fruct. & liti. expen. quam sequitur ibi Sa
lyc. & præsertim, quia perẽpta istãtia pereũt acta d.
l. cum lite mortua. ff. indi. solu. & sic omnis causa ab
eis, cũ hi effectus nõ sint in esse producti, & separabi
les à sua causa, & ubi reperitur cõtrarium, vt est in
præscriptionẽ interruptione, & perpetuatione actio
nis, illud non est trahendum ad omnes. Imo casus
exceptus firmat regulam in non exceptuatis. l. 1. ff.
de regul. iur. licet Bart. in dicta. l. 2. contrarium te-
neat, cuius dictum non obstat: quia, si (ut præsuppo-
nitur) possessor est bonæ fidei, quomodo sit possibi-
le, ut sola litis contestatio, per quam non apparet,
quòd sciẽtiam rei alienę habeat, cum plenè, & perfe-
ctè malę fidei possessorem inducere possit, non satis
video; sed ex iure datur iudicium perueniẽdi ad no-
titiã ex probabilibus factis, & lata sentatia declarato
ria rei alienæ tũc plenam notitiã habet, quę trahitur
retro ad tẽpus sui initij, & sic ad tẽpus litis cõtestatæ,
& ex hoc apparet, ꝙ effectus sciẽtiæ rei alienę, nõ fuit
statim per litis cõtestationẽ cõsumatus, & perfectus:
& sic nõ est vera ratio Bart. secũdùm Salyc. ibi & cõ-
tra Bar. tenuit Balbus in tracta. de præscri. in 3. par-
te 6. part. prin. quæst. 2. col. 48. quia nemo cogitur ius
suum indefensum dimittere. l. illud. ff. de peti. hæred.
& Cur. in l. 2. num. 82. C. de eden. Et quòd fructus
35 † nõ debeãt restitui à die peremptæ instãtię, usque
ad nouã litis cõtestationẽ; iudicauit, inquit Rebuf. Se
natus Parisiẽsis per l. fi. C. de præscri. 30. uel 40. anno.
Præterea procedit etiam præcedẽs regula, ubi cũque
instãtia iusta de causa, seu impedimẽto expirauerit;
secus autẽ si culpa & negligẽtia actoris, qui causam
prosequi nõ curauit, ut induit glo. in c. placuit. il 2. §.
præscriptionem, in uersicu. interrupta. 16. quæst. 3.
quam ad illud allegat, & singularem reputat Roma.
in l. si uerò. §. de uiro. 34. falle. 7. speci. ff. solu. matri. &
refert Fel. in dicto c. causam quæ. col. ult. de testib. &
Riminal. in dicta l. 2. in 1. col. C. de eden.

1 *Iudex, ne instantia pereat, etiam parte non petente ad sententiam definitiuam deuenire potest.*

2 *Instantia qua cautela ultra triennium protrahatur, & quomodo, & quando procedat.*

3 *Instantia ne pereat, quomodo partes facere possint.*

Actorum

C A P. XVI.

Postquam vidimus hucusq; instantia perempta quæ pereant, quæue subsistãt, modò, antequã ad alia trãseamus, satis oportunum erit, nonnulla de eius restitutione, quatenus pertinet ad hunc locum, referre; si prius tamen, ne instantia pereat, Iudicẽ
1 † etiam parte non petẽte, ad definitiuam sentẽtiam deuenire posse præmisero, ut inquit Barto. in l. Scius & Augerius. numero 6. versicul. quæro, an istud pactum. ff. ad l. falcid. & tradunt Recentiores in cap. in consultationibus. extra de offic. delega. & refert Ludoui. Gozadi. in consil. 22. num. 3. & Salycet. ibi prima quæst. in fin. & Imo. in consil. 85. num. 8. & Paul. de Castr. in l. properandum. in prin. nu. 7. C. de iudic. & infra latius dicetur.

At modò redeundo ad rem nostram, dicebat Lanfran. ab Oriano in suo tractatu de probatio nu. 38. licet instantia prorogari non possit, consueuisse tamen, triennij instãtiam vltra triẽnium aliquando ꝓtrahi.
2 Hãc cautelam † ut uidelicet partes exceptionem peremptæ instãtiæ nõ obijciant, adhibendum vt refert Barto. in dicta. l. properandum, in princip. C. de iudic. Dicit tamẽ eodem loco Lanfrancus; hãc cautelam, si Iudex uoluerit, delusoriam esse. Propterea quòd poterit ipse partes in iudicium elapsa instãtia uenientes repellere: cum constet sibi ex actis, notumq; sit, instãtiam esse peremptam, vt voluit Inno. in c. per tuas, de testib. & in c. ex insinuatione. de appella. Esse tamen vtilem huiusmodi cautelam subdit eodem loco Lanfrancus: si nolit Iudex partes repellere, vel si elapsam esse instantiam non animaduertat; Quandoquidem si altera pars sentẽtiam tãquã perempta instãtia latam nullam dicat: ne contra iusiurandum, quod præstitit, veniat audienda non est. Augustinus verò Beroius in c. uenerabilis. nu. 55. extra de iudicis; contrarium verius arbitratur, inquit enim ipse, Iudicem, qui instantiam peremptam esse cognoscit, definitiuam sentẽtiam ferre non debere, alioquin nullam proferret sentẽtiam: vt notatur per gloss. in dicta l. properãdum. in §. 1. Propterea quòd si huiusmodi promissio fieri posset, & ualeret facillimè l. properandum. fraus fieret, quæ prorogationẽ prohibet: vt uoluit etiam Abb. in d. c. venerabilis. & ita uidetur tenere etiam Bart. in d. l. properandum. num. 5. versi. Sed vidi, quicquid dixerit Lanfrancus in loco supra relato. Id tamen alio modo (inquiunt) induci posse, qui quotidie in practica uersatur; vt dicit Maria. Socin. in dicto c. venerabilis. & uidetur uoluisse Bart. in d. l. properãdum. in princ. & refert Augustinus Beroius in eodem c. uenerabilis. nume. 56.
3 Modus † autem est talis: vt in fine instãtiæ, anteqnã ipsa pereat, partes Iudicis consensu vno actu, eodem
4 que contextu, causæ † acta omnia iterum producendo, renouent his verbis, iterũ produco libellum, litẽ cõtestor, exceptiones & respõsiones factas, & oppositas facio, & oppono, & sic de singulis. Etenim ab ea reproductionis die voluerũt ipsi, vt noua instantia iterum inchoetur, & nouum tempus instantiæ iterum currere incipiat, argumento eorum, quæ habentur in l. mutari. ubi glo. ff. de procu. ubi de persona in personam omnia in alterius persona acta renouando instantiæ translatio fit: tradit Bartol. in l. 1. in fin. ff. ad Trebel. & in d. l. mutari. quemlibet, inquit, processum inualidum renouando instãtiam, & vno ictu omnia acta rursus producendo conualidari posse: hanc sentẽtiam sequitur etiam Io. Imo. in c. in causis. extra de offic. delega. & Fulgo. in d. l. properãdum. ubi Alexan. in quinta columna, & Barto. eam alibi sequutus est in l. si ante. in 3. col. ff. iudic. solu. & Angel. in auth. si tamen. C. de tempo. appella. & Abb. in c. primo, in vlt. uersicu. extra de probatio. ita vt refert August. Bero. in loco supra relato, uideatur communis opinio. quam etiam sequitur Franciscus Purpuratus in l. is apud quem. num. 89. C. de eden. Hãc opinionem licet ex multis impugnari possem, vt etiam refert August. Bero. eodem in loco, & nõ desunt alia: Attamẽ ne simus lõgiores, & præsertim cum magis communis videatur opinio, cũ ea ad alia trãsitum faciamus.
5 Perempta † igitur instantia videamus, quomodo restituatur; id quod duobus modis accidere potest, vno per in integrum restitutionem, altero, vt inquiũt principis insufflatione. Primo igitur casu, quãdo iusto impedimẽto, inquit Beroius in d. c. venerabilis. num. 28. instãtia lapsa sit, ut puta iusta absentia illius

qui

qui causam prosequi, & expedire debeat, côceditur,
6 restitutio † et maiori ex clausula illa generali, si qua
mihi iusta causa videbitur, l. si sinc. in fi. ff. de minori.
ubi declarat Bart. & tradit Abb. in d. ca. venerabilis,
propterea quòd text. in d. l. si sine, nô de sola instâtia
causæ appellationis, sed de instantia quoque princi-
palis causæ loquatur, quicquid dixerit Aret. in d. c. ve
7 nerabilis. cum † hæremodicium iudicium desertum
appelletur, ut ibi per glo. & habetur in dicta l. prope
rãdum §. sin autem reus, cû glo. Hanc opinionem se-
qui videtur etiam Curti. senior in consi. 24. num. 7.
qui inquit, hanc restitutionem per Iudicem inciden
ter nullo libello porrecto côcedêdam esse, ut uoluit
glo. ordinaria, quam seqnûtur & declarât Bart. & An
gel. in authen. si appellatione. C. de tempori. appella.
Id quod uoluit etiam Inno. & Ange. refert eodem in
loco. Itidem hâc opinionem sequitur Io. Amic. in cô
silio 139. num. 5. & 6. & est glo. not. in l. arbitrio. §. do
lo. ff. de dolo. & ita fuit iudicatum, vt refert Roma.
in l. 2. ff. de re iudic. & refert. & sequitur Alex. in consi.
42. in tertia, colu. uolum. 3. Secûdo autem modo di-
ximus peremptam instâtiam Principis benignitate
8 quadam, vt aiût † insufflatione restitu.. Id quod iu-
sta aliqua de causa facere solet. Causæ autem iustæ
huiusmodi sunt, vt puta si lite causæ principalis pen-
9 dente pestis † grassetur in Ciuitate, Terremotus ali-
quis vastus & insolitus acciderit, legatione abfuerit,
& procurator, quem ad peragêdam causam reliquit,
obierit, si repêtè feriæ a principe indictæ sint; ita vt
ius redditum nô sit, si ęgrotauerit actor, seu in carce
rem deiectus, vel summa paupertate retentus. Litis
præterea causis, & impedimêtis adnumerâtur, com-
promissum de lite factum negligêtia procuratoris;
casus fortuitus in itinere côtingês; Iudicis impedimê
tû ob id, quòd nô potuerit, vel noluerit in causa pro-
cedere: ut plenè cônumerat Afflic. in côstitutione re
gni, in c. sæpe côtingit. in secûda, notabili, sub Rub.
de num. Baiulo. habetur in l. sed & si per prætorem.
ff. ex quibus caus. maior. & in l. necnô. eodem titul. &
tradit glo. in l. senatusconsultum, quam ibi dicit sin-
gularem Angel. ff. de offic. procôsul. refert Antonius
Corsetus in singulari, Iudex. num. 2. De hac autem
Principis insufflatione est glo. in l. ab hostibus. §. sed
quòd simpliciter ff. ex quib. caus. maior. quam ibi di-
cût singularê Bald. & Alberi. à Rosate, & idem Bald.
in d. l. sed & si per prætorem. in §. quoties. in fi. eodê
titu. & Barto. & Doct. in dicta l. si ab hostibus. C. eo.
tit. Qui, inquit, completa actionis vita, Prætorem
spiritum uitæ insufflare; exemplo Christi; qui filium
viduæ iam mortuû suscitauit, vt etiam refert & sequi
tur Paris à Puteo in tracta. de sindica. in uerbo sentê
tia, uersicu. restat unum aliud, colum. secunda, ante
medium, uersicu. tamen practica est, quê refert pau
cis additis; idem uoluit etiam Angel. in côsil. 53. co-
lum. secûda, uersi. quod autem insufflare, cum alijs
per eum allegatis, & Thomas Grammaticus in de-
cisio. 69. num. 1. cum sequent. & in decisi. 103. num.
117. cum sequent. & in decisi. 91. in princ. & Nico-
laus Boerius in decisio. 247. num. 10. uolum. 2. licet
autem ex causis supra relatis instantia resarciri pos-
sit, animaduertendum tamen est, inter eas, quatenus
ad expensas restituendas pertinet, differêtiam esse.

Propterea quòd, vt inquit Thomas Grammaticus in
dicta decis. 69. si pereat instâtia facto illius, qui re-
10 stitutionem impetrauit; vtique ad expêsas † tenebi-
tur, argumêto. d. l. properâdum. & l. eum quem te-
merè ff. eod. tit. de iud. & l. qui solidum. §. 1. ff. de leg.
2. & ita inquit Andreas ab Isernia in cōstit. regu. Spô
te uolentibus à lite recedere, prout etiam tradit Grã
maticus obseruatum esse in regia curia, vbicunque
instâtiæ instaurationes impetrâtur, propterea quòd
aliter agere nô posset, nisi expêsis refectis, ut refert
& sequitur Parisi. à Puteo in suo tractatu sindicatus
in uerbo sententia, in §. restat. & idem sequitur Nico
laus Boerius in dicta decisio. 247. num. 10. uolum. 2.
Hæc pertinent ad principalem causam. Maior dubi-
tatio oritur in instâtia appellationis; propterea quòd
11 † rescripta principum causæ appellationis desertæ
nô ualent. l. fi. C. senten. rescin. non poss. Attamen Ni
colaus Boerius in dic. decisio. 247. firmat côtrarium
per ea quę uoluit Bald. in l. peremptorias C. senten.
rescin. nô poss. Dummodo in ipso rescripto expresè
dictum sit, nô obstâte appellatione deserta; uel alia
æquipollens clausula apponatur: ut quia fortasè uta
tur princeps in prędictis plenitudine potestatis ob id
12 quòd in qualibet † sentêtia intelligitur clausula illa,
salua Principis supprema potestate. l. fi. C. de legi. uel
nisi ex certa scientia, ut not. glo. in c. ad hæc. in fine
13 glo. magnæ, de rescript. Hæc † enim clausula delet
legem côtrariam, ut uoluit Andreas ab Isernia in c.
naturales. si de feud. fuer. controuer. Habet pręterea
hęc clausula uim dispositionis specificæ, ut uoluit gl.
in c. causa, de ætat. & qualit. Facit non modicum il-
lud, qđ inquit Ang. in l. j. C. de sent. pass. ubi sentêtias
iudicum rectè latas uno uerbo extraordinem proce-
dendo Principê delere, arbitratur, argumêto l. apud.
ff. de manu. uind. & in l. 1. C. crimi. sacrile. sequuntur
hanc eandem sententiam Domini de Rota in decis.
238. & Inno. in c. ex literis. in fin. ubi Abb. in ulti. no
ta. extra de restit. in integr. & est tex. in l. 2. §. quòd si
ita contigerit, ibi, à nostro nomine reparationem
peti pręcipimus: & in auth. ei qui, ubi glo. C. de têpo.
appella. Præterea hanc eandem sententiam sequitur
Azo in dicto §. quòd si ita contigerit. & Guido Pa-
pę in quæstio. 185. & Curt. senior in dicto consil. 24.
num. 7. uersicul. sed his non obstâtibus. Postquam ui
dimus Principis benignitate instâtiam peremptam
restitui, ut aiunt, per insufflationem. Suboritur alia
dubitatio, quando scilicet talis restitutio concedi,
uel impetrari soleat. Qua in re, ut inquit Anto-
nius Capicius in decisio. 165. nume. 1. cum sequent.
14 dicendum uidetur † secundam insufflactionem im-
petrari non posse. l. fin. C. si sæpius in integrum restit.
postule. Ubi inquit tex. in una eademque causa non
côcedi iteratam restitutionem, facere etiam uidetur
illud, quod refert Angel. in l. 2. C. de tempo. appella.
Propterea quòd cum exemplo Christi, quod in re ta
li non videbatur sine rubore referendum, usus sit; q.
semel tantum spiritum insufflauit; intellexisse etiam
ut semel tantùm concedenda sit, censeatur. Verùm
his non obstantibus, ut secundò quoque possit per
Principem insufflari, ut refert Capicius in dicta deci.
165. nu. 4. facit tex. in l. & si sine. §. restitutus. ff. de mi-
15 nori. ubi & si semel sit † minor ad adeundam hæredi-
tatem

tatem restitutus, iterum restitui potest, id quod uo-
luit etiam glo. in d. l. fi. C. si sæpi. in integ. restit. postu
le. ubi Bal. in vltim. uerbis. Prosequitur Capicius eo
dem in loco hãc insufflationis materiam, recensendo
loca, ubi per Doctores tractatur, & tandem conclu
dit, etiam secundo loco posse à Principe impetrari.
Sed quid dicemus, si bis fuerit impetrata, & semper
16 petierit instãtia, an iterum † & tertiò impetrari pos-
sit? Et hac in re Thomas Gramma. in decisi. 69. nu-
mero quarto, dicebat, Diomedem quendam Do-
ctorem celeberimum ita dicere solitum esse; Vniuer
sitatibus, minoribus, & alijs huiusmodi, quibus in in-
tegrum restitutio conceditur, quin sæpius conceda-
tur, dubiũ non esse, Id quod & in aliis, quæ in integrũ
restitutionem nõ habent dicendum arbitratur; pro-
pterea quod extinctus actus potest iterum in integrum
restitui, ut dicit Salyc. in l. 1. in fi. C. si sæpius restit. in
integr. postule. Facit illud, quòd not. glo. & Barto.
in dicta l. ab hostibus. ex quibus caus. maior. & ibi
Bald. in §. quòd simpliciter, & ita inquit fuisse indica
tum in sacro regio consilio; Quidam verò alij existi-
marunt, bis tantummodo huiusmodi insufflationem
in ciuilibus causis fieri consueuisse, & ita esse semper
quòd ipse viderit, practicatum: attamen decidit ibi
Thomas Grammaticus tertia uice insufflari posse,
nõ autem pluribus, & præsertim in ea specie, in qua
pupillus successerat illi, qui bis insufflationem impe
trauerat. Illud tamen animaduertendum est, vt in-
17 quit Anto. Capic. in decis. 165. num. 6. cum sit † hu-
iusmodi insufflatio, partem citare, vel uocare opus
non esse: vt not. in l. 2. versicul. quòd si ita. C. de tem
po. appella. Omittendum præterea non est unum,
quod in practica affert Ioan. Staphileus in tract. de
grat. expectat. & alijs literis in tit. de cõmiss. liter. iu
stit. in §. quando instantia. num. 1. cum sequent. & ad
statutum nostrum satis commodè adaptari potest.
18 Quando enim, inquit ipse, instantia statutaria † die-
rum vtilium, ut puta in Capitolij curia lapsa est, cõ-
missionem hũc in modum impetrãdam esse, vt uide
licet in omnem euentum, reiteratis omnibus termi-
nis, simul ac semel vnicove contextu, iudex ad vlterio
ra procedat, & terminet in alijs iustitiam ministran-
do. Hãc autem commissionem, refectis tamen impẽ-
sis, inquit concedi consueuisse; pro qua plurimum fa
cere arbitratur glo. iuncto tex. in d. l. properandum.
in princ. in versicu. triennii. C. de iudic. Facit etiam, vt
ipse, inquit, pro hac practica glo. notabilis, quam ibi
ad hoc ponderat Bar. in l. mutari. in princi. ff. de pro-
cura. & Panormita. in c. quia V. extra de iudic. tradit
nonnulla de his Rota decisio. 135. si mãdetur, in no-
uis: Potest etiam his adnecti, an in causis criminali-
19 bus † vti in ciuilibus restitutio concedatur; de qua
re meminit Antonius Capicius in decisio 206. num.
1. cum sequent. Etenim si iudicis causa factum sit, vt
intra tempus iuris communis, vel municipalis sentẽ-
tia in causa criminali non proferatur, quærebatur,
an possit deinde, saltem per nouam accusationem,
seu quærelam, vel inquisitionem in causa procedi.
& hac in re inquit glo. in l. fin. C. vt intra cert. tempo.
ab obseruatione iudicij reos elapsa instantia absol-
uendos esse; Id quod Salyce. ibi ampliat, etiam si
procedatur per inquisitionem. Præterea idem Saly
ce. ibidem colum. fi. in tertio notabili, instantia perẽ
20 pta reum † in criminalibus, vti in ciuilibus, ab obser
uatione iudicij absoluẽdum esse, credidit. In eo ta-
men differre causam criminalem à ciuili, quòd in cri
21 minali † iudicium reassummi non possit, ciuili autẽ
possit. Rursus idem Salyc. in l. abolitionem. colum. 1.
C. de adult. in criminalibus notandum esse ait, lapsa
22 † instantia accusatorem iterum accusare non posse,
& si aliud sit in causa ciuili. l. properandum. in fi. C. de
iudic. Iterum etiam idem Sal. in l. 3. alioquin incipit,
quod de crimine, colum. 2. & in 4. opposit. de accu-
satio. inquit, lite non finita per sententiam, sed instã-
23 tia tantum perempta † in ciuilibus ex integro acto-
rem audiri, dicta l. properandum. §. fin. in crimina-
libus autem, & si communiter dicant nõ esse audien
24 dum; probabilibus † tamen existimare, ita distinguẽ
dum esse, videlicet. Aut negligens fuit accusator,
propterea quòd nõ institit, vt Iudex sententiam pro
ferret, & tunc cum pœnam patiatur bonorum & exi
stimationis, ut in l. prima, C. ut infra cert. temp. am-
plius non audiatur, Aut uerò non fuit negligẽs, sed
Iudex: & tunc cum nõ ipse, sed tantum iudex punia-
tus. l. fin. eod. tit. & reus absoluitur ab obseruatione
iudicij: vt not. glo. Attamen hoc casu accusatorẽ ite-
rum accusare posse arbitratur, & audiendum esse; ar
gumento l. fin. ad turpili. Præterea idem Salyc. in di
l. properandum. §. fin. in 1. colum. idem comprobare
videtur.

1 *Sententia proferri an pars petere debeat, stante statu-
to nostro, quòd Iudex intra tempus præfixum senten-
tiam omnino ferre teneatus.*
2 *Iudex negligens litem suam facit, & quando dicatur
negligens.*
3 *Iudex si de causa ei non liqueat; si pars sententiam pe
tat, stante hoc statuto, uel simili, quòd intra tempus
præstitutum sententiam ferre debeat. quomodo sentẽ
tiam ferre possit.*
4 *Sententiam absoluo absoluendum, & condemno con-
demnandum an ferre possit.*
5 *Sententia, condemno, si probauerit, et absoluo, si nõ pro
bauerit, vel condemno, si ex actis appareat condem-
nandus, ferri potest.*
6 *Iudex de causa sibi non liquere, quomodo probare de-
beat.*
7 *Iudex quando tempus non habet ad deliberãdum, quo
modo sententiam ferre possit.*
8 *Interpellatio vna an plures requirantur in casu statu
ti nostri, vt Iudices in pœnam incidant non proferen-
do sententiam intra tempus constitutum.*
9 *Iudex vt iurisdictione priuetur, opus est, ut tribus re-
quisitionibus moueatur.*
10 *Interpellatio unica quòd satis sit, quatenus pertinet
ad statutum nostrum.*
11 *Iudex in terminis statuti nostri, etiam parte non petẽ
te, ad definitiuam sententiam deuenire potest.*
12 *Iudex ut in terminis huius statuti, etiam parte nõ pe
tente, ad definitiuam sententiam deuenire possit, an
debeat pars esse præsens.*
13 *Iudex si proferat sententiam ab obseruatione iudicij,
an statuto nostro satisfaciat.*

Sententia

14 *Sententia ab obseruatione iudicij est interlocutoria.*
15 *Argumentum de Rub.ad nigrum frequens in iure nostro.*
16 *Senẽtia ab obseruatione iudicij potest proferre iudex in terminis statuti nostri, quando terminare causam non potest.*
17 *Sententia ab obseruatione iudicii ex causa non obstante statuto nostro proferri potest.*
18 *Sententia ab obseruatione iudicii ex consuetudine non obstante hoc statuto sustinetur.*
19 *Consuetudo, cuius memoria non extat in contrarium priuilegii & legis vim obtinet.*
20 *Consuetudo interpretatiua seruanda est.*
21 *Iudex an teneatur causam per sententiam terminare, quãdo partes inuicem transegissent, stante hoc statuto, vt iudex intra constitutum tempus sententiã proferre teneatur.*
22 *Iudex quomodo sententiam ferre teneatur in terminis statuti nostri, si reus diri&turam soluere teneatur, & eam non soluerit, & actor nihil probauerit.*
23 *Iudex de facto, cum non potest de iure, reum absoluere debet.*
24 *Sententia alia forma, in qua iudex exprimit causam.*
25 *Iudex sententiam ambiguam proferens, an huic statuto satisfecisse dicatur.*
26 *Officialium quorum intelligat statutum nostrum.*
27 *Officialem delegatum an comprehendat statutum nostrum.*
28 *Delegatus officium habet.*
29 *Appellari potest à grauamine illato ab officiali delegato, stante statuto quòd à quibuscunque grauaminibus ab officialibus illatis appellari possit.*
30 *Delegatum delinquentem puniendum esse stante statuto quòd delinquens in officio puniatur.*
31 *Delegatus delegantis officialis non est, licet officialis dicatur.*
32 *Officiales locorum subditorum, an comprehendat statutum nostrum loquẽs de officialibus communis Florentiæ.*
33 *Præses prouinciæ magistratus populi Romani non dicitur.*
34 *Officiales locorum subditorũ dominio Florentino fuerunt semper & hodie sunt ciues Florentini.*

C A P. XVII.

POstquam ea, quæ de instantijs dicẽda uisa sunt,
absoluimus; superest, vt ad verba tex. redeũdo,
do, nonnulla pro eorum declaratione referamus. Dũ
igitur in tex. nostro dicitur, tempora prædicta iudici,
& officiali ita esse præfixa; ut iudex seu officialis sen-
tentiam interim ferre omnino teneatur. Quæri po
1 test, an stãte hoc statuto, ut pars id petat † opus sit, &
breuiter procedendo, partem id petere oportere cõ-
cludendum, & firmãdum est, ut uoluit Anto. de Bu
tri. in c. uenerabilis. ubi etiam Abba. numero 19. ex-
tra de iudic. quem refert & sequitur idem Abb. post
glo. in uerbo expensis, in c. quia nonnulli. nume. 16.
uersi. statuto cauetur, quòd si iudex, extra de rescrip.
& Ias. in l. uniuersa. col. 1. num. 4. vers. 7. facit. C. de
precib. impetat. offeren. Vbi hanc conclusionẽ qua
tuordecim similib. comprobat; quæ quidem quoniã
sæpe in facto accidere possunt, diligenter adnotãda
sunt. Præterea hãc cõclusionẽ sequitur Calderi. in cõ
si. 3. sub tit. de pœnis, & Paul. Castren. in l. properan-
dũ. in prin. nu. 7. in ultimis uerbis. C. de iudi. per tex.
in l. 4. §. hoc iudicium. ff. de damn. infect. & Alex. in
eadem. l. properandũ. nu. 8. & Ideo dixit Bal. in l. 1.
§. Iudices. col. 3. de pace iuram. firman. † Iudicem ne
4 gligẽtem litem suam facere; At parte non petente ne
gligentem dici non debere; per ea quæ uoluit glo. in
l. quicunq; in uerbo interrogari. C. de seru. fugit. Ite-
dem quod hoc statutum parte petente intelligatur, uo-
luit Ripa in d. l. 4. §. hoc autem iudicium. nu. 6. ff. de
damn. infect. & Barba. in c. cõsuluit, nu. 12. de offi. de
legat. licet nu. 16. contrarium tenere uideatur. & Phi
lip. Frãc. in c. ex ratione. in fi. uersi. amplius uoluit. ex
tra de appella. & Bal. in l. 1. §. magistratibus. per illũ
tex. ff. de magistra. conuenien. & idem Abba. in c. finẽ
litibus. num. 34. versi. & hoc facit ad multa similia ex
tra de dolo & contumac. qui citat Butri. in c. cum sit
de foro compet. Præterea hãc eãdem cõclusionem
tenuit Felin. qui alios quamplures citat, in c. si autem
num. 7. cum sequent. extra de rescript. & Alex. in con
sil. 82. in causa inter Petrum Ioannem. col. 2. uer. ter
tiò statutum prædictum, libro 1. & Gramm. in cõsi.
54. numero 6. in criminalibus. ubi adducit Butrium
in c. 1. de supplen. negligen. prælato. Idem etiam uo-
luit Augustinus Beroius in c. licet causam. nu. 71. ex
tra de probatio. & Hippo. Marsi. in Rub. de fideiusso
ri. nume. 145. & seq. ubi plura adducit, & præsertim
glo. in l. si. curatoris. in uerbo. hæredes. C. de iure de
liber. & idem Ias. in l. admonẽdi. in 1. lectura nu. 17.
ubi etiam latè tradit. ff. de iureiuran. & in d. l. prope-
randum. nu. 15. C. de iudic. & idem Barbatia in c. de
causis. num. 24. extra de offic. delegat. & Anto. Ron
dinell. in tract. de sindica. offici. qui est inter tract. cri
mi. diuers. nu. 39. & Prosper. Carauit. super Riti. ma
gnæ curiæ, Ritu. 245. nu. 4. ubi hãc esse omnium do
ctorum communem opinionem attestatur, & idem
Felin. in c. penult. numero 31. extra de iudic. qui ab
impugnationibus Barbatiæ hanc opinionem defen-
dit; adducit Ioa. An. idem in ca. excommunicamus.
§. monumẽtum. col. 3. extra de hæreti. tenẽtem. Præ-
terea eandem opinionẽ sequitur Angel. in cõsi. 140.
Quidam Mattheus. nu. 2. & Gigas in tract. de pen-
sio. quæst. 77. num. 5. possent multo plures, qui hãc
opinionem sequuntur, adduci. Verum quia commu
nis est penè omnium opinio; de industria & consultò
relinquuntur. Stãtibus prædictis alia suboritur dubi
tatio; si fortasse intra tale tempus, etiam quod pars sen-
3 tentiam petat † iudici de causa nõ liqueat, ut quia
fortassè; ut inquit Thomas Saluettus hic, acta Iudici
nõ exhibeãtur, uel alio quouis modo. Tunc ad caute
lam introductum est, ut Iudex sentẽtiam hoc modo
4 proferat. Absoluo † videlicet absoluẽdum, & cõdem-
no cõdemnandum, & si satis melius esse uideatur,
si ab obseruatione iudicij, si sibi liqueat, absoluat,
sin autem, dicat, absoluo absoluendũ: ut supra dixi
mus. Iaco. verò Butrig. stãte hoc nostro statuto eius-
modi necessitatem iudicandi imponente: si iudici
de causa non liqueat, sententiam proferre posse, con
5 demno † si probauerit, & absoluo, si nõ probauerit

uel

uel condemno, si ex actis appareat, condemnādū, & absoluo, si nō appareat condemnandum, prout Perusiæ pronūciauit quidam collateralis, qui dixit, absol uo absoluendum, & condemnandum condemno, prout ex actis apparet. Ita declarat Iacob. Butrig. in in l. eū Iudex. uer. ex secūdo collige, ubi etiā Bal. nu. 6. C. de senten. & Bart. in l. ait Prætor. §. 1. nu. 4. uers. per hanc etiam. ff. de iudic. & Angel. in l. qui Romę. §. Augerius numero 3. ubi etiam Imol. num. 3. uer. Itē adde secūdùm Angel. ff. de uerbo. obliga. Sed Bald. in l. si de meis. §. ex cōpromisso. ff. de arbitr. inquit. Iudicem; si sibi de causa nō liquet, tale periculum timore non debere, nisi se arctasset, argumento. l. intra utile. ff. de minor. & hanc negatiuam, quòd sibi de cau

6 sa † non liqueat, eius iuramento probari arbitratur. Facit. l. Pomponius, aliàs si uni. ff. de re iudi. ut inquit Bal. in d. l. si de meis per illum text. Verùm melius & probabilius remedium esse, quòd iuret sibi de causa non liquere, inquit Cataldi, de Boncompagnis in tra cta. Sindica. num. 89. Quāplures alias cautelas, quan

7 do Iudex † nō habet tempus ad deliberandum, & instantia expirat, ponit Felyn. & alij citati in c. uenerabilis. nu. 32. & 33. extra de iudic. & Saluet. hic quęst. 6. & Ferrat. cau. 47. & Soc. senior in consi. 124. nu. 9. lib. 1. ex his igitur statuto satisfactum erit.

Postquam uidimus, Iudicem interpellandum esse ut nihil pro uiribus omittamus, potest suboriri dubi

8 tatio, an una tātùm uel plures interpellationes † requirantur. Et Bar. in l. Titia. §. usuras. ff. de legat. 2. & in l. mora. ff. de usur. ut unica tantum interpellatio sufficiat, cōcludere uidetur ob id, quòd actorem singulis diebus iudicem interpellare necesse non sit. l. maiè agitur. C. de præscriptio. 30. annorum. Verùm aduersus Bar. uidentur tenere omnes in c. primo, de supple. negli. prelato. & est tex. in clemen. quamuis. de appella. iuncta glo. in l. si cōuenerit. ff. de pignor. actio. & uidetur casus in auth. statuimus. uersic. 3. requisiti. C. de episco. & cleri. Ob hanc contrarietatem Andreas Barba. in c. ex literis. num. 24. extra de constitutio. ita cōciliat. Inquit enim ipse. Aut interpellatio ad hoc fit, ut superior propter interpellationem inferioris puniatur, & tūc una interpellatio sufficiat, ut est tex. in dicta auth. statuimus. in uersi. suam omit

9 tit iurisdictionem. Vbi ad hoc † ut iudex iurisdictione priuetur, tribus requisitionibus ab inferiore monēdus est. Aut uerò interpellatio seu requisitio ideo fit, ut requirēs in damnum nō incidat, pereatq; sibi instātia, & tunc unica interpellatio, uel requisitio satis fit, & ita procedat dictum Bar. in d. §. usuras. & in d. l. moram. Quatenus igitur pertinet ad statutum

10 nostrum, unica † interpellatio satis erit; licet igitur ut uidimus, Iudex intra illud tempus parte petēte sē tentiam proferre teneatur. Attamen, ut supra attigimus.

His nō obstātibus, ex officio suo parte etiam nō pe

11 tēte, poterit † Iudex ad definitiuam sententiam deuenire, vt inquit Alex. in dict. l. properādū in princip. num. 2. & 8. uers. & circa illud dictum Bart. C. de iudic. & Bar. in l. Seius. & Augerius. ff. ad l. falcid. per tex. in l. ubi pactum secundùm unam lecturam. C. de transactio. ubi Alex. similia plura adducit, num. 7. & idem Alex. in l. 1. num. 13. C. ut quæ desunt aduocat

part. Iud. suppl. & Andre. Barba. in c. consuluit. num. 11. extra, de offi. delega. & Abba. in c. finē litibus. nu. 341. de dolo & contu. & Prosp. Carauita super Ritib. Magnę Curię Ritu. 245. num. 3.

12 Hanc tāmen † conclusionem intelligit Alex. in d. l. 1. nu. 13. in fin. C. ut quæ desu. aduoca. post Bal. ibi, tunc locum habere, cum vtraq; pars est præsens. Verùm quicquid in hoc uerius sit, refero me ad dicta p Docto. omnes in d. l. prima. C. quæ desunt aduoca. & in c. consuluit, ubi latissimè tradit Andre. Barba. nu. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. extra de offi. deleg. cum aliis concordantibus.

Præterea stāte hoc nostro statuto: q Iudex causam intra tempus 60. dierum terminare teneatur, rursus non leuis oritur dubitatio; An statuto satisfactum sit

13 si iudex † ab obseruatione iudicij absoluat. Et primo statuto satisfactum non esse dicendum uidetur. Nā statutū, quòd expediat, & definitiua terminet, intelligendum uidetur. Non autem ab obseruatione,

14 absoluat, quæ interlocutoria † non definitiua sententia dicitur, ut communiter intelligunt Docto. cuius communis conclusionis attestatur Fely. in c. examinata, nu. 21. extra de iudic. Hanc enim conclusionem primus firmauit Bart. in l. generali. per illum tex. nu. 3. uersi. item nota hic casum ad quæstionem, & ibidem post eum Ioan. de Platea in ultimis uerbis C. de decur. libro 10. & idem Barto. in l. dicere. per illum tex. nu. 1. uers. & propterea hic uidetur esse casus ff. de arbitr. & Ludo. Roma. in Rub. ff. de re iudic. vbi post eum Ripa num. 6. & Andre. Barba. in consil. 31. col. prima, uersi. & ideo dicit Ludo. Roma. lib. tertio & Alexan. in consil. 56. col. 2. uersi. ad idem accedit id quod dixit lib. 2. & Bald. in l. iusiurādum quòd ad pecunias. §. fin. ver. & facit ad statutum, quòd potestas ff. de iureiuran. & Fely. in Rub. extra de re iudica. colum. 4. num. 14. uersi. & dicit Bart. & Hyppo. Marsilius in l. de minore. §. plurimum quoq;. nume. 108. ff. de quęstio. & in consi. 80. num. 8. ubi plura similia adducit. & id in nostro statuto, maximè per illud uerbū terminandas, comprobari uidetur, quòd in sentētia ab obseruatione iudicij lata uerificari non uidetur, ut inquit Saluet. hic quęst. 5. post doc. supra relatos.

Prędictis, non obstantibus Saluettus hic in quinta quęstione, quatenus pertinet ad statutum nostrū, cōtrarium uerius arbitratur ob id, quod illud de decisione litis nō autem causę, prout causa propriè accipitur, intelligit, per tex. in l. causas uel lites. ff. de trāsactio. inquit facere, quòd notatur in l. post quā liti. ff. de pact. Comprobat suam opinionē argumento à Rubr. propterea quòd, ut ex ea apparet, in hoc statuto de ordine ipsarum litium tractatur, argumē

15 tum † autem de Rub. ad nigrum in iure nostro frequens est, & optimè probat l. prima, ubi notat. Bar. Bal. Ange. Salyc. Castren. Alexan. & Ias. & alij, ff. si cert, peta. & est glo. in Auth. nullum credentem agricolę, super uerbo omnes, col. 4. & glos. in auth. ad hęc. C. de usur. & glo. in l. unica, super uerbo uicaria. C. de professo, qui in urbe Constantino: libr. 12. & glo. in l. ius emphyteutici. C. de fund. patrimo. lib. 11. Tale argumentum comprobarūt Bar. & alij in l. j. ff. de confirm. tut. & Cyn. in l. 2. C. eod. tit. & Butr. Imol. Panor. & alij canonistę in proœm. compilationis

tionis Gregorianæ,& Bald.in rubr.C.de summa tri-
nit.& fide cath.& Panor.in ea.ex parte M.de appel-
la.& Specul.& Ioan.And. in ti.de dispu. & alle.§.fin.
in fi.& Imol.in rubric.de verborum obligat.& Ias.in
rub.inst.de actio.cum similibus. Si igitur de ordine
litium tractatur, ex quo sententia ab obseruatione
prolata est,& ordo sequutus, & sententia lata infra
tempus constitutum, statuto satisfactum esse appa-
ret. Intelligitur enim terminanda definitiuè, inquit
ipse, quando terminari potest, arg.c.ad nostram il 3.
de iureiuran. Quod comprobat per aliud statutum
nostrum primum in 3.li.de supplen.negligen. vnius
rectoris per alium: dum dixit: non expediuerit con-
dem nando, vel absoluendo, vel alio modo pronun-
ciando. Quicquid ita obscurè & ineptè, ut in aliis ple
runque facit, dixerit Saluettus, à præcedenti opinio-
ne in puncto iuris recedendum non arbitror; Sua.n.
fundamenta subsistere non videntur. Proptérea ꝙ
dum primò in eo fundatur, quòd statutum nostrum
de lite, non de causa loquatur; contra verba statuti
expressè argumentatur: statutum enim, ut ex eo ap
paret, de causis semper loquitur, non de litibus, ex-
primunt id illa uerba statuti, tempora causarum, &
rursus illa, talium causarum, ad eas expediendas, &
terminandas. Secundò videtur etiam decipi, quate-
nus inter causas, & lites differentiam facit. Nam, ut
latè tractauimus in principio huius statuti; quate-
nus pertinet ad ea, quæ hic tractamus, nulla differen
tia est: quandoquidem cum de decisione causarũ tra
ctetur, post litem cõtestatam inter litem, & causam
nulla differentia est, licet lis à causa in eo differat, ꝙ
ante contestationem lis non dicatur. Arbitror igitur,
siue verba statuti, siue ius cõmune inspiciamus. Sal-
uetti opinionem non subsistere, quòd & ipse fortasse
credidisse uidetur: cum eodem in loco illam cõclu-
16 sionem, † quando iudex terminare potest, intelligat,
At si terminare non possit; satis sit statuto satisfactũ
si sententiam ab obseruatione iudicii protulerit. Vt
igitur id clarius appareat, retenta Saluetti limitatio-
17 ne, animaduertẽdum esse arbitror, sępe Iudices † hu
iusmodi sententias ex causa, vt quia lis pendente in-
stantia inter partes composita sit, proferre: quo casu
contra dispositionem statuti facere non videnť, pro-
pterea quòd cum iam lis seu causa absoluta sit, adim
pletum est illud, cuius causa statutum factum fuit;
Vnde non curauerunt quicquid deinde ad terminã-
dam, & finiendam instantiam à iudice pronunciatũ
fuerit; idq; cum multis ex causis accidere possit, me-
ritò in illis casibus; illis permissum esse, dicẽdum est.
18 Verùm quoniam quotidie generaliter † contrarium
practicatur, & omnes iudices huius Rotæ nõ solùm
primæ instantiæ, sed etiam primæ & secundæ appel-
lationis huiusmodi sententias ab obseruatione iudi-
cii ferunt, ut usus & consuetudo obseruanda sit, dicẽ-
19 dum uidetur. Nam † cum sit antiquissima, & cuius
non extat memoria in contrariam, priuilegii uim ha-
bere dicitur. c. super quibusdam. §. præterea. de uer-
borum signi. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua
quoti. & æsti. & uoluit Abb. in consi. 71. uolum. 2. Et
non solùm habet uim priuilegii, sed etiam legis, ut
habetur in l. prima §. fi. ibi, uetustatem legis obtine-
re, & in l. in summa. in prin. ibi, uetustas, quæ semper
pro lege habetur. ff. de àqua pluuia arcend. & tradit
Afflic. decis. 264. & Curt. iun. in consil. 157. numero
11. & Paris. in consi. 14. nume. 1. uolu. primo, & So
ci. iun. in consi. 76. numero 92. uolum. primo, & Do
cto. per illum text. in d. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua
quoti. & æsti. & Prospe. Carauita super titul. magnæ
curiæ, Rit. 84. nu. 3. & Thom. Gramma. in consilio
98. nu. 3. & Soc. sen. in consi. 7. nu. 4. uolu. 3. & Marc.
Anto. Natta in consi. 154. nu. 5. cum seq. uol. j. & Au
gust. Beroius in consi. 91. per totum uolu. 3. & ideo
cum consuetudo talis statutum hoc ita interpretata
20 fuerit † seruanda uidetur, vt inquit Io. de Ana. in ca.
in ciuitate. col. 9. uer. sextò hoc probat. de usu. & Pa-
ris. in consi. 62. nu. 23. uol. 4. & Hyero. Gra. in consil.
111. nu. 51. uol. 2. & Soc. sen. in consi. 169. nu. 13. uo
lu. 2. & Portius in consi. 42. nu. 4. & Alc. in consil. 19.
circa prin. col. 1. uol. 7. & Ias. in l. post dotem, nu. 10.
ff. sol. mat. & Deci. in c. at si clerici. col. 17. de iudi. &
in consi. 134. & Barb. in consi. 26. sapiẽter col. 4. li. 3.
& Soc. in consi. 209. licet nulla. col. fin. uolu. 2. de his
hactenus.
21 Rursus quæri potest, an stante hoc statuto, † iudex
quando partes inter se transegissent, causam termi-
nare teneatur: qua in re Rapha. Fulgo. in l. arbitrio,
quæ est fina. post Bal. ibi. ff. fam. erc. iudicem non te-
neri arbitratur. Mouetur autem primò per illũ text.
& deinde quia cum iudicium tali transactione esset
peremptum, amplius sententia, qua dirimereť, opus
non erat. Ab hac sententia, & opinione Bald. & Ful-
gosii, ex eo etiam recedendum non uidetur, quòd ea
fuerit intentio, & uoluntas statuentium; ut causæ ter
minentur, & breuiori quidem tempore, quàm iure
communi constitutum sit, & ideo cum iam eorum
voluntas, & intentio finem, ad quem dirigebatur, na
cta sit, amplius, quicquid dicat statutum, curandum
non est.
Non est etiam omittenda ad maiorem præsentis
statuti, & aliorum multorum, quæ per totam penè
Italiam reperiuntur, quib. iudices necessariò ad sen-
tentiam intra certum & præfinitum tempus profe-
rendam, adiguntur, alia frequẽs & quotidiana alter
catio: sæpe.n. accidit, ut multis in locis, quemadmo-
dum & in hac nostra ciuitate constitutum, & dispo
situm est, ut reus decimam, seu (vt aiunt scribẽtes) di
ricturam soluere teneatur, alioquin eo diricturã seu
decimam non soluente, sententia pro eo lata sit nul-
la, & non ualeat; & (ꝙ plus est) à iure suo cadat. His
stantib. sępe accidit, ut reus decimam; seu diricturã
non soluat, & actor in eã nihil probauerit. Quæritur
22 mõ, quid iudici † agendum sit, cũ statutum eum ad
eãm expediendam compellat. Bal. in consil. 128. sta-
tuto cauet. nu. 4. uers. ad horum intelligentiam, li. 5.
iudicẽ, inquit, in maxima ambiguitate uersari. Quã-
doquidem reũ, cum nihil actor probauerit, cõdẽna-
re non põt. Minus ẽt reũ, cum decimam, uel diricturã
rã non soluerit, absoluere. Attñ statutum iudicẽ ad
sententiam ferendam compellit. Bal. igitur ob hanc
23 ambiguitatem, iudicem † cum de iure non possit, de
facto reum absoluere debere ait; per ea quæ habenť
in l. quidam cum filium. §. sed uideamus. ff. de verbo.
24 obliga. Vel inquit † Bal. ideo pro actore pronũcia-
re non posse exprimat: quia nõ probauit. Nec etiam

pro reo, quia non soluit dirictur am. Pariter etiam
Iudex appellationis, inquit Bald. in dicto consi. 128.
pronunciabit; primum Iudicem nullis factis proba-
tionibus, si hoc ex actis notorium est, condemnare
nõ debuisse, hoc igitur modo secũdùm Bal. Iudex pę
nam eultabit, & statuto satisfaciet.

Praeterea in terminis praedicti statuti Iudicem ad
sententiam ferendam compellentis quaeritur; si Iu-
25 dex † sententiam obscuram & ambiguam protulerit
an statuto satisfactum sit. Andre. Barba. in c. quoniã
num. 13. extra de constit, non fuisse illi satisfactum
auctoritate illius tex. arbitratur, idemque ibidem
multis similibus à numero 8. vsque ad num. 13. con
probare conatur,

Pro declaratione illorum uerborum statuti no-
stri ibi, Iudici uel officiali; Quaeritur; hoc statutum
36 de officiali loquens, † de quo officialis, intelligendũ
sit. Et breuiter, ut de eo, qui uerè sit officialis, intel-
ligendum sit; concludere uidetur Riminal. in consil.
101. numero 18. lib. 1. & mouetur per tex. in l. 4. §. cõ
demnatum. ff. de re iud. & in l. 2. §. praetor. ubi etiam
uoluit Bart. ff. qui satisda. cogan. & in l. non putauit
§. non quaeuis, & ibi per eundem Riminal. ff. de bo-
no. posses. contra. tab.

27 Rursus quaeritur, an officialem delegatum † com
praehendat, & pariter ut illum comprehendat dicen-
dum est; ut notant Doct. in Rub. de de offic. eius cui
mãdat. est iurisd. ob id, quod colligitur inde, vt atte-
28 stãtur ibidem omnes Doctores, † delegatum offi-
cium habere praesertim Sebastia. Sapia num. 8. ubi
29 inquit, stante statuto, † ut à quibuscumque grauami
nibus ab officialibus illatis appellari possit, posse &
à grauamine per delegatos officiales illato appella-
ri, & ita per illam Rub. & similes concludit Socin. se
nior in consil. 83. pulcriori. in 2. col. nu. 9. libro 4. Et
pro hac decisione facit alia decisio Abba. in cap. una
delegatorum, num. 3. de offic. delega. Dum inquit,
30 stante statuto, † quòd delinquẽs in officio puniatur,
delegatum in delegatione delinquẽtem puniendũ
esse. & subdit Sapia ibidẽ nu. 10. delegatum, licet of-
31 ficialis † dicatur, delegantis officialem non appella-
ri, ut uoluit Dec. in Rub. extra de offi. delega. colum
na 2. nu. 5. ubi loquitur de statuto Florentino.

Nõ discrepat à praedictis, an statutum nostrũ lo-
32 quens † de officiali Communis Florẽtiae, officialem
locorum subditorũ, ut puta Capitaneũ Ciuitatis Pi-
sarum, Pistorij, Aretij, Volaterrarum, Cortonę, Bu-
gi Sancti Sepulchri, Montis Politiani, & alios simi-
les comprehendat. Et hac in re illos comprehendere
respondendum est. Nam tales officiales locorum sub
ditorum Magistratus, seu officia pro communi Flo-
rentiae gerũt. Statutum autem nostrum de officiali-
bus communis Florentinę loquitur. Non de eis, qui
pro communi Florentinae Magistratus & officia ge-
runt, & ita aliàs fuit consultum & iudicatum, ut in-
quit Nellus de Sancto Geminia. in tracta. Bannito.
in 2. parte, secundi temporis, quaest. 66. per tex. in l.
uoluit. §. 1. ff. de interroga. actio. ubi preses prouin-
33 cię † Magistratus populi Romani non dicitur, cum
inquiat Iureconsultus; Magistratus populi Romani
uel praesides prouinciarum. Hoc idem refert, & se-
quitur Dec. in Rub. de offic. deleg. colu. 3. nu. 5. per
tex. in l. 3. in fi. ff. quod met. cau. ibi, populus Romã
nus Magistratus, uel prouincię pręses, & Petr. de An
chara. in consil. 340. uiso themate, & Angel. in consi.
280. pręmitto ad euidẽtiam; & Bal. in consil. ult. libr.
4. & Decius in consi. 4. libr. 1. & ita aliàs consuluit pa
ter meus D. Marcus Asinius in li. 10. consi. manuscri-
ptorum. pag. 357. in consi. incipiente, super quadam
causa, ut ibi latius per eum. Potest addi pręd ictis hoc
idem uerbis eiusdem statuti nostri declarari: cum di
34 xerit, forenses, nã officiales: † qui ad haec loca subdi-
ta mittuntur, ciues Florentini semper fuerunt & ho-
die sunt, nõ autẽ forenses. & ideo hac de causa, fortas
sè illud verbum apposuerunt statuentes.

DE CAVSIS SVMMARIIS, ET CLAVSVLIS SVMMARIE, & de plano, & sola facti veritate inspecta, & de Forma à statuto imposita.

ET quòd omnes quaestiones & Causae prefatę de caeterò mouendae in curijs quorumcunque officialium forensium Ciuitatis Florentinae intelligantur esse, & sint summariae; & in eis procedi possit breuiter, & summariè, de planò, & sine strepitu, & figura iudicij, seruata tamen forma praesentis legis.

1 *Quaestio non ciuilib. sed criminalibus causis cõuenit.*
2 *Quaestio quae contineat.*
3 *Quaestionis uerbũ quare hic in statuto appositum sit.*
4 *Causa aliqua an à dispositione statuti nostri excepta intelligitur.*
5 *Dictio, quaecunq; quae contineat.*
6 *Statuta & leges ad futura, non ad praeterita negocia pertinent.*
7 *Dictio, de caeterò, quare in statuto nostro apposita sit.*
8 *Statuta & leges de causis & litibus loquentes, an ad pendentes trahantur.*
9 *Statuta & leges de causis & litibus loquentes, nõ trahuntur ad pendentes, quando pertinent ad causarum decisionem, secus quò ad ordinationem.*
10 *Statuta & leges de causis & litibus loquentes, licet trahantur ad pendentes, quando circa ordinẽ & processum iudicii disponunt, id tamen intelligunt respectu processus futuri non autem iam facti.*
11 *Processus diuersas partes & capitula habere potest.*
12 *Instãtia perempta pereunt omnia ordinatoria iudicij, secus uerò acta probatoria.*
13 *Acta probatoria non pereunt perempta instantia, sed ordinatoria iudicii.*
14 *Sententia licet sit nulla, quandoq; processus ualidus erit.*
15 *Nullitatis causa ille, cui commissa est, ex iisdem actis quia ualida sunt, pronunciare & sententiam ferre potest.*
16 *Auctoris declaratio.*

C A P. I.

VIdentur statuentes non satis apto loco de quę
stionibus mētionem fecisse; Propterea quòd
nō de causarum criminalium instātijs, sed ciuilium
1 tātum tractatur; Quæstio † autem non ciuilibus, sed
2 criminalibus causis conuenit: continet † nāque, ut in
quit Frāc. Brun. in tracta. suo de indic. & tort. in secū-
da, quæst. 2. part. num. 1. carcerationem illā, qua quis
edere prohibetur, donec rem, de qua agitur, patefa-
ciat, omnemq; vim, qua quis quocūq; modo ad dicē
dum aliquid adijcitur. l. item apud. §. quæstiones. ff.
de iniu. & l. j. §. quæstionem ad Sillan. Item necem l.
necare ff. de liber. agnos. torturamq;. l. Decuriones.
C. de quæstion. & l. nullus. ff. ad l. Iuli. maiestat. Item
quālibet vim personæ illatam. l. fi. C. de aboli. Verbū
3 † igitur illud, vel maternum Idioma sequuti, quod sę-
pe apud nos obseruari solet, uel quòd lato quodam-
modo partes inter se altercentur in ipsis litigijs, ap-
posuisse credendum est.

Quoniam statutum nostrum prosequēdo uerba
tex. de causis generaliter loquitur, an aliqua causa ex
4 cepta sit † nō ab re quęri potest. Et breuiter cū statu-
tū de omnibus causis cognoscēdi facultatē faciat, ꝙ
nulla excepta, vel exclusa sit, cōcludendum est. Etsi
multò magis si de quibuscunque causis dictū esset,
id asseri posset, ut inquit Gigas in tractatu de pēsioni
bus, quæst. 97. nu. 3. Id quod uoluit, ut ipse ait, etiam
Dominicus à Sācto Geminiano in c. decet. in princi-
pio col. 2. nu. 12. per illum tex. de immunita. Ecclesię
lib. 6. & Soc. senior in consi. 95. num. 3. libro 1. Plura
in simili ibi adducit Gigas, & rursus in quæst. 18. &
19. & in his terminis de hac dictione quibuscunque
5 † tradit latissimè, ut solet Tiraq. in l. si unquā gl. oēm
uel partem aliquam. C. de reuocand. donation.

Præterea quatenus statuētes dixerunt. De cæterò
mouēdæ: & si illud, quod tacitè inerat, expressisse vi-
6 deantur; propterea quòd illud manifestum est † le-
ges & statuta: nisi aliud actum sit. ad futura negocia
nō ad pręterita pertinere. l. leges, & constitutiones.
C. de legib. & c. 2. & c. fi. extra de cōstitut. Attamen
7 † nō sine causa apposuisse dicendum est. Voluerunt
enim altercationem illā inter doctores tam frequētē
8 remouere; † An statuta scilicet de causis & litibus lo
quentia, ad causas & lites pendētes trahantur, de qua
meminit Bar. in l. omnes populi. in 2. quæst. 5. quęst.
principalis, versi. circa primū. nu. 40. ubi omnes alij
post eum tradunt. ff. de iust. & iur. & idem Bart. in l.
sancimus. la prima, in ultimis uerbis. C. de sacrosan.
Eccles. Vbi expressè uoluit, quòd statuta ad lites pen
dentes, etiam quòd expressè dicatur. nō trahantur, &
hāc opinionem post Bar. in d. l. sancimus; sequuti sūt
Bal. & Castre. & hoc expressè haberi dicūt in Auth.
in medi. lit. nō fieri sacr. form. in princ. & in §. 1. & per
totum titulum, & idem ēt tenuit Hyppo. Marsi. in cō
si. 99. nu. 28. & Ias. in l. nō dubium. nu. 15. C. de legib.
& Imol. in c. fi. nu. 8. extra de constitut.
9 Hāc † autem cōclusionē Ias. in l. nō dubiū. nu. 11.
in fin. ad propositum statuti nostri intelligit de his,
quæ ad causarum decisionem pertinēt. At secus si sta
tutū aliquid circa ordinem & processum iudicij di-
sponat. Tūc enim statutum, ēt ad lites pendentes ex-
tēdi arbitrat, p tex. in l. 2. §. fi. & ibi Bar. in ultimis ue
bis. C. de iuramē. calum. & Bal. & Pau. Castr. in d. l. sā
cimus, la prima, C. de sacrosan. Eccl. & Ioānesbapt.
à sancto Seuerino in d. l. oēs populi. nu. 146. in fi. ff. de
iustit. & iur. & Pet. de Anc. in c. 1. quæst. 13. prin. cir
ca principium, extra de constit. & Bal. in c. fi. nu. 2. ut
lite pendēte & in l. leges. col. 1. nu. 3. & 4. C. de legib.
& Imo. in c. fi. nu. 10. de cōstitu. & Abb. in c. pen. col.
2. extra de iudic. & Io. Crot. in d. l. omnes populi. nu.
138. ff. de inst. & iur. ubi hāc esse cōmunem opinionē
10 attestatur. Hanc † autem limitationē Iasonis decla-
rat Io. Crot. in d. l. omnes populi. nu. 138. versi. limi-
tatur tñ, ut respectu processus futuri, non autem iam
facti locum habeat. Voluit enim nouam constitutio
nem, vel statutum ad processum antea factum nō ex-
tendi, sed ad faciendum tm̄: p ea quæ uoluit glo. in
clemen. 2. de iudic. & facit, ut ipse ait, illud, quod di-
xit Bar. in l. j. de pœn. Nec vr̄ absurda, ut inquit ipse,
huiusmodi sublimitatio, propterea quòd processus
11 † diuersas partes, & capitula distincta, & separata ha
bere potest; ut inquit Bal. in d. l. leges, num. 4. uersic.
& processus habet partes. C. de legib. Cōprobat hāc
12 conclusionem ex eo, quòd perempta instātia † pereūt
omnia ordinatoria iudicij: ut sunt libellus & litis cō
testatio. l. cum lite mortua, ff. iudicatum solui, ubi tra
13 dit Barto. Acta † uerò probatoria in eodem iudicio
agitata non pereunt, ut uoluit glo. in uerbo. iudicij.
§. primo, l. properandum. C. de iudiciis, & tradunt
Bart. & Alex. in l. 2. de edendo, ut supra diximus in
præcedenti. §. capit. Sciendum, numero primo, cum
seq. Rursus comprobatur præcedens conclusio ex eo
14 † quòd licet aliquando sententia sit nulla; reliquus
tamen processus ualidus erit, ut inquit Barto. & se-
quuntur alij in l. si ut proponis, la prima. C. quomo.
& quan. Iudex; & in l. cum quærebatur. de sentent. &
re iudicata; & est glo. quam sequitur idem Barto. in
l. si expressim. ff. de appellation. & Imol. in cap. literis
de offic. delegat. ubi inquit, quādo sententia est nul
la, ut puta quia est lata die feriata: uel contra absen
tem non citatum talem defectum solam sententiam
non autem acta, quæ pręcedunt, afficere. Præterea
15 is † cui commissa est causa nullitatis, ex iisdem actis
quia ualida sunt, pronunciare & sententiam ferre po
test, Ea enim non pereūt, licet sententia nulla sit. Ex
his itaque licet satis commodè sublimitatio Croti
substineatur, arbitror tamen, si rectè animaduerta-
16 tur: hanc potius ad regulam reductionem † quandā,
quàm sublimitationem dici posse. Propterea quòd
si demus diuersas processus partes, & capitula, qua-
tenus pertinet ad illam partem, illud capitulum, qđ
post nouum statutum, uel constitutionem choabi-
tur, quid pendens dici non potest, & si fortasse tota
lite inspecta litem pendere dici posit: propterea ꝙ
idem est de parte quò ad partem, quod de toto quo
ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei uendic. & l. à Titio.
ff. de uerbo. oblig. cum simil. At hoc adnouisse suffi-
ciat, pergamus ad alia.

1 *Forensium officialium dictio barbara.*
2 *Forenses officiales qui sint.*
3 *Forense dicitur, quod in foro fit.*

4 *Forensis iudex dicitur, idest secularis.*
5 *Forenses iudices hodie Florentiæ solum sunt auditores Rotæ, quatenus pertinet ad instantiam statuti nostri.*
6 *Iudex curiæ mercatorum an inter officiales forẽses ciuitatis Florentinæ connumeraretur, fuit tempore Thomæ Saluetti disputatum.*

C A P. I I.

QVoniam loquuntur hic statuentes de officia-
libus forensibus Ciuitatis nostre, animaduer
tendum est, licet olim plures essent. Pro fo-
1 rensibus, licet barbara † sit non latina eloquutio, ex
alijs prouincijs accersitos non nostrates Iudices in-
2 telligendum esse. Forenses † enim dicuntur illi, qui
in loco, de quo loquimur, nati nõ sunt, ut inquit Soc.
iun. in consi. 37. nu. 8. & nu. 19. uolu. 1. nec etiam ori-
ginem, aut domicilium habent; ut inquit Cor. in cõ-
si. 194. licet videatur. col. 3. uol. 4. Rursus etiam illi
forenses dicti sunt, qui domicilium habẽt, & in loco
nati sunt, sed aliunde venerunt eorum maiores, ut
inquit idem Soc. Iun. in consi. 49. nu. 17. & 30. codẽ
uolum. 1. Sed in terminis nostris in proprio sinifica
tu pro eis accipi debent, ut inquit Socin. in dicto cõ
silio 49. num. 5. qui aliundè accersiti sunt, nec domici
lium, nec originem ab hac ciuitate habuerunt, licet
de hoc fortassè dubitari posset, vt in §. si verò aliqui
3 in Auth. de quæst. colla. 5. Dicitur † etiam forense,
quod in foro fit, & ideo pro ciuilibus rebus accipitur
l. prima, in princ. ff. de incend. ruina & naufrag. & c.
secundo, extra de postulando, & l. consulta. C. de te-
stamen. & l. repetita C. de episc. & cleri. & l. penul. C.
de fid. instrum. & cap. unico extra de sind. Dixerunt
4 † etiam forensem Iudicem, idest secularem c. si cleri
cus laicum, extra de foro competenti; Licet enim: ut
supra diximus, olim in hac Ciuitate plures essent Iu-
dices forenses, hoc tamen tempore ad iudices Rotæ
5 tantùm res redacta est; propterea quòd † omnes alii
& si ex nostris non sint, & quatenus uerbis uis se ex-
tẽdit forẽses sint. ut auditores Principis & Iudex cu
riæ Mercatorum, habent tamen instantias suas parti
culares, nec hac in re huius legis dispositioni subia-
cent. Illud tamen refert hoc loco Thom. Saluet.
fuisse suis temporibus dubitatum, an inter officiales
6 forenses Ciuitatis Florentię Iudex † curię mercato
rum cõprehenderetur: Verùm quoniam id ad sta-
tutum hoc, in quo de ordine iudiciario tractatur,
non pertinet, & pręsertim hoc tempore, quo omnia
sunt ita commutata, vt penè ea, quæ ex illis tempo-
ribus referuntur, intelligi possint, ne tempus in re-
bus superfluis conteramus, ad alia magis necessaria
me conuerto.

1 *Manus regia magistratibus quando sublata.*
2 *Manus regia apud solos Principes, & suppremum rerum publicarum magistratum remansit.*
3 *Aula, concistorio seu consilio principis, & rerum publicarum, quare sola facti veritate inspecta proceda tur.*
4 *Iudex, qui potest sola facti ueritate inspecta iudicare iudicat vti Deus esset iudicaturus.*
5 *Consilium principis potest secundùm conscientiam iudicare.*
6 *Iudicandi authoritas sola facti veritate inspecta i au ctoritate propria sacro principis consistorio & iudicibus, qui principem repr esentant, competit.*
7 *Clausula commisionis, dante nobis uices nostras, quã do sit superflua.*
8 *Delegatus principis fungitur vice principis.*
9 *Delegatus in causa sibi commissa præfertur ordinario.*
10 *Præscribere non potest Dominus contra uasallum.*
11 *Præscriptio non procedit, ubi manu regia iudicatur.*
12 *Manum regiam ad magistratus & iudices transferũt princeps, cum causas, cum illa clausula, sola facti ve ritate inspecta, committunt.*
13 *Clausula, sola facti veritate inspecta, & alia ũ, summariè scilicet, simpliciter, de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, vis.*
14 *Clausula, sola facti ueritate inspecta, quid denotet.*
15 *Clausula, sola facti ueritate inspecta, alias continet.*

C A P. I I I.

VErùm quia subdunt hic statuentes, sint sum
mariæ, & in eis procedi possit breuiter, &
& summariè, de planò, & sine strepitu & figura iudi
cij: ad ea modò redeundum est, quæ supra in princi-
pio huius nost ri statuti, cum de manu Regia loque-
remur, dicebamus. Vidimus enim ibi, quomodo
primis illis temporibus apud Princeps; & Reipubli-
cæ Magistratus in causis tam ciuilibus, quam cri-
1 minalibus manu regia procederetur, uerum † cum
deinde magistratibus Principe inferiorib. latas illas
habenas cohibẽdas esse videretur, & manus (vt aiũt)
aliqua ex parte ligãdas, ut ea manu Regia procede-
rent. uetitum est. unde iudiciarius ordo, & causa-
rum instantię, de quibus supra loquuti sumus,
2 emanarunt: & apud † solos Principes, & suppre-
mum reipublicæ magistratum, propterea quòd legi
bus soluti sint. l. Princeps. ff. de legib. manus illa re-
gia remansit. Et ideo † coram Principe, seu eius con
silio, sola facti ueritate inspecta, reiectis iuris rigori-
bus, & solemnitatibus procede solet, ut uoluit Bar.
in l. Emilius in fi. ff. de minor. & est text. in c. ad peti-
tionem. extra de accusation. & tradit Thomas Gram
mat. in decis. 103. num. 142. & in decis. 62. num. 29.
ubi adducit Bart. in extrauaganti ad reprimendum,
in uerb. videbatur, & Bal. in l. nemo. C. de senten. &
interlocution. omn. iudic. & Franc. Aret. in consil.
84. diligenter, & Ias. in l. certi. condictio. §. si numos.
ff. si certum petatur, ubi inquit, maximè in consisto-
rio Principis a iuris regulis recedi posse: & sola fa-
cti ueritate inspecta procedi; Id quod vltra præ-
dicta comprobat etiam eodem in loco Thom. Gram
ma. ex his, quæ uoluit Paul. Castren. in l. prima, ff. si
si sæp. in integr. restitu. postule. ita ut cum iudex
4 † potest sola facti veritate inspecta iudicare, uti
Deus esset iudicaturus, iudicare possit: ut dixit no
tabiliter Bald. in l. penult. versicul. sextò quæro. C.
de iur. deliber. & sequitur Geor. Nat. in repetitio-
ne

ne Clement. ſæpe.de nerborum ſignifi.& Cland.Sei
ſell.in l.beneficinm. C.de conſtitut.princip. ſubdens
ſe ita ſolitum eſſe iudicare; Quod maximè procedit,
cum ſacrum conſilium obtinet vicem præfecti præ-
torio; vt inquit Guido Papæ in deciſi.29.parlamẽ-
ti Grationopolitani in ſuperiori conſiſtorio.Imo ait
5 eodem in loco , poſſe † ſacrum conſilium ſecundùm
conſcientiam indicare: per ea,quæ refert Barto. in
l.unica. C. ut qnæ deſu. adnocat. in fin. & ſi aliter
iudicaret,peccaret ſecundnm Theologos , & quod
plus eſt, ad ueritatem potius,& præcipuè reſpice-
re debere, quàm ad ſubtilitatem, ut notatur in cle-
men.Paſtoralis.de re iudic.& in c.ad Apoſtolicæ eo-
dem titu.& ideo tam eodem loco, qnàm etiam in de
ciſione 216.inquit idem Guido Papæ pluries in de
ciſionibus cauſarum obſeruari uidiſſe , cum in cu-
rijs parlamenti iuris ſolemnitatibus non ſeruatis,
ſed ſola veritate inſpecta , partibus etiam non con
ſentientibus procedatur: idem firmauit Thomas
Grammat. in deciſi.58.& in deciſi.103.nume.142.
& Bald.in cap.primo.§.inueſtitura, colum. ſecũda ;
de noua form.fidelitat.& Nicol.Bello.in conſil.63.
6 num.ſeptimo,cum ſequent. Hæc itaq; auctoritas ſa-
cro conſiſtorio , & alijs iudicibus , qui Principem re
preſentant; conuenire auctoritate propria intelligi-
tur,& ideo,vt inquit Egidius Boſſius in titu.de Prin
cip.& priuil.eius numero 89.quotidie in ſenatu Me-
diolanenſi dubitatum fuit, quando Cęſar commit-
7 tit cauſam ſenatui , ſub illis † etiam uerbis. dantes
nobis in prædictis uices noſtras, an quicquam ad-
dat: cum illud uerbum nihil addere nideatur: quia
8 exprimit illud,quod tacitè ineſt, cũ delegatus † Prin
cipis eius vice fungatur c. ſanè. il ſecondo , de offic.
delega.ſicque poſſit omnia, quæ poteſt Princeps in
9 re commiſſa , & ideò † in ea re ordinario, etiam ma
iori præfertur;ut in d.c.ſanè.honoraturque tamquã
Princeps in re commiſſa , licet non quò ad Principẽ
ſed quò ad alios , ut declarat Dec. in dicto capit. ſa-
nè.qui infert ex hoc, regem optimè feciſſe ,dum uo-
luit, Ducem Sabaudiæ eius legatum, legatis Vene-
tornm præferri, & ideò dicebat Nicolaus Boerius
10 in quęſtio.211.numero 9.uolum.primo † Dominũ
contra vaſallum pręſcriberre non poſſe ,per ea quæ
uoluit Abbas in cõſilio tertio uolumi.ſecũdo, Dum
inquit Galliæ Regem eiuſve in Regno ſucceſſores,
& ſi retinuerint,diuve poſſederint comitatum Bigo
ræ,non potuiſſe ob id ; aduerſus ſuos in curia parla
menti contra ſeipſos litigantes uaſallos præſcribere
11 propterea † quòd einſmodi iudicinm in ea curia
ſub mann Regia ageretur, quæ neminem vnquam
ſolet his iuris ſubtilitatibus atque rigoribus ſpoliare
l.intereſſe puto , & ibi Barto. Alberi. à Roſate, &
Alexand. ff.de acquiren.poſſeſſio. & Abba. Barba.
Henricus Bohic, & Felyn.in capit. examinata. extra
de iudic. & latè proſequitur ipſe Boerius in eadem
quæſtio. 211. Licet autem,ut ſupra uidimus , Ma-
giſtratus deinde manus illa regia ſublata fuerit, &
apud Princeps & ſnmmos reipnb.magiſtratus re-
manſerit,ſolent tamen Princeps ipſi, ſeu ſuppremi
12 illi Magiſtratus, apud quos reperitur † ad inferio-
res Magiſtratus & iudices trãſferre, eum cauſas ſola
facti veritate inſpecta , & aliis,de quibus infra dice
13 tur,committunt. Hæc enim † clauſula, ſola facti
veritate inſpecta,arbitrij liberæque uoluntatis, ac li
centiæ vim habet,quemadmodum & aliæ plures, ui-
delicet ſummariè, ſimpliciter, & de plano , ſine ſtre
pitu,& figura iudicii , ut uoluit Fely.in c.olim. colu.
penul. extra de accuſation. & ideo dicebat Franciſ.
Areti.in c.dilecti.colum.tertia,extra de iudic.hãc ob
clauſulam , Iudicem uti Deum,qui ſola nititur ue-
ritate,ſentẽtiam proferre poſſe, quod ſequutus eſt
etiam Alex.in conſi.6.colum.2.in princ. volum. ter-
tio,& Iaſ.in l. iuſtitia. colum.1. ff. de iuſtit. & iur. &
Bald.in l.nequicquam.§.de plano. colum. ſecunda,
verſicu.quòd ſi committitnr ſine figura. ff. de offic.
proconſul.& Archidiaco.& alii in c.indemnitatis.de
electio.lib.ſexto,& eſt glo.in clement.ſæpe.in uerbo
non exigat , extra de uerbo.ſignific. & in capit.fin.
in uerbo figura , de hæretic. in ſexto, Denotat
14 † enim hæc clauſula , ſola facti veritate inſpecta,
ut Iudex ipſam tantummodo veritatem inſpiciat ;
reiectiſque omnibus iuris ciuilis iudiciarijs con-
ſtitutionibus , ſubtilitatibusque ac ſolemnitatibus
formuliſq; circumſcriptis manu ipſa Regia ex iure
gentium in cauſis ipſis cognoſcendis, ac decidẽdis
utatur,vt inquit Lanfranc. in ipſa clement. ſæpe. in
uerſic.& figura,& in uerſicu.libellus,de uerb. ſignifi
cat.& Oldrad.in conſi.115.& Corne.in conſi. 54.co
lum.ſecunda,verſicu.illa enim verba , vol. 2.& Bart.
in extrauaganti ad reprimendum, in uerſi. & figura,
& Cardinalis in clemen.diſpendioſam.colum.fi.quæ
ſtio.40.de iudicijs.ubi hac de re inquit. Aut ad iudi-
ciorum ſolemnitatem & modũ pertinent ea,de qui-
bus quæritur , an hac clauſula tollantur,& tunc ſine
dubio tolli affirmat. aut ad factum ipſum, eiuſque
recognitionem,& tunc nõ tolli arbitratur. Quæ ſa-
nè eius declaratio ex iis,quæ infra dicemus , appare-
bit,& iuri cõſona,& cũ æquitate maximè cõiũcta eſt.
Etenim ſi hac clauſula illud potiſſimnm , vt verita-
tem eliciat ſcilicet,& ſequatur , Iudici iniũctum eſ-
ſe intelligitur.nihil eſt,quod magis a uoluntate Prin
cipis committentis aliennum eſſe exiſtimãdum ſit,
quam ut ea reiicere uoluerit, quibns in ipſius verita
tis cognitionem adduci poſſumus. Poſſemus hoc lo-
co pluribus comprobare vim clauſulæ, ſola facti ve-
ritate inſpecta. Verùm cum ad particulares ſpecies
ab hac generalitate deſcendẽtib.nobis, ſæpe eædẽ au
thoritates repetẽdæ eſſent. Meritò ſuo loco, q̃ hic de
erunt adnectemus. Generatim itaq; huius clauſulæ
ui conſtituta ,antequam ad particulares ſpecies de-
15 ſcẽdamus,illud adnotãdũ cenſemus, ſub hac † clau-
ſula,cũ alias omnes ipſa (ut diximus) amplectatur ,
eas quoq; ſpecies nos eſſe collocaturos,quæ alijs mi
nus amplis cõtinẽtur,cum eas multomagis ſub hac
comprehendi,dubitandum non ſit.

1 *Clauſulæ, ſola facti ueritate inſpecta, effectus plures.*
2 *Libelli oblatio ſi deficiat, lis non conteſtatur.*
3 *Libellus neceſſarius non eſt, ſi iudici cauſa, ſola uerita te inſpecta, committatur.*
4 *Libelli oblationẽ excludit clauſula, ſine figura iudicij.*
5 *Libelli concluſio coram principe non eſt neceſſaria.*
6 *Proceſſum nullũ defectu ordinis iudiciarij princeps ratum habere poteſt.*

7 *Libelli etiam accusatorũ Princeps solemnitatem remittere potest, & quæ sint solemnitates.*
8 *Petitio simplex an requiratur, nõ obstante quòd quælibet solemnitas remittatur.*

C A P. I I I I.

1 PRimò † igitur loco illud commodi aduersus ius
2 commune affert hæc clausula, vt † cũ libelli obla
tio de iure requiratur, alioquin litis contestatio non
subsistat; auth. offeratur. C. de litis contesta. & cap. 1.
de libel. oblation. & l. prima ff. de edend. Si sola facti
veritate inspecta causa iudici committatur, libel-
3 lus † necessarius non sit, sed possit iudex omisso libel
lo, litisue contestatione, si voluerit ad alia deuenire;
vt inquit Roman. in singul. 792. authoritate decisio
nis Rotæ 33. in antiquis, propterea quòd, vt ipse in-
quit, ea verba, sola facti veritate inspecta, nihil aliud
inferre videntur, quàm vt iudex omisso libello, litis-
ue contestatione, & diminutis, seu (ut aiunt) abbre-
uiatis iuris dilationibus ad sententiam ipsam feren-
dam perueniat capi. cum Ecclesia Sutrina de causa
posses. & proprieta. & tradit Iaso. in consi. 105. num.
5. vol. j. Id autem duplici ratione comprobare solẽt.
Prima est, propterea quòd dictio sola, quæ in ipsa
clausula continetur, excludit. At nihil aliud quàm in
dicij ordinarij formam excludere potest; ergo libel-
li oblationem, litisue contestationem, & constitutas
dilationes necessariò excluecre debet. Secunda autẽ
est, quam à simili maioriue deducũt hoc modo. Hęc
verba, sola facti veritate inspecta, cum illis, sine figu
4 ra iudicij, conueniunt † sed illa libelli oblationẽ ex-
cludunt, ut notat Io. Monac. in capi. si. de hæret. li. 6.
& est glo. in dic. clem. sæpe de verborum signi. Ergo
& hec quoque excludere debet. Hãc opinionem ali
bi sequutus est idem Roman. in consilio 519. num.
4. eisdem ferè & argumentis, & auctoritatibus, & Fe
lv. in cap. olim, numer. 12. extra de accusatio. & Tho.
Grammat. in decis. 103. numę. 141. & Nico. Bellon.
in consi. 63. num. 8. cum sequen. & Abbas in capitu.
cum super colum. 2. extra de confessis, & Anto. à Bu
tri. in cap. licet Heli. extra de simonia, & Iac. à sancto
Georgio in inuestitu. feu. in verb. sed an Princeps in
quinto speciali, & Ang. in l. omnium. C. de testam.
5 qui inquit † coram Principe libelli conclusionẽ non
esse necessariam: sed facti narrationem sufficere; cui
assentiuntur Arc. Alexand. Iaso. & cæteri alij eodem
in loco, & ideo dicebat Panormita. in capit. cũ olim.
6 colum. 6. de sent. & re iudica. posse principem † pro-
cessum nullum defectu ordinis iudiciarij ratum ha-
bere. Quod confirmauit etiam Feli. in cap. in causis.
colum. prima in fine, eod. ti. immo dixit Bellon. eo in
loco num. 10. Illud plus de vi illius clausulæ esse ad-
7 notandum † vt accusatorii quoque libelli solemni-
tatem remittat, de qua in l. libellorum. ff. de accusat.
Ne uidelicet tempus, locumue; aut quicquam aliud
de quo ibi, apponere oporteat. ut in specie dixit Ale
xan. in consi. 6. circa processum. colum. prima vol. 3.
& sequitur Soc. in consi. 109. clarum est, volum. 3. &
Rober. Marant. in suo speculo aureo, siue lumine ad
uocatorum, in nona principali distinctionẽ. nume. 6.
ver. primò igitur quæro. Illud tamen hoc loco omit
tendum non est, quod ibidem adnectit Maran. dum
inquit, posito planè & concesso, ut solemni libello
scripto opus non sit ad validitatem processus, sentẽ
8 tiæue exequutionem: exigitur tamen quæuis † sim-
plex petitio solam facti ipsius claram & apertã nar
rationem continens; qua possit reus, cędere ne velit,
an contendere, melius deliberare, vt uidetur declara
re Barto. in extrauaganti ad reprimendum, in versi.
& figurà colum. 1. in fi. & Lanfrancus in clem. sæpe.
in ver. libellus, de verb. significatio. & Paris in tracta.
de sindica. in ver. sententia, & Alexan. in consi. 50. co
lum. 3. volumi. 2. & Corne. in consi. 62. colum. 1. vo-
lum. 1. & iterum posuit ipse Bar. in l. secunda nume.
3. C. de senten. ex breui. recitan. Ea autem ratione id
voluit Barto. in ipsa extrauaganti ad reprimendum,
quem sequutus est Lanfrancus, & alij in locis supra
deductis, quòd à natura illud recipere videatur peti
tio ipsius actoris; ut scilicet reus cedere ne velit, an
contendere, intelligere possit. At id, quod ius natu-
rale, vel gentium redolet, omitti in his etiam termi
nis nullo modo potest: vt ex his quæ infra dicentur li
quido apparebit. Comprobabat Bartol. hoc exem-
plo quoque iudicij Salomonis; coram quo dixit mu
lier actrix. Filius meus viuit, filius verò huius mor-
tuus est: Huic autem declarationi quoniam satis re-
pugnare videntur quædam ex ijs; quæ pertinent ad
propositam hanc materiam: Ideo vt res facilius per
cipiatur, nostrum ordinem prosequentes, an cũ Bar
tolo sentiendum sit, suo loco explicabimus.

1 *Clausula, sola facti ueritate inspecta, efficit, ut iudex ab articulis incipere possit, illisque probatis illico ad sententiam deuenire.*
2 *Sententia ui clausulæ, sola facti ueritate inspecta, potest ferri super probationibus, etiam nulla petitione præmissa litisue contestatione.*
3 *Ius naturale, uel gentium solum curat, ut iudex causæ cognitionem habeat.*

C A P. V.

1 DIcimus igitur secundo loco, ad clausulam † so-
la facti veritate inspecta redeuntes, eam uim
continere; vt iudex ab articulis incipere possit, illis-
que probatis illico ad sententiam deuenire, vt in-
quiunt Domini de Rota in decisio. 33. nume ro pri-
mo, in antiquis, auctoritate Ioan. Monachi in d. ca-
pitu. fin. de hæret. in 6. super verbo figura, & refert
Roman. in d. singulari 792. & Thomas Grammati-
cus in decis. 103. numero 141. Qui cum iudicãdum
2 est (inquit) † sola facti veritate inspecta; nulla etiam
præmissa petitione, litisue contestatione super pro-
bationibus, dummodo ex eis satis sufficiens, & effi-
cax ad condemnandum causa appareat, sententiam
proferri posse. Cuius opinionis addit extitisse Ale-
xan. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de uerb.
obligatio. quem ibi sequitur Ias. & licet ſt [illegible] Grã
maticus de hac decisione dubitare Clandium uideri
in l. prima ff. de officio assesso. eam tamen amplecti-
tur, si plenè sit de causa cognitum, & disceptatum.
Hęc (vt admonuimus) ijs, quæ ex intentione Marãtæ
supra retulimus, satis vrgenter repugnare uidentur.
Planè

Planè si iudex omissa petitione,& litis contestatione sententiam ex ea tantum cognitione, quam ex probatione capitulorum percepit,ferre potest;proculdubio & illud necessariò cōsequetur , vt etiam cuius uis petitionis omissio iudicium uitiare non debeat;
3 suadere id videtur uis ipsa clausulæ,† & ius naturale vel gentium;ad quod iudicem ipsum reducit. Eo.n. iure illud tantum modo attendebatur; ut causæ cognitionem iudex haberet;ad eam autem consequēdam, eaue cognita sententiæ ferendæ liberas habenas reliquit. Verum quia id melius ex infra dicendis apparebit,ad alia accedamus.

1 *Sententia de iure communi conformis libello proferri debet.*

2 *Sententia potest proferri etiam non conformis libello coram principe,uel ubi est clausula sola facti ueritate inspecta.*

3 *Iudex super eo debet iudicare,quod petitum est.*

4 *Petitio aliqua licet non solemnis quando stante clausula,sola facti ueritate inspecta, requiratur, & an necessaria sit.*

5 *Petitio solo uerbo sufficit,stante clausula, sola facti ueritate inspecta , si à tabellione deinde in acta redigatur.*

6 *Petitio generalis , incerta & contra iuris regulas admittitur,stante clausula , sola facti ueritate inspecta.*

7 *Libellus generalis etiam in summariis parte opponente non admittitur,& quomodo procedat.*

8 *Libellus obscurus parte non opponente de iure ciuili admittitur.*

9 *Petitio inepta procedit ob clausulam,sola facta ueritate inspecta,dummodo possit reus intelligere,an ne lit cedere,uel contendere.*

10 *Sententia super libello inepto ualet stante clausula,sola facti ueritate inspecta.*

11 *Petitio sumptibus actoris reo danda non est ob clausulam,sola facti ueritate inspecta.*

12 *Libelli exemplar in iudicio ordinario expēsis actoris reo dandum est.*

1 *Petitio uirtute clausulæ,sola facti ueritate inspecta, admittitur , & si primum ad soluendum compelli, quàm condemnari petatur.*

C A P. V I.

Tertio itaque loco corrigit ius ciuile,eius vel solemnitatem,& rigorem hæc clausula , sola fa-
1 cti ueritate inspecta: dum in eo dispositum est †,vt sententia libello conformis proferatur.l. vt fundus. ff. commu.diuid.& cap.licet Heli. extra de simon.& l.fin.C.de fideicomm.libert.& ideo si unam causam in libello deducam,aliam verò probem , succumbā. l.habebat.ff.de insti.actio.& l. prima ff. si mens. fal. mod.dixe.tradit Barto.in l.prima,in princi.in 2.colum.ver.veniamus ad causam.ff.de eden. & Inno.in cap.ex parte.de priuile.Id enim quemadmodum in
2 principe,apud quem est etiam † hodie manus regia, locum non habet,vt inquiunt omnes in l.vinum,ff. si cer.pet.vbi Ias.inter alios colum.13.ita etiam in illis causis apud inferiores magistratus,quæ cum illa clausula,sola facti veritate inspecta,delegatę fuerint locum non habebit,vt inquit Decius in c.dilecti.extra de iudic.& Iaso.in d.l.uinum,& ideo pro expedito haberi potest,ut coram ijs Iudicibus,si unū pro-
3 ponatur,† aliud probetur,possint ex arbitrio, omisso eo quòd propositum est,de eo,quòd est probatū, sententiam ferre,vt inquit idem Thomas Grammaticus in eadem deci.103.numero 141.cum sequen. dum loqueretur delegato plenè discusso & ventulato;non tamen in petitionem & libellum deducto: Motus prætereà ex his,quæ dixit Iaco.Butrig.in l.ab. hostibus.§.sed quid simpliciter.ff.ex quibus cau.ma io.cum concordantibus adductis per Alexand. in l.à Diuo pio.§.si super rebus.ff.de re iud.& in l.sæpe co. ti.& in l.2.in fi.ff.de eden.tradit Bal. in l. eleganter. §.si quis post.ff.de condi.indebi.& Fel.in rub.de sen ten.& re iudi.& uoluit Bar.in l.Emilius Largianus. ff.de mino.vbi Bal.Pręterea hoc idem firmat Paris in consi.131.numero 14.uolum.primo,per ea q̃ vo luit Anto.à Butrio.relatus per Alexand.in dicta l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus colum.10.& Ias.ibi numero 33.& Hypo.Marsi.in singul. 272.& Rui. in cōsilio 5.numero 12.volumin. 4. & Robertus Maranta eodem loco numero 13. referens Oldradum in consi.244.Non minus etiam hoc repugnare videt̄ petitioni,de qua supra diximus.Propterea quòd , si potest iudex id,quod est in petitione deductū, omittere,& de eo,quod est probatum,sententiam proferre;non minus etiam ubicunque nulla petitio præcessisset,super probatis sententiam proferre poterit ; & ideo (ni fallor) id quod dixit Barto.in dicta extrauaganti ad reprimendum,non ad inualiditatem actus refertur, sed admodum procedendi ; ut uidelicet licet solemnis libellus reiiciatur: videtur tamē ad hoc ut iudex sciat,quid agere debeat, aliqua petitio necessaria,id quod ego verissimū censeo;si iudex aliunde facti cognitionem habere nō potest.At si ex aliis deductis, & probatis cognitionem habeat ; ob id q̃
4 non præcesserit † aliqua quæcunque sit petitio,iudicium non subsistere:non crediderim. Verùm utcumque res sese habeat.si fortasse apud aliquos obtinuerit,vt aliqua omnino petitio præcedere debeat,non modicum adhuc aduersus ius ciuile resistit. Propterea quòd , vt inquit eodem loco Maranta, satis erit,
5 † si nudo verbo ab actore petatur, & id quod petit à tabellione deinde in acta redigatur : præterquàm
6 quòd † & generalis, & incerta, contra iuris regulas admittetur:ut voluit Barto.in eadem extrauaganti ad reprimendum,ver.& figura. Vnde illud corrigit, quod voluit Barto.iuris ciuilis regulas sequutus in l.fi.C.de anna.exceptio. libellum uidelicet generalem,donec declaretur, non esse admittendum. Nisi fortasse pars opposuerit. Parte namque opponente,
7 etiam in summariis † generalis libellus admittendūs non videtur:vt inquit Alex.in consi.32. colum.3.uolum.4.Id tamen eorum declaratione admissa, tunc verum esse existimandum est, cum ita obscura sit petitio,ut percipere nōn possit reus:velit ne cedere,an contendere. Alioqnin etiam aduersa parte opponente generalitas ipsa non obesset. Aliàs illud consequeretur

retur absurdum;vt inter causas summarias, & non
summarias nulla daretur differentia;in causis etiam
8 non summariis,admittente iure ciuili libellos † ob-
scuros,parte aduersa non contradicente, ut inquit
Barto.in l.edita columi.prima.C.de eden. & est text.
& ibi gl.mag. in fi.in d.l.fin.C. de anna. excep.id aût
cum in causis summariis locum habeat,quanto ma-
gis,cum adest hæc clausula, sola facti veritate inspe-
cta,dicendum sit;neminem dubitare existimo. Verû
9 eisdem retentis terminis etiam si ineptè † concipia-
tur,de qua loquimur,locum habebit petitio. Dum-
modo quid actor petat;reus,vt cedat,vel contendat,
intelligere possit,vt inquit Paris à Puteo in tractat.
sindica.in dict.ver.sententia,col.4.& 6.& prius Bar.
in dicta extrauaganti ad reprimendum.vers. & figu-
ra;quo fit.vt ubi adiecta est hæc clausula, locum nô
habeat id,quod notat Accursius in instituti. de obli
gatio.in princip.in verbo.secundum.in fine,inquiês
10 † sententiam super inepto libello latam non ualere.
Quod comprobauit Bald.in l.actori circa finem.C.
de reb.cred.& in l.ex hoc iure,col.pen.ver.secundò,
quæritur.ff.de iusti.& iur.& Cynus in l.vnica.C.ut q̃
de su.aduoca.& Alexâ.in consi.136.col.prima, in 2.
volum.Etenim quando cognoscitur causa summa-
riè,& de plano,vel sola veritate inspecta,super libel
lo etiam inepto sententia sustinetur, ut declarat Ale
xan.in l.vinum colum.fi.ff.si certum pet.vbi gl.Com
probauit idem Bal.in l.& si fine.ver.oppono, libel-
lus ff.ad Trebellia.per glo.in d.l.uinum.Præterea,vt
hoc non omittatur,voluit Lanfrancus in dicta clem.
sæpe.in ver.libellus,post principium. de ver.signifi.
11 De hac huiusmodi † petitione in proposita specie
exemplar sumptibus actoris reo dandum non esse;
sed suis sumptibus;si illud voluerit: transumendum
esse.Id quod etiam ab hac clausula emanat, cû cer-
12 tum sit in iudicio ordinario † libelli exemplar sum-
ptibus actoris reo dandum esse:ut inquit glo.in cle-
men.quamuis in ver.oblatos,de appel.vltimo etiam
loco quatenus pertinet ad hanc qualemcunq; peti-
tionê,vi huius clausulæ admittitur ipsa petitio, etsi
13 † ea primum quempiam ad soluendum compelli,
non autem condemnari petatur,; ut inquit Lanfran-
cus in dicta clementi.sæpe.in ver.libellus, in 4.con-
clusione,& prius Bar.in d.extrauaganti ad reprimê
dum,in ver.& figura,contra ea,quę uoluit Bar.in l.j.
C.de exce.rei iud.

1 *Sententia stante clausula,sola facti ueritate inspecta potest ferri tempore feriarum hominum non deorum causa indictarum.*
2 *Ferijs hominum non deorum causa indictis tacitè renuntiari potest.*
3 *Processus ualet,nisi exceptio feriarum opponatur.*
4 *Feriarum tempore quin ius reddatur in curia principis nulla lege comprimi, & impediri potest.*
5 *Curia Regis Gallorum tempore parlamenti quotidie in differenter ius dicit.*

C A P. VII.

QVarto præterea loco dicebat Barto.in eadem
extrauaganti ad reprimendum,in d.versic. &
figura, ibi, item an procedit,illud ui huius clausulæ
à iuris ciuilis rigore sublatum esse:ut feriis etiam exi
stentibus,dummodo hominum nô deorum immor
1 talium causa indictæ sint;iudices † sententias profer-
re possint,ut est tex.in eadem clemen.sæpe & tradit
Corn.in consi.102.numero 18.uolum.1.cuiusmodi
sunt vindemiarum,& messium,& siquæ aliç,quę pe
nè innumerabiles sunt,victoriæ,uel alterius cuiusuis
rei causa indictæ sint,Comprobare satis uidet Hye-
roni.Gratus in consi.41.num.4. vol.2. cum inquiat
2 † feriis hominum causa non deorum indictis, tacitè
renunciari posse.ut est tex. in l.prima.ff.de feriis ibi,
præsentibus illis,& spontè litigantibus, quod nota-
uit Ias.quem alii sequuntur in l.si feriatis.eo.tit.& in
c.fi.eo.ti.Etenim si eis tacitè renunciari à partib. po
test,multo magis Principis auctoritate, causam cû
hac clausula committentis illis derogatum esse, cen
sendum est,& ideo inquiunt,feriarum exceptionem
3 obiiciendam esse,alioquin † valere processum, & iô
dixit Speculator in §.primo numero 9.uersi. est autê
argumentum,de feriis.inde,prout dicebat etiã Mar.
optimum argumentum summi posse, nullam legê
4 prohibere posse, quin diebus etiam † feriatis in cu-
ria ius reddar,ut l.præsenti.in princ.ibi,præsentanea
constituta.C.de his qui ad eccles.confug.Propterea
quòd ipse lex est animata in terris, vt inquit text. in
§.penul.in fi.in Auth.de consul.& ob id inquit eodê
in loco Speculator,iure posse consuetudinem curiæ
5 † Regis Gallorum defensari,quæ tempore(vt aiunt)
parlamenti quotidie sine discrimine ius dicit; ut
litigatores, qui à longinquis regionibus ea de cau
sa in ea conueniunt, citius dissolutis litibus mi-
nus laboribus defatigentur, & sumptibus exhau-
riantur.

1 *Contestatio litis stante clausula,sola facti ueritate inspecta,necessaria non est.*
2 *Litis contestationis ius obtinet ille actus in causis summarijs,qui in ordinariis illico post litis contestationem subsequitur, impeditque aditum exceptionibus dilatorijs,aliisque actibus, qui post litem contestatam geri non possunt.*

C A P. VIII.

1 POnitur præterea quinto loco † litis contestatio,
planè vi huius clausulæ necessaria nô est: vt est
tex.in dicta clemen.sepe.& tradit Barto. in dicto ex-
traua.ad reprimendum,in eodem uerbo: & figura,
& Iaso.in consilio 105.numero 5.uolu.primo. Hoc
enim casu actus ille, qui in causis ordinarijs illico
post litis contestationem subsequi solet, in summa-
2 rijs causis contestationis † uim obtinet, pręcluditq;
aditum exceptionibus dilatoriis, aliisue actibus, q̃
post litem contestatam geri non possunt,ut inquiût
Bar.& Bal.in l.nulla.& in l.nihil.C. de procur.& tra
dit Cardinalis in clem.constitutionem.§.fin.in fin.de
electio.& Ludouicus Roma.in consi.174.numer.5.
& Abb.in c.insinuante.in fine.de offi.delega. & Fel.
in c.olim.de accusa.& Paris in tracta.sindic.in uers.
sententia colum.4.Pręterea tradit rursus Romanus
in dicto singulari 792.& domini de Rota in deci.33.
& Tho-

& Thomas Grammaticus in dicta decis. 103. numero 141. & 142. & comprobatur ex omnibus iis, quæ supra retulimus: cum ostenderemus, libellum nō esse necessarium, sed iudicem ab articulis incipere posse, & ideo in his terminis locum habere non potest. l. j. C. de litis contesta.

1 *Dilationes, & terminos iuris communis, potest iudex stante clausula, sola facti ueritate inspecta, minuere.*
2 *Clausula, ut procedatur terminis non seruatis, inest clausulæ, sola facti ueritate inspecta.*
3 *Dilationes, & terminos breuiores reddere primus inuenit Vrbanus Papa.*
4 *Iudex ui clausulæ, sola facti ueritate inspecta, instantias & terminos dilatare, & prorogare poterit.*
5 *Ordo procedendi stante clausula, sola facti ueritate inspecta, & alqi.*
6 *Iuramentum calumniæ quando in qualibet litis parte recipi possit.*
7 *Dilationem aliquam iudex, stante clausula, sola facti ueritate inspecta, si omittat, quando processus nō fiat nullus.*
8 *Dilationes iudices stante clausula, sola facti ueritate inspecta, quare prorsus tollere non posse, aliqui ex nostris dixerint.*

CAP. IX.

Sexto autem loco pertinet hæc clausula ad dilationes, propterea quòd debet iudex, quantū potest, studere, ut causæ breues sint, citoq; decidantur.
1 Id autem commodius fieri non potest, quàm si † dilationes à iure ciuili introductæ minuātur; breuioresque reddantur, & exceptiones, appellationesque frustratorias non admittat; ut est tex. in dicta clemē. sæpe. de uerborum significa. Et ideo dixerunt Domini
2 Rotæ in dicta decisio. 33. Illam † clausulam, ut procedatur terminis non seruatis, quam in hac nostra sola facti ueritate inspecta, inesse omnes, ut supra ostēdimus, uoluerunt eam uim obtinere, ut termini omnes magis necessarij, & essentiam ipsius iudicij complectentes, videlicet ad ponendum, articulandum, dicendum contra articulos, ad producendum omnia, & dicendum contra producta, arbitrio iudicis breuiores constitui possint, dummodo prorsus non omittatur. Alij uerò non ita substantiam iudicij amplectentes, prorsus omitti. Ita ut termino ad libellū omisso possit iudex octo, uel decem dierum terminum ad ponendum, uel articulandum, siue ad dandum articulos, & concludendum assignare. Ad dicendum verò contra articulos ad primam diem. Itidem ad producendum omnia ad primam, vel ad secundam diem. Ad dicendum uerò contra producta, ab ipsa productorum copia termini tempus metietur. At si testes extra curiam producendi sint,
3 ex consuetudine dilationes constituat; Hanc † in causis summariis procedendi normam, ut inquiunt in eadem decisio. 33. Domini Rotæ ad breuiorem ipsarum causarum, & litium instantiam inducendam primus inuenit Vrbanus Pontifex quintus. Quod sane ne lites fiant immortales, & litigatores sumptib. & laboribus defatigentur, maximè attēdendum est. c. fi. de dolo, & contum. & c. ut litigantes. de of. ordi. At Egidius aliter hanc terminorum minuendorum licentiam intelligebat. Etenim quòd ad ipsam omissionem, si termini ad ponendum & producendū omnia omitterentur. Dummodo unus communis, & peremptorius ad proponendum, ponendum, & probandum omnia, quæ vellent, terminus partibus assignaretur: processum non vitiari censuit. propterea quòd omnis rigor, & stilus iudiciarius vi horum verborū, sola facti veritate inspecta, vel terminis non seruatis relaxetur. Hanc ego Egidij opinionem veriorem arbitror, propterea quòd ad inquirendam veritatem
4 iudicij terminus præscribi non debet. Neque † sanè existimauero; quin illa uerba, etiam prorogandę instantiæ, & latiorum constituendorum terminorum facultatem faciant; Quandoquidem sæpe accidit, ut termini à iure ciuili constituti, & si sufficere ad quālibet causam cognoscendam, & decidendam, existimatum sit, ad ueritatem ipsam perquirendam non sufficiant. Et ideo cum iudici delegatur causa cum illa clausula, sola facti ueritate inspecta, propterea quòd illud tantum attenditur, vt veritas ipsa eruatur, & ea reperta sententia, vt iuris æquitatisue est, proferatur satis quidem non intelligo, quare si ad indagandam veritatem terminos à iure ciuili introductos prorogare, ac dilatare opus sit, eodem modo quo minuere & breuiores facere, vi illius clausulæ, iudici ex suo arbitrio permissum non sit. Existimauerim namq; doctores nostros, ideo de diminutione & cohibitione, non autem de dilatione, & extensione sæpe verba facere, quòd frequentius terminos cohibere, & restringere breuioresq; facere, quàm dilatare & extendere accidat. Non esse igitur hac in re iudici præscribēdū modum. Sed relinquendum liberum arbitrium longè lateq; vagandi, vbicumque oportunum arbitrabitur, semper censui. Et si, vt refert Guilielmus in dicta decisio. 33. unus Rotæ dominorum, ob id, quòd eo tempore, prout & hoc quoque facillimè, ut causæ cū illis clausulis committantur, obtineri solet, plures apud eos difficultates & differentiæ orirentur. Quò factum est, ut methodum quandam, quo deinceps ordine procedendum in eis esset, constituerent hūc in modum. Primò enim in beneficialib. aliisue causis, in quibus etiam iure communi simpliciter, summariè, & de plano & c. procedi solet. Vt hæc verba,
5 † si omnia in ipsa commissione exprimantur, aliud efficiant, neue frustra apposita esse uideantur, ita procedendum censuerunt. Præsentib. enim in curia partibus existentibus, omisso ad deliberādum termino. illicoque recepto à partibus de calumnia iuramen-
6 to. Quod † tamen si tunc omittatur, in quacunque litis parte recipi deinde potest; ad dandas positiones, & articulos decem dierum terminus, ad dicendum contra articulos ad primam. Itē ad primam ad producendum omnia, ad dicendum uerò contra producta ex copia & numero productorum iudicis arbitrio, in prima instantia assignaretur. In secunda uerò & tertia instantia ad ponendum, & articulandum ad secundam diem. Alii uerò termini, ut supra dictum est, in prima instantia obseruentur. At si absit pars aliqua;

aliqua, ita vt ea absente per audientiam sit procedēdum, vel fiat de eius absentia mentio in commissione, quæ concedatur sola facti veritate inspecta, modus, de quo paulò ante diximus, obseruatur. Alioqn ut moris est, omnes curiæ termini obseruantur. At si vnum ex duobus prædictis in commissione concedatur, vt puta, vt sola facti ueritate inspecta procedatur, vel terminis non seruatis; & tunc omnes curiæ termini breuiores iudicis tamen arbitrio obseruantur. Hæc de causis beneficialibus. In causis autē, vt aiunt prophanis, si committatur causa, vt summariè, simpliciter, & de plano, ac sola facti veritate inspecta. & terminis non seruatis procedatur. Seruatur modus procedendi, vt in causis beneficialibus supra dictis: cum ea de præsentia, uel absentia partium distinctione: Si uerò simpliciter & de plano &c. causa prophana committatur. At ut sola facti ueritate inspecta procedatur. Tūc summariè, simpliciter, & de plano procedi potest, dummodo omnes curiæ termini in summario processu obseruari soliti nec breuiores retineantur. At si uerò terminis non seruatis, vel breuioribus procedatur, concessum sit, tunc omnes termini causæ prophanæ breuiores iudicis tamen arbitrio obseruentur. Si autem utrunque cōceditur, videlicet, vt sola facti ueritate inspecta &c. & terminis non seruatis &c. & tunc omnes termini, uti in summario processu obseruentur, breuiores tamen arbitrio iudicis. Hunc procedendi modū, aiunt, fuisse introductum Romæ Anno Domini 380. die 7. Ianuarij, Pontificatus sanctissimi in Christo pris, & D.N. Domini Vrbani diuina prouidentia Papæ. VI. Anno secundo. Vidimus in Ecclesiastico foro, de quibus antea dubitaretur, quidue deinde consuetudine introductum sit, de iure autem ciuili id omne in arbitrio Iudicis positum esse, arbitror, cum nullā distinctionem reperiam. Sed simpliciter omnes in hoc conuenire, vt dilationes breuiores facere, non autē prorsus tollere liceat. Quod confirmauit Romanus in consi. 519. num. 4. & in singulari. 792. & si quādo
7 aliquam omitteret, ob id processum nullum † non arbitraremur. Dummodo ea de causa, non minus in cognitionem causæ ueniat, quod maximè animaduertendum uidetur. Verùm cum in eam cognitionē plerunque, nisi modis & ordinibus à iure ciuili introductis, iudex uenire non possit, merito nonnulli ex nostris Doctoribus assentientes, vel breuiores ter-
8 mini fieri possint, negarunt † prorsus tolli posse. At si terminis à iure institutis prorsus reiectis existimassent, Iudicem in ueram causæ cognitionem aliunde adduci posse, proculdubio eos aliter fuisse dicturos, nunquam dubitauerim. Sed de his hactenus.

1 *Publicatio in causis summariis an sit necessaria.*
2 *Publicatio in causis ordinariis an sit de substātia processus.*
3 *Publicatione à parte petita si iudex deneget, & deinde ad alia non concessa publicatione deueniat, processus erit nullus.*
4 *Publicatione petita, & à iudice denegata, debet petēs ab ea denegatione appellare ad hoc, ut processus sit nullus.*

C A P. X.

Septimo deinde loco sese offert publicatio, propterea quòd frequentior sit doctorum opinio,
1 vt in causis summariis † processus sine publicatione subsistat. Verùm quoniam hac de re & uariæ, & inter se contrariæ extant doctorum sententiæ, meritò eas referre non modicum expediet. Bart. namque in. dicta extrauaganti ad reprimendum, in eodē uersi. & figura. colum. 3. existimasse videtur, vt publicatio sit etiam in summarijs necessaria, quasi defensionē aliquam continere uideatur, quæ cum inrisgentium sit, hac clausula remissa non intelligitē. Alij uerò eius opinioni ita obseruatur, ut in causis etiam ordina-
2 rijs † publicationem de substantia processus non esse, censuerint. & ideo hanc magis communem opinionem asserentes; eius omissionem processum non uitiare, voluerunt auctoritate eiusdem Bar. & Alex. in l. prolatam. C. de senten. & dicunt esse tex. in capit. cum I. & A. ubi Abb. in 3. colum. in fi. de sen. & re iudi. ubi expressè inquit Abb. publicationem non processus substantiam, sed iustitiam quandam continere, & ideo si omittatur, nullum processum non reddere; sed in damnum prorsus ipsius litigantis redundare, qui publicationem à Iudice non petierit. Contrariæ autem hæc sententia ita conciliari possunt, ut processus non vitietur; vbicunque non fuerit petita publicatio; & in hoc nulla est dubitatio. At si petita fuerit, Iudex autem eam concedere denegarit, & in hoc duæ sunt inter se contrariæ opiniones, vna est,
3 vt si pars petierit publicationem, iudex uerò † denegauerit, si deinde ad alia non concessa publicatione deueniat, processus sit nullus, quam sequutus est Hostiensis in summa de sentent. §. qualiter colum. 3. ver. duodecimus, & est gl. quæ dicitur singularis, in cap. fi. in uerbo iudicij, de hæreti. lib. 6. quam ob rē hanc nostram singularem dicit Alex. in l. diuus colum. prima de re iud. Alia verò & sanè frequentioribus calculis recepta opinio est, vt satis non sit publicationem à iudice postulare, sed illud adhuc ad processus nullitatem requiratur, vt pars publicationem petens, si
4 ei denegetur, † ab ea denegatione appellet, vt uoluit Felin. in d. c. cum I. & A. in j. & 2. colum. & Corne. in consi. 102. col. fi. uolum. primo, & Bal. in cap. primo column. 3. si de inuesti. inter domin. & vasal. lis oriat. Mouetur autem ea potissimum ratione, quòd processus quatenus ad iudicem pertinet, publicatus semper dici possit. Quo autem ad partes publicatio nō substantialem iudicij ordinem, sed iustitiæ tantùm continere videtur; vt est valde singulare dictum Innoc. in d. c. cum I. & A. quod ibi omnes sequuntur, de sen ten. & re iudic. & retulit etiam Imol. in d. l. diuus asserens de hoc in practica sæpe uidisse dubitari. Præterea hanc opinionem sequuntur Ang. in d. l. prolatam; & Lanfrancus in clemē. sæpè. in verbo defensiones, num. 15. de verbo. signi. & Guido Papæ quęstio. 586. quæritur. & quęst. 369. quæ sunt in fin. & Capi. decis. j. quod dictum colum. 9. volum. 2. & Alexā. in consi. 120. uiso processu numero 7. uol. 7. quam sæpe in Sacro Rotæ auditorio tractasse refert Sebasti. Vant. in tractatu nullitatum, in titulo de nullit. senten. ex defec. processus & c. numero 40. per decis. 16.

Nota,

Nota, quòd non vitiatur sententia testibus non publicatis: nisi à nõ publicatione fuerit appellatũ, &c. in antiquis propterea quòd si denegatio, & huiusmodi iudicis interlocutio displicebat, debebat pars ipsa appellare, non illi tacitè acquiescere, capit. ex parte de appella. & l. prima C. si sæpi. in integ. restit. postulet. ibi, appellare debuistis, si sentẽtia uobis displicebat; & ponit idem Bartol. in l. à procedente. C. de dilatio. Si igitur facto suo eam acquiescendo cõfirmauit; quare non parere teneatur. l. fi. C. de sentẽ. quæ sine cert. quant. & l. ab eo. C. quomodo & quando inde. & l. 1. C. de postula. & l. 1. C. de iurisd. omni. iudic.

1 *Conclusio in causa an in summariis causis sit necessaria.*
2 *Conclusionis in causa uim habet in summariis causis primus actus, qui post conclusionem in causa succedere solet in ordinariis.*
3 *Conclusio in causa an in causis ordinariis sit de substãtia processus.*

C A P. XI.

POst publicationem octauum obtinet locũ causæ conclusio. Doctores namque plerique volue-
1 runt, vt in summariis † causis conclusio non sit necessaria, vt est tex. in d. clem. sæpe, in ver. sententia, & ibi
declarat glo. in uerbo conclusione, quam sequuntur
Doct. ibi, & præsertim Inno. in uerbo renũciatio. in
septima quæstio. & tradit Abb. in c. cum dilectus. in
3. nota de fide instrum. & habetur in decis. 272. con-
2 silii Neapolitani. In his enim † causis primus ille actus, qui post conclusionem in causa succedere solet
vim conclusionis habet, vt uoluit Corne. in consilio
235. colum. 3. uolum. 3. Idem tenet Rota in decis. 5.
in fi. in nouis, & Ioannis And. in additio. ad Speculũ
in ti. de renuncia. & conclus. in princi. & Abbas in c.
pastoralis, colum. 3. de caus. pos. & proprieta. & Bal.
in l. nec causas. circa principium. C. de appellat. & in
ca. 1. col. 4. uers. secundò quæritur: si de inuesti. inter
dom. & uasal. in usibus feud. & refert, & sequitur Feli. in d. c. dilecti. col. 6. uer. quartò scias. de fide instrumẽ. & Alex. in consi. 182. in causa in fi. lib. 6. & Egidius decis. 277. & Capici. in decis. 1. colum. 9. uersic.
item quantumcunque, & licet Abb. in d. c. cum I. &
3 A. in 4. column. uoluerit, ut etiam † in causis ordinarijs conclusio non sit de substantia processus; inquit
tamen Cardinalis in d. clem. sæpe. §. & quia in fi. 19.
quæstione, consuetudine fuisse introductam; & ideo
ob ipsam cõsuetudinem iudicem illam facere oportere; at in summarijs id in eius arbitrio positum esse, & ideo, vt inquit Sebastia. Vant. in tracta. nullitat. in titu. de nullit. sen. ex defect. process. numer. 45. versicul. nonò pro substantiali ipsius iudicii; inquit in foro ecclesiastico, & in causis prophanis, & plenarijs iudicem causæ concludere oportere per text. in capitu. auditis de procura. & in capitu. pastoralis, de causa posses. & propriet. & in ca. cum dilectus. de fide instrum.

1 *Dominum non procuratorem potest iudex, si libuerit, condemnare, etiam quòd per procuratorem litigauerit, stante clausula, sola facti ueritate inspecta.*

C A P. XII.

NOno etiam loco aliquid efficit hæc clausula
1 aduersus ius commune. Quãdoquidem † si aliquis per procuratorem litigauerit; potest Iudex, si libuerit, sua sententia dominum ipsum non procuratorem condemnare, vt uoluit Barto. in eadem extra uaganti ad reprimendum, dicto uers. & figura. in fin. Quò fit, ut subsistente hac sententia locum non habeat dispositio. l. j. C. de sent. qua deciditur, sententiam non subsistere, qua dominus non procurator condemnatur.

1 *Dominus citari non potest, quando procurator dominus litis effectus est.*
2 *Citari poterit etiam dominus licet procurator sit effectus dominus litis stante clausula, sola facti ueritate inspecta, prout etiam permittitur iure canonico & quid usus in urbe obseruet.*
3 *Citari in quibus causis etiam de iure ciuili possit dominus omisso procuratore domino litis effecto.*

C A P. XIII.

IDem quoque decimo loco de ditatione dicendũ
1 est: Propterea quòd, licet † iure ciuili, quãdo procurator dominus litis effectus est, principalis dominus, omisso procuratore, ad sententiam citari nõ possit, planè si citetur, & procurator se opponat, nulla erit sententia, si in eorum absentia promulgata sit, vt declarat Bar. post antiquos in l. 1. per illum tex. col. 3. uer. item quæro, vbi Bal. & alij. C. de sentẽt. & in l. procuratoribus. C. de procura. & in l. furioso. vbi latè per Ias. colum. fi. ff. de re iudic. & in l. si procuratoris absentis. ff. de uerborum oblig. Quod uoluit etiã Alex. in consilio 202. super in fi. libr. 2. Ratio autem est; quia iudicium & instantia, quibus debet sententia conuenire, illius personæ hærere prorsus reperitur. At hic iuris rigor, vbicunque causa cum hac clau
sula, sola facti ueritate inspecta, committitur, remis-
2 sus intelligitur. Quemadmodum † & à canonib. quoque reiectus, est eo enim iure pariter dominus & procurator citari possunt, cum non curetur, quid ex æquipollentibus fiat; ut inquit Bal. in d. l. j. colum. 3. uers. breuiter opinio. Id quod hodie satis in curia obseruatur; præterquam in foro capitolino; vbi ita præcipientibus statutis procurator & Dominus ad sententiam citari debent: At in curia consulunt, ut euitemus contrarias opiniones, tutius esse utrunque citare; & respectiuè in utriusque persona sententiam formare: de his loquuntur etiam quam plures alii: Multa enim ponit Specul. in titulo de senten. §. qualiter, colum 3. uer. porrò, & ibi Ioan. And. in uersic. litigauerit, & Ang. in consi. 98. & est glo. ordinaria in capi. querelam. in uerbo œconomi, de electi. & ibi ponũt scribentes, tradit Guido Papæ in deci. 431. debet, & deci. 56. procurator. Idem etiam asserit Rota in decis.

cis.21.in vltima additione,in fi.in nouis.& Feli.post
Bal.in c.fi.colum.fi.de testib.Qui de huiusmodi dif-
ferentia iuris ciuilis & canonici attestatur. Id autẽ,
dummodo procurator sit præsens, intelligẽdum pu
tant,& non impeditus,nec se nolle in huiusmodi cau
3 sa comparere declarauerit. His enim casibus † prin-
cipalis dominus; omisso procuratore;qui litem con
testatus fuerat,iure quoque ciuili citari poterit;pro-
ut voluit etiam Boerius in decis.285.

1 *Substitutus procurator iure ordinario postquam litẽ contestatus fuit,potest alium substituere.*
2 *Procurator substitutus in causis summariis,& exe cutiuis quando substituere possit.*

C A P. XIIII.

CONuenit satis præcedenti speciei illud,quod
vndecimo loco de hac clausula ponendũ est.
1 Etenim animaduertendum est;quia† licet iura ordi
nario substitutus,post quam litem contestatus fue-
rit,ob id,quòd dominus litis & instantiæ effectus sit
possit alium substituere,ut voluit Rota in dec. 122.
procura.substitutus,& dec.145.substitutus, in no-
uis.& decis.546.verum procura.in antiquis, & de-
2 ci.9.Bisiguettus de procura. Attamen † si eiusmodi
sit causa,in qua litis contestatio necessaria non sit; vt
puta summaria,vel executiua:aut per alterum,post-
quam idem substitutus merita causæ tractare incæ-
perit,& lis fuerit contestata, ita causę dominus effi-
cietur,vt substituere possit:ut voluerunt Cynus, &
Bal.quos sequuntur communiter alii, quicquid ibi
dixerit Bar.attestante ibidem de communi opinio
ne Ias.& in l.nihil.& in l.nulla.C.de procur. & idem
Barto.in l.post litem.ff.eodem ti. Quæ quidem opi-
nio vera est:vt inquit Rota in dicta decis.122. in ad
di.in nouis,& tenet Alexan.in consilio 147.visis, co-
lum.fi.lib.6.

1 *Iudex super incidenti seu emergenti stante clausula sola facti veritate inspecta, pronuntiare non cogitur.*

C A P. XV.

PRæterea & duodecimo loco habet Iudex aliud
commodum ab hac clausula, sola facti veritate
1 inspecta,Propterea quòd † super emergenti, seu in-
cidenti pronuntiare non cogitur: sed simul cũ prin-
cipali negocio incidentia,& emergẽtia decidere po
terit,vt voluit Bal.in l.ait prætor.§.permittitur.nu.j.
ver.item no.ff.de minor.

1 *Sententia lata contra absentem non citatum licet nul la sit,etiam in eius fauorem lata attamen stãte clau sula,sola facti veritate inspecta,poterit eam, ut ua leat,ratificare.*

C A P. XVI.

DEcimotertio autem loco commodum ab hac
1 clausula absens consequitur non citatus,†qui
sententiam in sua absentia pro se latam,ita ut ualeat,
ratificare potest,ut declarat Barto. in eadem extra-
uaganti,in d.uersic.& figura,in fin. quem sequitur,
quatenus ad hoc pertinet,Alex.in l.furioso.col.2.ff.
de re iud.& Pet.Anch.in d.clem.sępe.& ideo vbicũ-
que aderit in commissione hæc clausula, sola facti
veritate inspecta:locum illud nõ habebit,quod po
nit Accur.in l.ea quæ.C.quomo.& quando iudex,&
in d.l.furioso,vbi adnotant Alex.& alij,dicentes sen-
tentiam pro absente non citato prolatam non ualc-
re,prout confirmauit etiam Bartol. quem sequitur
Bal.in l.ea quidem col.2.C.quomo.& quãdo iudex,
& Ias.in d.l.furioso,vbi id communiter teneri ait: &
Alex.in consi.114.lib.6.& Rom.in singu.193.iudex
non potest.Hoc enim casu ad rigorem iuris conser-
uandum fieri debuit, ut ibi per eos; cum autem ea
clausula rigor tollatur:iure quidem optimo senten-
tiam ratam habere poterit.

1 *Testes & principalem interrogare potest iudex stante clausula,sola facti ueritate inspecta,post conclusum in causa.*
2 *Iudex in ordinarijs iudicijs suo officio, non autem ad partis petitionem, super declaratione antiquorum capitulorum partes interrogare potest, post conclusum in causa.*
3 *Iudex super nouis capitulis ad fundandam intentio-nem partis post conclusum in causa an partes inter-rogare possit.*
4 *Iusiurandum suppletiuum ad partis petitionem post conclusum in causa nisi ante conclusionem petitum fuerit,deferri non potest,nisi iudex ex suo officio etiã nemine petente deferat.*
5 *Iudex in summarijs causis post cõclusum in causa par tes & testes,non solum ex officio suo, sed ad instan-tiam quoque partis interrogare potest.*
6 *Iudex in quibus causis post conclusum in causa ex suo officio testes, & partes interrogare potest, intellig ẽ tur si uelit.*

C A P. XVII.

ITidem decimoquarto loco huius clausulæ ui po
1 test iudex parte petente principalẽ † & testes post
conclusum in causa interrogare, ut est gl. singularis
in d.clem.sæpe.in ver.interrogabit:Immo inq̃t Nic.
Bellonus in consi.63.num.10.& 11.posse eos etiam
post conclusum in causa admittere,per ea quæ dicit
Imo.& sequuntur alii in l.filiusfamilias.ff.de donat.
quos consulendo sequutus est Alex.in consi.84.con-
sideratis his col.pe.vol.4.& ideo dixit Ro. in consil.
20.nu.9.confirmando hanc conclusionem,licet quò
ad partes in causa conclusum sit,Iudicem tamen ex
suo officio æquitate motum ad eruendam ueritatẽ,
& partes interrogare posse, & acta iudicij petere de
clarari: prout uoluit Bal.in l.prima C.sent.resc. non
posse;allegans ad hoc Spe.in ti.de dispu.& alleg.cir-
ca prin.& l.ubicunque.ff.de interro.actioni. Verùm
ut huius conclusionis nihil ad eius ueram & perfe-
ctam cognitionem omittatur, quædam breuiter re-
petenda sunt,quæ ponit Marant. in suo speculo au-
reo

reo 4.par.prin.in 9.distin. prin.num.22. Rem igitur
altius epetendo: primò quid in ordinarijs iudiciis,
& deinde in summariis obseruetur, inspiciendū est.
2 In † ordinariis itaque iudiciis videtur illud obserua
tum, vt iudex ex officio suo, non autem ad partis vo-
luntatem super declaratione antiquorum capitulo-
rum, & ex consequenti super iam actis, non autē sgē
dis, etiam post conclusionem in causa, partes inter-
rogare posit, ut voluit Spe.in ti.deposi.§.4.uer.qui-
dam tamen dixerunt, & uersi.sed si ante, & ibi Ioan.
Andreæ in additionib.in ver.interrogare: per tex.in
d.l.vbicunque.ff.de interrog.actio.quod tenuit etiá
Inno.in c.cum Ioannes de fide instrument.quem in
hoc sequitur Ludo.Rom.in l.4.§.hoc autem iudiciū.
ff.de dam.infec.& in consilio 20.in fi. non se referēs
ad acta præterita, & Bal.in l.per hanc.colum.2. ver.
dicit Speculator.C.de tempo.appel.Sequitur præte
rea hanc opinionem Fel.in d.c.cum Ioannes, colum
na 5.dicens eam propter auctoritatem Inno.in pra
ctica esse probabiliorem, quam iterum comproba-
uit in ca.1.colum.2.de iud. Alia uerò fuit opinio, vt
3 etiam super nouis † capitulis ad fundandam inten-
tionem partis propter priuatam vtilitatem partes in
terrogare posint. hanc secundam opinionem sequu
tus est Alex.in d.l.4.§.hoc autem iudicium colum.
4.ff.de dam.infec.sequens Antonium à Butrio in c.
cum causam.de iuram.calum.& Abb.in d.cap.cum
Ioannes colum.4.uer.nota, & tene menti, & Bald.in
l.si accusatoribus, colum.fi.vers.item propter aliud.
C.de accusatio.& Ioannes Anania in c.ad petitioné
4 colum.3.de accusat. Comprobatur † hæc opinio opti
mo à simili argumento hunc in modum Iusiurandū
(vt ipsi aiunt) suppletiuum ad partis petitionem post
conclusum in causa; nisi ante cōclusionem petitum
fuerit, deferri non potest, & tamen iudex ex suo offi-
cio, etiam post conclusum in causa nemine petente,
vbicumque censuerit oportunum, deferre potest, vt
inquit Alex.in consi.53.colum.fi.in j.uol.& Bald.in
d.l.si accusatoribus colum.fi.uers.item posset.C.de
accusatio.& latè tradit Ias.in l.admonendi col.153.
& seq.ff.de iureiuran.& ideo Fel.in locis supra addu
ctis, licet illam probabiliorem, hanc tamen æquiorē
opinionem arbitratur. Quæ sanè & frequentioribus
calculis recepta uidetur. Videlicet vt ad fundandam
intentionem actoris posit iudex ex officio suo; non
autem ad petitionem partis, indistinctè post cōclu-
sionem in causa, vbicunque æquum putauerit; par-
tes interrogare. Hęc autem locum habent in causis
4 ordinariis; in summariis † autem illud adiiciendū est
ut iudex post conclusum in causa partes, & testes nō
solum ex suo officio, sed ad instantiam quoque par-
tis interrogare posit, per ea quæ uoluit illa gl. in di
cta clem.sæpe.in uersic.interrogabit, vbi idem tenet
Cardinalis in §.& quia in 4.oppositione, & Feli.in d.
c.cum Ioannes.colum.5.de fide instrum.ubi etiam
Abb.in 4.colum.uer.nota & tene menti: & idem Fe-
li.in c.cum dilectus.colum.3.uer.septimò limita, eo
dem ti.& in c.inquisitionis.§.ad petitionem colum.
5.de accusatio.& Lud.Rom.in consilio 126.colum.
5.& ideo hanc ob clausulam cessat illud dubium,
an iudex ad instantiam partis interrogare posit; cū
ex his, quæ diximus, omnino posse liqdo appareat;
illud tamen hac de re nouissimo loco animaduertē-
6 dum est; in omnibus † causis in quibus supra dixi-
mus; iudicem ex officio interrogare posse; si ipse ve-
lit, intelligendum esse at si nolit, neque ad id com-
pelli, neque litem suam facere: quia semper nō subes
se æquitatem, & ob id nō interrogare, audacter obii
cere poterit; ita inquit Barbatia in additionibus ad
Abb.in d.c.cum Ioannes.in additiones; Quæ inci pit
de hoc vide, circa finem, per text.in l. non quicquid,
ff.de iudic.

1 *Testibus uniuersalem causam adducentibus, at de iu*
re non concludentem stante clausula, sola facti ueri
tate inspecta iudex fidem adhibere poterit. Item
testes infames, & iure ciuili reprobatos admit-
tere.
2 *Item testes post cōclusionem in causa producti admit*
mittentur.

C A P. XVIII.

PRæterea & decimoquinto loco: ut commoda
1 huius clausulæ prosequamur, poterit † iudex te-
stibus uniuersalem causam adducentibus, de iure au
tem non concludentem, fidem adhibere, ut dicebat
Franciscus Aretinus in l.eum qui.§.filius in 2. not.ff.
de acqui.hære. Potest pręterea testes infames, & alio
quin à iure ciuili reprobatos admittere, vt declara-
uit Abb.in c.dilecti, col.2.in fi.ubi etiam Feli.de iu-
dic.& Bar.in l.filiusfamilias, colum.2.ff. de donatio.
vbi idem dicit de testibus non iuratis. Præterea etiá,
ut inquit Bellonus in consi.63.numer.11.licet post
conclusionem in causa testes producti amplius reci
2 pi non posint; Attamen † cum causa, sola facti ueri
tate inspecta cognoscitur, utique admittentur: quo-
niam solemnitas, rigorne, & alia à iure ciuili ea de
causa introducta, ut ibi ipse valde comprobat, reij-
ciuntur.

1 *Probationes a iure ciuili necessariæ requiruntur.*
2 *Probationem, quæ necessariò non concludit, potest ad-*
mittere iudex causa commissa, sola facti ueritate in
specta.

C A P. XIX.

1 DEcimosexto loco licet probationes † à iure ci
uili necessariæ exigantur; debeantq; necessa
riò concludere; alioquin nihil efficiant.ca. in præsen
tia.de probatio.vbi omnes tradunt, & l.neque nata-
les, & l.ad probationem.C. de probatio. & habetur
in l.non hoc.C.unde legi.& tradit Bald.in l.secunda
in vl.col.C.de bono.pos.secun.tab.& in l.1. in 2.col.
C.de furt. Quandoquidem probatio ob id, quod ne
cesse sit, non possibile, concludere debet, ut inquit
Bal.in l.ad probationem.la 2.C. de probat. & tradit
latè Hyppo.Marsilius in rub.C.de probatio.colum.
2 73.& Decius in consi.321.in causa.in 2.col. Id † ta-
men locum non habet, si causa, sola facti ueritate in-
specta, committatur; Propterea quòd tūc à iuris cō-
munis

munis regulis receditur;& iudex, cui causa commit
titur,si sibi placuerit, duxeritq; oportunum; potest
probationi,quæ necessariò non concludit,sed verisi-
mile quoddam inducit, fidem adhibere; ut noluit
Bal.in l. sola.in fi.C.de testibus quod dictum refert,
& sequitur Angel.Aretinus in §. in bonæfidei.in ul-
tim.colum.Instit.de actioni:& Franciscus Areti. in
consilio 84. diligenter ponderatis his.in 4. colum.
& in consilio 127.In causa Dominæ Antoniæ. in 2.
colum.& Ias.in l.certi condictio.§. si nummos.in 7.
colum.ff.si cer.pet.Faciunt ea quæ dixit idem Hyp-
politus in singulari 102.clausula:& singulari 272.in
hac inclita ciuitate,& singulari 386. communiter
scitur.

1 *Sententiam stando iudex, si causa committatur, sola facti ueritate inspecta, definitiuam proferre potest. & infra nu.*
2 *Sententiam sedendo iudex de iure communi ferre debet.*

C A P. X X.

DEcimooctauo etiam loco illud:commodi af-
fert hęc clausula,sola facti veritate inspecta,
1 vt iudex † stando sententiam definitiuam proferre
possit,neque,ut pro tribunali sedeat,opus sit;proba
tur id hoc pacto: Namque cum aliæ etiam clausulæ
id efficiant,vt est tex.in d.clemē.sæpe.§. sententiam.
Multo magis idem & de hac clausula, quæ aliàs, ut
supra docuimus,amplectitur,dicendum est. Et ideo
2 in his † terminis locum non habebit.§. sedebunt. in
Auth.de iudic.& c.fi.in fi.de re iudic.lib.6.vbi glos.
hac de re copiosissimē loquitur, est etiam glossa in
auth.vt ab illustribus & qui super eam, in verbo se-
dere:& ponit etiam idem Accursius glossator in l.1.
C.de senten.ex breui.recitan. & Hostiens. in summa
tituli de sententiis.§.qualiter,in prin.& Spec. eod.ti
tu.§.iusta,colum.5.ver.item est nulla ratione modi.
vbi Io.And.in uerbo secundum;inquit sedere iudicē
pronunciantem,& ubicunque actus causæ cognitio
nem requirit;esse adeo necessarium, &(ut aiunt) ex
ipsa substantia;ut alioquin in causis ordinariis sentē
tia à non sedente iudice prolata non subsistat.Prop-
terea quòd à iure introductum est,ut sententiæ à iu-
dicibus sedentibus non stantibus,aut ambulantibus
proferantur.l.si à procedente.C.de dilatio.& l.secun
da.§.dies.ff.quis ordo in bono. pos.seruc. Dixit igiē
glossa in dicta clemen.sæpe,in uerbo stans.id in cau-
sis summariis,aliisue breuiorib.in quib.de plano p.
cedit,locum non habere per illum tex.& est tex.in l.
leuia.ff.de accus.& in l.nec quā.§.de plano.ff.de of.
procons.& in l.si defensor.§.illud iūcta.l. nolit. & ibi
gl.ff.de interrog.ac.& tanquam ualde singulare po-
nit Rom.in singulari 728.an possit sententia.cū seq.
& tradit latè Sebastianus Vant.in trac.nulli.in ti. de
nulli.sent.ex defec.proces.solen.senten.nu.84.

1 *Sententiam definitiuam etiam lite non contestata potest iudex contra contumacem proferre stante clausula,sola facti ueritate inspecta.*
2 *Sententiam definitiuam iudex lite non contestata proferre non potest.*

C A P. XXI.

ITidem decimonono illud efficit clausula, de qua
1 agitur,ut iudex† contra cōtumacem ad definitiuā
sententiam lite etiam non contestata deuenire pos-
sit,vt inquit Fel.in c.olim.colum.pen.de accus. & iō
hac in re locum illud non habet; quod dicitur in §.
si vero etiam quidam iurent.in auth.de exhibē. reis.
ibi,iudicem aliquid facere non ualere. Quatenus ibi
2 dicitur; † iudicem ad definitiuam sententiam lite
non contestata deuenire non posse. Comprobatur
hoc ex iis,q̄ ponuntur in l.properandum.§. & si qui-
dem & §.sequenti.C.de iudic.& in toto titulo extra
vt lite non contes.& per Bartho.Soc.in consilio 47.
colum.1.uolumi.4. & tradit Maranta in loco supra
adducto.

1 *Sententia lata super libello continente contraria de iure communi est nulla.*
2 *Sententia lata super libello continente contraria ualet, si committatur causa cum clausula, sola facti ueritate inspecta.*
3 *Sententia ualet super libello inepto lata, & etiam sine libello, stante clausula, sola facti ueritate inspecta.*

C A P. XII.

1 VIgesimo † etiam loco illud remittit clausula
hæc nostra.ut licet iure communi, & eius ri-
gore & solennitate inspecta;processus, & sententia
super libello continente contraria sint nullius mo-
menti.l.1.C.de furt.& l.j.C.si seru.exter.& l.scriptu-
ræ.C.de fide instrum.& c.solicitudinem.de appella.
2 & c.2.ut lite non contest. id † tamen non inquit Ri-
pa in l.naturaliter.§.nihil commune.num.181.ff. de
acquirē.pos.verum non est in causis; in quibus sola
facti ueritate inspecta proceditur. Propterea quòd
inquit ipse,hanc clausulam iudicem ad manum re-
giam reducere debere,voluit Bar.in d.extrauaganti
ad reprimendum,in uerbo uidebitur, & efficere, vt
3 valeat sententia† super libello inepto, ut tradit Ale.
in d.l.ita stipulatus.§.Grisogonus.ff.de ver.ob. Itidē
qđ plus est,sine vllo libello & litis cont. ut refert Ias.
in d.l.uinum.col.13.ff.si cer.pe.Si igiē hęc uera sunt,
multomagis & id,qđ de libello cōtinēte cōtraria dr
admittendū,est verū de his satis,superq; s̄.diximus.

1 *Exceptionis præposteratio licet iudicium regulariter elidere soleat, secus tamen est causa commissa cum clausula, sola facti ueritate inspecta.*

C A P. XXIII.

PRæterea uigesimoprimo loco non modicū pro
1 dest ad præposterationis † exceptionem reijciē
dam; etenim præposterationis exceptio, si in specie
propo-

proponatur, licet iudicium elidere ſoleat, vt voluit
Accurſius, quem ſequitur Saly. in l. ſecunda C. com-
mu. diuid. Id tamen cum cauſa commiſſa eſt, cũ hac
clauſula: ſola facti ueritate inſpecta, locum non ha-
bet, vt inquit Rhminaldus in conſilio 387. nu. 1 t. vo
lu. 2. Ob id, quòd omnis ſolennitas iuris poſitiui reie
cta ſit. At quoniam eiſdem iuribus, & auctoritati-
bus, quibus nos ſuperiora firmauimus, comprobat
hanc ſuam opinionem. Ideo nos ad ea, quę ibi addu
cit referimus.

1 *Sententia in cauſis ſummariis, an ſine ſcriptis ferri poſsit.*
2 *Clem. ſæpe de ver. ſig. de iure ciuili in quo non obſeruetur.*
3 *Sententia lata teſtib. probari poteſt, & quomodo probent.*
4 *Res iudicata facit, vt in ſententia ſolemnitas interueniſſe præſumatur.*

C A P. XXIIII.

EXpoſuimus hucuſq;, in quibus hæc clauſula iu
ris ciuilis rigori, & ſolemnitati reſiſtat; plures
ſpecies. Verũ vt res magis eluceſcat, nõ minus opor-
tunum cenſemus, quædam; in quib. uires ſuas nõ ex-
tendit, hic adnectere. Appoſitis enim contrarijs fit
res ipſa dilucidior. Primo itaq; loco illud, de quo eſt
diu, multumq; apud doctores noſtros diſputatum,
1 ſeſe offert, videlicet, † An in cauſis ſummarijs ſenten
tia ſine ſcriptis proferri poſſit. Qua ĩ re, vt in ſcriptis
ſeu ſcriptam proferre non oporteat, nonnulli exiſti-
mauerunt. Planè, vt inquiunt ipſi, ut ſententia defini
tiua ſcripta proferatur; non à iure gentium, ſed à me
ro ciuili iure emanaſſe, nulli dubium fieri debet. c. af
ferte, de præſumptio. & l. 1. & 2. C. de ſent. ex breui.
recita. & notat Bar. in eadem ſæpe repetita extraua-
ganti, ad reprimendum. in ver. figura in fi. vbi fretus
illo exemplo Salumonis, de quo in d. c. afferte, vbicũ-
que ſententia ſine ſolemnitate ferẽda eſt, vt olim ma
nu regia, ſcripturam non eſſe neceſſariam, exiſtima-
uit propterea, quòd ſcriptura circa ipſam naturalem
æquitatem nihil magis efficere poteſt, & ideo voluit
Bald. in d. l. prolatam: ut in caſibus, in quibus ſine iu-
ris ordine procedendum eſt, iudicijue ſolemnitate
omiſſa ſentẽtia ſine ſcriptis ferri poſſit: vt refert Cor
ne. in conſi. 243. nu. 1. & 3. vol. 4. Alij verò contrariã
hnic ſententiam amplexi ſunt, putaueruntue etiam
in cauſis ſummarijs, ſententiam ſine ſcriptis nõ ſubſi
ſtere, propterea quòd ſcriptura, tàm in ſummariis, q̃
in ordinarijs neceſſaria ſit, vt voluit Abb. in c. Alberi
cus in j. oppoſitione, & ibi etiam Fely. de teſtibus, &
in ſpecie dicit Franciſcus Aretinus ibid. col. 2. ver. ex
qb. patet, per tex. in cle. diſpẽdioſam. de iudici. vnde
quando proceditur ſine figura iudicii; ſententiam
ſcriptam proferendam eſſe apparet. Idem tenet Ma-
ranta in loco ſupra adducto nu. 31. Præterea ut de-
beat ſcripta proferri, tenet Petrus ſtella in l. nequic-
quam. §. ubi decretũ. nu. 25. ff. de ofp roconſ. per tex.
in d. cle. ſæpe. in verbo, ſententiam verò definitiuam
& gl. quàm ſequitur Philippus Francus in c. fi. co. pe.
de ſent. & re iud. in 6. id quod uoluit ante cũ Domi-
nicus à ſancto Geminiano; Mouentur aũt ij, qui hãc
opinionẽ ueriorem arbitrantur, vt inquit Corne. in
d. conſi. 243. nu. 3. uolu. 4. Quoniam poſito, vt ſupra
diximus; vi illius clauſulæ, ſublatas eſſe iuris ciuilis
ſolẽnitates, illis tamen, de quib. ſpecialiter in d. cle. ſę
pe fit mentio, non eſſe derogatum, pro comperto ha
bent, ſed inter alias, hoc, ut ſententia ſcripta profera
tur, in d. cle. ſępe diſpoſitũ eſt. ergo quamuis clauſula
hæc iuris ſolemnitates, & rigorem remittere ſoleat,
hanc ſententiæ non ſcriptæ non remittere, dicẽdum
eſt. Vidimus hucuſque duas, & eas quidem contra-
rias eſſe opiniones. Põt tertia afferri, quæ tanquam
media ambas conciliet, uidelicet, ut prima opinio,
qua dicebamus, ſcripturam non eſſe neceſſariam, de
iure ciuili locum habeat, ſecunda uerò, quæ contra-
rium uerius arbitratur, de iure canonico; prout etiã
dixit Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uerbo fi-
gura uer. item an hoc caſu, & ideo Corn. in d. conſi.
243. nu. 4. uol. 4. ſubſtinendo dicta Bar. inquit, dicta
2 † clementinam ſępe. prorſus in iure ciuili non ob ſer-
uari, quod uidetur comprobare Pet. de Anch. in dic.
cle. ſæpe nu. 48. Suaderi etiam hoc poteſt, quòd cum
ius gentium, ad quod hęc clauſula iudicia reducere
uidetur, liberam daret iudicib. procedendi auctori-
tatem: hac cle. ſæpe. intra cancellos quoſdam cohi-
beat, qui & ſi latiores ſint iure ipſo ciuile negari ta-
men non poteſt, quin iudices ei parere ſi teneantur,
non dicatur noua, licet minus fortaſſe rigoroſa ſolẽ-
nitas; & ex conſequenti contra authoritatem manus
Regiæ, & nim illius clauſulæ, liberum illis arbitrium
auferat. Illud tamen hoc loco: ut nihil omittã, ani-
maduertẽdum puto, & ſi olim ea libera poteſtas, eo
ordine & modo executioni mandaretur, vt non ſo-
lùm iudices partib. præſentib. verbo ſententia ꝓfer-
rent, & alia multa omitterent, hodie tamen aliter ob
ſeruari. Quandoquidem aliquis iudiciarius modus
obſeruatur, liberior tamen à iuris ciuilis rigore, vel
ꝙ aliter veram cauſæ cognitionem Iudex habere nõ
poſſit, vel ꝙ cum temporum mutatione ſint etiã hęc
omnia commutata, & iõ exiſtimauerim melius, &
ualde cautius eſſe, ſententiam ſcriptam proferre. Il-
lud præterea non eſſe omittendum cenſeo, quod re-
fert Sebaſt. Vant. in ſuo tractatu nullita, in ti. de nul-
lit. ſenten. ex defec. proceſ. & ſolemni. ſenten. nu. 77.
Nam poſito, ut ex ſubſtantia ipſius ſententię eſſet, vt
3 in ſcriptis proferatur † lata tñ teſt. b. probari poterit;
ut uidetur uoluiſſe Rota in deciſ. 409. Fuit dubitatũ
in ſummario eiuſdem, in nouis & latiſſimè proſequi
tur Fel. in c. ſicut. col. 7. ver. octaua & ultima: poſt Pa
normita. ibi in 3. nota. de ſenten. & re iudic. ſatis eſſe
exiſtimans, ſi teſtes eam legi audiuiſſe deponant; li-
cet non uiderint, propterea quòd tunc ſcriptura in-
terueniſſe præſumitur; perinde ac ſi tabellio latam,
lectam, ac ſententialiter promulgatam ſcripſiſſet; vt
inquit Bart. in l. ſciendum, in ſin. ff. de verbo. obligat.
& Bal. & Fely. in d. c. ſicut colum. 7. ver. limita niſi. Id
autem tunc locum habere dicendum eſt, cum ſentẽ
4 tia in rem tranſiuerit iudicatam: Auctoritas † enim
rei iudicatæ, ut illa ſolemnitas adfuiſſe præſumatur,
efficere ſolet, d. c. ſicut. & ca. cum inter. de ſentẽ. & re
iud. & c. bonę. il j. de elect. & tradũt vbique ſcribẽtes.

1 *Persona legitima, tam in summariis causis quàm in ordinariis requiritur.*

C A P. XXV.

SEcundo antem loco non prodest quicquam hæc
1 clausula † quin in summariis quoq; causis, uti &
in ordinariis legitima persona exigatur; ut inquit
Lanfrancus in dicta clemen. sæpe. uers. & figura, col.
1. in fin. & Ias. in Rub. C. qui admit. col. 1. & Alex. in
l. Iudices. C. de iudic.

1 *Verbum ueritas, in clausula, sola facti uarietate inspecta, quomodo intelligatur.*
2 *Clausula sola facti ucritate inspecta, non potest facere ut actio ex pacto nudo oriatur.*
3 *Pactum nudum Iudex ut clausulæ, sola facti ueritate inspecta, executioni mandare potest.*
4 *Pacta nuda à uestitis iure gentium non differunt.*
5 *Pactum nudum æquitate canonica non minus, quàm uestitum seruatur.*
6 *Iuramentũ à simplici loquela apud Deũ non differt.*
7 *Pacto nudo in curia mercatorum agi potest.*
8 *Pactum nudum factum à principe subditis & hostibus ualet.*
9 *Statuto disponente, quòd procedatur & terminetur causa ex bona æquitate, reiecto omni iuris rigore, nudo pacto quis niti poterit.*
10 *Clausula, sola facti ueritate inspecta, in quo differat à clausulis, de plano, sine strepitu & figura iudicij, aut non seruato ordine iudiciario.*

C A P. XXVI.

PRæterea & tertio loco dicunt doctores ad il-
1 lud uerbum † ueritate, in ipsa clausula insertum;
animaduertendum esse. Quando quidem de ea ueri
tate, quæ iuri conuenit, intelligendum putant, ut in
quit Robertus Maranta in loco supra adducto, uel-
le Bal. in l. nemo. C. de sentẽ. & interlocu. omni. iud.
exemplum antem ponunt de pacto nudo. Inquiunt
2 enim ui huius clausulæ, † ut ex pacto nudo actio o-
riatur, Iudicem efficere non posse. Aduersus hanc
conclusionem, multa (ni fallor) facere non modicũ
uidentur. Primò enim, si conclusionem ipsam inspi-
ciamus: omnia, quæ hac de re supra diximus, repu-
gnare uidentur. Nam nihil aliud hucusque egimus,
quã ut ui huius clausulæ iudices iure ciuili nõ astrin
gi, sed iure gentium causas fore decisuros, multis &
auctoritatibus & legibus ostenderemus. Quapro-
pter si in loco de ea ueritate intelligamus; quæ à iu-
re ipso ciuili, non gentium, metitur: satis sanè non in
telligo; quomodo non corruant prorsus omnia, quę
à nobis hucusq; dicta sunt, & ideo si iurisgentiũ ue-
ritas aliquid, quod iuri ciuili repugnet, suadere ui-
deatur, quare à iudicibus non sit amplectendum: &
præsertim quia ad id, quod conuenit, decensque est
inspiciamus, longè magis ueritas iurisgentiũ, quàm
ciuilis, amplectanda erit. Nam, ut inquit Imperator
in §. sed naturalia, Inst. de iur. natur. gent. & ciuil. Na
turalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræ-
que obseruantur; diuina quadam prouidentia con-
stituta, semper firma atque immutabilia permanẽt.
Ea uerò, quæ ipsa sibi quæq; Ciuitas constituit, sæpe
mutari solent, uel tacito cõsensu populi, uel alia po-
stea lege lata. Si enim diuina quadam prouidẽtia cõ
stitutum est ius gẽtium; & ob id unum & idẽ & im-
mutabile semper est. Ius uerò ciuile mutabile & cor
ruptibile, illud necessario consequitur: ut illa ueri-
tas, quæ à iuregentium emanat, diuina, & immuta-
bilis sit, illa autẽ, quæ à ciuili mutabilis, & corrupti
bilis; Sed diuina, & incorruptibilia mutabilibus, &
corruptibilibus quanto præstent, nemo, est iudicio
meo, qui ignoret. Verùm ut proprius ad rem ipsam
accedamus; quid de pacto nudo exempli loco appo
sito dicendum sit, inspiciamus. De quo (ni fallor)
idem dicendum uidetur. Nam, ut supra ostendimus
ab omnibus huius scientiæ professoribus pro expe-
dito, & indubitabili receptum est: ut hęc clausula Iu
dices ad illam antiquam manum regiã reducat; Sed
cõmunis opinio est ut si quispiam aliquid mihi pro
miserit, manum hanc regiam implorare posim; er-
3 go ui huius clausulæ Iudex † tale pactum executioni
mandare poterit. Quòd antem manus regia impetra
ri posit, uoluit Anto. à Butri. in c. quæ in ecclesia-
rum. extra de constitutio. & Socin. in Rub. de uerbo.
obligatio. nu. 6. & Ias. in l. iurisgentium. §. sed cum
nulla. nu. 15. ff. de pact. & Fort. Garz. in d. l. iurisgen
tium, in princ. num. 2. cum sequen. & Franciscus Ri-
pa in dicta Rub. de uerbo. obliga. nume. 30. & Hyp-
poli. Marsilius, qui complures eandem opinionem
amplectentes adducit, in singul. 148. Quæ sanè
communis opinio multis comprobari potest, &
Primò, quòd illo iure nondum inter conuentiones
4 nudas, & uestitas differentia constituta esset: & ideo
tàm nudæ quàm uestitę conuentiones exequi debue
runt; Comprobatur & secundò: quia pactum natu-
ralem æquitatem continebat. l. j. ff. de pact. & l. 1. ff.
de constitu. pecu. & l. cum amplius. §. 1. de regul. Iur.
Quæ naturalis æquitas sola in conuentione nomina
ta considerabatur: & ideo eodem remedio pro nu-
da; quo & pro uestita conuentione usos fuisse creden
dum est. Accedat & tertiò, pactum nudum, cum
adest consensus, naturalem obligationem produce-
re. l. Sticum. §. naturalis. ff. de solutio. At in conuen-
tione nominata nullum aliud uinculum, quàm natu
ralis obligationis inueniri, poterat, quę sola natu-
rali ratione dictante obseruabatur; ergo non dissi-
mili ratione nuda conuentio executioni mandaba-
tur. Prętterea & quarto loco non modicum ex eo
5 comprobatur: quòd ęquitate canonica pactum † nu-
dum hodie, non minus quàm uestitum seruatur c. 1.
de pact. ibi, pax seruetur, & pacta custodiantur: un-
de de Papa ita dixerit, fatendum est, actionem da-
ri. l. statuas. ff. de acquir. rer. domin. est quoq; tex. in
c. qualiter. eod. tit. ubi ait summus Pontifex. studiosè
agendum esse, ut ea quę promittuntur, opere com-
pleantur. Idq; eo magis dicẽdũ est, & quòd inter sim
6 plicem loquelam † & iuramentum Deus nullam cõ-
stituit differentiam. c. iuramenti. 22. quęst. 5. Pręte-
rea hãc eandem opinionem dicit ueram, & cõmunẽ
Ias. in d. l. iurisgentium. §. sed cum nulla, ff. de pact. &
Fort. in c. 1. extra de pact. & Alcia. in c. 4. quinti pa-
radoxo-

radoxorum lib. Verùm quoniam hęc opinio ita vera
est, vt pluribus eam comprobare superuacuum sit,
meritò ad rem nostram redeundo, non minori ratio
ne ab hac clausula comprehendi, dicendum est. Prę
terea adhuc id manifestè ostenditur ex ijsdem met,
quæ uoluit Maranta in loco supra adducto num. 42.
Dum inquit, in curia mercatorum, ex quo in eo ęqui
7 tas maximè obseruatur † ex pacto nudo agi posse, vt
uoluit Bart. in l. quintus. ff. manda. & Bald. in l. si pro
ea. C. eod. titu. Nam si, vt inquiunt Doctores, in foro
Mercatorum id est; quia manu regia reiecta rigore,
& solemnitatibus iuris ciuilis proceditur: quàto ma-
gis cum causa, sola facti ueritate inspecta, commis-
sa, & delegata est, dicendum erit? Facit adhuc opti-
8 mè ad rem nostram.† Nam pactum nudum ꝑ prin-
cipem cum subdito, aut cum suo hoste super indiciis
& pace initum valet, & producit actionem, vt voluit
Bal. in ca. 1. nu. 11. extra de pac. & Ias. in d. l. iurisgen
tium. §. sed cum nulla, nume. 23. ff. de pac. & Hyppo.
Mars. in d. singul. 48. & Franc. Cremo. in singu. 25. &
Lud. Rom. in consi. 298. & Ias. in l. quoties, nume. 7.
C. de re. vendic. & Philip. Dec. in c. 1. de prob. & Do
cto. in l. pe. C. de donatio. inter uir. & vxo. & licet eam
afferant Doctores rationem; quòd verba Principis
maioris sint uigoris, & efficaciæ, quàm priuatorum
hominum: & ideo inania esse non debeant. l. digna
vox. C. de legib. ea tamen uera est, de qua supra dixi-
mus: uidelicet quia coram Principe, & in his, quæ ip
se gerit, attenditur ius gentium non ius ciuile, supra
docuimus non repeto. Præterea & ultimò hanc opi-
nionem sequitur Bal. nouellus in rub. ff. de verb. ob.
num. 57. vbi inquit in practica diligenter notandum
9 esse † si fortasse ex dispositione statuti procedi de-
beat, & causa ex bona æquitate reiecto omni iuris ri
gore decidi, ut in curia mercatorum, & in plerisque
locis uidemus; propterea quòd in locis quoque im-
perio subiectis, hoc casu nudo pacto niti quis pote-
rit, nec locum habebit pœnitentia in contractib. in-
nominatis: cum statutum tunc ad ius gentium æqui-
tatem redire videatur, per ea quæ notat Bal. in l. si ꝑ
ea, C. manda. quæ rursus posuit in suo de constitutio
nibus tractatur, & tradit Bart. in d. l. quintus, & in l.
filiusfamilias. ff. de donatio. & in l. prima ff. de testa.
mili. Si igitur statutum ita disponens, rem ad ius gen
tium reduci. Quanto magis id dicendum est. si in cō
missione sit adiecta illa clausula, sola facti ueritate
inspecta, quæ itidem & multò magis ad ius gentium
& ad ipsam manum regiam rem reducit. Posset for-
10 tasse contraria opinio locum haberet † si aliæ clausu
læ, uid elicet. De plano & sine strepitu & figura iudi
cij, aut non seruato ordine iudiciario, & similes adie
ctæ essent. Quæ potius rigorem, & solemnitates iu-
ris in ordine procedendi, quàm in substantia ipsius,
& meritis causæ respicere uidentur. At si hęc clausu
la, quę rem ipsam respicit & veritatem facti tam re-
spectu ordinis iudiciarij, de quo supra multa dixi-
mus, quàm ipsius obligationis, & aliorum, quæ in
meritis ipsis consistunt, rem ad ius gentium, manūq;
regiam reduci semper crediderim.

1 *Ius parti quæsitum iudex clausula, sola facti verita-*
te inspecta, auferre non potest.
2 *Verbum, de facto, non operatur, vt iudex sua sentētia*
ius alteri parti adimat.
3 *Verba purè simpliciter factum inuestigando quid*
operentur.
4 *Verbum de facto in statuto appositum quid opere-*
tur.
5 *Princeps ius suum alicui, nisi ex causa, & ea quidem*
vrgenti, adimere non potest.
6 *Suum quando est quid modicum, princeps auferre po*
test priuatis.

C A P. XXVII.

REdeamus modò ad propositum ordinem. Vo
luit Ias. & hoc quarto loco ponimus, hāc clau
1 sulam, sola facti ueritate inspecta † ut ius parti quęsi
tum, auferre possint, auctoritatem iudicib. nō tribue
re, in consi. 105. nu. 5. uolu. 1. auctoritate dominorū
Rotæ decis. 435. & decis. 490. Id quod optimè cōpro
bari arbitratur ex ijs, quę uoluit Bal. in l. nequicquā.
§. de plano. in 2. col. ff. de of. procons. & legat. Vbi in-
quit, cā cū illa clausula summariè, & de facto à Prin-
cipe cōmissa; licet iudex ordinē tā iuris ciuilis, q̄ sta-
tutorum sequi non compellatur, debet tn̄ sentētiam
secūdùm iuris dispositionem proferre. Propterea ꝙ
2 illud † verbum, de facto, licet amplam potestatē con-
tinere uideatur, eam tn̄ non concedit, ut sua sentētia
ius alteri parti adimat. Quemadmodum & olim, cū
omnia manu regia administrabantur, obseruatū est.
Facit etiam, quod posuit Ant. à Butrio in d. c. dilecti
3 per illum tex. in 3. not. de iudic. Vbi hæc omnia † ver-
ba: purè, simpliciter factum inuestigando, & si quæ
alia similia sunt in delegationib. & commissionib. ap
poni solita; quatenus pertinet ad ordinē iudiciariū,
rigorem & solennitas iuris respicere arbitratur, cæte
ris quæ ad merita causæ, & iustitiam ministrandam
pertinent, in suo statu consistentib. Cōfirmauit hoc
Bar. in d. extrauaganti ad reprimendum, in ver. uide
4 bitur, col. vl. & quęst. pe. ubi verbum † de facto in sta-
tuto appositum, omni iuris ciuilis solemnitate omis
sa, regiam ad manum refert. l. 2. in prin. ff. de orig. iu.
Dummodo contra naturalem ęquitatem, ius suū ali
cui nō auferatur, aut modo aliquo minuatur. Id qđ
nō solùm quò ad illam clausulam uerum esse; sed de
omnib. aliis quibuscunq; dicendum putat, quando-
quidem nullus iudex esse potest, qui ipso Principe à
legib. magis liber, & solutus sit, cum omnem, quā ha
5 bet libertatem, à Principe cōsequatur † Attamē Prin
ceps ipse ius suum alicui adimendi: nisi ex causa, & ea
quidem urgenti, potestatem habere nō dicitur, ꝑut
confirmauit Barto. in suo consi. incipiente. Punctus
quęstionis vertentis inter Albertum Ioannis, & Lu-
douicus Rom. in consi. 248. Hęc sententia duplici re
spectu, post Lapum in allega. 128. & idem Ludouic.
Rom. in rub. ff. de arbit. in col. 12. vers. Item si statu-
tum dicat, ꝙ iudex. Hāc declarationem ergo procul
dubio veram esse censeo, cum dixerimus, hanc clau-
sulam rem ad ius gentium, & manum illam regiam
reducere. Quandoquidem omnibus rigoribus, &
solemnitatibus iuris inuolucrisque, & cauillis verbo
rum, unde aliquid suum perquirentibus, fraudis aut
fallacię afferri posset, reiectis; nihil antiquis, aut

magis necessarium ad hominum communionē conseruādam duxit; quàm ut cuiq; suum inuiolabiliter habere liceret. Id tamen non procedere nonnulli uo
6 luerunt † cum modici momenti id esset, quod parti auferret. l. quoties de p tec. impe. offe. & præsertim si aliqua ex causa faceret.

1 *Sententia lata non nisi actis, & meritis causæ, uel tam breui tempore, vt ius litigatorum percipere non potuerit, clausula, sola facti veritate inspecta, non sustinetur.*

2 *Sententia non solùm iudicis, sed Imperatoris, & Papæ nimia temporis celeritate prolata, rescindi potest.*

3 *Sententia principis parte non citata non ualet.*

CAP. XXVIII.

VNde est quinto loco animaduertendum, quā tacunque sit uis huius clausulæ, sola facti ueri
1 tate inspecta, † ut ea sententia; quam iudex non uisis actis, & meritis causæ protulit, vel tam breui tēpore, vt percipere ius litigatorum non potuerit, confirmetur, & ualeat, efficere non posse. Loquens enim Ioannes de Amicis in consi. 24. num. 10. de quodam iudice, qui sex tantum dierum spacio magnæ, & grauis cuiusdam feudi causæ sententiam à die, quo processum receperat, protulerat; nullam eam extitisse, attestatur ob id, quòd causæ cognitionem tam breui tempore habere non potuit. Id quod firmat Bar. & sequuntur alii, in l. prolatam. in fi. & in l. ex stipulatione. C. de sent. & Antonius à Butrio in capi. 2. de sent. & re iud. & in capit. post electionem de concess. præben. & in c. uestra, de cohabita. cleric. & mulie. & Petrus de Anch. in d. c. 1. de sent. & re iudicat. in 6. & Paris. in consi. 124. numero 1. cum seq. uolum. 4. per tex. in clem. pastoralis. in uer. uerum ibi iudicātis præcipitatione, & in uer. diciue ergo sententia meruit: ubi etiam scribentes notant, de re indica. Hanc conclusionem sequuntur unanimes Doctores in l. secūda, C. de edendo, & fusius scribentes, & præsertim Fely. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. 5. & sequent. de constitutio. asserens id nō solum in definitiua: sed etiam in interlocutoria sententia locum habere; vt vult Bald. in l. ex stipulatione. per illum text. C. de sent. & Barto. in l. fi. ff. de feriis: cum aliis adductis p eum in eodem. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ colum. 11. uersicu. 4. not. Præterea idem uoluit Paris. in consil. 79. num. 1. cum sequēt. uolu. 1. & Dominicus à sancto Geminiano in consi. 79. numero 7. & Petrus de Anch. in consi. 255. numero 2. & 3. vbi inquit, nō solùm iudicis, sed Pontificis etiam & Imperatoris
2 † sententiam nimia temporis breuitate prolatam rescindi ob id, quòd sine causæ cognitione prolata præsumatur. c. tum ex literis. de restitutio. in integ. & cū ipso Anchara. in sententia Pontificis & Imperatoris cōuenit Dec. in consi. 544. num. 18. parte 4. Præterea præmissam conclusionem sequitur Barth. Soc. in cōsil. 244. nu. 9. vol. 2. & Ripa in l. is apud quem, num. 19. de edendo: & Pau. Castr. in consi. 248. par. 2. Pōt
3 comprobari: quia nō ualet † etiam sententia Principis parte non citata. l. fi. ubi glo. in uerbo præsentialiter. C. de legi. & c. j. de caus. pos. & proprie. Quoniā Princeps, citationem, quæ à iure descendit naturali, tollere non potest, cle. pastoralis. de re iud.

1 *Sententia incerta clausula, sola facti ueritate inspecta, non sustinetur.*

CAP. XXIX.

SExto præterea loco, ad hanc clausulam sola facti ueritate inspecta, & alias, de quib. supra diximus, adnotandum esse arbitratur Carolus Ruinus in
1 consi. 38. nu. 11. uol. 5. eā iudicem non releuare: † qn sentētiam certam secūdùm allegata & probata proferre debeat. Propterea φ cum diuino iure ad hoc adigat; præsumendū nō est, vt Princeps remittere uoluerit; Vñ esse inquit Rui. eodem loco, vt sentētia, φ ita prolata est, ut ex probationib. futuris declaretur, nō ualeat ui huius clausulæ, uti nec in ordinario iudicio valet, latè eo in loco cōprobat Rui. Ego aūt hoc loco illud animaduertēdum esse puto, cōclusionem Ruini, ut ipse eam ponere vr̄, tunc veram esse, cum aliunde non potest iudex in ueram causæ cognitionē uenire; sed ex suo capite sententiam nullis aliis præcedētib. probationibus & allegationibus profert.

1 *Iurari debet de calumnia, non obstante quòd causa sit cōmissa cum clausula, sola facti ueritate inspecta.*
2 *Iuramentum calumniæ quando inuentum.*
3 *Iuramētū calūniæ si omittatur, non uitiat processum.*
4 *Iuramentum calumniæ si petatur, Iudex illud cōcedere debet non obstante quacunque consuetudine.*
5 *Iuramentum calumniæ sufficit, si uniuersaliter in tota causa præstitum sit.*
6 *Articuli omnes, ubi causa est summaria, summariè expediri & decidi debent.*
7 *Sententia in summario iudicio lata & si in eodem in controuersiam redigatur, quòd antea summatim fuerat, iudicatum, præiudicium non affert.*
8 *Sententia in primo iudicio summario lata rei iudicatæ exceptionem non parit.*
9 *Probationes in summaria iudicio factæ non probant in ordinario.*
10 *Sententiæ definitiuæ appellatione an ueniat sententia lata in iudicio summario.*
11 *Sententia lata in causa summaria secundùm terminos clement. sæpe, de uerbo. signific. an sit verè definitiua, ita vt statutum loquens de mera definitiua eam includat.*
12 *Merum illud est, quod separatum est ab omni compositione.*

CAP. XXX.

SEptimus est casus, ī quo ista clausula nō operatꝛ, videlicet in iuro calūniæ: nam nihilominus stāte
1 hac clausula † de calūnia iurari dēt. Ita tenet Bar. in extrauag. ad repri. in uer. & figura, nu. 11. uers. itē an de calū. motus p tex. q hoc expressè pbat, in cle.
2 sæpe, de uer. sig. rursus & ea rōne † q hoc iurm de iure naturali & diuino est inductū tempore Moysi. ex odi.

3 odi.cap.22.& c. etsi Christus de iureiur.†quamuis si
omittatur,non uitiet processum.capit.j.§. 1. de iura
ment.calum.in 6. Paris uerò a Puteo in tracta. find.
in uersi.sententia.§.uerum.nu.13. (licet transitoriè)
uideatur firmare contrarinm allegando Ant. à But.
in ca. literas.de iuram.calum.Prosp.tamen. Carau.
super ritibus Magn.Curiæ,ritu.288.num.34.& 35.
& seq.opinionem Bar. magis probat. Nam (inquit
ipse) cum istud iuramentum iure naturali & diuino
inductũ sit, ut supra p hác clausulam aliàs diximus,
dispositioni præalleg atæ derogari non potest,vulg.
clem.pastoralis.de re iud. in §.fin.Inst. de iur. natu.
Vbi etiã subditu quòd quamuis in practica non ser
uetur in Regno,illud euenit;qa partes omittunt, qđ
4 possunt.d.ca.1.§.1.de iura.calum.in.6.† alioquin si
peteretur,index deberet cõcedere,nõ obstante qua-
cumque consuetudine, quę in contrarium allegare-
tur.c.cæterùm,extra de iura.calum.ut etiam per illa
media idem Carauit: refert se reperiisse tenere Aff.
post.Isern.in prelud.constit.Regn.9.quęst.12.num.
32.Alioquin processus esset nullus,ut dicit Romani
sing.428.tu babes.& Mathesil.sing.65.nota , quòd
statutum,& Cotta in memoral.in uersi. Iuramentũ
calumnię. Id autem uerũ est (ut inquit ipse in loco
supra adducto)tàm in principio causæ, quàm in qua
cumque parte Iudicii. d.c. 1. & tàm in causa princi-
pali,quàm appellationis.c.2. de iuram. calum. in 6,
5 flicet†sufficiat,si semel prestitum fuerit, uniuersali-
ter in tota causa,per tex.in Auth.hoc sacramentum
C.de iuram.calum. Etenim quoniam supra copiosis-
simè ostendimus.Iudicem,cui causa cum hac clausu
la cõmissa est; reiecto iuris ciuilis ordine iudiciario;
rigoreue,ac solemnitatibus, multa ex suo arbitrio;
quibus in perfectam causæ cognitionem adduci.pos
sit; admittere posse. Si fortaisè essent nonnulla in
causa allegata, & probata quæ Iudex modicum ad
causam facere existimet; si ipse ex aliis quomodocũ-
que productis;dummodo certus effectus sit,relictis
primò deductis, & probatis , sententiam protulerit
ex eo: quòd secundùm ea allegata & probata certa
non sit, nullam ullo modo esse existimauero , ut ex
iis,quæ supra diximus, facillimè percipi potest. Il-
lud etiam ad omnia præcedentia adnotandũ est; ut
quicquid diximus de causis principalibus , idẽ quo-
6 que de omnibus earũ articulis intelligẽdũ sit.†Quia
vbicunq; causa est sũmaria, omnes eius articuli sum
mariè expediri & decidi debẽt;ut inquit Bart. in di-
cta extrauagãti ad reprimẽdũ,in uersi.sũmariè, col.
3.& Iaso.in Rub.C. qui admit. col. 1. in fin. & Ro-
bert.Maranta in suo speculo aureo , seu lumine ad-
uocatorum,in quarta parte principali in nona distin
ctione principali,nu.34. Antequàm ad alia transeà-
mus,vnũ, quod ad præcedentia pertinet , adhuc su-
7 peresse uidetur, †sententiam uidelicet in summario
iudicio latam , in ordinario , & si in eo idem in con-
trouersiam redigatur , quod antea summatim fue-
rat decisum,præiudicium non afferre.l.Index.secun
dùm unam lecturam.ff. de his qui sunt sui uel alien.
iur. & l. si quis.§.si uel parens.ff. de liber. agnos. & l.
tertia,cum materia sua.C. de ædict. diui Adria. tol-
lend.& ideo inquit Signorolus Homodeus in consi.
303.nume.6. si rursus contigat,ut cum plena causæ
cognitione , an testator fuerit usurarius manif e
8 stus † perquiratur , sententiam in primo iudicio
summario latam rei iudicatæ exceptionem non pa-
rere ; ut uoluit etiam Alexand. in l. à diuo Pio.§.
si super rebus. numer. quarto. cum sequent. ff. de re
iudica. per illum tex. & in l. penult. ff. de his qui
sunt sui uel alie. iur. & tradit Bartol. in l. Qui Ro-
mæ.§.fina.in quinta oppositio.ff. de uerborum obli
9 gatio. Identidem † probationes in summario iudi-
cio factæ non probant in ordinario. cap. ueniens , il
secundo , de testibus , & not. Bartol.in l. secunda.§.
primo,in quinta columna. ff. ui bono.rapto. Idem
dixit de sententia Ioannes Antonius Rubeus in l. na
turaliter.§.nihil commune. nume. 194. ff. de acqui-
rend.possess. & tradit Bartol. in dicta extrauaganti
ad reprimẽdum,in uerbo summariè.& Imol.& An-
ton.à Butrio in c.causam quæ. de testibus, & Rimi-
naldus in consilio.99. numero. 24. uolum. primo.
Et ideo fuit dubitatum , ueniat ne sententia lata in
10 iudicio summario † sententię definitiuæ appella-
tione: ut inquit Ioannes Longouallus in l. impe-
rium.numero 43.ff. de iurisdictio.omn. Iudic. ob id
quòd non modicum sententiæ interlocutoriæ con-
uenire uideatur, propterea quòd lite non contesta-
ta & Iudiciorum solemnitatibus non obseruatis
profertur. Præterea etiam & Ioannes Baptista à
Sancto Seuerino in eadem. l. imperium.nume. 76.
11 quęrit,an sententia † lata in causa summaria, secun-
dùm terminos clement. sæpè. de uerborum signifi-
ca.sit uerè definitiua, ita ut statutum loquens de me
ra diffinitiua eam includat. Qua in re refert Ange-
lum non esse merè definitiuam,consuluisse; Nam li-
cet iuxta terminos dictę clementinę definiatur:atta
men, quia illud habet , ut supra diximus, commu-
ne cum interlocutoria: ut lite non contestata , &
alijs Iudiciorum solemnitatibus non obseruatis pro
12 feratur meritò mera diffinitiua dici non potest. † p-
pterea quòd merum illud est; quod separatũ est ab
omni compositione,ut dicta. l. imperium , & habe-
tur in l. secunda , in princip. ff. de uerbo. obligatio.
Huic suo consilio , ut refert eodem in loco idem
Ioannes Baptista, dicebat Angelus se Ioannem Li-
gnanum subscripsisse , & quamplures alios docto-
res tàm Bononienses quàm Perusinos , & licet non-
nulli alii contrarium suis consiliis persuadere cona-
rentur; attamen suam obtinuisse sententiam. Quę sa
tis comprobatur ex iis, quæ ipsemet post Bartol. di-
xit in l. si sic.ff. de leg. 1. comprobant eam Pontanus
in rub. de re iudic. & Anton. à Butrio in Rub. extra
eod. titulo. Verùm quia id extra propositam mate-
riam esse uidetur, meritò refero me ad ea, quę dicit
in loco supra adducto Ioannes Baptista à sancto Se
uerino.

1 *Opposita iuxta se posita magis elucescunt.*
2 *Summaria causa appellatur qualibet causa ecclesia*
stica,ubi de beneficio ecclesiastico agitur, secus si de
proprietate,& iure ecclesiæ agatur.
3 *Summaria causa est causa possessorii.*
4 *Sũmaria causa est,quæ in curia mercatorũ agitatur.*
5 *Summaria est causa usurarum , & quando.*
6 *Summaria est causa alimentorũ: si de præsentibus &*

futuris tractetur non de præteritis, uel ex contractu debitis.

7 *Summaria est causa, cum agitur contra confessum.*

8 *Summaria est causa, quando agitur contra religiosos, & præsertim via inquisitionis.*

9 *Summaria est causa, cum agitur de monachatu, postulaturque monachus ab aliquo abbate, seu prælato.*

10 *Summaria est causa matrimonialis.*

11 *Summaria est causa, cum agitur ad restituendã dotẽ, veluti soluto matrimonio.*

12 *Summaria est causa, cum agitur ad decimas, vel de decimis quomodocunque disputatur.*

13 *Summaria est causa executiua, quando nulla exceptio opponitur.*

14 *Pactum ingrediẽdi propria auctoritate facit causam summariam.*

15 *Summaria dicitur qualibet causa, qua contra absentem agitatur.*

16 *Summaria dicitur causa: cum de interesse tertij se opponentis executioni agitur.*

17 *Semiplena probatio admittitur, cum de interesse tertij se opponentis executioni agitur.*

18 *Summaria est causa, cum agitur ad exhibendum.*

19 *Iusiurandum sufficit, cum agitur ad exhibendum.*

20 *Summaria est causa, cum agitur contra debitores tributorum, aliarumue fiscalium functionum.*

21 *Citandi non sunt necessariò debitores tributorũ, aliarumue fiscalium functionum.*

22 *Causa est summarium, cum agitur cõtra gabellarios, passegerios & platearios.*

23 *Summaria est causa, cum quis mittitur in possessionem ex primo decreto, & solo iuramento inducitur probatio.*

24 *Summaria est causa, cum legatarius ab hærede legatorum nomine satisdationem petit.*

25 *Iuramentum legatarij sufficit, cum petitur ab hærede legatorum nomine satisdari.*

26 *Causa est summaria, cum agitur, an actio ex testamẽto actioni, causæue liberali seu præiudiciali præferenda sit.*

27 *Causa est summaria, cum testes ad perpetuam rei memoriam examinantur, cum proponitur testes esse senes, vel valetudinarios.*

28 *Probatio semiplena sufficit; si dicatur, testes esse senes, vel ualetudinarios, & ideo petatur eos examinari ad perpetuam memoriam.*

29 *Summaria est causa naufragij.*

30 *Summaria est causa modicæ summæ.*

31 *Sportulæ non debentur in causis modicæ summæ.*

32 *Causæ breuiores & modicæ summæ quæ dicantur.*

33 *Summariæ causæ dicuntur pauperum & miserabiliũ personarum, vt uiduarum & pupillorum.*

34 *Sportulæ non debentur in causis uiduarum & pupillorum.*

35 *Summaria est causa salarij, & mercedis.*

36 *Merces operariis quando soluenda sit.*

37 *Summaria est causa, cum de impedimento, ad secundã dilationẽ obtinendam probando, docendoque exceptionem iterum ad notitiam peruenisse, tractatur.*

38 *Iuramenti probatio quando sufficiat.*

39 *Summaria est causa, cum de leuib. delictis tractatur.*

40 *Summaria causa est, cũ tractatur de crimine læsæ maiestatis.*

41 *Summaria est causa, cum de tutore, curatoreque pupillis per iudicem dando tractatur, filione adoptãdo siue emancipando, siue bonorum possessione agnoscenda.*

42 *Summaria causa damni infecti est.*

43 *Summaria causa dicitur, vbi sententia non affert magnum præiudiciũ, nec vndequaque decidit, quin possit in alio iudicio grauamen reparari.*

CAP. XXXI.

AT quoniam, vt inquit Philosophus lib. 2. de
1 cælo & mundo † opposita iuxta se posita magis elucescũt. Idõ satis oportunum existimo; si hoc ĩ
co nonnullas iuris ciuilis summarias causas retulero
vt inde ĩtelligi possit, forma ab hac lege tradita adamussim obseruata; si quid super sit, quod ea compre
hensum non sit, quid commodi afferat causis; q̃ summariæ sint; & de plano in eis, & sine strepitu, & figu
2 ra iudicij procedi debeat. Primò igitur † causa summaria quælibet causa ecclesiastica appellatur, quotiescũque de electione, præbenda, canonicatu, aliaue huiusmodi ecclesiastico beneficio agitur clem. di
spendiosam. de iudic. & ibi Card. 36. quæst. aliter autẽ dicetur, si de proprietate, & iure Ecclesiæ tracta
tur: propterea quòd tunc ordinariè agendum est: ut
inquit Cardinalis in d. cle. dispẽdiosam, in 8. quæstione, & Bald. in bcũ seruum, uer. item si ageretur. C. de
ser. fug. & est gl. in c. cum qui, in uer. uitiosus, de eo q̃
mit. in pos. lib. 6. & gl. in cap. contingit. in gl. magna,
ver. sed numquid, de dolo & contu. vbi Abb. in 3. col.
in fi. & gl. & doc. in c. cura. de iure pat. & refert Marã
ta in speculo aureo, in 4. parte 9. distinctione princi
pali, nu. 36.
3 II. dicitur causa † summaria quælibet causa possessorii l. momentaneæ, & ibi Bar. C. vñ vi, tradit Deci.
in consi. 28. col. 2. & in consi. 56. col. j. & Bar. in extrã
uag. ad repri. in ver. summariè, col. 2. & Alc. in consi.
66. col. j. in 5. vol. Id autem quomodo procedat, tradit Maranta eod. in loco nu. 37.
4 III. est causa † summaria, quæ in curia mercatorum
agitatur: ut tradit Bar. in l. fideiussor. §. quædã: & in l.
Quintus ff. mand. & Bal. in l. si pro ea, col. pe. C. manda. & Ias. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. col. 3. ff.
de pac. & Bal. in cons. 400. col. pe. & in cõsi. 466. col.
2. uol. 5. & Soc. sen. in consi. 65. col. fi. uol. 4. quãplures cumulat auctoritates Benuenutus Straccha in
suo tractatu de mercatura, in ulti. parte.
5 IIII. † inter causas summarias connumeratur etiã
causa usurarum; uti quando contra creditorem contractum excipitur esse usurarium, vel testamentum
vsurarij non ualere, vel testatorem ipsum sepelliẽdũ
non esse in ecclesia, & huius generis multa, de quib.
per Card. in d. cle. dispendiosam. 31. quæst. & quinq;
aliis subsequentib. de iudic.
6 V. † etiam loco alimentorum causa summaria dici
solet, propterea quòd de plano, & die feriata expeditur. l. 2. ff. de feriis, & not. Alexand. in addition. ad
Barto. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de liber.
agnoscen.

agnoscen.& Bal.in l.si quis in suo.C. de inoffi.test.& in l.nonnunquam.in 2.lec.ff.de iudic.& Bart.in l.1. §.si.in 1.col.ff.de præto.stipula.Id autem de alimentis præsentibus & futuris, non de præteritis intelligendum est:ut declarat Bal.in l.1.col.2.versi. quæro nunquid in causa.C. de fideicommissis. Minusque etiam si ex contractu debeatur, ut tradit idem Bal. in d.l.nonnunquam.

7 VI. loco† dicitur causa summaria, cum agitur contra confessum; propterea quòd debitore in iudicio confesso,alio iudiciario ordine opus non est,sed illi tantùm præcipitur, vt soluat:ut uoluit Bald. in l. si debitor.in prima lectura.ff. de iudic. est etiam text. & ibi no. Bartol.quem sequuntur alij in l.vnica C.de confess.

8 VII.† quando agitur contra Religiosos, & præsertim uia inquisitionis: eo enim casu ordine iudiciario opus non est.sed agitur de planò,tex.in capitu.olim.& ibi Franciscus Aretinus in 4. colum.in 6. notabili.

9 VIII.† quando agitur de monacatu; postulaturq; monachus ab aliquo abbate, seu prælato, cuiusuis monasterij, uel à se ipso: vt inquit Cardinal.in dicta clemen.dispendiosam,colum.4.in quarta quæst. de Iudic.

10 IX.† pterea loco summaria est causa matrimonialis,quæ expeditur de plano,sine strepitu,vt inquiūt, & figura iudicii.d.cle.dispendiosam,& ibi gl.& Car. in 24.quæst.cum tribus alijs subsequentibus,& traditur per Abb.& alios Doctores in ca.Alberic.extra de testibus.

11 X.† est causa summaria,cum igitur ad restituendā dotem,veluti sol.mat.etenim cum à matrimonio pēdeat,non minus summaria,q̄ causa matrimonij dici debet, ita inquit Cardinalis in di.clem.dispendiosam,in 30.quæstio.

12 XI.†cum agatur ad decimas,de decimisue quomodocunq; disputatur.d.cle.dispendiosam.ubi Cardi. 12.quæstion. cum tribus subsequentibus,& in quæstione 17.

13 XII. inter† summarias relata est causa executiua: vtputa si sententia exequatur.l.a diuo Pio.§.si super rebus, & ibi notant Doctores.ff.de re iudic.& Barto.in l.litibus colum.pen.C.de agric.& censi.lib.11. & Lanfrauc.in clem.sæpe colum.2.in 13.conclusione,de uerborum sig.Id quod declarat Bald. in l. prima§.is uidetur in ulti.colum.ff.si quis ius diecn.non obtemper. cum contra executionem nulla exceptio possit locum habere: Idem quoque est in executi-

14 uis causis instrumentorum, vti † si pactum appositum fit, ingrediendi propria auctoritate, ut habetur in l. creditores.C. de pignor. & declarat Barto.in dicta l.creditores,colum.6.in fi.uersic.aduerte tamen.

15 †XIII. dicitur summaria quælibet,quæ contra absentem agitur causa,ut voluit Fel.in ca.causam quæ ij.col.4.uer.quartò restringe,de testibus:per ea quę dicit gl.& Baro.& Doctores in l.j.C.quor.appellat. non recipi.

16 XIIII.† cum tertius pro suo interesse ad impediendam executionem sententiæ comparet,etenim tunc antequam admittatur,summariè de suo interesse cognoscitur,ut est tex.& ibi Abb.in 4.col.in fi.ver.nūc restat in c.ueniens secundò,ubi etiam Fel.in 6.col.de testibus, & tradit Bar.in d.l.à Diuo Pio.§.si super rebus.ff.de re iudic. & latius in l.si perlusorio.§.j.ff. de

17 appella.& Abb.in ca. cum super de re iudic.† Semiplena enim probatio, non autem per iuramentum sufficit:ut inquit Bartol.in dicto§.si super rebus. in prima colum.

18 XV.†cum agitur ad exhibendū causa summaria ap

19 pellatur:† propterea quòd per solum iusiurandū leues probationes admittuntur,ut est tex.& ibi glo.in versi.summatim,in l.3.§.sciendum,& in l.thesaurus. ff.ad exhib.& Bar.in l.nequicquam.§.de plano.in fi. ff.de of.procons.

20 XVI.† est causa summaria, cum contra debitores agitur tributorum,collectarum, aliarumue fiscaliū functionum ob id,q̄ in ipsis exigendis nullus iudicia

21 rius ordo seruatur.Immo † etiam nec citatio requiritur.Sed solùm præcipitur,ut soluatur,vt notat Bal. in consi.434.licet.in uol.3.

22 XVII.dicitur summaria causa, cum agitur contra eos,quos gabellerios,passeggerios,& platearios appellant,q̄ indebitè id exigunt,quod non debet:And. ab Isernia,& Matthæus Affli.in cōstitutione Regni, quæ incipit auctoritatem.

23 XVIII.† est causa summaria,cum mittitur quis in possessionem ex primo decreto, quandoquidem summatim de debito constare satis est, & ex consequenti semiplenè solo iureiurando, ut inquit Barto.in l.cum proponas.C.de bonor. auctorita. iudic. possiden.& gloss.in l.Fulcinius.§. primo, in uersicul. oportet.ff. ex quibus cau.in possess.eat.& idem Bartol.in l. si finita.§. Iulianus ff. de damno infecto & in l.prima §. final. C. ubi in rem actio. per il lnm text.

24 XIX.† cum legatarius ab herede legatorum nomine satisdationem postulat; etenim si heres caluniosè peti opponat, summatim de hoc index cognoscere

25 debet,sufficitq; solum legatarij,† iusiurandum text. est iuncta gl.in versi.summatim,in l.si is à quo.§.j.ff. vt in possess.legato.Id quod in aliis quoq; similib.stipulationib.satisdationibusq; locum habet l.j.§.fina. vbi Bar.tradit.ff.de prætori.stipula.

26 XX.† nō minus est causa summaria,cum agitur,an actio ex testamento actioni,causæue liberali,seu prę iudiciali preferenda sit.l.si quis libertatem.§. planè. ff.de petitio.hered.

27 XXI.†cum quispiam testes ad perpetuam rei memoriam examinari vult;causa preterea summaria appellatur;propterea q̄ tales testes esse senes,seu valetudinarios,ita ut facile eos mori contingere possit,

28 iudici constare debet† hac autem de re per semiplenas probationes summaria cognitio adhibetur.l.in lege aquilia si deletum,vbi Bar.& Doc.ff.ad l.Aqui. iuncta gl.ibi in ver.qui testes.

29 XXII.† est summaria causa naufragii: procedit nāque contra surripientes res in naufragio summariè, & de plano,tex.est & ibi Barto. quem sequuntur alii Doctores in l.de summersis.C.de naufra.lib.11.Ratio autem est,ne afflictis afflictio addatur.

30 XXIII.† breuis causa, seu modicæ summæ inter summarias redacta est, authen. nisi breuiores. & ibi

Bar.& Bal.C.de sent.ex breui.recitan.& notat gl.in §.necessitatem.in ver.ex non scripto.in Auth.vt iud. sine quoquo suffra.& tex. in §. sit tibi quoque.in Au th.de mand.prin.iuncta gl.ibi in uers. breuiores: debent enim huiusmodi causæ de plano, & ex nō scripto cognosci: ut traditur in locis relatis; Immo &
31 † sine sportulis,vt est tex.in §.ue autem.in Authē.de
32 iudic.& in d.§.sit tibi quoque.Quæ † nam autem dicantur causæ modicæ,& breuiores declarat tex.in l. si oleum.§.fi.cum l.seq.ff.de dolo.vbi causam modicam infra duos aureos esse dicēdum uidetur. Magis tamen communis doctorum sententia est;ut id arbitrio iudicis relinquatur; qui personarum, & causæ qualitatem inspiciat,& consideret; Propterea quòd inter magnos uiros, & valde diuites cētum aureorū causa modica dicetur,& rursus inter pauperes causa unius bouis,vel suis magna dici potest, vt inquit Bal.in dicta auth.nisi breuiores,& notat plenè Iaso. in repeti.l.admonendi colum.123.ff. de iureiurād. & facit gl.in l.illicitas.§.ne tenuis.ff.de offi.præsi.& Card.in clem.sæpe.in 3.quęst.de ver.sig.Dicitur prę terea causa breuis,vbi plus in sportulis erogaretur, quàm causa ipsa contineret,ut inquit Bar.in l.mediteraneæ.C.de anno.& trib.lib.10.& Pel.in c.nonnulli colum.prima,& secūda,de rescri. Quòd autē modicitas causæ arbitrio iudicis relinquatur, vltra paulò ante relatos,tenet Bar.in l.sed & si susceperit.§.j. ff.de iudic.& in dicta l.admonendi col.ante pe.& gl. in c.fi.de iudic.lib.6.& Bal.in l.2.colum.3.C. de pedane.iudic.& canonistæ, & præsertim Fely. in capitu.in causis.de testibus Bartol.in l.diuus.ff. de bon. damna.

33 XXIIII. pauperum † & miserabilium personarū
34 causæ summariæ dicuntur,vti † etiam sunt viduæ, & pupilli, quorum causæ de plano, & sine scriptis, sportulisue, cognosci debent, ut est text. in dicto §. sit tibi quoque,in Auth.de mandat.princip.ibi,vilium,vbi Barto.& doc.& est etiam tex.iuncta gloss. in verbo,uel personæ in l.nonnunquam. la prima.ff. de iudic.& in dicta l.illicitas.§. ne tenuis.ff. de offic. præsid.

35 XXV. est summaria † causa,vbicunque de salario, laborisue mercede tractatur. vt inquit Bal. in auth. nisi breuiores.C.de sent.expe.recita.Imo. & iure diuino comprobari videtur; dicitur enim Matthei c. 20. Voca operarios, & redde singulis mercedem suam.& notat glo.in clem.dudum.§.verum,de sepul
36 tu.facit non modicum,quòd † merces operariis, & si in calce diei antè tamen occasum solui debet: secundùm Card.in clem.fi.in 13.quæst.de præbend.& habetur Deuteronomii ca.24.& Thobiæ c.4.& Leuitici c.30.

37 XXVI. est quoque † causa summaria: cum de impedimento ad secundam dilationem obtinendam probando,docendoque,exceptionem iterum ad no-
38 titiam peruenire tractatur: hæc enim † probatio summariæ & per iuramentum solum fieri potest; ut est tex.in c.pastoralis,in fi.de exceptio.& tradit Bar to.in extrauaganti ad reprimendum,in ver.summariè.colum.3.

39 XXVII. vbicunq; de leuib.† delictis tractat; summaria cā appellatur;quia huiusmodi delicta de plano expediuntur.l.leuia.& ibi Bar.ff.de accus.& Lanfran.in clem.sæpe.in uer.de plano in 2.conclusio de verbo.signifi.

40 XXVIII. est causa summaria † cū de læse maiestatis crimine tractatur ob id, quòd hæc causa summariè, & sine strepitu,& figura iudicij peragitur, vt est tex. in dicta extrauaganti ad reprimendum.

41 XXIX. causa † est quoque summaria,cum de tutore,curatoreve pupillis per iudicem dando tractatur: filioue adoptando, & emancipando; seu bonorum possessione agnoscenda, aliusue huius generis, quòd de plano,& à Iudice qualibet die etiam feriata expediantur.l.secunda ff.de feriis:& l.qui habet.§.quolibet.ff.de tutel.& l.nec mandante.§.dari. ff.de tutori. & curato. datis ab his: & l. final.C. qui admit.& Lanfranc.in dic.clemen.sæpe, in ver.de plano, in fin.

42 XXX. † causa summaria dicitur damni infec. Ab. in c.1.nu.18.de mutu.petitio.

43 XXXI. † causa summaria dicitur,vbicunq; uersatur causa,super qua sententia lata non infert magnū præiudicium,nec unde quaq; decidit, quin possit in alio iudicio grauamen reparari. Abb. in c.cum dilecta.nu.24.de confir.vtil.vel inutil. Possent plures & aliæ species,in quibus causa dicitur summaria, recēseri,de quibus tradit Speculator in ti.de offi. om.iudi.§.postremò ex his causis summariis:& si nonnullę ad legem hanc nostram non pertineant, vt ecclesiasticæ,& criminales, attamen cum infra formam hic traditam prosequemur,non temere summariis causas recensuisse apparebit,transeamus ad alia.

1 *Verba hæc, summariè, de plano & strepitu, & figura iudicij, in quibus legibus & capitulis reperiatur.*
2 *Strepitus iudicij quid denotet, & in quibus legibus ta lis nox usurpetur, seu capitulis.*
3 *Strepitus apud probatos auctores quid denotet.*
4 *Figura iudicij dicitur forma à iure introducta, quæ ex actis & terminis constitutis constat.*

C A P. XXXII.

1 Statuentes itaque ideo hoc loco simul hæc verba † summariè, de plano,& sine strepitu & figura iudicij apposuerunt; ut omnia complecterentur, quibus rigor & iuris solemnitas reiici solet. Quibus vsus est summus Pontifex in clem.dispendiosam. de iudic.& in clem.sæpe,de verborum signific. inter nostro autem iurecōsultos Vlpianus in l. nec quicquā. §.de plano.ff.de offi.procons.& leg. vtitur dictione illa de plano,& Papinianus in l.miles.§. sexagiuta.ff. ad l.Iul.de adul. vbi ob id, quòd de plano agitur, libellus diebus feriatis,& iudice pro tribunali nonse-
2 dente,porrigi potest.Strepitum † autem iudicii pro ipsa partium,& procuratorum in iudicio conclamatione à nostris iurecōsultis accipi arbitror. Vnde inquit Imperator in l.siquis in suo.C.de inoffi.testam. non statim, & sine contentioso proposito, vel vlla mora eam restituere uoluerit; sed ex pacto iudiciorum strepitu,& multis, variisque certaminibus habitis,

bitis, post longum tempus ex sententia iudicis uix eã reddiderit. & in l. vbi falsi examen. C. ad l. Cornel. de fal. inquit, ultimum autem finem strepitus crimina lis compendioso spatio limitamus; quem litigantem disceptantemque fas non sit excedere. Meminit etiã de strepitu imperator in l. secunda. C. de epis. & cler. & summus Pontifex in c. fina. extra de feriis, inquit. Quamuis non prorogari, sed expediri deceat q̃ones; debet tamen iudicialis strepitus diebus conquiescere feriatis, & in c. quorumdam. de electio. & elec. pote sta. lib. 6. inquit, dum principaliter ruunt in litigio rum anfractus, & causarum strepitibus se inuoluũt, & in capitu. primo in fi. extra de sindi. ait. Expedit. n. pro paruo incommodo à strepitu causarum seruos Dei esse quietos. Quamquam autem conclamationes, & uociferationes apud doctores nostros signifi-
3 care uideatur † attamen apud hac in re probatos au ctores, pedum ambulantium, manuumque aliquid pertractantium sonũ propriè denotare videtur. Vnde Cicero 2. Verri. inquit: Tum uerò nõ strepitu, sed maximo clamore suam Populus Romanus significa uit voluntatem: & de claris oratoribus cõcursus ho minum, forique strepitus. Idem ad acticũ lib. 13. Heri nescio quid i strepitu uideor exaudisse: cũ diceres te in Tusculanũ venturũ Liuius ab urbe 52. Metius in paludem sese strepitu sequentium trepidãte equo coniecit: Cesar 4. belli Gallici. Atque ipso terrore equorum, & strepitu rotarum ordines plerunque
4 perturbant: Figura † autem iudicii dicitur forma ipsa à iure introducta, quæ ex actis & terminis con stitutis constat, de quibus infra latissimè tractandum est; cum acta & terminos huius statuti prosequemur.

1 *Statuto stante ut iudex in qualibet causa sententiam de consilio sapientis ferat, & alio si caueatur, ut iudex in quibusdã causis summarie procedat, an in iis etiam, quæ consilio sapientis indigent, summariè pro cedere debeat.*

2 *Statuto si caueatur, iudicem quamlibet sentẽtiam de consilio sapientis ferre debere, & altero, iudicem in quibusdam causis summariè procedere oportere, in secundo statuto, ut sententiam de consilio sapientis ferat, repetitum intelligitur.*

CAP. XXXIII.

Quoniam in hoc nostro statuto dicitur (vt uidimus) summariè, simpliciter, & de plano: potest hoc loco satis aptè de illa doctorum quæstione
1 quæri. An aliquo existente statuto disponente † vt iudex in qualibet causa sententiam de consilio sapientis ferat: & alio caueatur, vt iudex in quibusdam causis summariè procedat. An in ijs etiam, quæ consilio sapientis indigent, summariè procedere debeat. In hac quæstione. Barto. in l. prætor ait. §. eritq; differentia. nu. 2. ff. de tribo. rap. eū debere summariè procedere arbitratur. Mouetur autem Bar. ea
2 potissimum rõne, quòd si statuto caueat, iudicẽ quã libet sententiam de consilio sapiẽtis ferre debere; & altero, iudicem in quibusdam causis summariè procedere oportere, in secundo statuto, vt sententiã de consilio sapientis ferat, repetitum intelligendum esse. Nam, inquit ipse, cum illud primum statutum p uiam regulæ in omnibus causis procedat; meritò in alijs statutis repetitum intelligi debet. l. regula. ff. de iur. & fac. ignor. Hanc conclusionem Barto. sequitur Bal. in l. quemadmodum. §. fi. ff. ad l. Aquili. & Anto. à Butrio & Imo. in clemen. j. de supple. negli. prela. & Soc. senior in consilio 95. capiendo primum, numero 3. lib. 1.

1 *Statuto stante quòd iudex summariè, simpliciter, de plano, & sine strepitu & figura iudicii procedere debeat, intelligatur ne ei alio speciali statuto derogatum, quo disponitur in ultimis 10. diebus instantiæ iurium productionem fieri non posse.*

2 *Iura fœdere distinctionis, uel subauditione ad concordiam reduci debent.*

3 *Iudex quò ad factum ipsius cognitionis licet amplissimam potestatem habeat. Attamen excedere, uel ipsius cognitionis terminum prorogasse posse non cẽsetur.*

4 *Terminus ad contradicendum aduersario postulanti concedendus est, iuriũ productione admissa, alioquin productio producentem non releuaret.*

CAP. XXXIIII.

1 Prætera dubitari etiam potest † stante dispositione statuti nostri, quòd iudex summariè, simpliciter, & de plano procedere debeat; intelligatur ne ei alio speciali statuto derogatum; quo disponitur, vt ultimis decem diebus instantiæ iurium productio fieri non possit: ut infra. Ludo. Rom. in consilio 322. hanc quæstionem ad utranque partem disputã do prosequitur; & tandem, ut huic generali statuto illo speciali, ut ultimis decem diebus instantiæ ulla iurium productio fieri nõ possit, derogatum esse cõ cludit. Ratio autem est; ut ipse inquit, quia quando
2 duo iura † fœdere distinctionis, vel aliquid subintelligendo, ad cõcordiam reduci possunt; id semper faciendum esse, vt correctio euitetur, dubium non est: ut est tex. in §. quibus in 1. cõstitutione C. & in l. vni. C. de inof. dotatio. & in ca. cum expediat. de electio. in 6. & no. gl. in l. si uerò. ff. qui satisd. cogant. & in au then. operatur. C. de litis contesta. & patet in l. sed & posteriores. ff. de legibus. Id quod ita uerum est, ut etiam procedat: si in secunda constitutione clausula derogatoria, non obstante, vel aliqua dictio taxatiua tantum, duntaxat, vel huiusmodi adiecta sit. De primo est gl. in auth. de hæred. ab intesta. venien. in prin. super verbo uacantib. & de secundo notat gl. in l. & non tantum, in uerbo nec vlla exceptio. ff. de peti. hær. & in l. 1. §. deniq; in uer. nulla iusta. ff. quod ui aut clã. & in l. ob æs. C. de pręd. mino. & in l. serui nomine. ff. de usuc. & l. j. §. seruũ corporaliter. ff. de acq. pos. & in l. ita nobis pudor. C. de adul. & notat Bart. in extrauag. ad reprimendum. sup uerbo non obstãtib. sed ipsa generalis constitutio iusdicenti in procedendo amplissimam potestatem tribuens potest cum

. cum alia ad concordiam, quæ uult, productionem iurium ultimis diebus instantiæ fieri nõ posse; reduci si subintelligatur; dum tamen ultimis decem diebus productiones iurium non admittat; Meritò consequens est, ut illud, quo concordia inducitur, ut constitutionis derogationẽ euitemus, subintelligamus. Dicit enim. l. non nouum, posteriores leges à prioribus interpretari & è conuersò. l. non est nouum. & l. sed & posteriores. ff. de leg. Secũdò mouetur Rom.
3 quia licet † Iudex quò ad factum ipsius cognitionis amplissimam potestatem habeat; Attamen ob id, vt extendere, seu ipsius cognitionis terminum pro pagare possit, habere nõ censetur. l. si in lege. in prin. ff. locat. ubi inquiunt Barto. & Bal. Iudicem, qui vigore statuti circa processuum cognitionem plenum ac liberum arbitrium habet, terminum sibi præfixũ prorogandi cognitionem non habere, quia factum prætoris iuri publico derogare non potest l. 1. ibi, neque enim. ff. de ferijs. Tertiò mouetur eodem in loco ob id, quòd ea fuerit statuentium intentio, ac uolũtas ea ut de causa Iudici circa processum omissa omni iuris solemnitate summã auctoritatam dederint, ne litis fiant immortales; sed citius quàm iure communi constitutum sit, finiantur. Sed si ultimis decem diebus instantię iurium productionem admitteret; utique finem litium longius contra intentionem & uoluntatem statuentium produceret Id autem, quod sic se habeat, ita ostẽditur. Nam admissa ultimis illis decem instantiæ diebus iurium productione, utiq; aduersario id postulanti, ad contradicendum † termi-
4 num concedere teneretur, cum alioquin nil illa productio producentem releuaret, ut satis clarè deciditur in c. chartę. 3. quęs. 9. quòd plurib. in locis hoc idẽ confirmat Bal. & Bart. in extrauaganti ad reprimẽdum, ibi, litium decisiones retardantur, Natura enim seu ius illius clausulæ, ut in causis procedatur summariè & de plano, sine strepitu & figura iudicii, ea est; ut iudex dilationes amputet, & lites pro viribus breuiores reddat, clement. sæpe, de uerbo. signifi. Si igitur illis decem instãtię diebus ultimis iurium productionem reciperet, aliũ & ualde diuersum ab eo, ad quẽ inductum esset, contra iuris dispositionem effectum efficeret secũdùm statutum clem. primo, de preben. & c. transmissæ. de uerb. signi. & l. legata inutiliter. ff. de legat. primo. & l. cum tale. ff. de conditio. & demonstrat. cum similibus. Alijs comprobat Romanus ibi auctoritatibus & argumentationibus hanc conclusionem, quæ breuitatis causa omittuntur, cũ quo breuiter concludendum est; ut tali generali statuto derogatum sit.

1 *Statutum disponẽs, ut Iudex de facto disponere possit, quomodo intelligatur.*

CAP. XXXV.

1 PRæterea quæri etiam hoc loco potest † si statutum disponat, ut Iudex de facto disponere possit, quomodo tale statutum interpretetur, & quid talia uerba denotare intelligantur; Hac in re manum regiam denotare uoluit Barto. in d. extrauaganti ad reprimendum, in uerbo uidebitur, in fi. versicu. quid si dicatur in statuto, & in consilio 82. punctus quæstionis uertentis, num. 2. At Bal. in l. 1. in fin. ff. de eui ctio. & in quodam suo consilio: quod incipit. Ludouicus Philosophi de Ciuitate Castelli, inquit, ui horum uerborum Iudicem præter legem, non contra legem facere posse. Id quod noluit antea Lapus, licet ipse de eo mẽtionem non faciat, in allega. 28. ut tradit Roma. in Rubr. de arbi. num. 45. & Catald. de Boncompagn. in tract. sindica. num. 55. & Fran. Are. in consil. 84. diligenter põderatis, nu. 3. uersi. & hoc maximè est dicendum in casu nostro, & Georgi. Natta in clemen. sæpe. §. non ue tamen colu 22. de uerb. signifi. & Io. Anani. in c. penult. colum. fi. uer. quid autem si dicatur, de accusatio. & Alex. in l. prætoris. ff. de his qui notant. infam. in apostila ad Bar. & in consi. 189. in causa & lite uertẽte, in ult. col. lib. 5. & Ias. & Ang. in §. in bonæfidei. nu. 47. cum duobus sequentibus, instit. de actioni.

1 *Formam omnino seruandam hic apposuerunt statuentes.*
2 *Ablatiui absoluti conditionem important.*
3 *Statutum conditionaliter loquens formam inducit.*
4 *Formam obseruare non dicitur, qui tempus non obseruat.*
5 *Actus, qui non seruata huius statuti forma geruntur, sunt prorsus nulli.*
6 *Leuis qualibet solemnitas pro forma tradita actũ uitiat, si omittatur.*
7 *Iurari in litem potest contra tutorem non seruantem formam.*
8 *Forma omnia uerba debet amplecti adamussim suo iuramento tutor.*
9 *Forma baptismatis à Christo tradita obseruanda.*
10 *Iusiurãdum, de quo in l. si quis maior. C. de transactio. quomodo adimpleatur.*
11 *Iuramentum factum per sanctum aliquem differt à facto per Deum.*
12 *Forma ubi certa à iure cõstituta est, nõ potest per æquipollens adimpleri.*
13 *Forma non seruata etiam in fauorabilibus actum uitiat.*
14 *Forma dat esse rei.*
15 *Formam statuti etiam in tempore adimpleri debet.*
16 *Forma cum sit indiuidua, interuallum non recipit.*
17 *Forma in suspenso esse non potest.*

CAP. XXXVI.

LIcet statuentes supra dixerint in causis procedi posse breuiter, summariè, de plano, & sine strepitu & figura iudicij, subiunxerũt tamen illa uerba; seruata tamen forma præsentis legis; quæ quidem
2 non obstantibus prædictis omnino † seruanda est, propterea quòd non solùm ex eo id dicendum est, quod expressè dixerint statuentes, seruata tamen forma præsentis legis; uerùm etiam satis ex uerbis Rubricę colligi potest, cum per illa uerba cõcepta sit. De modo procedendi in ciuilibus; nam, ut ibi diximus idem

est

est dicere de modo, ac si de forma dictũ esset, prout
latius in dicta Rub. declarauimus. Secundò com-
probatur, ex quo statuentes ibi seruata tamen forma
2 præsentis legis, ablatiuo † absoluto vsi sunt; qui sanè
conditionem importat, & exponitur, si forma præsen
tis legis seruata fuerit. l. cuictis agris. ff. de usur. & l. à
testatore. ff. de condit. & demonstr. & l. ab emptio-
3 ne, cum ibi notatis. ff. de pact. Verùm † ubi statutũ
conditionaliter loquitur, vt formam inducat, uoluit
Bald. in auth. matri. & auiæ. C. quando mulier tute.
offic. funga. ubi expresse inquit, conditionem à lege
appositam nunquam leuem solemnitatem contine-
re, imo eam existere oportere arbitratur, argumen-
to text. in l. prætor. in princ. ff. de colla. bono. & tradit
Felyn. in dicto cap. cum dilecta. nume. 23. versicu. &
dicet, quòd conditio. de rescrip. & Dec. in consil. 11.
& pro tenui. num. 9. libr. primo, qui in specie in sta-
tuto, quod utitur ablatiuis absolutis loquitur. Præte
rea, quod vbicumque ea, quæ obseruari debent, ab
ipsa lege referuntur, pro forma apposita sint, est tex.
& ibi declarant scribentes in l. hac consultissima. C.
qui testam. face. poss. Multo ergo magis in terminis
huius statuti id dicendum erit, in quo, ea quæ sequun
tur, expresse pro forma obseruari debere, dicunt sta-
tuentes, ut inquit Hier. Grat. in consilio 16. num. 14.
uolum. 1. & Felin. in c. cũ dilecta. num. 23. & sequẽ.
extra de rescr. & Gozad. in consil. 73. numero 13. Itẽ
quòd conditio formam inducat, tradunt recentiores
in l. 2. §. quòd si in patris. ff. solut. matri. & Bart. in l. 2.
§. primo. ff. de donatio. & Petr. Gerar. in singul. 4. nu-
me. 4.

Tertiò non modicum facit, quia traditus est or-
do prius & posterius, inquit Bal. in l. prima, colum.
tertia, ibi ex dicto Rofred. C. ne lice. tert. prouoc. &
tradit Felin. in d. c. cum dilecta, de rescrip.

Quartò comprobatur conclusio nostra ex eo,
4 quòd statutum tempus apponit † & qui non seruant
tempus, formam obseruare non dicuntur, ut inquit
idem Felin. in dicto ca. cum dilecta, in octauo signo.
de rescriptis per tex. in l. scire oportet. §. consequens,
ibi, non aliter audiri, nisi fuerit obseruatum consti
tutum tempus. ff. de excusat. tuto. quem ad hoc adu-
cit singulariter Bal. in auth. quæ supplicatio, prope
finem. C. de precib. Imper. offeren.

Quintò & ultimò non modicum ad conclusionẽ
nostram facere uidetur, quòd à iure communi satis
dispositio huius statuti recedere uideatur, ut inquit
Petr. Anch. in consil. 242. ex tenore. & in consilio 35.
Visa quadam petitione, & refert Hyppo. Marsi. In cõ
si. 65. nu. 14. & in consi. 133. nu. 16. & Natta in cons.
32. num. 7. uol. 1.

Cum igitur ea, quæ ab hoc statuto infra dicuntur,
pro forma tradita sint: illud cõsequens est; ut actus,
5 qui non seruata forma † huius statuti gesti fuerint,
prorsus nulli sint, & robur ac ualiditatem nõ habeãt
c. pisanis. de restitut. spolia. & c. uenerabilis de offic.
deleg. & l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transactio. & tra-
dit late Fel. in dicto c. cum dilecta. uersicu. gesta con
tra formam, num. 36. & alij relati per eum extra de
rescript. & Angel. & Imol. in l. si quis quoties. §. si quis
nomen. ff. de hæred. instituen. & Ias. in l. non dubium
colum. 4. C. de legib. & Soc. in consi. 45. Visa appella
tione colum. 4. uersi. respondetur, quòd imo. lib. 1. &
Dec. in dicto consi. 11. post nume. 9. & Anchar. in cõ
si. 35. uisis. colum. fi. & Bald. in l. humanum. col. 2. C.
de legib. & in consi. 11. præmissis. col. fi. lib. primo, &
in consil. 124. lib. 2. & Parisi. in cõsi. 61. num. 15. 16.
& 17. lib. 3. & in consi. 41. num. 15. lib. 4. & consi. 99.
num. 25. lib. 1. & in consi. 12. num. 47. & 48. & in cõ-
silio 33. num. 24. lib. secundo, & in consi. 46. num. 6.
& in consi. 68. nu. 17. & in consi. 49. num. 11. lib. 3. &
Grat. in consi. 127. num. 15. uolum. 1. & in consi. 81.
num. 7. & in consilio 122. nume. quarto; eod. uol. &
in consil. 16. num. 2. & in consil. 140. nume. 3. eod. uo
lum. & Bertran. in cons. 364. nu. 2. lib. 2. & latissimè
Albert. Bru. in suo tract. de forma, & soléni. in mem.
de potentia & effectibus & formæ & solemnitatis ef
fectu 21. Id autem non solùm si contra formam fiat,
sed etiam si præter, uel citra gestus fuerit, non ualet,
ut dixit Felin. in dicto c. cum dilecta, & in d. uersicu.
gesta contra formam, in prima amplia. sub num. 41.
post alios relatos ibi per eum, & in specie, quòd statu
ta, quæ dant formam ordinandi iudicij, obseruanda
sint, tradit Raffael Fulgosius in l. ictus fustium. num.
7. ff. de his qui not. infam. & ita in facto super hoc sta
tuto consuluit dominus Marcus Asinius Pater meus
Ratio autem ea est, quòd forma tradita à statuto in
dubio dicitur substantialis, ut notat Bald. in l. compa
rationes. oppositione tertia, in fin. C. de fid. instrum.
& Ancha. in dicto consi. 242. ex tenore, in fine, & Se-
bastianus Vantius in suo tractatu nullitatum, in titu.
de nullitat. sententiæ ex defec. proces. numer. 54. &
Lauren. Silua. in consilio 40. num. 17. Præterea ultra
prædicta, quòd forma non seruata actus sit nullus,
uoluit idem Bal. in l. prolatam, colum. penult. uersi. &
nota quòd. C. de sentent. & in l. 1. ff. de liber. & post-
hum. ubi recentiores uoluerunt, quamlibet leuem
solemnitatem à statuto pro forma, & ordine iudicia
rio introductam, si omittatur, actum uitiare. Id
quod refert etiam & sequitur Idem Feli. in c. quoniã
contra, colum. 5. uersicu. si tamen statutum, vt lite nõ
contestata. & Dec. in consil. 10. uiso puncto, colum.
prima, lib. 1. & in consi. 429. licet. colum. secunda, nu
me. 5. & in consi. 434. in princip. & in consilio 466.
stante, colum. 4. uersi. & ista conclusio. lib. 4. & latius
in consil. 532. accuratè. in princip. eodem libro, cum
consilio sequenti, in princ. & in consilio. 512. conclu
sionem, colum. 1. lib. quinto. Hæc autem conclusio
6 adeo uera est, ut quælibet † leuis solemnitas, si pro
forma tradita sit, omissa actum uitiet, nec immuta
ri aliquo modo possit, ut inquit Petrus Anchar. in c.
ea quæ, colum. 12. uersicu. hoc uerum, nisi constitu-
tio, extra de reg. iur. & Felin. in c. ultimo. §. iis autem,
extra de offic. delega. & Philip. Decius in c. pruden-
tiam. in quarto notab. extra de offic. delega. & in ca-
pit. de appellation. extra de appellat. & in l. prima, §.
vni. uersicu. ad hæc responderi potest. ff. de offic. eius
cui mandata est iurisdictio: & Andr. Tiraqu. in tract.
titul. de iudic. in rebus exiguis ferendo, uersicul. se-
cundò est text. & in tracta. de retractu lignagier. §.
36. glo. secunda, nume. 26. & Guido Pape in consil.
24. colum. secunda, uersic. quia forma à lege, & Ale-
xan. in consi. 50. numero 5. lib. 5. & Angel. in consil.
186. numero 2. & in consi. 216. numero secundo, &
idem

idem Alex.in consi.137.nu.15.vol.2.& Soc.senio.in
consi.24.nu.2.volu.2.& ideo Ioannes Baptista Plo-
tus in l.si quando,nu.375.C.unde ui Mediolanensi
decreto sub rubr.de tutel.in §.tutores.uerba faciens
contra tutorem, qui iureiurando formam illius de-
7 creti non adimpleuit, † in litem iurari posse exi-
stimat per ea,quæ uoluit Feli.in c. cum dilecta.co.8.
ver.decimum & vltimum signum: de rescrip. Debet
8 enim tutor omnia verba† formæ traditæ ad amusim
suo iureiurando complecti,alioquin nec tutor erit,
ne quicquam gerere poterit; etiam si per æquipol-
lens formam adimplesse uideatur:ut est communis
opinio,inquit Plotus,quam sequitur Maria.Soc.Se-
nior in dicto consi.24.visis num.20.uersi.uerum, &
num.21.versi.nec obstat quòd imo,& uersi.cum er-
go,& num.22.uersi.quod accedat,uolum.1.& Bal.
in consi.110.decreto. colum.2.versi. secunda ratio,
iuncto versi.nec obstat illa verba, volum. primo, &
Hyppo.Marsilius in singul.415.tex.est,& ibi Doct.
in c.penult.de iureiurand.tradunt Hostiens. Ioann.
Andr. & Inno.in c.secundo,versi.& audientium, de
consuet.& Nellus in tract.bannito in tertia par.in j.
tempore,quæstio.9.ver.nonò statuto,& Aretinus in
inst.de legi.agnat.tute.col.3.uer.3. principaliter,&
est etiam tex.in c.1.de baptis.& Sanctus Petrus Lõ-
bardus sententiarum magister,& Theologorum fa-
cilè Princeps Nouaciensis lib.4.sententiarum.ca.2.
in rub.de for ma baptismatis,& in c.3.in fi.Vbi inqt
9 † formam ipsam uerborum baptismatis à Domino
nostro Iesu Christo traditam in ipso baptismate es-
se obseruandam;quæ est huiusmodi: In nomine pa-
tris & filii & spiritussancti; Alioquin quis baptizatus
non censetur;ut est communis opinio Abbatis in d.
c.j.col.fi.vec.5.quæro,& ver.ultimò quæro,de bapt.
10 Quomodo autem adimpleatur, † iusiurandum, de
quo in l.si quis maior.C.de transac.uide ibi Cagno.
nu.104.& 118.vult enim,ut ille,qui dat fidem suam
in promittendo,intelligitur formam,de qua ibi,ser-
uasse, propterea quòd Christi est, & sic est iuratum
11 per Deum, † at secus si per sanctum aliquem iurare
tur,quo casu alia esset forma, & ita declarat gl.in c.
ut circa in uerbo corporali,de electio.in 6.Præterea
12 † quòd forma,vbi certa à iure constituta est, nõ pos
sit per æquipollens adimpleri,tradit Nicolaus Boe
rius in decisio.prima,num.45.uol.j. vbi de hoc inqt
esse gl.in cle.prima,de uita & honesta.cleric.& in c.
primo,de vasal.qui contra consti.in usibus,feud.idẽ
voluerunt Antonius à Butrio,& Abb.in c.ex tuæ.ex-
tra de cleric.non residen.& Ioan. And. in additio.ad
Spe.in rub.eo.ti.& Bart.in consi.47.Hæc enim con-
13 clusio ita uera est, vt etiam in fauorabilib.† forma
nõ seruata uitiet actum,ut inquit Andreas Tiraquel
lus in l.si unquam in uerbo reuertatur, nu.67.C.de
reuo.donatio.per tex.in l.qui Romæ.§.Flauius Her-
mes.ff.de ver.ob.& uoluit Bal.in l.ulti.post Old.ibi;
C.si mancip.ita fuer.alien.ne manum.& in l.testamẽ
tum,in secundo nota.C.de testa.& in l.omnes popu-
li,colum.pen.ff.de iust.& iur.& in consi.283. uisa in
quisitione,post medium,lib.primo,& Ias.in l.prima
§.sublata.in priore lectura,col.2.uer.istam primam
ff.ad senatuscons.Treb.& in consi.149.præsens quæ
stio.col.3.uer.item formæ,lib.2.& in consil.152.in
causa contradictionis,in fi.eod.lib. & in consil.191.
placet mihi,col.1.eo.lib.2.& Matth. Affli. in consti-
tutio si quis in posterum,co.2.quibus in locis Iason
alia Bald.loca ad id citat. Cuius rei ratio satis aperta
14 est ex dicto Aristotelis sæpe circumlato: † Formam
esse quæ dat esse rei,ad quod nostrates allegant.l.Iu
lianus.§.si quis reus.ff.ad exhiben. & eius perfectio-
nem esse.l.iurisgentium.in princi.ff.de pac.per quos
tex.ita dicit Bal.in c.vlt.uer.quæro,utrum sit differẽ
15 tia, extra de consuetu. Quæ quidem statuti † forma
etiam in tempore adimpleri debet, vt uoluit Bal.in
Locdo in secunda colum.C.de executio. rei iudica.&
refert Hyppo.Marsi.in consi.65.num.3. & in consili.
117.num.15.Vnde dixit idem Bal.in auth.q̃ suppli-
catio.in fi.C.de prec.imper.offerẽ. cum qui tempus
non obseruat, a statuto introductum formam non
obseruare, per tex.in l. scire etiam oportet.§. conse-
quens,de excusat.tuto.& refert Riminal. in consilio
16 9.nnmerò 18.uolu.primo,forma † enim cum sit in-
diuidua,interuallum non recipit.l. furiosum. C. qui
testamen.facere poss.& ibi not. Bartol. & ideo dixit
Card.in clemen.causam.§.penul.de electio. omnem
formam contemporaneam, ut eius uerbis utar, esse
oportere,quemadmodum tradunt Alexand.& recẽ
tiores in l.prima §.fuit quæsitum.ff.ad senatusconsul.
Trebellia.& in l.si quis mihi bona ius.§. iussum.ff.de
17 acquirend.hæredita.& ideo † forma in suspenso ma
nere non potest.l.obligaci.§.tutor.ff. de auctori.tut.
& §.penult.in institu.eodem titulo, & refert Franci-
scus Ripa in l.prima.§.qui præsens.nu.10.ff.de uerb.
obligatio.

1 *Forma per æquipollens adimpleri potest; ubicunq; pu blica utilitas,necessitasue alicuis inest.*

2 *Necessitas multa operatur, & infra sequentibus numeris.*

3 *Mandatum licet debeat adimpleri in forma specifica. fallit tamen, vbi non potest.*

4 *Actus intra terminum exequendus, si post terminum exequatur sufficit, si intra illud tempus perfici non potuit.*

5 *Mariti consensus si ex forma statuti requiratur in cõtractibus mulierum, de præsente intelligitur, & ideo si absit, & haberi non possit, valet contractus.*

6 *Fideicommissarius hæreditate reuel uerbo nõ restitu ta agere non potest, secus verò si restitui non possit.*

7 *Cessione cessante ubi non potest agi, fallit, si cessio haberi non possit.*

8 *Statutum disponens vt litigatores in communes consanguineos compromittant, non habet locum inter eos, qui consanguineos non habent.*

9 *Statutum procuratorem ante litem cõtestatam excludens, cum lis contestari potest, intelligendum est.*

10 *Statutum puniens crimen licet copulatiuè loquatur, attamen si copulata non concurrant, adhuc puni.*

11 *Soluere qui propter inopiam non potest, in excommunicationem non incurrit, & si ad certum tempus per superiorem soluere iussus fuerit.*

12 *Iusiurandum licet obliget præcisè ad factum, intelligitur tamen, si tale factum possibile est.*

13 *Forma præsentationis non obseruata non uitiat.*

Forma

14 *Forma in casu necessitatis relaxari potest.*
15 *Testamentum quando non unico contextu factum ualeat.*

CAP. XXXVII.

HAec autem regula communiter recepta nō ita
absoluta est, quin aliquibus speciebus decla-
1 rationem recipiat. Propterea † ꝙ forma a iure req-
2 sita, ubicunque utilitas publica, † necessitas ne alicui
inest explicādo actui, ita ut talis forma in eo obserua
ri nō possit, per æquipollens adimpleri potest: ut uo
luit Bal. in l. prima, C. ut quæ desu. aduoca. & Alex.
in l. prima, ff. de libe. & posthu. & Nico. Boer. Præte-
rea quòd forma non seruata, ubi seruari non potest,
actus ualeat, uoluit Io. And. in c. in toto. de regu. iur.
in 6. & refert Aymon. Crauetta in cōsilio 12. nume.
3 2. & in consilio 177. † Quemadmodum, & de manda
to dicitur, quod licet præcisè debeat, & ad unguem
seruari. l. diligenter. ff. manda. & c. cum dilecta. ubi
recentiores extra de rescript. id tamen cum præcisè
& in forma specifica impleri non potest: locum non
habet, satis namque est; si eo modo, quo potest, im-
pleatur, ut tradit Abb. in consilio 65. in secundo du-
bio, libro secundo, & refert idem Aymon. Cra-
uet. in dicto consil. 12. numero 2. ubi ex eo compro-
4 bat hanc opinionem, quòd † actum, qui intra termi-
num erat exequendus, post terminū exequi sufficiat.
si intra illud tempus perfici non potuit, ut inquit Ab
ba. in consil. 64. numero primo, colum. prima, libr. se
cundo per tex. in l. fi. C. de adult. & in c. ex ratione. ex
tra de appella. Comprobari etiam non minus potest
5 huiusmodi exemplo. Planè † si pro statuti forma in
contractibus ab uxoribus in eundis mariti consensu
requiratur, de marito præsente: quia tunc talis cōsen
sus haberi & præstari potest; intelligendum est. At
si peregrè absit, & ob id minus assentiri possit, perfe-
ctus erit contractus sine consensu mariti, & ex contra
ctus sine consensu mariti, & ex consequenti statuti
forma nō seruata, vt uoluit Bal. in consi. 488. sequēs
quæstio. lib. primo, & in consil. 314. statuto commu-
nis Papiæ. libro 8. satis etiam conuenire uidetur, in-
quit Aimon eodem in loco; quòd fideicōmissarius
6 hereditatem re † uel uerbo non restituta ad bona fi-
deicommisso subiecta agere non potest. l. prima. C.
commun. de lega. & ex glo. in l. fine. C. ad senatuscon
sul. Trebellia. Attamen hæreditas si restitui non po-
test, propterea quòd hæres grauatus, qui restituere
tenebatur, sine hæredibus fortasse decesserit poterit
fideicōmissarius nulla agere accedente restitutione.
l. penulti. ubi Bartol. C. ad senatusconsult. trebellian.
Non discrepat etiam, quod de actionum cessione
7 dicitur, † etenim eo casu, quo nō potest qs sine actio-
uum cessione agere, ut puta ex contractu procurato
ris; agere tamen poterit; cū propter absentiam, mor
témue sine hæredibus procuratoris actiones cedi nō
possunt, ut uoluit Bald. in cōsil. 228. licet sint diuer
8 sæ. lib. 5. per tex. in l. prima, ff. de constit. Præterea † ē
aliquo statuto disponēte, ut litigantes in communes
consanguineos. comprom ittere debeant; id tamen
inter eos, qui cōsanguineos nō habēt, locum sibi nō
uendicat, ut uoluerunt Barto. & Angel. in l. 1. §. lex
falcidia. ff. ad l. falcid. & Alex. in consil. 81. colum. 2.
lib. 6. Facit etiam non modicum illud, quod scrip-
tum reliquit Bal. in cōsil. 193. statuto Ciuitatis Ale-
9 xandriæ; col. 1. in fi. lib. 2. ubi inquit, statutum, † pro-
curatorem ante litem contestatam excludens, cum
lis contestari potest, intelligendum esse; at si lis con-
testari nō potest, vt puta quia Reus principalis for-
tasse sui copiam nō faciat; locum habere non posse.
Dicit etiam idem Bal. in consilio 198. statutum Ciui
10 tatis Tergesti. in fi. libr. 2. † Statutum crimen puniēs
licet copulatiuè loquatur, attamen si copulata con-
currere non possint, relicta copulæ natura, crimen
ut potest, puniri debere; & Oldradus in consi. 254.
quia tota colum. penult. uersicu. præterea ad illud ob
iectum; dixit, ubi scriptura ad actus probationem re
quiritur, cum adhiberi potest: intelligendum esse a-
lioquin, si per testes probetur: satis esse. Idem quo-
que Oldra. in consi. 277. quod Abbas. in prin. inquit
11 † eum qui propter inopiam soluere non potest, in ex
communicationem non incurrere, & si ad certum tē
pus per superiorē soluere iussus fuerit. Et ideo uult
12 eodem cōsi. Aimon. Crauet. † iusiurandum licet obli
get præcisè ad factum, intelligendum tamen esse, si
factum eiusmodi possibile est, alioquin satis esse, si
iusiurandum eo modo: quo potest præstando inte-
resse; impleatur. Verùm vt ad rem nostram de for-
ma implenda reuertamur. Aymon. in d. consil. 177.
13 uum. 5. in legato de latere exemplum ponit: † qui nō
poterat formam præsentationis, de qua in c. fin. de
ætat. lib. 6. adimplere. ob id quod regij subditi extra
patriam trahi nō possunt, & ideo eos nō citauit: sed
formam, ut potuit, obseruauit. ius tertii reseruādo, cu
ius cōseruationis causa coram ordinario, aliàs ue cō-
14 petenti agi posset, † Præterea, quòd in casu necessita-
tis forma relaxari posit, uoluerunt satis fusè Alexan.
& Soc. in l. j. in fine. ff. de libe. & posthum. & ultra exē
pla supra relata potest etiam confirmari per l. cum
antiquitas. C. de testamen. Vbi cum pro forma testa
menti introductum sit, ut unico cōtextu, & sine ullo
15 interuallo fiat. † Attamen si in ipso testandi actu ali-
quid accidat testatori, uel testibus, propter quod
actum ipsum aliquantulum differre oporteat., & ex
consequenti forma omissa uideatur, testamentum
non corruere. l. si casus. C. de testamen. ut eo in loco
de morbo testatori superueniente conueniunt com-
muniter scribentes, quos referunt Alexand. & Iaso.
ibi, & Paul. Castren. in l. si non speciali. colum. final.
C. de testament. Multa ad hoc adducit Iaso. in d. l. 1.
ff. de liber. & pophum. numer 13. cum sequent. & Fe
lyn. in d. c. cum dilecta. colum. 15. uer. item amplia.
in septima limitatione, extra de rescript. & fusius
tradit Albert. Brun. in suo tracta. de forma, colum-
na secunda, uersiculo 33. & uersiculo simile patet,
fol. 63.

1 *Forma, cum aliquod imminet, periculum, remitti po test.*
2 *Trebelliones non matriculati si uirtute statuti instru menta conficere possunt, poterunt tamen tempore pe- stis testamentum conficere.*

Mulier,

3 *Mulier, quæ sine consensu propinquorum testari nō potest, tempore pestis sine eorum consesun testari poterit.*

C A P. XXXVIII.

1 SEcundo autem loco dicendum est,† formam remitti posse, cum aliquod imminet periculum, ut latè uoluit Hostien. & sequuntur alij, quos retulit Felinus in dicto c. quoniam. in princ. extra ut lite non contesta. idem sequitur Parisius in consil. 33. numero 29. cum sequent. uolum. secundo, asserens, ubicumque ille, qui formam seruare debet, aliquo facti impedimento, quo minus eam obseruare possit, retinetur actum non uitiari, quò fit, vt voluerit Angel.
2 in l. si vacantia. C. de bonis vacant. lib. 10. † statuto disponente instrumenta, nisi per matriculatos tabelliones confici non posse, testamentum tamen pestilentiæ tempore sine hac solemnitate, & forma factū omnino ualere. Id quod refert & sequitur Alexan. cui adherent recentiores in l. fin. de testam. & in d. l. prima, ff. de liber. & posthum. & Corne. in consilio 53. numero primo, & in consilio 131. numero secū
3 do, uolum. primo. In eisdem terminis † de statuto pro forma, ut mulier sine consensu dorum propinquorum, consanguineorum testari non possit, exigēte, concludit, tempore pestilentiæ mulierem sine ea forma testari posse; & testamentum sine eo consensu, non solùm si mulier tunc & Pestilentiæ tempore moriatur: ualere. sed etiam si diu postea uixerit, & cum eodem testamento decesserit. Ratio autem huius opinionis ea est, quod cum mulier testaretur, pestilentiæ impedimento ipsorum propinquorum consensum adhibere non potuerit. Idem sequitur Angel. in §. prouinciarum. in Authen. ut fac. nouæ. cōst. & Albert. Brun. in suo tract. de forma, uersicu. secundo, casu. fol. 64. ubi inter alia adducit text. in l. tertia, C. de inofic. testam. quo etiam mouetur Corne. in consilio supra relatis. Propterea quòd impedimentum matri superueniens, ut testamentum posthumi præteritione, quod planè est contra iuris cōmunis regulas, non rumpatur, efficere manifestè apparet.

1 *Forma iusta de causa, quam nemo iure denegauerit, omitti potest.*

C A P. XXXIX.

1 TErtiò formam & solemnitatam † iusta de causa, quam nemo iure denegauerit, omitti posse uoluit. Idem Parisius in eodem consil. 33. numero 33. uolum. 2. auctoritate Bald. in auth. hodie. C. de iudic. ubi Paul. & Iaso. cum alijs adductis ab Alber. Brun. in dicto tractatu, fol. & uersicu. prealle. & etiā col. fina. uersi. 35. fol. 64. Contrarium tamen uoluit Dec. in consil. 466. num. 14. part. 4. auctoritate eiusdem Bal. sibi contrarij in consi. 11. promissis uerbis, col. fi. uer. & circa omnium, lib. 1. & in consi. 324. pūctus, lib. 2. per tex. in l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. & notat Ange. in consi. 126. testamenti factio. Attamen quicquid in contrarium afferatur, arbitror hanc limitationem frequentioribus calculis recipi, & ideo admittendum esse, & præsertim cū eisdemmet auctoritatibus, iuribusve, quibus in casu necessitatis, & periculi regulam esse limitandam, demonstrauimus, plurimum comprobari uideatur. Nihil enim aliud uidetur iustissima formæ omittendæ causa, quàm necessitas, quæ nos eam omittere compellat.

1 *Forma per æquipollens adimpleri potest, cum ad aliquem certum finem constituta est, si finis ille subsequatur.*

C A P. XL.

1 QVartò per æquipollens † forma adimpleri potest; cum ad aliquem certum finem constituta est, finis dummodo illæ subsequatur, ut uoluit Bal. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. col. 2. ff. de iureiuran. & Bar. quem sequuntur communiter doctores in l. Gallus. §. & quid si tātùm. ff. de libe. & posthu. & probatur in l. 1. ff. eod. titulo. & in l. nominatim. ff. de conditio. & demonstra. & in l. certum ff. si cert. peta. & tradit Albe. Brun. in dicto tracta. de forma, colum. 1. uersi. prædicta regula fallit. fol. 75. & Hyeron. Cagno. in l. si quis maior. num. 153. C. de transanctio. & facit text. in l. fi. ff. manda. Inquit tamen eodem in loco Cagnolus, & si hęc limitatio subsistat, attamen re integra semper clienti meo consilium darem, ut formam seruet ad vnguem, ut omnē prorsus enitet dubitationem.

1 *Forma omissa non uitiat quando re ipso & uerè eo modo, quo obseruata est, inesse apparet.*
2 *Forma non seruata ualet actus factus, si eandem uim habeat.*
3 *Forma statuti exigentis probationem per instrumēta uel testes per confessionem partis impleta intelligitur.*

C A P. XLI.

QVintò etiam loco satis uidetur pręcedenti li-
1 mitationi conuenire, quando † forma re ipsa & uerè modo, quo obseruata est, inesse apparet, licet non omnia pro forma ipsa apposita exactè ad impleta sint; ut tradit Bal. quem sequitur Alex. in l. fin. C. de procura. cum non uerba, sed meus & principalis effectus statuti sit attendendus, ut notatur in l. iurisgentium. §. quod ferè. & per gloss. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & per Bal. & alios in l. non codicillum. C. de testam. cum allis adductis per Alber. Brun. in dicto tracta. col. 3. uersi sextus effectus. & col. 4. uersicu. fallit, vt dixi, fol. 45. Licet enim hoc casu formam per æquipolens adimplere, ut inquit Bal. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit, colu. 2. uersicu. quæro, quod dicitur, & uersicu. undecimò dicitur. ff. de iureiurand. & post Bart. tradunt Docto. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mādauit. ff. de acqui. hæred. & tradunt post Bar. Doctores & maximè Socin.

ci.in l.Gallus.§.& quid si tantùm colum.1.in vl.nota.ff.de lib.& posth.& Albe.Brun.in dicto suo trac. de forma,col.7.in prin.ver. prædicta regula, fol.75. & Petrus Anchera.in c.1.14.quæst. principali.ver. sed pone dicit statutum.de constitut.& Socin.sen.in consi.10.nu.3.uol.4.& Paris.in consi.20.nu.14.vol.

2 4.Comprobatur† quia si fiat actus qui eandem vim habeat,quam solemnitas,seu forma,valere debet;licet solemnitas,seu forma ad vnguem seruata non sit vt tradit Bar.exempla adducens in l. obseruare. post medium.C. de decurio.lib.10.& Pau.Cast. in l.vniuersis.C.de precib.imp.offe.& ideo Paris.in consilio 99.nu.15.vol.3. dixit,quod forma statuti exigêtis pba-

3 tionê†per instrumenta vel testes confessione partis adimpleta intelligatur,cum instrumenti vim,immo maiorem habeat,& ideo statutum quò ad effectum satis obseruatum dici debet:vt ibi per eum.

1 *Forma per æquipollens potest adimpleri,quando subauditur.*

2 *Formam in citatione requisitam sufficere, si incitatione tacitè includatur.*

CAP. XLII.

1 SExtò potest† per æquipollens forma adimpleri, quando subauditur; ut inquit Hyeron. Gratus in consi.121.nu.9.vol.1.argumento eorum, quæ dicit Pau.Cast.in l.prima,C.ut quæ desunt ad uoca.& recentiores in l.2.§.prius.ff.de vulg.& pup.& ideo in his terminis inquit Bartho.Soc.in consi.10.nu.6.vo

2 lu.4.licet† in citatione certa forma requiràtur, satis esse,si illa tacitè in citatione iclúdatur:ut voluit Bal. in l.si.C.de proc.vbi inquit disponente statuto,vt ille,q. banniri debet;citetur, vt ipse,vel alius pro eo compareat:iudicem formæ satis paruisse,si simpliciter,vt compareat citauerit,ob id,quòd tacitè,vt ipse vel alius pro eo compareat,iuclusisse videatur,ut voluit etiam Petrus de Anchar.in c.1.in 4.quæst. principali, versi.sed pone dicit statutum, extra de constitution.

1 *Forma à statuto ad aliquid demonstrandum requisita per æquipollens adimpletur.*

2 *Locus loci si pro forma in libello apponi debeat,quãdo sufficiat,si per æquipollens exprimatur.*

3 *Hæredis nomen potest exprimi per æquipollens.*

CAP. XLIII.

1 SEptimò dicunt Doctores† cum statutum pro forma aliquid ad demonstrandum exigit, satis esse, si illud per æquipollens demonstretur.l.hac consultissima.C.qui testam.facer.poss.licet nonnulli ibi non esse de forma arbitrentur,quibus aduersat Hyeron.Gratus in consi.16.nu.14.uol.1.ex his quæ habentur in l.libellorum.in prin.iuncto ver. quòd si li-

2 belli.ff.de accusatio.† ibi enim cum pro forma libelli,vt locus loci apponatur,alioquin non valeat,constitutum sit,si tamen id per æquipollens, quia locus insignis appositus sit,exequatur;licet locus loci omissus sit,formæ satisfactum intelligitur: vt uoluit Bar. quem sequuntur communiter doctores,vbi est text. expressus in l.iubemus.C.de test. Etenim eodê mo-

3 do ibi,vt testator nomen heredis exprimat, pro forma cum introductum sit,intelligitur ei satisfactum: si aliter heres per æquipollens exprimatur: ut supra satis fusè ostendimus.

1 *Forma omissa non uitiat,cum à lege suppletur.*

CAP. XLIIII.

1 OCtauò intelligendum est† omissam formam, seu solemnitatem actum non uitiare,cùm à lege suppletur,vt tradit Tiraq.in l. si unquam , in verbo reuertatur.nu.68.C. de reuocan. donatio. Tunc enim ipsius commissio nunquam reddit actum nullum,alioquin ea suppletio esset superuacua.l.his verbis,cum l.seq.& quod ibi tradit Bal. in prima lectura uersic.item nota,quòd aliquid.ff.de adoptio.& in l.1.in prin.C.de rei vxo.actio.& expressè voluit etiã Franc.Are.in c.super his col.4.ver.pro ista opinione facit extra de accusa.

1 *Forma omissa non uitiat actum,quæ post actum interuenire potest.*

CAP. XLV.

1 NOnò solemnitas†seu forma omissa non uitiat actum,quæ post actum interuenire potest, vt refert Tiraq.eodem loco nu.69.Illius enim omissio tunc non vitiat ipso iure,etiam si illa uerba,aliàs non valeat,apponantur:vt uoluit Bar.in l.1.col.vltim.in prin.ff.de testa.& in l.si ita quis.§.ea lege,col.1.versi. quæro,vtrum prohibitio.ff.de ver.oblig.& in l.cum lex col.3.ver.sed pone,quod lex dicit.ff. de fideiusso. & in l.2.C.de cano.fru.vrb.Rom.lib.11.& Bal.in l.j. §.vbi autem col.vl.ver. & prædicta faciunt.C. de cadu.toll.& in l.si qui ad ciuilia col.3.vers.ex hoc facit C.de appel.& in l.2.col.2.uersic. & scias.C.quando prouoca.non est necess.& Imo.in cap.exhibita.col.8. ver.3.quærit,extra de rerum permutatio. & latè Bertha.qui multos concordantes affert, in tractatu gabellarum.in 3.par.8.part.principalis, quæstio.24.& Barth.Cepolla causarum ciuilium consi.35.celeberrimè.col.1.& Fel.in c.quoniam,colum.3.uersi.tu uero attende,extra ut lite non contest.& Phili.Decius, qui plerosque alios citat,in c.2.vers.successiuè.extra de testib.& Fabia.à Monte sancti Sauini in tract.infinu.in quæst.27.

1 *Forma omissa actum non vitiat,quando is,qui agit cõtra formam formæ derogare potest, nam in dubio vt actus valeat,formæ derogare intelligitur.*

CAP. XLVI.

1 DEcimò non uitiat† solênitas,seu forma omissa actum, vt inquit Ludouicus Gozadinus in consi.40.num.6.vbicunque is, qui aliquid agit contra

tra formam; formæ & solemnitati derogare potest, propterea quòd in dubio, vt ualeat actus, formæ & solemnitati derogare intelligitur, ut inquit Bal. in l. 1. col. 2. ff. de legib. & uoluit Bart. in l. uniuersis. C. de precib. imperat. offer. & in dicta l. obseruare post medium. C. de decurio. lib. 10. & tradit Felin. in d. c. quoniam, vt lite non contest. in princ.

1 *Forma induct. per ablatum absolutum per æquipollens adimpleri potest. & quid in statuto nostro.*

CAP. XLVII.

1 VNdecimò praeterea loco est animaduertendũ quia licet, ut supra diximus † ablatiui absoluti inducant conditionem, & ex consequenti formam quæ specificè adimpleri debet. l. Meuius & l. qui hæredi. ff. de condit. & demonstra. Attamen eiusmodi forma non est talis, quæ per æquipollens adimpleri non possit, & ideo eius omissio non uitiat, ut tradit. Iason in l. 2. §. prius. columna secũda ff. de uulga. & pupilla. & refert Vbert. Zuchard. in l. prima, num. 104. C. qui admit. Verùm enim uerò licet statuentes hoc loco ablatiuo absoluto usi sint; attamen ex hoc capite non arbitror, formam & solemnitatem omitti posse. Propterea quòd hęc limitatio tunc regulam restringit, & in quibus terminis procedat, declarat, cum forma per solos & simplices ablatiuos absolutos inducatur. At in terminis nostris, ut supra declaraui mus, non ablatiuo absoluto tantùm usi sunt statuentes, sed etiam expressè, vt ea, quæ subsequuntur, formam continere voluerunt, cum dixerint. Seruata tamen forma præsentis legis, uidelicet &c. ex quibus sanè uerbis geminationem contineri dubium non est, quæ magis enixam & propensam disponentium voluntem ostendit. l. balista. ff. ad senatusconsult. trebellia. & Bart. tradit in l. cum scimus C. de agrico. & censi. lib. 11. alioquin nisi uehementiorem uoluntatem disponentium præseferret, uerba ipsa superflua essent, quod credendum non est: ut inquit Paul. Castre. in consilio 115. super primo uidetur dicendum, quòd dictus Simon. lib. t. & facit text. C. de emenda. Iustinia. codi. Præterquàm quòd, etiam si alio modo quàm ablatiuo absoluto, formam esse, expressum esset, simpliciter in his terminis, alijs causis, de quibus supra, nõ accedentib. omitti, aut p æquipollens adimpleri non posset; quia in claris coniecturis opus non est; nec uoluntas disponentium in dubium reuocanda est. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. tertio, & l. ancillæ: C. de furt. prout supra latè dictum fuit.

1 *Forma viduis, pupillis, rusticis, & aliis huiusmodi personis omissa an uitiet.*

CAP. XLVIII.

1 PRæterea ultra prædicta † an si hæc forma à uiduis, rusticis, pupillis & alij huius generis omissa sit, actum uitiet, inspiciamus, inde principium totius materiæ facientes. Huius dubitationis mentionem facit Bal. in lib. suo statutorum per Sigismundum constructo, in uerbo concordia, num. sexto, propter quoddam statutum; quo concordiam non ualere, nisi infra octauum diem produceretur, pro forma constitutum erat. Etenim cum quidam rusticus aduocati errore infra terminum concordiam non produxisset, an iuris ignorantia excusaretur, dubitatum fuit. & licet excusandus ex ijs, quæ uoluit Bald. in l. iuris. C. qui admit. ad bono. possess. possunt, uideretur. Attamen eo in loco Bal. cõtrarium in iure uerius existimauit; ut notatur in l. fi. & in l. ambiguitatis. in gl. quæ incipit hodie, in fi. de testamen. Propterea quòd in his, quæ ad rigorem pertinent, & formam iudicio rum, sexus & rusticitatis ratio nõ habetur, sed forma ipsa generaliter tradita quemadmodum, & de ætate dispositum est in l. properandum. in fi. C. de iudic. & in §. pupillus. Authent. de hęred. & falci. & tradit Bal. in d. l. iuris. C. qui admit.

DE LIBELLIS. §. IIII.

Quòd quilibet, qui agere uolet contra aliquem, teneatur & debeat exhibere petitionẽ suam coram Iudice competenti coràm quo litigare uoluerit.

1 *Petitionem statuentes, summa ratione non libellum dixerunt.*

2 *Libellus à petitione in quo differat.*

3 *Petitio qualis qualis etiam in summarijs, ut ubi libellus non est necessarius, requiritur.*

CAP. I.

1 PRimo igit loco uoluerũt statuentes, ut ij, q. agere uolunt; suam petitionem exhibere teneantur. Quia in re antequam ad alia transeamus † statuẽtes, qui petitionem non libellum dixerunt, summa ratione locutos esse, animaduertẽdũ est. Propterea φ cũ paulò ante dixissent, causas omnes, posthac, apud quoscunq; Magistratus moueantur, summarias esse futuras, & in eis procedendum esse summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, optimè petitionem non libellum exhibendum esse dixerunt. Planè

2 † inter libellum & petitionem ea differentia est, ut inquit Cardinalis in clem. sæpe. nu. 17. de uerb. signifi. φ libellus quędam, quæ iuris formam intentionem que agentis respiciunt, continere debeat; ex eisque omnibus aptè concipiendus sit. At petitio ijs, quæ formam respiciunt omissis, satis sit, si agentis intentione ostendat, ut uoluit etiã Mar. Blan. in tracta. de compromiss. in 8. quæsti. nu. 8. & ideo, ut ĩ. fusius demonstrauimus, in causis summarijs, quę siue strepitu, & figura iudicii pertractantur, licet solemnis li

3 bellus non expetatur, necessaria † tamẽ aliqua, quæcunq; sit, petitio uidetur, qua possit reus, cedere ne uelit, an contendere, commodè deliberare. ut declarat Bar. in extrauaganti ad reprimendum. in uersi. & figura col. 1. in fin. & Lanfra. in clem. sæpe. in uersi. libellus. de uerbo. signifi. Paris Puteo in tracta. de sindic.

dic.in uerſ.ſententia,& Alex.in conſi.50.col.3.uolu.
2.& Corne.in conſi.62.col.1.uol. 1.& idẽ Bart.rurſus in l.2.num.3.C. de ſenten. ex breui.recitan. cum ſimilibus. Et ideo hoc loco animaduertendum eſt, omnes cauſas, in quibus forma, quę hic, ponitur, aliquid plus inducit, eiſdem priuilegiis, quibus aliæ cauſæ ſummariè in iure ciuili deſcriptæ fulciuntur, comprobari ac ſubſtineri. Id quod ad proceſſuum ualiditatem magnifaciendum eſt, & ſi aliter fortaſsè obſeruet conſuetudo. Verùm ut rem perutilem, claram & apertam pro uiribus reddamus; eo ordine, quo ſtatuentes procedentes, hoc loco de ipſa petitione loquamur, breuiter commoda, quæ ab hoc ſtatuto cauſæ conſequuntur enumerantes.

1 *Libellus ĩcertus, an uigore huius ſtatuti admittatur.*
2 *Libellus incertus in cauſis ſummariis admittitur, & parte opponente.*
3 *Libellus incertus etiam in cauſis non ſummariis parte non opponente procedit.*
4 *Exceptiones, quæ tendũt ad defenſionem in cauſis ſummariis non cenſentur reiecta.*
5 *Petitionem incertam in terminis ſtatuti noſtri non eſſe admittendum, verius uidetur.*
6 *Statuta, quæ inſtantiam reſtringunt, tanquam fauorabilia extenduntur ad quaſcunque cauſas in quib. eſt eadem, vel maior ratio.*
7 *Libellus in cauſis ſummariis, & executiuis an neceſſarius ſit.*
8 *Libellus non requiritur, cum ſentẽtiæ executio officio iudicis petitur.*
9 *Forma a ſtatuto noſtro introducta in quibus rigorem iuris ciuilis mitiget.*

CAP. II.

CVM igitur, ad rem noſtram accedendo; dicant ſtatuentes, enim, qui agere uult, coram Iudice competente petitionem exhibere debere: dubium
1 eſt, an † libellus incertus admittatũ, cũ in cauſis ſumma
2 riis admitti † ſoleat; ut noluit late Lanfr. in c.quoniã
contra falſam, in uerbo petitiones, extra de probat. & Hyero.Grat.in cõſi.79.nu.16.uol.2. Id quod procedit etiã parte opponẽte, ut inquit Iaſ.in l.edita.nu. 5.C.de edend.per ea q̃ uoluit Bar. in dicta extrauag. ad reprimẽ.iu uerbo figura, in col.3.& ſi Alex.in cõſ. 22. in 4.col.uol.4. dictũ hoc Bar.parte nõ opponente locũ habere uoluerit, aſſeratq; (ſe aduocato) Bononię ita iudicatũ fuiſſe; Quandoquidẽ, ut inquit Iaſ. eo.in loco, Alexãdri ſentẽtię ſatis repugnare uidetur, quòd Bart.ibi id in cauſis ſummariis ſpeciale eſſe uoluerit. At ſi parte non opponente locum tantummodo haberet, utiq; nihil plus hac in re cauſis ſummariis conceſſum eſſet, cum idem quoque in aliis per-
3 mittatur † & ideo etiam parte opponente in ſummarijs cauſis libellum obſcurum admitti arbitratur eodem loco Iaſ.motus etiam auctoritate eiuſdem Alexandri ſibi ipſi contrarij in conſi.187.col.2.uol.2.& in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus in 9.col.ff.de verb. obli.& Io.Ligna.& Pet.Ancha.& Imo.in d.cle.ſępe in prin.de ver.ſig.quos ſequitur Stephanus Bertran. in conſi.24.nu.17.vol.2. Contrariam autem opinionem tenuit Curt.iunior in d.l.edita nu.18.C.de edẽ hoc argumento: quandoquidem, ut inquit ipſe Bar. & communiter ſcribentes, libellum incertum parte opponente, ideo non ſubſiſtere voluerunt; quòd reo faciendi ſuas defenſiones facultas adimatũ; ſed in cauſis ſummariis, licet omnes rigoroſæ exceptiones ex
4 iuris ſubtilitate emanantes reiectæ intelligantũ † illæ
tamen, quæ ad rei defenſionem pertinẽt, reiectę nõ cenſentur, ergo hęc libelli incerti ſolemnitas remiſſa non erit; Idem ut inquit Cur.uoluiſſe uidetur Barto.licet eius auctoritate non moueatur Iaſ. in d.extrauaganti ad reprim.in uer.ſine figura iudicii.in 3. col.in uerſi.& eſt aduertendum, ubi poſtquam dixit in ſummariis libellum gñalem admittendũ eſſe, ſubdit nouiſsimo loco, illud intelligendum eſſe, niſi huiuſmodi generalitas ſit; quæ reo defenſionẽ auferat. Hanc prætereà ea in loco Bar.ſententiam extitiſſe, ex ipſiuſmet Barto.uerbis comprobat Curtius, q̃ ad ea uidelicet, quæ dixerat comprobanda.l.fi.C.de annua.exceptio.q̃ loquitur generaliter in omnib.cauſis, uſus ſit. Neque etiam deſunt, qui hanc opinionẽ amplectantur; eam namq; ſequitur Dec.in dicta l.edita in col.j.& Robertus Maranta in l. is poteſt, nu.155. ff.de acqui.uel omit.hæred. Verùm quicquid in cauſis ſummariis à iure ciuili receptis dicendum ſit, id quod ſupra, cũ de iure gentium, & his clauſulis mentionem facerem latiſsimè ſum proſequutus; arbitror
5 in terminis ſtatuti noſtri † petitionem incertam ad-
mittendam non eſſe, & in hoc mediam uiam eligentes, à uerè ſummariis cauſis recedere voluiſſe uidentur ſtatuentes; cum petitionem exhibendam eſſe dixerint. Propterea quòd licet, ut in loco ſupra relato diximus, in cauſis ipſis ſummariis poſsit iudex, cum unum deducitur, & aliud probatur, omiſſo deducto ſuper probato ſententiam ferre: itidem & nulla præcedente petitione. Attamen in cauſis, de quib.loquitur hoc ſtatutum, licet ſummariæ ſint, id admittendum non vĩ; & ideo ut res clarius appareat, ita diſtinguẽdum eſt. Aut enim loquimur de cauſis ipſis ſummariis iuris ciuilis, & in eis omnia ſua priuilegia, de quib.ſupra locuti ſumus, & ſi qua alia competũt; nõ obſtante huius ſtatuti diſpoſitione, locum habere dicendum eſt. Propterea, q̃ cum cauſis ordinariis ab hoc ſtatuto nõ modicũ iuris ciuilis rigoris, in multis actib.remiſſum ſit, credẽdũ nullo mõ eſt, ut his cauſis, quib.à iure ciuili rigor remiſſus eſt, ſtatuentes adderę uoluerint; Quandoquidem operaretũ forma hic tradita contra ſtatuentium intionem, quod credendum non eſt.l.non omnis.in priu.ff.ſi cer. pe.quoniã agentium actus ab eorum intentione declarantur.l. in ambiguis orationib.ff.de regu.iur. & in reſcriptis & priuilegiis eſt tex.in l.Neratius in fi.eo.ti. & in ter
6 minis noſtris ex eo apparet, q̃ ſtatuta † quę inſtantiã
reſtringunt, quoniam cenſentur fauorabilia, extenduntur ad quaſcunq; cauſas, in quib.eſt eadem, uel maior ratio, ut inquit Soc.ſenior in conſil.95.col.1. uer.his tamen non obſtantib.nolu.1.& refert Iaco. Mandel.Alben.in conſil.96.nu.6. authoritate Abb. in c.penultimo, colum.fi.extra de iudiciis, & Roma. in conſi.174.ampliſsime docto.col.1.uerſi.2.quia ſi text.& Alex.in conſi.50.uiſis actis, col.3.in fin.& in

cōsi.4.nu.11.12.& 13.uersi. & pro ista opinione facit;quia dispositio.uolum. 2. Cum itaq; non minus fauorabile sit,aliàs solemnitates, quàm instantiæ tēpus remittere,meritò dicendum est, ut eadem ratione statuentes, causis priuilegia extendere & ampliare,non ea,quæ à iure communi proueniunt, tollere uoluerint.Cōcludendum itaq; est, ut forma hęc à statuentibus introducta causis iuris ciuilis summarijs & executiuis,nihil detrimēti afferat;& ideo ut ui
7 dimus † in causis summarijs libellus necessarius non
est; ut uoluit Innoc.in c.primo, nu.4.de libel.oblat.
quem refert,& sequitur Cardin. Zaber.in consil. 71.
nu.9.& Bellamera in c.decætera.nume. 18. extra de
sentē.& re iudic.ubi inquit ita communiter teneri, li
cet ipse distinguat,an executio officio iudicis peta-
tur;& tūc libellus necessarius non sit,secus uerò si in
factum actione,quam distinctionem Paul. Castren.
in l.cum antea.nume. septimo,C.de arbit.sequi non
uidetur. Verùm eum reprobant Rapha. & Imol. in
l.intra dies.ff.de re indic.ubi Ias.quamplures refert,
& distinctionem prædictam quò ad primum caput
sequitur, quo verò ad secūdum reprobat pòst nō nul
los ibi per eum relatos nu.6.uer. 2. in quātū hic Bar.
Verùm Ripa in d.l.intra dies.num.3.usq; ad finē prę
dictam distinctionem refert,& cōmuniter obseruari
Inquit,& si ipse eam impugnare conetur. Præterea
8 † cum sentētiæ executiuo officio Iudicis petitur,ut li
bellus non requiratur,tenuit Ange.in l.prima,num.
27.C.de iudic.& Abb.& Fely.in c. 1. extra de libelli
oblat.& latè tradit Io.Neuiz.in consi.4.num.2.cum
seq.Id autem in terminis statuti nostri dubitationē
habere non uidetur,cum eo dispositum sit, quòd ēt
à captura personæ,& de facto incipi possit, ut in tex.
suo loco dicetur.

Vidimus igitur secundùm prędicta, quatenus libellus in causis summarijs necessarius non est; unde consequitur,ut si ineptus porrigatur, actum non uitiet.Nam cum illum exhibere necesse non sit; ex consequenti etiam,si minus aptè exhibeatur, non nocere,dicendum est.l.1.in princ.cum ibi nota. C. de rei uxor.actio.

Aut verò,ut ad rem nostrā redeamus, loquimur de causis ordinarijs,quas hæc tamen seruata forma summarias esse uoluerunt statuentes, & eadem ratione si quid est in eis iuris ciuilis rigoria remissum; hac forma auferri dicendum non est, sed quatenus benignior ipsa est, esse omnino mitigatum. Verùm ut rem ipsam exemplis,quam pręmanibus habemus
9 ostendamus,mitigat hæc forma † iuris rigorem in li
bellis:propterea quòd cum solemnis oblatio, ut su-
pra diximus,de iure communi requiratur, alioquin
litis contestatio non subsistat, auth. offeratur C. de
litis cōtestat.& c.1.de libell.oblatio.& l.1.ff.de eden.
sola petitio simplex huius statuti beneficio satis erit
ad litis contestationem inducendam,ut supra proba
tum est.

CAP. III.

Diximus autem statuentes, licet petitionē esse coràm iudice exhibēdā ordinauerit, ob id tamē causis summarijs pręiudicium afferre noluisse, propterea quòd ubi libellus à iure communi in causis his non summarijs nō exigitur; quoniam statuētes dixerint,petitionem esse exhibendam, in eis contra iuris communis dispositionem exigi dicendum non est.

1 Libellus non requiritur, si officium iudicis super eo, quod liquidum est, intentetur, & infra num.3.
2 Libellus in executione sententiæ non est necessarius, & quid cum iure actionis executio postulatur.

Secundo.n. locò si officiū iudicis super eo,quod li
1 quidum est,intentetur † libellus non requiritur, ut
esse communem opinionem attestatur Sebástia.Sa-
pi.in l.iubere cauere.nu.18.ff. de iurisdictio. omni.
iudic.& de communi etiam attestatur Soc. in consi.
75.num.1.lib.2.& ideo dicebat Barto.in l.iubere ca
uere.ff.de iurisd.omn.iud.in executione sententiæ li-
2 bellum † non esse necessarium,cum quo trāseunt sim
pliciter Doctores:licet: cum iure actionis executio
sententiæ postulatur,maior dubitatio sit,qua in re li
bellum exigi uoluit Bart.in l.si intra.ff. de iudic.Ale
xāder uerò nequaquam,qui eodem in loco,ut refert
Sapia in d.l.iubere cauere.nu.18. reprobat doctrinā
3 Bar.sed supra paulò ante diximus.Pręterea, ꝙ libel-
lus non exigatur ubi super eo,ꝙ liquidem est,implo
ratur officium iudicis, uoluit idem Sebastia. Sapia
etiam in l. fi. nu.64.C.de edict.diui Adria. tollen, &
antea firmauit Speculator in tit.de offic.iudi.nu. 2.

1 Libellus non est necessarius in causa matrimoniali, quando ex officio proceditur.

III.In causa matrimoniali cum ex officio procedi
1 tur † libellum non esse necessarium existimauit Spe-
cula.in §.9.nu.9.de libel.concept.per tex.in c. Albe-
ricus,extra de testib.& Alberi. in auth. offeratur. in
uersi.item ubicumq;,C.de lit. contesta. qui ita ait in
facto seruari auctoritate Dini in l.quęritur, ff.de an-
nu.lega.& Inno.in c.2.extra de offi.iu.& facit, quod
notat glo.in Rub.& in l.1.ff.de interro. actio. & l.li-
bellorum.ff.de accus.& in l.nec quicquā in §. ubi de-
cretum.secūdùm unum intellectum.ff.de offic.pro-
cons. & lega. & refert Io. Vicomercatus in d.l.edita.
nu.31.C.de edendo.In hoc igitur casu quoniam iu-
re ciuili libellus nō est necessarius,poterit etiam non
obstante hoc statuto omitti.

1 Libellus in causa ætatis non requiritur, si incidenter proponatur. Item & principaliter si nullus est aduersarius.

IIII.Potest afferri exemplum ex ijs, quæ refert Se
basti.Sapi.in l.de ętate.nu.19.ff.de minor. dum inqt
1 in causa ętatis † libellum non requiri, si incidenter
proponatur, id quod inquit comprobari ex iis, quę
posuit in l.j.in col.pen.Bar.ff.de iurisd.omni.iud.Idē
quoq; est,ut inqt Bar.in d.l.de ætate. & refert Sapia
ibidē nu.eo.qñ petitur principaliter, & nullus est ad
uersarius,nullus namq; eo casu requiritur libellus,ad
quod facit tex.in l.scire oportet.ff.de excusat. tuto.

Libellus

1 *Libellus non est necessarius, cum quis petit aliquid ad suam excusationem & defensionem, non autem ut adversarius condemnetur.*

V.Quotiescunq; petit quis aliquid ad suã excusa-
tionem defensionemve, non autem aduersarium cõ-
1 demnari † libellum nõ esse necessarium, uoluit Bart.
in l.creditores.col.fi.C.de pignori.& in l.de summer
sis.C.de naufra.lib. t t.per tex.in l. scire opportet. ff.
de excusa.tuto.& licet Bar.contrarium sensisse uidea
tur, in l.nec quicquam.§.ubi decretum.col.2.ff.de of
fic.proconsul.attamen Sapia eodem loco nume. 20.
animaduertẽdũ esse ait, in specie de qua ibi per Bar.
præiudicium parti inferri, licet iudici concludi non
appareat.

1 *Libellus in causa dotis necessarius non est.*

1 VI.Non exigitur etiam † libellus in causa dotis,
ut refert Bal.nouel.in l.1.nu.463.ff.solut.matri.licet
fortasse species hæc, inter iuris ciuilis summarias cau
sas, potius connumeranda uideatur. Id autem quo-
modo, & quando procedat, refero me ad ea, quæ di-
cit eo in loco Bal.nouellus.

1 *Libellus non est necessarius, cum quis mittitur in possessionem ex primo decreto.*
2 *Decretum primum mittendi in possessionem quare inuentum.*
3 *Decretum primum mittendi in possessionem officio iudicis nobili expeditur.*
4 *Libellus est necessarius in his, quæ officio iudicis nobili expediuntur.*
5 *Missione in possessionem ex primo decreto, ut creditum liquidetur, necesse est.*
6 *Libellus in missione in possessionem ex primo decreto licet necessarius non sit, requiritur tamen aliqua petitio.*
7 *Iuramẽtum calumniæ in immissione in possessionẽ ex primo decreto requiritur, licet antea iuratum esset.*

1 VII.Non est necessarius † libellus, ut inquit Bart.
in l.si finita.§.Iulianus. ff. de damn. infect. sequendo
uerba glo.in uer.mittitur in possessionem, in prima,
quæst.cum fit missio in possessionem ex primo de-
creto: mouetur aũt Barto.ex eo, ꝙ libellũ dari opor-
tere cautum non reperiatur, argumẽto. l.2.§.dies. ff.
quis ord.in bono.possess.seru.& l.seruus. de bono.pos
sess.de quo vr ẽt tex.in l.pręsenti.§.cum autem. C.de
his qui ad Eccles.confu.cum aliis adductis per eum:
Item ꝙ indistinctè nõ requiratur libellus, tenet Io.
Andr.in c.1.de libell.oblat.quam cõclusionẽ sequũ-
tur recentiores in d.§.Iulianus. At contrariã opinio-
nẽ amplectitur Michael Vrcurrus in eodem. §.Iulia-
2 nus.nu.105.huiusmodi argumẽto. † Primũ decretũ
ideò à Pretore inuentũ fuit, vt posset quis mitti in pos
sessionem; & deinde reo in contumacia persistẽte ad
secũdum peruenire.l.2.ff.ex quib.caus.in possess. ea-
3 tur † quod quidem nobili Iudicis officio nõ merce-
nario expeditur; cum actioni prius intentatæ non de
seruiat, ut inquit Bart.in d.l.iubere; Sed his quæ offi
4 cio iudicis nobili expediuntur † libellus est necessa-
rius: ut uoluit glo. in c.fin.de offic.iudic. ubi expres-
sè habeẽ, ea quæ officio iudicis nobili expediuntur,
eodem modo, quo ea, quæ iure actionis expediri, in
quibus tamẽ libellum exigi indubitatum est, ergo pa
riter, ut ipse arbitratur, in hoc primo decreto libellũ
exigi dicendũ est. Nec obstare, inquit, si fortassè re-
plicetur, ideo libellũ non esse necessarium; quia offi-
ciũ iudicis, ut supra diximus, super eo, quod certum
& liquidum est, propter contumaciam imploratur,
sicut in sententia dici solet, quæ officio iudicis nobi-
li ex edicto pretoris emanaute executioni mandãtur.
l.3.§.ait.de re iudic.ut etiam respondebat Bart. in d.
l.iubere. Nam respondet ipse Michael negãdo assum
5 ptum, propterea quòd † ut liquidetur debitum ipsi Iu
dici necesse est; ut patet in auth.ei qui.C.de bonis au-
cto.iud.possid.dũ inquit tex.ibi, secundùm mensurã
debiti declarari. Qualiter aũt probari debeat, seu quę
probatio exigatur, tradit latè Abba.in c.quoniam fre
quenter §.in alijs, ut lite non contestata: quod tamẽ
non est in sententia definitiua, in qua alia declaratio-
ne opus non est; Immo id, quod de sentẽtia diximus
in contrarium (ut ipse arbitratur) retorqueri potest;
Nam quemadmodum in sententia, dum executioni
mandatur, libello opus non est, ita & primo decreto,
rursus è contra, uti libellus necessarius est, ut defini-
tiua sententia proferatur; ita etiam ut primum decre
tum pronũtietur, siue interponatur; Pluribus iurib.
& auctoritatibus prosequitur hãc sententiã ipse Mi-
chael eodem in loco. Verùm quiꝗ intentionis nostræ
est, rem ipsam perstringere, & magis communibus
sententijs inhe rere, animaduertendum est, Bart. sen
tentiam, quam supra comprobauimus, ut libello ui-
delicet opus non sit, obtinuisse. Attamẽ idem et Bart.
in l.cũ proponas C.de bon.auctori.iud.possid.utrun
que obseruari fatetur, unde quàm sit id apud nostros
iurecõsultos dubium facile intelligi potest. Nõ est
tamen omittendum Imol.in d.l.si finita. §. Iulianus.
6 ut ibidẽ refert Alex.licet libello opus non sit) petitio
nem in actis apparere debere censuisse; prout & in
summariis quoq; causis fieri solet, dicta Clementi-
7 na sæpe.de uer bo.signifi. Immo † & iuramentum ca-
lumniæ, licet antea iuratum esset, præstandum esse,
ut tenet Cynus secundùm eum in l. eum proponas.
C.de bonis aucto. iudic. possid. & tradit Specula. in
tit.de primo & secundo decreto in §. sequitur.in prin
cipio.ubi etiam Io.Andr.in additionibus.

1 *Libellus necessarius nõ est, cum quis mittitur in possessionem rerum hæreditariarum, & quid si contradicatur.*

1 VIII.Libellus necessarius non est, cum mittitur
in possessionem rerũ hæreditariarum ut est tex. in l.
fin.C.de edict.diui Adria.tollen. & ibi posuit Petr.
quem sequũtur Bar.& alii; id quod etiã si contradica
tur, uerũ esse uoluit, licet Petrus & Cinus in additio-
ne ad Petrum in d.l.fi.cõtrariũ, quando contradici-
tur, uoluerunt: ut inquit Ioan. Igne. in auth. ex causa
nu.94.C.de liber.præter.qui directè inquit esse con
tra casum d.l.2.in uerbo alleget.& d.l.fi.in uersi.fin

autem aliquis contradictor.C.de edic.diui Adr.tol. ibi,causæ missionis,& subsecutæ contradictionis uẽ tilent,& ei possessio acquirat,& in versi.nullis angustijs temporum huiusmodi missionẽ coarctandam. Idẽ uoluit Sebastia.Sapia in d.l.fi.nn.62. Attamen quicquid dicat Igneus,vt inquit Vbertinus Zuchardus in d.l.fi.nu.29 t.C.de edic.diui Adria.tol.magis communis opinio est,ut nullo cõtradicente libellus non exigat, contradicente verò aliquo, libello opus sit,quam sententiam primo(ut diximus)firmauit Petrus in d.l.fi.quẽ sequitur ibi Bal.in 3.col.ibi, tertiò præmitte,& Ang.col.1.& Pau.Cast.col.2.& Ale.nu me.15.& Iaſ.col.6.in fi.& Dec.nu.13.& 32. & Cur. nu.6.qui dicit ita communiter teneri,& Maria.Soc. in c.j.col.27.ibi 50. fallit,extra de libel.obla. Quib. adhiberet(ut ipse inquit)Vbertinus Zuchardus in d. l.fi.C.de edic.diui Adr.tol.nu.285.& tradit Spec. in d.ti.de libel.conceptio.§.nunc dicendum est, nu.20. uerſ.28.Item etiam in re proposita animaduertẽdũ est,vt inquit idem Vbertinus Zuchardus in d.l.fi.nu

1 me.124.C.de edic.diui Adr.toll.†Nam postq̃ interdictum partib.mandans, ne ad possessionẽ accedãt, emanauit,si altera pars illud reuocari petat ,sine libelli oblatione non audi t,& sententia si qua feratur sine libello,non valeat,ut uoluit Spec.in ti. de libelli conceptione.§.nunc dicendum,versi.22.quod dictũ post Abb.refert Maria.Soc.senior in d.c.1.colũ.18. ibi quinquagesimoquartò.extra de libel.oblatio.id tamen ut ipse Vbertinus arbitratur, est uerum;si simpliciter,& absolutè absolutio petatur, cum ille, qui absolutionem petit, absolutè se possessorem dicat.

1 *Libellus necessarius non est,si se quis possessorem allegat,& ita declarari petat, ac mandari aduersario, ne se donec totum negocium possessorio , vel petitorio iudicio discussũ sit,turbet in sua possessione.*

1 IX.At si se possessorem†alleget;&ita declarari petat,ac mandari aduersario,ne se donec totum negocium possessorio,uel petitorio iudicio discussum sit turbet in sua possessione. hoc casu libello opus non erit,ut inquit Pau.Cast.in consi.3.nu.1.uolu.2. & sequitur Fel.in rub.de treug.& pace,& Curt.in consil. 40.in fi.& Lanfr.in ti.de cau.poſ.& propriet.col.11. post Abb.in c.j.nn.18.de libel.oblatio.Id tamen intelligit uerũ Zuchardus eodẽ in loco,si ad huiusmodi præceptum seruatis seruandis deuentum sit; Alioquin si de facto secutũ esset,quærendum tũc esset,an de facto reuocari deberet,de qua re loquitur idẽ Zuchardus in d.l.fi.nu.129.C.de edic.diui Adri.tol.

1 *Libellus necessarius non est,vbi ad obseruationẽ transactionis agitur.*
2 *Exceptio transactionis litis contestationem impedit.*
3 *Transactionem impleri posse remedio executiuo.*

1 X.Etiam libellus† necessarius non est, vbi ad obseruationem transactionis agitur(vt inquit)Francis. Curtius in l.fratris.nu.2.cum seq.C.de transactio.ex ijs,quæ voluerunt Io.And.& Innoc. & communiter alii,in capitu.j.extra de libell.oblatio. dum inquiunt

2 †sicut exceptio transactionis,litis contestationẽ impedit,& processum:ita etiam si ab obseruandam trãsactionem agitur,nec libello,nec litis contestatione opus erit.ne lites ex litibus oriantur, argumento.l. terminato.C.de fruc.& lit. expenſ. Id quod inquit

3 Curtius, si uerum est, perpetuo notari debet† propterea quòd ex eo infertur, ad transactionem implẽdam,& obseruandam remedium executiuum competere, neq; necessariam esse actionem præscriptis uerbis,uel si fortasse necessaria sit,habebit tamẽ paratam executionem,ut inquit Bar.in l.2.ff.de iureiuran.de ipso iuramento,quod habeat uide licet executionem paratam.Hanc tamen conclusionem non esse ueram,vult Curt.eod.loco nu.4. per ea quæ notat Bar.& sequuntur alij in l.si intra ff.de re iud.& Ang. in l.pe.C.de iud.

1 *Libellus necessarius non est,cum restitutio in integrũ incidenter coram iudice proponitur.*

1 XI.Non est†necessarius libellus,cum restitutio in integrum incidenter coràm iudice proponitur: quã doquidem tunc nec litis contestatio necessaria est, vt uoluit Inn.in c.cum venissent,& in ca. pe.extra de in integ.restitu. & faciunt notata per Bened.in cap. 2.extra de of.iud.& quæ uoluit Alberi. in auth.offeratur,C.de litis contesta.& refert Ioan. Vicomercatus in l.edita nu.32.ubi quamplures alias, quas prosequimur,refert species sub numeris subsequentibus C.de eden.

1 *Libellus non requiritur, cũ filiusfamilias mutuat uiaticum.*

1 XII.† Cum filiusfamilias non mutuauit uiatie um: nam hoc casu libellos non requiritur.l.cum filins.ff. si cert.pet.

1 *Libellus non est necessarius,cum fit transactio possessionis propter mendacium.*

1 XIII.† Cum fit transactio possessionis propter mẽdacium,ut est gl.notabilis in §.illud.in auth.de triẽ. & semiſ.

1 *Libellus non est necessarius cum minor in possessionẽ bonorum debitoris non soluentis petit mitti.*

1 XIIII.† Nõ exigitur libellus,quãdo minor mitti in possessionẽ bonorũ debitoris non soluentis petit l.j. cum ibi notatis.ff.de bonis auctori.iudic.posſiden.

1 *Libellus nõ est necessarius,quando duo contendunt se possidere,& iudex dubitat,ne armis rẽ expediant.*

1 XV.† Non est necessarius libellus,quando duo cõtendunt se possidere:& iudex cognoscit,dubitatque ne partes ob id armis rem expediant: nam tũc summariè sine libello causam cognoscere potest: etsi alioquin libellus expeteretur: ita dixit Speculat. in dicto titu.de libel.oblatio. in §. nunc dicendum . in versi.

uerſi.22.pro quo adducit idem Vicomercatus in d. l.edita.nu.44.ea,quæ voluit Alberi. in auth. offeratur.C.de lit.cōteſtatio. auctoritate Inno. & Anto. à Butrio.in c.cum ueniſſent . extra de in integ. reſtit. & eiuſdem Inno.in cap.2.extra de ſer. non ordin. Faciunt etiam,quæ notat idē Inno. & ſequitur Panor. in c.in pręſentia.extra de probatio. & quæ dicit clarè Specula.in tit.de ſequeſtra.poſſeſſ.uel fruct.in uerſi.ſed numquid ubi agitur.

1 *Libellus neceſſarius nō eſt , quando quis lite pendente re ſua,vel proprietate aliqua ſpoliatur,et petit,ut ſibi res ſua reſtituatur.*

1 XVI.†Non requiritur libellus , quando quis lite pendente re ſua,uel proprietate aliqua ſpoliatur,rē que ſibi ablatam reſtitui petit ; Etenim tunc ille,qui poſſidet,da mihi libellum,ſi quid petis à me , dicere nō poterit,ita dixit Cardinalis,quem ſequuntur alii, in c.cupientes.extra de electio.& refert idem Io.Vicomerca.in d.l.edita.nu.45.C.de eden.

1 *Libellus non eſt neceſſarius , cum iudicis auctoritate in poſſeßionem miſſus ad eam nou acmittitur.*

1 XVII.†dicendum eſt, cum Iudicis auctoritate in poſſeſſionem miſſus,ad eam non admittitur;propterea quòd tunc extraordinariè Iudicis officium impetrare poterit,ut manu militari in poſſeſſionem ducatur.l.3.in 1.reſponſo. ff. ne uis fiat ei, qui in poſſeſſ. miſ.eſt,& l.qui reſtituere.ff.de rei uendi.& ſi hac eadem de re competant alia remedia, quę notantur in c.tuę.extra ut lite non conteſtat.

1 *Libellus neceſſarius, non eſt,ſi confirmatus uel inueſtitus aliqua eccleſia nanciſci prohibeatur poſſeſſionē.*

1 XVIII.Idem non†minus locum habet , ſi confirmatus, uel inueſtitus de aliqua Eccleſia poſſeſſionē nanciſci prohibeatur.c.conſtitutus . extra de appella. & c.poſt electionem.extra de conceſſio.pręben.

1 *Libellus neceſſarius non eſt,ſi ſententia manu militari exequi petatur.*

1 XIX.† ſi ſententia manu militari exequi petatur, alioquin litium finis non daretur;immo a fine unius, alterius litis principium oriretur: ut inquit Specula. in d.tit.de libel.conceptio. §.nunc dicendum eſt,nu. 15.uerſi.23.

1 *Libellus non eſt neceſſarius in cauſis mere ſpiritualibus.*

1 XX.Idem eſſe † inquit Specul.in d.tit.de libell.cōcept. §. nunc dicendum eſt,nume. 15. in cauſis merè ſpiritualibus.c.1.extra de dolo, & contuma.

1 *Libellus non eſt neceſſarius ,cum de poſſeſſione quocunque modo litigatur.*
2 *Appellatio non datur in cauſa poſſeſſionis.*
3 *Interdictorum ſolemnitas;quibus momentanea poſſeſſio petebatur,ſublata eſt.*

1 XXI.Item nō requiritur †libellus, cū de poſſeſſio
ne quocunq; modo litigatur,& id propter ipſius poſ
ſeſſionis commodum.l.momētaneæ.C.unde ui.quan
2 doquidem†nec etiam eo caſu appellatur.l.prima.C.
ſi de momēt.poſſeſ.fuer.appella.& c. ſunt quorum,
uerſi.ſi de poſſeſſione 2.quæſt.6.& c.1.extra de cauſ.
3 poſſeſſ.& proprie. Ratio autem eſt; quia † ſolemnitas interdictorum,ex quibus momentanea poſſeſſio petebatur,ſublata eſt §. fi. Inſtit. de interd. & refert Specula.in loco ſupra adducto num. 18. uer. 26.

1 *Libellus non eſt neceſſarius , cum petitur carboniana bonorum poſſeſſio,uel cum mulier uentris nomine petit ſe mitti in poſſeſſionem,niſi contradicatur.*

1 XXII.Non†requiritur libellus,cum petitur carboniana bonorum poſſeſſio.uel cum mulier uentris nomine mitti ſe petit in poſſeſſionē,eo enim caſu quoniam ab alio nihil uel dari, uel fieri petitur , meritò nec quiſquam in iudicium uocatur, argumēto dictæ auth.offeratur.& l.filium.§. ſi quis. ff.de legat. præſtan.contra tabu. bono. poſſe. petit. At ſi quiſpiam huic petitioni contradicat , neceſſarius erit libellus l.3.§.cauſæ.& §.duæ.ff.de carbo. edict. & l. 1.§.ſi ea. ff.de uentr.in poſſeſſ.mit.

1 *Libellus non eſt neceſſarius , in poſſeſſione , quæ litis agnoſcendæ cauſa datur.*

1 XXIII.Idē quoq;† dicēdū eſt in ea,quæ litis agnoſcendæ cauſa datur,bonorum poſſeſſione,de qua habetur in l.poſthumus;& in l.ſi quis inſtituta.ff.de inoffi.teſtamen.

1 *Libellus non eſt neceſſarius in omnibus poſſeſſionibus ius tribuentibus.*

1 XXIIII. Idem † ſecundùm antiqua iura in omnib. ius tribuentibus poſſeſſionibus dicendum eſt. Quāuis enim dentur cū cauſę cognitione, contradictorē tamen nullū habent l.3.§.ſi cauſa. ff.de bono. poſſeſ. & l.3.§.dies.ff.quis ord.in bon.poſſ. ſerue. Id autem ideo uerum eſt:quia inde præiudicium aliquod non infertur,& ex conſequenti cū nullus ſit contradictor libello opus non eſt , dicta l.filium. §. ſi quis . At ſecus ſi præiudicium inferatur , impugnetve eam quiſpiam.l.cū emācipatus.aliàs incipit ſub duobus.§.Iulianus. ff.de bono.poſſeſſ.cōtra tabul. Hodie aūt inquit Specula.in loco ſępe citato cū bonorum poſſeſſionibus ius tribuentibus ſola agnitio ſine petitione, aut decreto ſufficiat.l.fi.C.qui admitt.ad bono. poſſeſſ.libellus neceſſarius non uidetur . Id tamen in bonorum poſſeſſione contra tabulas locum non habere arbitratur.d.l.cum emancipatus.

1 *Libellus non eſt neceßarius,cum minor petit licētiam vendendi pignus debitoris.*

1 XXIIII. Nō requiritur † libellus,cum minor petit licentiam uendendi pignus debitoris , ut uoluit Alber.in dicta authen. offeratur. C. de litis conte-

sta. & refert Ioan. Vicomercatus in d. l. edita. nu. 36. C. de edend.

1 *Libellus non est necessarius, cũ iudex aliquis alterius territorii iudici scribit, ut aliquã sententiam exequatur, uel testes recipiat.*

1 XXV. libellum non esse † necessarium dicendum est; cum Iudex aliquis alterius territorij iudici scribit: ut aliquam sententiam exequatur, uel ut testes secundùm formam. l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. recipiat, & iuxta formam auth. apud eloquentissimum. C. de fide instrument. ita uoluit Alber. in d. l. edita. & in d. auth. offeratur. C. de lit. contestat.

1 *Libellus non est necessarius, quando iudex constituit, vel decernit curatorem bonis.*

1 XXVI. † Idem quoque dicendũ est, quando iudex constituit, uel decernit curatorem bonis, ut uoluit Specula. in dicto tit. de libel. conceptio. in §. nunc dicendum, nu. 30. uers. 36.

1 *Libellus non est necessarius, cum petitur dari tutor pupillo, uel curator minori.*

1 XXVII. Cum petitur † dari tutorem pupillo, uel curatorem minori. 25. annorum, ut ibidem.

1 *Libellus non est necessarius, cum petitur alicui interdici tanquam prodigo suorum bonorũ administratio.*

1 XXVIII. Cũ petitur † alicui interdici tãquàm prodigo suorum bonorũ administratio: vt habetur in l. 1. ff. de iurisdi. omn. iudic. & refert Vicomercatus in d. l. edita num. 38. & num. 39.

1 *Libellus non est necessarius, cum iudex aliquis quempiã esse suæ iurisdictionis, debereq; sibi obedire dicit.*

1 XXIX. non est necessarius † libellus, cum iudex aliquis dicit, quempiam esse suæ iurisdictionis; debereque sibi obedire: quemadmodũ & alij subditi obediunt. l. de iure. in princ. ff. ad municip. & l. generali. C. de decurio. secundùm quosdam.

1 *Libellus non est necessarius, si agatur cum iis, qui recedunt ab officiis, vt ad ea redeant.*

1 XXX. etiam † in ijs, qui recedunt ab officijs, si agatur, ut ad ea redeant. l. si qui curiales. C. de episc. & cleri. Vide tamen de hoc per Specu. in loco sæpe relato, nu. 19. uersi. 27.

1 *Libellus non est necessarius, quãdo clericus se absentat ab ecclesia, & maritus ab uxore.*

1 XXXI. libellus † non est necessarius, quando clericus se absentat ab ecclesia, & maritus ab vxore sua: qa posse reuocari sine libello dicit Vicomercatus in d. l. edita. nu. 41. fuisse dictũ Inno. quem alij sequuntur oẽs, extra de eo qui mitti. in possess. caus. rei seruan.

1 *Libellus non est necessarius, quando aliquis est condẽnatus restituere fundũ cũ fructibus, vel castrũ, vel fundũ cũ pertinentijs, & in executione sententiæ volo declarare pertinentias, vel fructus.*

1 XXXII. Non est necessarius † libelllus, quando aliquis est condemnatus restituere fundum cum fructibus, uel castrum, uel fundum cum pertinentijs, & in executione sententiæ uolo declarare pertinentias, uel fructus; nam tunc in tali declaratione libellus nõ requiritur, ut uoluit Inno. quem cęteri sequuntur, in c. cum ad sedem extra de restitu. spolia.

1 *Libellus necessarius non est in iudicio fã milia ercisc unda.*

1 XXXIII. † Non est necessarius in iudicio familiæ ercisc undæ, quia iudex absque libello diuidere põt, & in suo iudicio procedere. l. fin. & l. in hoc iudicio, ubi gloss. ff. fam. ercisc un. & §. in familiæ. instit. de offi. iudic.

1 *Libellus necessarius non est, cum quis compellitur suscipere executionem ultima voluntatis alicuius.*

1 XXXIIII. Dicendum † est idem, cum quis compellitur suscipere executionem ultimæ uolunta tis alicu ius; quia cogitur quis suscipere absq; libello. l. nulli, cum ibi notatis maximè per Alberic. C. de episco. & cleric.

1 *Libellus non est necessarius, cũ iudex interponit libellum super alienatione rei minoris.*

1 XXXV. Non requiritur † secundùm quosdam, cũ iudex interponit decretum super alienatione rei minoris. l. minorum. cum ibi notatis. ff. de præd. minor.

1 *Libellus necessarius non est super incidẽtibus, quæ proponuntur iudici lite pendente, & quando.*

1 XXXVI. non † requiritur libellus super incidentibus, quę proponuntur iudici lite pẽdente, ut uoluit Specul. in dicto titu. de libell. conceptio. in §. nunc dicendum quam sententiam sequitur Alber. in l. 1. C. de procurat. ubi dixit id communiter seruari; eandem sententiam sequitur etiam Compostellanus in c. 1. extra de libel. oblatio. & in c. dudum. extra de electio. Hęc tamen conclusio locum non habet, quando ipsa causa, quæ sua natura est incidens, naturam principalis causæ assumeret, ut quia principaliter intentaretur, eo nanque casu etiam si sit incidens. libello opus erit, ut declarat Alberi. in l. j. C. de ordin. iudicio. Quæ autem sit causa incidens, & quæ emergẽs notant Doctores in d. l. 1.

1 *Libellus non requiritur, ubi rusticus, vel miserabilis persona opprimeretur ab aliquo potente.*

XXXVII.

1 XXXVII. Non requiritur † libellus, vbicumque aliquis rusticus, vel miserabilis persona opprimeretur ab aliquo petente: quia hoc casu iudex sine litis contestatione, vel libello poterit illum rusticum officio suo defendere, ita uoluit Cardinalis in c. religionem. extra de religio. domi. quam sententiam sequit Albe. in d. auth. offeratur. C. de lit. cont. pro quo optimè facit L. illicitas. §. ne potentiores. C. de offi. præsi. & tex. in l. j. C. ut lit. penden.

1 *Libellus non requiritur in omnibus causis notoriis.*
2 *Notorium quid sit.*

1 XXXVIII. Non est necessarius libellus † vt inquit Inn. in c. bonæ. extra de elec. inquies ita seruare totū mundum in omnibus causis notoriis, pro quo faciūt notata in l. ea quidem. C. de accusatio. tradit Bart. in l. scriptum num. 5. ff. de religio. & sump. fun. ut ca. ad nostram. il 2. extra de iureiuran. & c. manifesta 2. quęstion. 1. & notatur in c. tua nos. de libel. oblatio. & in c. j. & in §. sancimus. in Auth. de exhiben. reis. & capi. quoniam. extra de filiis presbyte. Verùm quærit ibidem Bar. num. 6. Quid dicendum sit, si eeus velit excusationes, vel defensiones proponere, vt inquit Inn. & Host. in d. c. tua not. & Spe. in ti. de noto. crimi. §. j. ver. ꝙ si iudicis: eum iudicem audire debere; & si nō audiat, processum non valere. Attamen si audierit, & probationes non admittat, valere processum: quia sufficit, vt iudex coram superiore crimen notorium ostendere possit: sed Bar. ibi hac in re ita distinguit: Aut factum & facti qualitas sunt notoria, exempli gratia, notorium est, Titium hominem interfecisse, & ipsum armis non se defendentem aggressum, & tunc arbitratur Bart. reum ad proponendum, vel ad probandum, ꝙ ad sui defensionem fecerit, audiendū non esse, ut est exemplum in §. siquis hominem. in vsibus feud. de pace iuram. firmā. Si uero facti qualitas non sit notoria, exempli gratia; ut quis in iure confessus sit. se hominem occidisse, vel fortasse occidit pluribus pręsentibus; qui uiderunt mortuum, non tamē primū aggressum, & eeus vult probare se fuisse prius à mortuo aggressum, & tunc dicit Bar. iniquum esse iudicem: si eum non admittat, & hoc probat per dictum §. siquis hominem. Immo potest dici, obiectū hoc rem notoriam efficere. l. j. §. sed neget. ff. de tab. exhi. & in cap. uenerabilis. §. idem. & §. sequē. extra de sent. excommu. & §. hæc constitutio, ibi quam ergo,
2 inst. de eo cui. liber. caus. bon. aduciun. Quid † autem sit illud, quod appellatur notoriū, declarat latè Bart. in d. l. scriptus hæres. ff. de religio. & sump. fun. & Alber. in d. l. ea quidem. in uer. & principale propositū. C. de accusatio.

1 *Libellus non requiritur. si causa sit vilis, & modica summa, vel vtilium perosnarum.*
2 *Causa uilis est minor duobus aureis.*

1 XXXIX. Non requiritur † libellus; si cā sit uilis, ut modicæ summæ, vel uilium personarum, vt puta inter pauperes, vel rusticos, vel agricultores inopes; vel huiusmodi. l. humilē. C. de incest. nup. & in auth.
2 nisi breues. C. de sent. ex breui. recitan. Vilis † autem est cā minor duob. aureis. l. si quis oleum. in fin. & l. seq. ff. de dolo. Inspiciat ergo iudex qualitatem personarum, & causæ. l. cum hi. §. personarum. ff. de transactio. & c. fi. extra de eo, quod met. can. & l. plenū. §. j. ff. de usu & habita. eius enim arbitrio, ex quo determinatum non est, id relinqui debet l. j. ff. de iure del. & c. de causis extra de of. del. vel loci cōsuetudo seruetur. c. consuetudinis 11. distin. & c. pe. extra de consuetu. Item etiam, ut dicit Spe. in d. §. nunc dicendū, nu. 3. uer. 3. & ver. 8. de libel. conceptio.

1 *Libellus necessarius non est, cum partes mutuò sibi remittunt, vt sine scriptis agatur.*

1 XL. Libellus † necessarius non est, cum partes mutuò sibi remittunt, vt sine scriptis agatur, & pronuntietur. l. quoties. §. sed si talis. C. de priui. schola. li. 12. & l. si conuenerit. ff. de re iudic. & l. prima ff. de feriis & l. fi. in fi. C. de episco. & clee. & in authen. generaliter. in fi. cod. titu.

1 *Libellus non requiritur, cum miles colonus efficitur.*

1 XLI. Idem dicendum † est, cum miles colonus efficitur. l. fi. C. locat.

1 *Libellus non requiritur, cum agitur contra adscriptitium fugitiuum.*

1 XLII. Non est necessarius † libellus, quādo agitur cōtra adscriptitium fugitiuum. l. si coloni. C. de agri. & censibus lib. 10.

1 *Libellus non est necessarius contra seruos fugitiuos.*

1 XLIII. idē † voluerunt nonnulli in aliis seruis fugitiuis, vt refert Spe. in loco supra sępe adducto uersi. 24. & est tex. in l. requirendi. & l. quicunq;. & l. cū seruū. C. de ser. fug. quod verū esse arbitratur Spec. ibi; cū constat de fuga. Sed negāt se alicuius seruos fore, non tn̄ dicunt, se fuisse in possessione libertatis, secus verò si fuga negetur, & se dicant in possessione libertatis esse. l. ordinata. ff. de liber. caus. & facit l. siqs emptionis. C. de præscriptio. 30. ann. Inquisitio aūt, vbi fugitiuus sit; fit, & fieri ī domo vel pdio alieno sine libello impetrat. l. j. & l. Diuus ff. de ser. fugit.

1 *Libellus non est necessarius, cum agitur actione in factum.*
2 *Lites ex litibus oriri non debent.*

1 XLIV. nō est necessarius † libellus, cū agit actione in factū, q̄ ex re iud. descēdit, de qua hr̄ in l. actori. C. de re. cre. q̄ aliàs iudicati dr̄. l. miles. ff. de re iu. & l. fi. C. de usur. re. iud. & id pbat Pet. q̄a nō debēt lites ex litib. oriri. l. terminato. C. de fru. & li. expēs. & l. siqs. C. de re. cre. & c. cū olim extra de ver. sig. Idē cōprobat Spe. q̄a hęc actio est alterius naturę, q̄ cæterę, in q̄b. summaria cognitio reqrit, hęc. n. actio nō est ī iudicio examinanda, sed executioni mādāda, cū parata

dicatur, l. minor 25. annis, cui fideicommissum, ff. de mino. & l. si causam. C. de executio. rei iudic. & l. 4. §. si ex cōuentione. ff. eod. in qua Iudex nihil aliud inspicere debet, quam an sit iudicatum. l. si prætor. ff. de iudic. At contra Iaco. inquit Specula. ut in auth. offeratur, & in auth. libellum. C. de lit. cōtesta. & hoc siue petatur contra reum, uel in eius bonis executio actione in factum, siue iudicis officio: his enim duobus modis petitur. l. properandum. §. sin autem reus C. de iudic. & l. a Diuo Pio. ff. de re iud. & l. penult. C. de executio. rei iudic. Idem subdit Specula. dicere Alb. Pap. cum sit actio, nec inueniatur hic casus exceptus à iure. l. item ueniunt. §. cū prediximus. ff. de petitio. hæredita. Subdit ēt idem Specu. M. de fa. executionem fieri Iudicis officio uoluisse, cum in facto cō sistat, & summariam tunc cognitionē fieri, nec Iudicis sed executoris partes assummere debere, unde, ut ipse arbitratur, nec actio in ea proponenda est, nec litis contestatio facienda; quia tunc lis fieret ex lite, & ideo nec libellus offerri debet, argumento. l. si quis missū. ff. ne uis fia. ei, qui in posse. mis. est. & l. si quis sepulchrū. ff. de religio. & sumpt. funer. & l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. Procōsul. intelligit autem id Specu. cū Iudicis officio executionem sententiæ in bonis fieri postulatur, tunc enim contra certā personam cum nihil petatur, meritò ab initio libellus necessarius nō est l. minor 25. annis, ibi, ad initiū ff. de minori. At si contra condemnatum petatur, & reus se opponens sententiam nullam, uel executionē non esse faciendam dicat, quod quidē potest. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. & libellum petat, tunc libellum offerendum arbitratur.

1 *Libellus non est necessarius, cum testamentum aperiri petitur.*

1 XLV. dubitatum est, an † cum petitur testamentū aperiri, libellus necessarius sit; Qua in re ut necessarius non sit, dicendum uidetur, propterea quòd ex officio extra ordinem, & sine dilatione expeditur. l. si. ff. de appel. recipien. At Iacob. ut inquit Specula. in loco supra adducto num. 21. uersi. 29. ita distinguebat; Aut peto testamētum aperiri, quod est apud est apud me; & uerum sit, libellum non esse necessarium l. prima. C. quemadmo. testamen. aperia. Aut peto testamentum aliquod, quod est apud alium, & tunc rursus subdistinguit. Nam aut ille, apud quem est, cō trouersiam non facit, & idem adhuc dicendum est, l. 2. §. fin. ff. eod. Aut cōtrouersiam facit; quia negat penes se esse, & tunc sit libellus necessarius, & recurritur ad interdictum de tabul. exhiben. in quo sicut in quolibet interdicto necessarius est, dicta l. 2. item si aliam controuersiam faciat; ut quia dicit nō interesse petentis, uel ex alia causa non esse aperiendū, non tamē negat penes se habere, & tunc etiam iurabitur l. thesaurus. ff. ad exhiben.

1 *Libellus non est necessarius in querela inofficiosi testamenti.*

1 XLVI est ēt † dubitatū, an in q̄rela inofficiosi testamenti necessarius libellus sit. Nā quidam necessariū esse ob id dicebāt, ꝙ cōtra hæredē proponatur l. nā & si. §. si. & l. si instituta. §. de offic. ff. de innoffic. testamen. & l. j. & l. si heredem & l. cum duob. C. eo. titu. cōprobatur, quia lex uocat eam actionē l. neptē. & l. cōtra maiores. & l. fratres. & l. liberi. C. eodem, & iō nt in aliis actionibus dādus uidetur. Præterea cō probatur ex eo, ꝙ lex dicit hæredē uincere filiū, ergo inter eos est lis, l. cum filius. ff. de lega. 2. Alij uerò dicunt, nō esse necessariū libellū, propterea ꝙ quis aliquid sibi dari ab aliquo, uel fieri nō petit; Sed dicit tantum contra testamētū; Verùm inquit Speculator in loco supra sæpe relato, si hæres se opponat, Iudicē tunc, ut detur inscriptis, & exemplat hęredi prębeatur, mandare posse.

1 *Libellus non est necessarius, cum petitur caueri de legato uel fideicommisso soluendo.*

1 XLVII si petatur de legato caueri † fideicōmisso ve soluendo; nunquid sit necessarius libellus, quæsitū est, & necessarius uidetur, argumento. §. item aduersus. instit. de pęn. temere litig. & c. nec de cetero. 16. quęst. 4. & c. vnico, extra ut ecclesi. benef. At cōtra, ꝙ nō sit necessarius, argui vř ex l. 1. C. ut in possess. leg. uel fideicommiss. quia id officio Iudicis expeditur. l. actionis. ff. de actio. obligat. Item summariè l. 3. §. sciē dū. ff. ad exhiben. Tertia est opinio, nō esse solemnē libellum exhibendū, sed summariā petitionem, ut super eā Iudex deliberet, l. 1. §. si ad fiscum, & l. seq. & l. hæc stipulatio. ff. ut leg. seu fideicom. nomi. caue. & l. 1. §. fi. & l. 2. & toto titulo, ff. ut in possess. legat. uel fideicommisso.

1 *Libellus non est necessarius, si petantur alimenta.*

1 XLVIII quæritur, quid † si petūtur alimenta. Qui dā uolunt, ut si petantur officio Iudicis, non offeratur libellus; si uerò iure actionis, necessarius sit. l. si Iudex. ff. de his qui sui uel alien. iur. sunt, & l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offi. procons. & legat. & l. si qs à liberis. §. si uel parens. ff. de agnos. libe. Alii contra; quia regulariter in qualibet causa libellus offerēdus est. dicta auth. offeratur. Verùm ut concordentur in primo casu sit summaria cognitio, secundo uerò nō, ut ipsi arbitrantur.

1 *Libellus non est necessarius, cum agitur inter partem, & filium de obsequijs præstandis, uel inter patronū, & libertum.*

1 XLIX cum agitur † inter patrem & filiū de obsequijs præstandis, uel inter patronum uel libertum; quæsitum est, an libellus sit necessarius; & hac in re inquit Speculator in loco supra sępe citato, num. 31. uersi. 35. ita respondendum esse, si filius uel libertus sunt in possessione libertatis, & hac de causa prouocatur ad iudiciū à patre, uel patrono: & tunc dādus sit libellus: alioquin nō posset causa rectè discerni, & ius suum cuiq; reddi.

1 *Libellus nō est necessarius, cū petitur declaratio, seu interpretatio alicuius clausulæ obscuræ, uel ambiguæ*

L. non

1 L.non eſt neceſſarius † libellus, vbi petitur declaratio, ſeu interpretatio alicuius clauſulæ obſcuræ, uel ambiguæ, ex officio ſuperioris: prout not. ſecundùm Papam in c. in his. & c. olim ſibi, extra de verb. ſig. & refert Spec. eodem loco nu. 35. ver. 46.

1 *Libellus non eſt neceſſarius, cum agitur de naue ſummerſa.*

1 LI. idem † dicendum eſt, cum agitur de naue ſummerſa; quia agitur de plano & leuato velo, l. de ſummerſis. C. de naufra. lib. 11. Sed id correctũ eſt ſecundùm quoſdam. Alii verò illud aliter intelligunt.

1 *Libellus non requiritur in caſibus illis, in quibus teſtes recipiuntur lite non conteſtata, & in quibus audientia denegatur.*

1 LII. libellus generaliter non offertur in caſibus illis, in quibus teſtes recipiuntur lite non conteſtata, quos refert Spe. in ti. de teſtibus. §. nunc tractemus.

1 *Libellus non requiritur in illis, in quibus audientia denegatur.*

1 LIII. in illis † in quibus audientia denegatur, quos refert idem Spe. in §. in quibus, de appel. verſic. 32. & 33. tradit Azo in ſumma in §. ſi autem. C. de ęden.

1 *Libellus non requiritur in cauſa appellationis.*

1 LIIII. ſi quæratur † nunquid in cauſa appellationis libellus offerendus ſit. Reſpondetur. Aut loquimur de appellatione extra iudicium, & tunc ſecundùm quoſdam dubium non eſt, quin libellus neceſſarius, & offerendus ſit, cum ſit tantùm prouocatio ad cauſam, c. cum ſit Romana extra de appel. & cap. ſtatuimus extr. de electio. Aut loquimur de appellatione, quæ fit in iudicio, & tunc inquiunt Vincen. & Inno. neq; libellum, neq; litis conteſtationem eſſe neceſſariam, ex quo facta eſt in principali, maximè vbi proceditur ex eiſdem actis. §. nolumus. in Auth. de his q. ingre. ad appellan. & l. fi. §. illud. C. de tempo. appellatio. & c. per tuas. extra de appella. quia cauſa appellationis eadem eſt cum principali. At quoniam alij aliter ſenſerunt, Spec. in loco ſupra ſæpe citato de libello. conceptio. num. 38. ver. 49. inquit, in appellationibus, quæ à grauamine ante ſententiam interponuntur, libellum non eſſe neceſſarium: ut finis litib. imponatur. c. finem extra de dolo & contum. & cap. frequens. de reſt. ſpol. & l. properandum. C. de judic. In appellationib. uerò a ſentẽtia libellum eſſe neceſſarium, pleroſque etiam, inquit ipſe, voluiſſe, vt ſi añ ſentẽtiam ſuper articulo iuris apelletur; vt quia pronunciatum eſt, pactum de non petendo non impedire litis conteſtationem, vel quid tale, libellum nõ eſſe neceſſarium, arg. c. ſæpe. in prin. extra de appell. & c. ſi quem. §. notandum ver. nam facti 2. quæſt. 3.

1 *Libellus non requiritur, ſi ſententia dicatur nulla.*

1 LV. Quid ſi ſententia dicatur nulla, an ſit neceſſarius libellus? & Spe. eodem in loco ita diſtinguit. Aut opponitur in modum exceptionis, & libellus non erit neceſſarius, propterea quòd cito debet expediri, immo niſi probatio ſit in promptu, executio non impedietur. l. j. C. quando prouoc. non eſt neceſ. alioquin non eſſet litium finis, l. fratris. C. de tranſact. facit l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & l. is à quo. C. ut in poſſeſ. leg. Aut agitur & petitur abſolutio de facto, vel reſtitui inſtrumenta, & tunc libellus erit neceſſarius; Poſtquam in hanc materiam incidimus, & ſi quatenus pertinet ad interpretationem ſtatuti noſtri hæc ſufficerent; attamen quædam alia referamus, in quibus libellus non eſt neceſſarius: vt ſi fortè aliquãdo aliqua ex his ſpecieb. coràm ijs iudicibus, de quibus loquitur ſtatutum noſtrum, mutatione temporis fortaſſe vel ſuperioris voluntate, quod ſæpe accidit, aliter ſeſe habeat, quomodo intelligi debeat, non dubitetur.

1 *Libellus non requiritur, quando epiſcopus cognoſcit de cauſa ciuili inter clericos ſibi ſubiectos, & quando.*

1 LVI. igitur quatenus † pertinet ad ius canonicũ nõ requiritur libellus, quando epiſcopus cognoſcit de cauſa ciuili inter clericos ſibi ſubiectos. Auth. ut clerici. apud propri. epiſco. conuenia. in prin. colum. 6. & c. ſi quis clerico 11. quęſt. prima. Id tamen in minoribus cauſis intelligitur, arg. c. quoniam contra extra de probat.

1 *Libellus non requiritur, cum agitur de beneficio authoritate apoſtolica obtinendo.*

1 LVII. nõ eſt neceſſarius † libellus, vbi de beneficio agitur auctoritate apoſtolica obtinendo; etenim tunc literæ apoſtolicæ loco libelli erunt, neque iudici alium libellum recipere neceſſe eſt; arg. l. ſi ut proponis. C. de exceptio. rei iudic. & c. primo & 2. & ca. cum ſecundum. §. fi. extra de præb. & ca. ad aures. extra de reſcri. & tradit Spec. in loco ſæpe adducto numer. 5. ver. 6.

1 *Libellus non requiritur, cum petitur confirmatio beneficij.*

1 LVIII. id quod † procedit, etiam cum petitur confirmatio, nec vllus aduerſarius apparet.

1 *Libellus non requiritur ſuper exceptionibus contra electum oppoſitis.*

1 LIX. item etiam † & ſuper exceptionibus cõtra electum oppoſitis eo modo, quo refert Specu. eo. loco.

1 *Libellus non requiritur, ſi agatur de minus canonicè electis.*

2 LX. † ſi agatur de minus canonicè obtentis ſine Dioceſani conſcientia, capitu. nullus 16. quæſtio. 7. & capit. 3. extra de inſti. & cap. ad aures. extra de exceſſi. prælat.

Libellus

1 *Libellus non requiritur, si agatur de diutina uacatione, uel aliis grauaminibus ecclesiarum.*

1 LXI. Idem dicendum est si † de diutina vacatione, vel alijs grauaminibus ecclesiarum agatur; quę Diocesanus ex officio suo corrigere debet, cum & ipse ex officio procedit. c. vnico extra, de eccles. ben. & c. de monachis. & c. graue. extra de præben. & c. regula 10. quæst. prima.

1 *Libellus non requiritur regulariter in omnibus suspēsionibus beneficiorum, & restitutionibus, quæ fiunt ab episcopo inter suos clericos.*

1 LXII. non est† necessarius libellus in omnibus regulariter suspensionibus, & restitutionibus beneficiorum, quæ ab episcopo inter suos clericos fiunt, vt voluit Ion. in c. apostolicæ. in prin. extra de exce. Videamus modò, quid sit in criminalibus, & si hoc quoq; ad statutum nostrum pertinere non uideatur.

1 *Libellus non est necessarius, ubi iudex de fama alicuius inquirit.*

1 LXIII. in criminalibus † non est necessarius libellus, vbi iudex de fama alicuius inquirit, & ita dixit gl. cōmuniter approbata in verbo de plano. in ca. cum in tua extra de sponsali.

1 *Libellus non requiritur in causis absolutionis ab excōmunicatione.*

1 LXIIII. in causa † absolutionis ab excommunicatione idem dicendum est. Ea enim fit absque libello, ut dixit gl. & sequitur Inno. in capi. sacro extra de sent. excommu.

1 *Libellus non requiritur, quādo iudex procedit in causa inquisitionis parte absente.*

1 LXV. non est necessarius † libellus; quando iudex procedit in causa inquisitionis parte absente. Nam tunc iudex sine libello, & litis contestatione procedere potest: vt uoluit gl. & sequitur Inno. in c. cum I. & A. extra de accusa. & habetur in c. sicut olim. extra eodem titu. de accusat. secus autem si pars sit præsens; quia tunc ordine iudiciario proceditur. c. qualiter il 2. extra de accusatio. & habetur in c. cum dilectus. extra de purga. cano. & c. ad nostram extra de iureiurā.

1 *Libellus non requiritur, quando episcopus vult inquirere, an clericus duas præbendas iustè possideat.*

1 LXVI. non est necessarius † libellus, quando episcopus vult inquirere, an clericus duas prębendas iustè possideat; nec ne; vt uoluit Archidia. quem cæteri sequuntur in c. 1. de off. ord. lib. 6.

1 *Libellus non est necessarius, quando agitur in modum inquisitionis aliquo denunciante.*

1 LXVII. non est † necessarius libellus, quādo in modum inquisitionis aliquo denunciante agitur. ca. cū olim. extra de testib. quamuis tunc capitula sint edēda. c. qualiter. il 2. §. debet. extra de accusa. de quo vt per Specu. in loco sepe adducto nume. 2. & versicul. secundo; si verò aliquis denunciauit aliquem, & ille hoc negat, necessarius est libellus, in ipsa uerò denūciatione non est necessarius, vt ibidem tradit Specu. l. 2. C. qui accus. non possunt.

1 *Libellus non requiritur, cum tutor accusatur.*

1 LXVIII. Item non est † necessarius libellus, cum tutor accusatur.

1 *Libellus non requiritur cum tutor se excusat.*

1 LXIX. cum se excusat tutor. l. scire. §. oportet. ff. de excusa. tuto.

1 *Libellus non requiritur in crimine suspecti tutoris.*

1 LXX. In crimine suspecti tutoris. l. 2. §. non tātùm. ff. de suspe. tuto.

1 *Libellus non requiritur accusatione apostasiæ.*

1 LXXI. Idem quoq; † dicendum est in accusatione apostasiæ. l. apostatarum. C. de apostat. at id nō probat. Speculator in loco supra sæpe citato numero 9. versicul. 13.

1 *Libellus non requiritur in accusatione falsæ cartæ, & falsi testis coram iudice producti.*

1 LXXII. Non requiritur † libellus in accusatione falsæ cartæ & falsi testis coràm iudice producti, nā & ibi iudex sine accusatore procedere potuit. l. pen. C. de probati. & l. nullum. C. de testibus.

1 *Libellus non est necessarius in accusatione falsæ monetæ.*

1 LXXIII. Non est† necessarius libellus in accusatione falsæ monetæ. l. prima C. de fals. monet. vbi dicitur, accusatorem habere immunitatem, sed Specul. in eodem loco numero 10. uersi. 16. dicit alios exponere immunitatem, scilicet inscriptionis: alios verò pœnæ, & melius.

1 *Libellus non requiritur in omnib. criminibus, in quibus quis sine accusatore damnatur.*
2 *Accusatore sine in quibus criminibus procedi posit.*

1 LXXIIII. Non requiritur † libellus in omnibus criminibus, in quibus quis sine accusatore damnatur, vt in crimine lenocinii. l. 2. §. si quis in publico. ff. de adulter. licet ibi per modum exceptionis oppositum fuerit, quo casu libellus non est necessarius; licet pœna esset imposita; sicut aliàs contingit in crine calūniæ, ubi iudex sine accusatore potest tempore sēntētiæ

tiæ pœnam infligere.l.j.C.de calum.& facit tex.in c.
per inquisitionem, extra de electio. In quibus autem
2 criminibus sine † accusatore procedi possit: notatur
in c.ut nostrum, extra ut ecclesia benefi.

1 *Libellus non requiritur, ubicunq; mulier admittitur ad accusandum.*

1 LXXV. Non est † necessarius libellus, vbicunque mulier ad accusandum admittitur. l.de crimine.C.q accus.non pos.Id autem quomodo intelligatur; uide Spec.in eo.loco nu.12.ver.20.

1 *Libellus non requiritur, cum vir intra 60.dies accusat iure mariti.*

1 LXXVI. Cum vir † intra 60. dies utiles accusat iure mariti, l. iure mariti, & l. quamuis, C. ad leg. Iuli. de adult.

1 *Libellus non requiritur in criminibus, quæ per officiales denunciantur.*

1 LXXVII. In criminibus † quæ per officiales denūciantur.l.ea quę.C.de accusatio.& capi.nullus.§.aliquando 4.quæst.4.est tamen animaduertendum: qa in proximè relatis quidam tribus casibus libellum dandum esse uolunt: De primo fit mentio in l.miles §.sexaginta, ff.ad l.Iuliam de adulte. De secundo in l. ab accusatione.§.nuntiatores. ff. ad Turpilian. Licet enim prima iura dicant in illis criminibus procedi sine solemni accusatione, scilicet sine instructione, & huiusmodi, nō tñ negant quin tūc libellus dādus sit.

1 *Libellus non requiritur, si Christianus accusetur cum iudea contraxisse, vel econtra.*

1 LXXVIII. Non requiritur † libellus: si Christianus accusatur cum iudea contraxisse, vel è conuerso. l.nequis.C.de iude.& c.caue.28.quęstio.j.

1 *Libellus non est necessarius, quoties quis de necessitate iuris prosequitur accusationem.*

1 LXXIX. Dicebant nonnulli non requiri † libellū, quoties quis de necessitate iuris prosequitur accusationem. l.tutorem.ff.de his quibus ut indig. sicut hæres, qui tenetur vindicare necem defuncti. Est tamen animaduertendum: quia in prædicta l. non dicitur, libellum non dari; sed non scribi, cum subscriptione vnde libellus admitteretur.

1 *Libellus non est necessarius coram arbitratore.*

1 LXXX. Non est omittendū † corā arbitratore nō offerri necessariò libellum, vt uoluit Inno.in c.quintauallis.de iureiur.& refert Vitales cambanus in trac. clausula de homologatio. Iudicii.§. postremò uidendum est, nu.1.pag.720.

1 *Libellus incertus admittitur, vbi est probabile iuris dubium.*

Præterea principaliter etiam dicendum est, hoc statutum, ut supra declarauimus, non obesse in alijs casibus à iure communi introductis; in quibus aliquid remittitur solemnitatis. vt puta, quòd ubi est probabile iuris dubium, libellus incertus admittatur, vt voluit Soc.in c.2.col.17.extra de libel.oblatio.& refert Ant.Capicius in decis.10.nu.21.

1 *Libellus incertus admittitur, vbicunq; declaratio incertitudinis non est in potestate actoris.*

1 II. Admittitur † libellus incertus: quoties declaratio incertitudinis in potestate actoris non est. l.1.§. quia autem.ff.quorum lega.& refert Ioan. Corra.in l.qui liberos, nu.28.ff.de rit.nuptia.

1 *Libellus incertus admittitur, vbicunq; debitor probabiliter ex quacunque causa dubitat.*

1 III. Etiam ubicunque † creditor probabiliter ex quacunque causa dubitat, vt inquit Claudius Marmerius in l.naturaliter.§.nihil commune, num.111. ff.de acquiren.posses.per ea quæ uoluit Inno.in c.2. de libel.obla.

1 *Libellus ineptus admittitur, cum est impossibile declarare.*

1 IIII. Cū est impossibile declarare, vt inquit Marc. Anto.Natta in consi. 412.nu.10.uolu.2. per ea quæ voluit Ang.in l.prima §.interdum.ff.si pars hære.peta.& Bal.in l.edita in repetitione Paduana, oppo.9. C.de eden.& in c.j.col.pen.ver.quæro cum ciuiliter. quib.mod.feu.amit.

1 *Libellus incertus admittitur in petitione legitimæ.*
2 *Libellus generalis valet in vniuersalibus.*

1 V. † etiam in petitione legitimæ, ut si dicatur peto
legitimam, ut per Bal.& Inn.in ca.conquerente, col.
fina.extra de officio ordina.& refert Ioan. Anibal in
rubr.ff.solut.matrimo.nume.462.quemadmodū &
in dote, ut tradit Franciscus Ripa in rubr.ff.solu.ma-
2 trimo.nu.47.quia dos est quid uniuersale, † & in vni
uersalibus ualet libellus generalis, vt latè tradit ibi
Ripa vsque ad nu.62.

1 *Libellus ineptus admittitur, quando quis vsuras petit.*
2 *Libellus ineptus dicitur, quando conclusio non infertur ex narratis.*

1 VI. Etiam libellus † ineptus admittitur, quando
quis usuras petit capitu.debitores.de iureiuran. ubi
est casus singularis, ut euitetur periurium, ut dicit
ibi Cardinalis in fine, & sequitur Feiy.in cap. dilecti,
in prin.de iudici.& refert Decius in l.prima, num.7.
2 ff.de offi.assesso. Ineptus † autem libellus, vt inquit
ibi Decius, dicitur, quando cōclusio non infertur ex
narratis, ut voluit etiam Ange.in d.l. prima, & Corne.in consilio 121.quamquam, circa finem lib.1.& latius ibi per Decium.

Libellus

1 *Libellus cum conclusione indeterminata admittitur interdicto vnde vi.*
2 *Libellus sine conclusione procedit contra violentũ possessorem.*
3 *Libellus sine conclusione procedit contra nunciatum adificantem.*

1 VII. In interdicto † vnde vi admittitur libellus cũ conclusione indeterminata, ut colligit Bar. ex nota. in l. hoc edictum. §. hoc autem edictum. ff. de noui oper. nuncia. & refert Horma. Detus ibidem nu. 31. tradit idem Barto. in l. pe. §. fi. ff. quod vi aut clam. & no. per Bal. in l. si quando de consti. pecu. & in l. edita. C. de eden. & in l. licet. §. fi. ff. de constitu. pecu. ubi plus dicit, contra violentum possessorem procedere
2 libellum † sine conclusione, allegando notata p gl. j.
3 quæst. 4. quia præsulatus, ex qua infert, ut contra † nũciatum edificantem etiam procederet libellus sine conclusione, quia est violentus inuasor. l. penultima §. si vi ff. quod vi aut clam de hoc tamen notant canoni. in capitu. examinata, de iudic. & Bald. in dic. l. edita. C. de eden. & per Bart. in l. prima, in princi. ff. eod. titu. & latè tradit Horma. Detus in loco supra adducto.

1 *Statuti nostri dispositio non nocet speciebus, in quibus de iure communi libellus non requiritur: vel procedit minus legitimus.*
2 *Libellus licet ineptus valet in causis summarys; & in quibus proceditur sola facti veritate inspecta.*
3 *Libelli vt sustineantur tabelliones & causidici multa verba apponunt.*
4 *Verba libelli, vel alio quoque modo sibi competenti omne remedium, & officium iudicis continent.*
5 *Clausula, non in vim libelli, sed qualisqualis petitionis, quid operetur.*
6 *Clausula, omnia & singula iura, & clausula, petens iustitiam sibi ministrari.*
7 *Clausula, omni meliori modo, facit: vt semper necessarium remedium intentatum videatur.*

CAP. IIII.

1 Redeundo igitur ad rem nostram, non uidetur, vt dispositio huius statuti his, & similibus speciebus præiudicet, ex pluribus, & primò ex ijs, quę supra diximus in §. 4. nu. 5. cum statuentium intentio fuerit priuilegia addere, & iuris rigorem remittere, non speciebus, in quibus esset remissus, addere. Secũdò: quia in causis summarijs, in quibus proceditur,
2 sola facti ueritate inspecta, admittitur libellus † licet ineptus, & ualet sententia lata super eo, & est ratio: quia in huiusmodi causis non requiritur libellus, ut nota. Barto. in extrauaganti ad reprimendum, in uer sicu. figura: & gl. est singularis in l. uinum. in fi. & ibi Alexand. & communiter recentiores, & maximè Ias. in pe. & fin. co. ff. si cert. petatur, & ideo dicit Rober. Maran. in l. is potest, num. 154. ff. de acqui. uel omit. hæredit. inde inferri in practica, ex quo hodie in regno Siciliæ causæ ciuiles sunt summariæ, & procedi [illegible] cis sola facti ueritate inspecta, & sine figura iudicij, quemlibet obtinere; qui agit ex una causa, & probat de alia; item posse ferri sententiam super nõ petitis, & sic non conformem libello, item super libello inepto. Præterea & tertiò id suadetur in terminis nostris, quia licet excludatur casus, vbi nulla fieret petitio in terminis huius statuti, ut supra diximus; attamen nõ excluditur libellus ineptus; & etiã petitio minus legitima, dummodo iudex ex ea intelligere possit; quicquid petitur, cum statuẽtes vsi sint illa dictione, petitione, quæ (vt supra diximus) differt à libello, & solemnitatem excludit; & ideo hinc ad-
3 notandum est, causidicos, vt † libelli sustineantur, multa uerba apponere solere: Quandoque enim dicunt, petit sibi dari omnia iura, & bona, quæ spectant, & pertinent ad ipsum ex dicta hæreditate, vigore talis rei, vel alio quoquo modo sibi competente; hæc. n.
4 verba † continent omne remedium, & officium iudicis, ut no. recentiores in l. secunda, ff. de iurisd. om. iudic. & refert Hiero. Grat. in consi. 79. numero 12. uo
5 lum. 2. Item solent † etiam dicere, non in uim libelli, sed qualisqualis petitionis, quo casu libellus non cõsideratur prout de iure ciuili, sed secundùm merum ius gentium, & ęquitatem naturalem, & puram: quo sola intentio, & pura ueritas est in consideratione, vt latè per Lanfran. in ca. quoniam contra falsam. extra de probatio. Itẽ solent præterea apponere illas clau-
6 sulas, † omnia & singula iura, & clausulam, petens iustitiam sibi ministrari, propter quas clausulas illud, quod expressè in libello non est petitum, venit & sustinetur libellus, vt no. in cap. secundo, de ordin. cog. & tradit Imol. quem sequuntur alij, in l. si cum nullum. de re iudic. & Socin. in consilio 128. iustissime iudex uolum. 1. & facit, quod uoluit Alexand. in consilio 206. volum. 7. num. 3. qui inquit, illam clausulã
7 † omni meliori modo, efficere, ut semper aptum, & necessarium remedium intentatum cẽseatur, & Alc. in consi. 6. uol. 3. & Fel. & Docto. in cap. examinata. de iudic.

1 *Petitio an dicatur conuenire statuto nostro, si aliquis coram iudice dicat notario actorum, scribe qualiter peto a Titio centum, in quibus peto eum condemnari. si notarius in actis scribat.*
2 *Exhibere coram iudice quid sit.*

CAP. V.

1 Verùm his sic subsistentibus potest ex eis oriri dubitatio, † an uidelicet, si aliquis coràm iudice diceret notario actorum, scribe ut peto à Titio centum, in quibus ego peto eum condemnari, an ex eo quòd notarius in actis scribat, dicatur statuto nostro satisfactum hac in re (vt inquit Ias. in §. tripli, num. 33. Insti. de actio.) si consideremus iuris rigorem, in quo libellus in scriptis offerẽdus est, ut supra diximus; utique non dicitur in scriptis oblatus, & ex consequenti iuris rigori satisfactũ, & ordinariè actũ sed extra ordinem, ut voluit singulariter Bartol. in l. in sacris. C. de proxi. sacr. scrin. lib. 12. & hoc not. ex glo. ibi, & sequitur Lud. Roma. in l. prima in 2. colũ. ff. de arb. & tradit Bal. in auth. offeratur. in fin. C. de

litis

litis contesta. & Ang. in l. prima, in princ. in 1. colum. vbi etiam Bal. & Pau. Castren. ff. de edend. licet autē in causis summariis, in quibus proceditur extraordinariè, talis petitio sufficiat, vt valeat sententia, & pro cessu; attamen quo ad dispositionē statuti nostri eadem distinctione, de qua supra diximus, respondendum esse arbitror. Propterea quòd in omnibus casibus, in quibus de iure talis libellus, vel petitio admittitur, non sit eis hoc statuto præiudicatum: siue sum mariç sint causæ, siue à iure, ut supra retulimus, priuilegiatæ, in alijs autem, quæ à iure priuilegium nō habent, sed rigor iuris obseruatur, licèt summariè de eis cognosci debeat; forma tamen hic tradita exigit, vt petitio, quæ offertur, & requiritur à statuto, quæcunque sit, in scriptis offeratur ab ipsa parte, quod patet; dum in statuto expressè dicitur teneatur, & debeat exhibere petitionem suam; si enim tenetur ipse exhibere, ergo non satis est, vt tabellio eo dictante in actis describat. His fortasse replicari poterit, satis
2 fuisse statuentibus † vt petitio exhiberetur coràm iudice, quod nihil aliud est, quàm in publicum producere, & uidendi, & tangendi potestatem præbere. l. tertia, §. ait prætor. ff. de libe. homin. exhiben. unde videretur etiam adimpletum in specie supra relata: ex quo, si tabellioni dicatur, ut scribat, Sempronium sibi centum debere, & petere, sibi eum condemnari, videatur in publicum prodere, & vidᶦendi potestatē præbere. Licet, si rectè animaduertatur, & statutum nostrum, & uis etiam ipsius elocutionis, ut actor ipse exhibeat, suadere uideantur: præterquàm quòd dixerunt etiam statuentes, ut infra uidebimus, & copiam talis petitionis teneatur transmittere parti, cōtra quam litigare intendit, seu agere personaliter, uel ad domum, vnà cum cedula primæ citationis; de hoc infra nonnulla dicemus.

1 *Libellus an consensu partium omitti possit.*

C A P. VI.

Potest etiam hoc loco quæri, licet non pertineat
1 ad statutum nostrum, an libellus † consensu partium omitti possit, & Ang. Areti. in dicto §. tripli, numero 9. insti. de actioni. dicit, gl. in ipsa auth. offerat, partes libello expressè renunciare non posse uoluisse secus autem tacitè, arg. l. secūda §. sed quia ueremur. C. de iuram. calum. & si contrarium communiter doctores tenere uideantur, dum uolunt, nec tacitè, nec expressè remitti posse, prout uoluit expressè glo. notabilis in c. de causis. extra de of. deleg. & ibi no. Ioā. And. in d. ca. si. de re iudic. in 6. & hoc sequitur Bart. in dic. auth. offeratur pro quo ibi Salyc. in uersicul. quæro, an libellus consensu partium, qui allegat di. auth. offeratur. in princip. in uer. offeratur, & Bart. in consil. 75. num. 22. lib. 1. quod est imperatiui modi, & dirigitur ad oneratum; igitur importat necessitatem. Præterea ibi datur forma, & demum procedit annullando contra factum; ergo consensu partium remitti non potest. l. non dubium cum ibi notatis. C. de legi. pro quo allegat Aret. eodem in loco glo. singularem in capitu. dilecto extra de præbend. De hac quæstione ponunt Iacob. Butrig. & Bald. in d. auth. offeratur in uer. iuxta hoc quæro: & Bald. in authen. generaliter, circa finem ibi quintò quæro, si ista forma. C. de epi. & cleri. & Iaso. in dicto §. tripli, nu. 35. insti. de actio. Dixi autem nō pertinere ad statutum nostrum, quia cum libellus non sit necessarius, multo magis partium consensu omitti poterit, ut supra diximus; At secus de petitione dicendum; plane ea prout libellus de iure communi in terminis statuti nostri de partium consensu omitti non potest.

1 *Hebrei an comprehendantur ab hoc statuto dictione illa, quilibet, utente.*
2 *Hebreus est eiusdem populi, cuius est Christianus.*
3 *Immunitas incolis alicuius loci concessa extenditur an hebreos ibi habitantes.*
4 *Iudei delinquente pœna eiusdem statuti, qua ciues et incolæ puniuntur.*
5 *Iudei comprehenduntur omnibus statutis, & consuetudinibus, siue onus, siue commodum offerant.*

C A P. VII.

His ita declaratis descēdamus ad uerba textus. & primò dum in eo dicitur, quòd quilibet, q agere uolet &c. Quæritur, an hoc statutum, cum generaliter per dictionem illam, quilibet, loquatur
1 † comprehendat etiam Hæbreos. Et Soc. sen. in consilio 119. numero 16. uersic. statuta autem lib. 4. eos quoque comprehendi uoluit, & mouetur per tex. in cap. Iudei il 2. ubi Felyn. numero 5. & 6 & Ioan. de Anan. colum. fi. & in c. sicut Iudei de Iudeis, & l. nullus. & l. Iudei. C. de Iude. & tradit Bald. in l. spadonē. §. iam autem. ff. de excus. tut. & facit, quod notat Ange. in l. utimur, numero 6. ff. de sepul. uiola. & in l. 1.
2 num. 2. & 3. ff. ad l. Iuliam maiestatis. Dicitur † enim hæbreus eiusdem populi, cuius est Christianus in authen. de quæstio. in princ. & tradit Bal. in ca. j. in uerbo feudum, de forma fidelitatis, & in extrauagan. de pac. Constan. in uer. nos Romanorum; num. 13. eandem opinionem, quòd statuta laicorū Iudeos in eodem loco habitantes comprehendat, eisdem iurib. & auctoritatibus tenet idem Soc. in consi. 70. numero 2. lib. primo, & in consilio 86. numer. 8. libro 4. & in consilio 62. numero 11. cum plur. sequent. libr. 1. & Dec. in consuluit il terzo, in secundo notabili, extra de appellatio, & latè tradit D. Marquardus de Susanis de Vtino in tractatu de iudeis, & aliis infidelibus, par. 2. cap. 2. num. 1. cum sequētibus, vbi in proposito nostro multa exempla adducit, & præsertim, quòd statuto fœminarum exclusio ligantur, & aliis, de quibus ibi. Præterea, quòd iudei in hac urbe habitantes hoc statuto comprehendantur, ita comprobari potest, nam immunitas incolis alicuius loci con
3 cessa † ad iudeos ibi habitantes extenditur, ut inqt Alexan. in consi. 75. uidetur in præsenti, colum. 2. numero 6. uolum. 5. & in consilio 99. visa inquisitione. colum. secunda in fine, lib. 5. & in consi. 13. num. 22. lib. 7. & Andreas Siculus Barbatia in consi. 63. licet
4 volum. 4. & Aym. in consilio 73. nume. 26. Vbi † vult, vt iudei delinquentes pœna eiusdem statuti, qua ciues, & Incolç ciuitatis plectuntur; puniantur. Præterea

terca non modicum facit, quòd quibuscunque statu
tis, & consuetudinibus, siue onus, siue commodum
5 afferant † Iudei comprehenduntur: ut inquit Pari. in
consi. 2. num. 9. volu. 4. vbi plures cumulat, & Barba
tia in consi. 29. lib. 3. & Corn. in cõsi. 260. lib. 3. in fi.
cú quampluribus similib. qui breuitatis causa omit
tuntur, quicquid autem sit de iure communi, in hac
ciuitate omnes causæ hæbreorum cognoscuntur a
dominis octo viris Baliæ.

1 *Processus si tempus à statuto præfigatur, an eo elapso fieri possit.*

CAP. VIII.

SEcundò in textu ibi agere; quæritur si a statuto
1 tempus ad agendum præfigatur † an eo tempo-
re elapso processus fieri impediatur. Hac in re Paris.
in consilio 93. finis, & conuentio facta, numero 21. li
bro 3. quòd processus fieri impediatur, existimauit.
Mouetur autem iis, quæ notantur in proposito no-
stro ab Inno. in c. cum in tua extra qui matrimoniũ
accusare possunt, & habetur in l. Titia ff. de accusa. &
in l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusa. tutor. &
Bal. in l. edicto. in 3. oppositione. C. de edi. diui Adr.
tollen. & in auth. nisi tricennale in fi. C. de bon. ma-
ter. Præterea idem expresse voluit Abb. in d. capitul.
cum in tua, numero 11. versic. & dic latius, quam gl.
extra qui matrim. accusar. non poss. ubi prædictã cõ-
clusionem, nisi iustum impedimentum probetur; ve
ram esse ait, per text. in l. ob commissa. C. de adulter.
& in l. fin. ff. de decret. ab ordin. facien. Faciunt ad rẽ
nostram ea, quæ notat Fely. in c. licet colum. 11. uer-
sicu. limitatur tertiò, extra de probation. & eandem
opinionem, quòd post terminum statuti agi nõ pos-
sit, tenuit Pet. de Ancha. in consilio 4. statuto cauet,
quòd potestas: & Ang. in l. Titia ff. de accusa. & Bart.
in d. l. scire oportet. §. consequens, num. 5. ff. de excus.
tuto. vbi Bald. uersicu. iste textus est argumentum, &
Alberic. de Rosa. numero 1. & Io. de Amic. in consil.
28. numero 1. & sequen. & Soc. iun. in consili. 63. nu
mero 2. libro primo, & Bal. in consilio 169. libro 1.
cum simil. Comprobari potest hæc conclusio ea ge-
nerali regula, qua dicimus, quòd facta post terminũ
à iudice, lege, vel statuto præfixum regulariter sunt
ipso iure nulla, ut notant Docto. in d. l. scire oportet.
§. consequens. ff. de excus. tuto. & in dict. l. prima, C.
de dilation. vt inquit Ioan. de Amic. in dicto consili.
28. numero 1. & sequentibus. Vbi, quemadmodum
supra diximus. limitat prædictam conclusionem, si
iustam adsit impedimentum per text. in dicta l. pri-
ma, ubi Barto. & Docto. communiter, & præsertim
Castrens. C. de dilation. & in l. secunda, in princip. C.
de temporibus appellat. & in l. secunda, C. ut intra
cer. temp.

1 *Statuta de agente loquentia an ad excipientem extendantur.*
2 *Agere fortius, & ualidius est, quàm excipere.*
3 *Actio cui conceditur, multo magis exceptio danda est.*
4 *Retentio facilius conceditur quàm petitio.*
5 *Exceptio maiori, quàm actio, æquitate nititur.*
6 *Excipiens in sua exceptione agere, & petere dicitur.*
7 *Exceptio multo magis, quàm actio conceditur, quando ad eundem finem diriguntur.*

CAP. IX.

TErtiò adhuc quatenus statuentes dixerunt q
1 agere uolet, † quæri potest, an statuta de agen-
te loquentia ad excipientem extendantur, intelligen
do tamen prædictam conclusionem, in casu compa-
tibili, in quo tam agi, quàm excipi possit. Hac in re
Hier. Grat. in consi. 13. numero 40. libr. 2. quod non
extendatur arbitratur, licet parum vrgere videantur
ea, quibus conclusionem suam probare conatur. Et
ideo contrarium fortasse uerius est, vt ex infra dicen
dis (ni fallor) apparebit. Et primo arguendo hoc mo
2 do. Agere, † quid fortius, & efficacius, quàm excipe-
re est, ut post alios, quos ibi citat, tenet Rui. in consi-
lio 124. numero 7. uo. 5. Sed statutum hoc concedit
agere, quod fortius, & efficacius est, & quid plus, q̃
excipere continere uidetur, ergo multo magis exce-
ptionem, quæ minus continet, concedere debet, ar-
gumento. l. prima §. si stipulanti. & ibi notant omnes
ff. de uerborum obligatio. & tradit expresse tex. in c.
cui licet; quod est plus, de reg. iur. in 6. Secundò mo-
ueor per regulam. l. nemo inuitus. §. cui damus ubi
Dec. Cagn. & Maineri. ff. de reg. iur. & c. qui ad agen
dum. ubi Dyn. & Philip. Franc. de reg. iur. in 6. & in l.
prima §. is autem. ff. de superficieb. & in l. creditori.
vbi glo. pen. per illum text. C. de pac. Ex quibus iuri-
3 bus illa regula emanat, quòd † cui conceditur actio,
multo magis exceptio datur, & per hanc regulam ar
guit Bald. in consi. 285. super eodem colum. 2. lib. 4.
ut inquit Dec. in d. §. cui damus. Si igitur prædicta
uera sunt, consequens necessarium est, ut scilicet sta
tutum loquens de agente, ad excipientem extenda-
tur, & cui actionem dat, multo magis exceptionem
concedat. Tertiò facit tex. in l. per retentionem. C. de
vsur. & in l. secunda, cum ibi notatis per Bal. C. de fi-
4 deiussor. vbi expresse dicitur, facilius † retentionem,
quàm petitionem concedi, de quo latius per Dec. in
consi. 298. colum. 2. numero 4. libr. 2. Quartò com-
5 probatur ex eo, quòd † exceptio maiori quam actio
æquitate nitatur, l. qui æquitate. ff. de dolo excepti.
& §. certè illud. Institut. de rerum diuis. cum simil.
ergo.

Quintò comprobatur etiam arguendo à simili; vi
demus namque, quòd sicuti uxor per uiam actionis
agere potest, ut dos in tuto propter inopiã viri collo
cetur; pariter etiam per exceptionem id facere pote-
rit, vt voluit Bal. Nouel. in trac. doti. in 7. par. princ.
in priuileg. 18. & 24.

Sextò & ultimò satis ex eo confirmari potest, q
6 † excipiens in sua exceptione agere, & petere dicatur
l. prima, ff. de excep. & tradit Tindarus in tractat. de
compensation. articu. 6. numero 78. ergo tale statu-
tum etiam de excipiente, qui in sua exceptione age
re dicitur, intelligi debet. Hæc tamen conclusio ita
firmata duobus modis, ut declarat Dec. & post eum
Cagno.

Cagno.in dicto §.cui damus,intelligenda est. Et primo,quando diuersitatis ratio inter agere, & excipere,siue actionem & exceptionem, non datur; At secus est,si ratio aliqua,qua potius actio, quam exceptio detur,afferri possit:ut notat Abb. post Ant.de But.in c.debitores.per illum tex.ubi est exemplum, extra de iureiur.& Fili.Franc.in d.c. qui ad agendú. de reg.iur.in 6.& ita inquiunt Dec.nu.1.& Cagno. nume.3.in d.§.cui damus,& in l. inuitus nemo.ff.de regul.iur.

Secundò hæc conclusio tunc procedere potest, quando tam actio, quàm exceptio ad eundem finé
7 diriguntur:† quandoquidem si túc datur actio;multo magis exceptio videtur concedenda,ex quo in exceptione est reus,cuius causa fauorabilior est,l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.& l.Arrianus ff.de action. & obliga. Tunc etiam,quia in exceptione de retentione agitur,quæ facilius conceditur; ut supra diximus in secundo argumento conclusionis nostræ. At secus est,si actio & exceptio ad diuersa dirigantur. Propterea quòd tunc exceptio uno respectu denegari, & actio alio concedi potest,ut notant Innoc.& Hosti. in c.inter dilectos,de excessibus prælat.ubi Abb. in fi.& Pet.de Anch.& Ioan.de Anan.in capitul.accedens,colum.prima, de accusatio. Hoc igitur modo, vt inquit Dec.in dicto §.cui damus,numero 3. & 4. omnia quæ in contrarium adduci possent, facillimè resoluuntur.prout ibi latius ipse declarat,vbi idé tenet etiam Cagno.& Philip.Fran.in dicto cap.qui ad agendum,de reg.iur.in 6.& ita(ni fallor) concludendum arbitror.

1 *Libellus,seu petitio an in scriptis necessario proferenda sit.*
2 *Libellus olim in scriptis de iure non proferebatur.*
3 *Statutum loquens de petitione an locum habeat in repetitione.*
4 *Petere uerbum in statuto tanquam genus continens repetere apponitur.*
5 *Statutum exorbitans quando à iure extensiuam interpretationem recipiat.*
6 *Verbum petere.in statutis petendi actum respicit.*
7 *Repetitionis causa fauorabilior,quàm petitionis.*
8 *Petere uerbum, quando repetere non comprehendat.*
9 *Opiniones illæ in decidendo amplectendæ sunt, quæ conciliationem,& distinctionem continent.*

CAP. X.

QVartò dum dixerunt statuentes, petitionem suam,supra multos casus retulimus, in quib. etiam iure communi inspecto libellus non est necessarius,vnde ad ulteriora procedendo,videtur hoc lo
1 co quærendum † an libellus vel petitio in scriptis proferenda sit, qua in re breuiter procedendo sciendú
2 est,de iure communi † olim in scriptis offerendú nó fuisse,sed deinde per authen.offeratur,C.de litis cótestatione,ut in scriptis porrigeretur,inductum fuisse. Vnde hodie, quòd libellus seu petitio in scriptis necessarius sit,tenet Grat.in consilio 75. nume.22. libro primo, ubi de Bononiensi statuto loquitur, & ideo pariter in terminis statuti nostri, quòd petitio in scriptis porrigenda sit,dicendum videtur; nam si voluerunt statuentes,vt exceptiones iudex recipere, & in actis scribi,& proponi facere teneatur; multo magis id de petitione dicendum uidetur, vt infra latius habetur, in §. Et exceptiones.& replicationes in 9.quæst.in secunda conclus.numero 22. Præterquá quòd cú dixerint statuentes,quòd quilibet,q agere vult contra aliquem : teneatur & debeat exhibere suam petitionem iudici competenti;satis de exhibitione in scriptis facienda intellexisse dicendum est,
3 vt supra latius diximus. Stantibus prædictis † quæritur,vtrum statutum de petitione loquens in repetitione locum habeat,vt puta si uelit statutum, quòd de qualibet petitione certum quid pro gabella soluatur,uel si statuto disponatur,quòd petentes aliqd à iudice compromittere teneantur; an huiusmodi statuta in repetitione locum habeant,& ponéda est huiusmodi conclusio in eo repetente, qui retro petit:non autem in eo; qui iterum petit: ut rectè animaduertit Alciat.in rub.ff.sol.mat.in fi. nam de hac secunda quæstione,ut ipse inquit;habetur in l.fideicommissa.§.si quis decem,de leg.tertio,ut notat Ias. in l.duobus.§.ei qui ff.de iure iurand.& tangit Ripa in dicta rubric.ff.solu.matrim.numero 38. Conclusio igitur in terminis,de quibus loquimur, ponitur à doctoribus in rub.ff.solu.matrim.& in rubri.ff. si cer.peta. Verum quoniam diuersæ sunt Doctorum opiniones;merito ut res clarius appareat, de unaquaque sigillatim dicendum erit; Fuit igit hæc quæstio prius ab Angel.Perus.in d.rubr.ff.solu.matrim. numero 5.uer.contrarium puto uerum,in medium deducta. Vbi uoluit Ange.statuta de petente loqné tia in repetente quoque locum habere. Mouetur au
4 tem,vt ipse inquit,† quia statutum illud uerbum petere,tanquam uerbum simplex,& ut genus,sub quo ex eius proprio significatu omnia indiuidua,& species contineantur,considerauit,neque obstat,subdit
5 Ange.† quòd cum statutum exorbitans sit,à iure cómuni extensiuam interpretationem,quæ ex dispositione legis causatur,non recipiat.l. uerbum reddendi.ff.de uerborum signifi. Nam inquit Ang.contrarium procedere,quando statutum verbum simplex. ut speciem disiunctam,& separatam à cóposita considerat,secus vero in casu nostro,in quo statutum,ut diximus,verbum simplex,ut genus considerauit. Cú hac igitur opinione affirmatiua transit Ange. in d. rubr.ff.solut.matrimo. quem post longam disputationem ibidem sequitur Ripa,numero 37.versicul. ego credo opinionem:dum inquit,conclusioné Angeli in vtroque statuto ueriorem esse propterea q,
6 inquit Rip.† uerbum petere,in statutis,petendi actú respicit.qui fit in iudicio; quia actus est propriè petitio,& ideo cum uerba statuti propriè, etiam in repetente conueniant,dispositio etiam conuenire debet l.4.§.toties.ff.de dam.infec. eandem opinioné Ang. in utroque statuto tenet Alcia.in d.rub.ff.solut.matrimo.numero.56.& sequen.usque in finem Rube. & Ioann.Anibal de canonicis in dicta rubr.numero 365.vsque ad numerú 378.ubi latè ad omnia, quæ in contrarium adducuntur,respondet,& And. Barbatia

batia

baria l.2.§.ex his colnm.19.post principium, versic.
iudicio meo.ff.de uerb.obliga.;& in cap. at si clerici.
in priuc.numero 86.extra de iudicijs, eádem opinio
nem sequitur Fel.in dicto capitu.ar si clerici,numer.
22.uer.ad dictum Ang.de verbo petere:ubi hac con
clusionem,quando est eadem ratio,tam in uerbo pe
tere,quàm repetere locum habere arbitratur. Præte
rea idem voluit etiam Rip.in rub.ff.si cer.pe.nu.25.
in ultimis uerbis.

Verùm prædictis non obstantibus contra conclu
sionem Angeli tenet Imo.in dicta rub.ff.solu.matr.
colum.3.uer.an antem ex proprio.Mouetur auté ip
7 se † ob id,qnòd fauorabilior est causa repetitionis, q̃
petitionis,argumento eorum,quæ habentur in l.ui-
deamus.ff.de usur.& in l.cum fundus.ff.si cer.pet. &
in l.si filius.§.primo,ff.de uerborum obliga.& in l.j.
C.de imponenda lucratiuis descriptione, libr.11.&
tradit Cagno.in l.inuitus nemo.§.cui damus.nume.
primo in fi.ff.de regu.iur. Vnde inquit Imol.conse-
quens est,ut omnium sub indefinita locutione com-
prehensorum eadem ratio non sit,† & ideo uerbum
8 illud petere,verbum repetere non comprehendet,di
uersæ rationis causa:per ea quæ notauit Dy.in rubr.
de reg.iuris,in 6.& ea quæ notant Doctores in l.pri
ma,ff.de reg.inr.& in capitul.ut circa,de excessibus
prælato. in 6. Procederet igitur conclusio Angeli,
nbi statutum aliquid disponeret, in quo eadem ra-
tio omnium sub indefinita comprehensorum esset.
Hanc opinionem Imo. contra Angelus secutus est
Franc.Aret.in dicta rubr.numero 10.in fine, qui in-
quit:Imolæ opinionem ueriorem esse,& Francis.Ni
conitius in eadem rubr. numero 163. cum sequent.
qui eam inquit communem esse opinionem. Præte-
rea idem sequitur Ioan.Crot.in dicta rubri.numero
64.ad contraria respondendo iuxta notata per glo.
in l.qui filinm.§.Sabinus ad Treb.& refert Barto.in
consi.141.numero 3.& in consilio 107.numero 10.
lib.2.cum simil.in hoc opinionum conflictu Alex.in
dicta rub.ff.solu.matrimo.numer.21.22.& 23.post
multa pro opinione Imolæ adducta numero 22.uer
sicu.fędere distinctionis Ang.& Imo.cócordari pos
se arbitratur hoc modo. Aut enim, inquit ipse, de sta
tutis odiosis loquimur, & tunc si de petitione loquá
tur,ad repetitionem non extendantur,& econtra ar
gumento.l.cum qnidam.ff.de lib.& posthum.& ca-
pit.odia,de reg.inr.in 5. & ita procedat opinio Imo
læ. An nerò de statutis fauorabilibns,& túc, si loquá
tur de petente,etiam repetentem amplectantur, &
ita procedat opinio Ange. hanc distinctionem Ale
xand secutus est Bulgarin.de Bulgarinis in dicta Ru
bri.solu.mat.numero 40. qui tamen eam latius do-
clarat,& Thomas Parpalia in ead.Rubr.numer.24.
ver.breniter tenere,& Cammillus Visitarinus in ea.
Rnbr.num.65.vsq; ad nu.69.vbi post longam dispu
tationem residet cum distinctione Alex. & Ludoui-
cus Bologninus in rub.ff.si certum pet.nu.34. uersi.
sed bene reperio,& Zuccardus in ead. rub.ff. si cert.
pet.num.57.

Cum igitur hæc distinctio Alexan. commnnis ui
deatur, ab ea non esse recedendum arbitror, motus
non modicum ex iis, quæ uoluit Salvc.in l.filiæ cuius
9 C.fam.erc.dum uoluit † eas opiniones, quæ concilia
tionem,& distinctionem continent, in decidédo ma
ximè amplectendas esse, & omnibus aliis proferen-
das, prout etiam refert & sequitur Hieroni. Grat.in
consi.34.numero 8.& in consi.64.nu.36.& in consi.
101.nume.9.& in consi.109.nu.17.& in consi.111.
nu.28.lib.2.

1 *Petitionem suam si unus porrigat prius iudici in tha*
lamo existenti; & alius ei pro tribunali sedenti, quis
dicatur præuenisse.
2 *Præparatoria iudicij in thalamo iudicis expediri pos*
sunt.
3 *Citatio prima fit sine causa cognitione.*
4 *Iudex ordinarius in quolibet honesto loco sui territo-*
rij ius dicere potest.
5 *Petitio debet porrigi apud tribunal iudicis.*
6 *Petitio ubique porrigi potest de consensu partium.*
7 *Citatio ut residet in iudice, pars iurisdictionis conté-*
tiosa est, & principium litis seu causa.
8 *Sententia siue sit definitiua, siue interlocutoria in eo*
loco ferri debet; in quo pronuntiari contingit.
9 *Iudiciorum locus publicus esse debet.*
10 *Petitio secundum dispositionem nostri statuti etiam*
in thalamo dari potest.

C A P. XI.

QVintò insistendo adhuc, quatenus statuentes
dixerunt, debeat exhibere petitionem suá co-
ram iudice competente; Quæri potest, si fortasse ac-
1 cidat, quòd aliquis † petitionem suam coram iudice
in thalamo existente porrigat, alius uerò coram eo
pro tribunali sedente, quis dicatur præuenire. In hac
quæstione Bald. in consilio 118.lib.2. Inquit. primò
concludendum uideri, quòd ille qui coram iudice in
thalamo existente porrexerit, præuenisse dicat. Pro-
2 pterea quòd iudicij † præparatore etiam in thalamo
iudicis expediri posse nideantur. l.uoluit.§.primo ff.
de interrog.actio.& notatnr in rubr. eiusdem tituli.
3 Id quod ex eo comprobari uidetur, quòd † prima ci-
tatio fiat sine causæ cognitione, cum omnem causæ
cognitionem præcedat.§.fin.inst.de pœn.temer.liti-
4 gant. Secúdò: quia ordinarius, † in quolibet loco sui
territorii honesto ius dicere potest, l. si ut proponis,
præses prouinciæ cum certum locum. C. quomo. &
quando iudex, & cap. cum episcopus. de offi. ordina-
rii, lib.6.

His non obstantibus subdit Bald. eodem in loco,
5 huiusmodi † actum apud tribunal fieri debere, nec
alibi si fiat, admittendum esse, quia mos maiorum
seruandus est. l.pen.ff.de iust.& iur. Debet ergo fieri
in loco, ubi seruato more maiorum procedi possit,
ut notat Specu.in §.fina.numero 21.uersic. Sed cum
6 à procedente, de dilation. nisi † actus fieret de con-
sensu partium, dicta l.uoluit. Tunc enim per modnm
ut ipse inquit, uoluntariæ inrisdictionis fieri uidetur
& ualet, ut notant Cyn. & Pet. in l.prima, in 3. quæst.
C.de confes.& Speculator in ti.de senten.§.iusta, nu-
mero 6.nersic. item qnòd non est nulla ratione loci.
7 Præterea dicta † citatio, prout residet in iudice pars
iurisdictionis contentiosæ est, & principium litis
seu

ſeu cauſæ.l.cauſas uel lites.C.de tranſaction.& ideo
in loco,in quo totum negocium peragi poſsit, fieri
8 debet.l.ubi ceptum.ff.de iudic. Accedat etiam, † ꝙ
ſiue definitiua,ſiue interlocutoria ſententia ſit,eo in
loco ferri debet,in quo pronunciari conſueuit,ut no
tatur in l.cum ſententiam præſidis.C.de ſent. & in-
9 terloc.om.iudic.at locus†iudiciorum publicus eſſe
debet,vt ibi patet, & comprobatur ex notatis per
Cy.in l.optimam.in prima oppoſitione.C.de cõtra-
hen.& commit.ſtip.& ideo concludit Bal.niſi ſeruet̃
locus maiorum,actum non tenere; nec per ſupradi-
cta productionem inductam fuiſſe,propterea quòd
non uſus, ſed abuſus iuriſdictione intelligatur. Ad
quod optimè facit,ut ipſe ait l.2.ff.quand.appell.ſit,
& l.2.§.diues.ff. quis ordo in bonorum poſſ.ſeruet.
Nam uno certo iuri dicendo & determinato ac præ
fixo à conſuetudine loco alia omnino interdicta cen
ſentur.l.ſi locus.ff.de iudic.Et ideo ultimo loco con-
cludendo,hanc concluſionem tunc obtinere uoluit,
niſi ex conſuetudine locus eſſet arbitrarius; nã tũc,
ut ipſe inquit,actus ualebit,& inducetur præuentio
in iudicibus ſecularibus, non in eccleſiaſticis.c. cum
epiſcopus,de of.ord.in 6.

Hæc quidem ad ius commune pertinent,in termi
10 nis † uerò huius ſtatuti noſtri animaduertẽdum eſt,
ſtatuentes in hoc à iure communi recedere noluiſſe,
immo cum eo conuenire;cum dixerint, quòd quili-
bet,qui agere uolet contra aliquem,teneatur, & de-
beat exhibere petitionem ſuam coram iudice com-
petenti;Quæ quidem uerba cũ neceſsitatem impo-
nant formam continere dicendum eſt,& id etiam de
notant menſæ illæ lapideæ,& gradus ſeu lapidea ſub
ſellia,in quibus iudices pro tribunali ſedere conſue-
uerunt;prout de quodam iudice,cui ſubligacula ſeu
campeſtria ſubtracta fuerunt, lepidè quidem & face
tè iocatur Ioannes Boccacius;Attamen uſus deinde
ſæpe uariis legibus promulgatis emẽdatus aliter ob
ſeruauit.Propterea quòd nõ ſolùm ut petitiones co-
ram iudice competenti non darentur, ſed etiam ſen
tentias non pro tribunali in locis deputatis,ſed in ta
lamo proferrentur,introduxit.Huius autem abuſus
noſtris temporibus in cauſa eſſe potuit;quòd cũ tri-
bunal dominorum Octouirum cuſtodiæ & baliæ,
apud quos criminales cauſæ agitantur, in palatium
dominorum rotæ translatum eſſet; non ſatis decere
uidebatur,ut ſimul penè ciuilia, & criminalia indi-
cia miſcerentur, & in ore & corona birruariorũ (ut
vulgò appellantur) iudices rotæ pro tribunali ſede-
rent. Verùm ut huiuſmodi abuſus tolleretur, quate-
nus ad omnia acta pertinet;ut à iudice cauſę ſubſcri
berẽtur lege edita anno.1560.introductum fuit ;id
quod eodem anno alia lege facilioris commodita-
tis gratia, & ne iudices his occupati ſtudiis uacare
impedirentur ad proconſulem artis iudicum, & no-
tariorum translatum fuit,& in hanc uſque diem ob
ſeruatur;Quò verò ad ſentẽtias; ut pro tribunali nõ
in talamis,ſed in locis publicis,& conſuetis proferan
tur,ut ad antiquum ritum & conſuetudinem reuer-
teretur,reſtitutũ fuit.Id quod quo ad ſententias,cũ
rurſus in deſuetudinem abiiſſet,rurſus ẽt,ut circũfer
tur,reſtitui curat̃.Redeũdo igit̃ ad rem noſtrã, ut ex
ꝑdictis apparet,licet aliter uſus obſeruaret, mens &
intentio ſtatuentium illa fuit, ut ordo iudiciarius à
iure communi introductus hac in re obſeruaretur,
& iõ non ſolùm iudicum,ſed etiam litigantium com
moditatis cã duplicia ſubſellia;alia in atrio ſiue im-
pluuio pro æſtiuis cauſis,alia in aula pro hiemalib.
ut utroque tempore pro tribunali commodius ſen-
tentias proferre poſſent,conſtituerunt.

DE CITATIONIBVS §. V.

Et copiam talis petitionis teneatur tranſ
mittere parti,contra quam litigare in-
tendit,ſeu agere.

1 *Libellus in citatione an neceſſariò inſerendus ſit.*
2 *Libellus antiquitus non requirebat ſcripturam.*
3 *Inſtrumentorum editio fit poſt citationem.*
4 *Petitionis copia parti an tranſmittenda.*

CAP. I.

QVoniam inquiunt hic ſtatuentes, & copiam
talis petitionis teneatur mittere parti, ani-
maduertendum eſt;apud noſtros iurecõſul-
1 tos fuiſſe non modicum dubitatum,an † libellum in
citatione inſeri neceſſe ſit.Qua in re uidetur Bart. in
§.Iulianus ff.de dam.infec.inſerendum eſſe uoluiſſe,
cuius opinionem antea tenuerunt Iac.de Aren. Pet.
de Bellaper.& Cy.in auth.offeratur.C.de li.conte.&
Gui.Cunius in d.l.edita.C.de eden. & in anthẽ.libel
lum.C.de lit.cont.præterea hanc opinionẽ latè pro-
ſequitur,& veriorem putat Michael Vrceurrus in d.
l.ſi finita.§.Iulianus,nu.68.ff.de dam.infec.& primò
mouetur per tex.in l.j.in prin.ff.de edend.ubi inquit
tex.eum,qui uult agere,prius actionem ędere opor
2 tere,& antiquitus † ſine ſcriptis, quia non requireba
tur libellus;hodie autem in libello,ut ibi ait gloſſ. in
uerbo ædere.Confirmat eandem ſententiam ille tex
tus in §.ſi.dum inquit,tunc etiam dicitur quis ædere
quãdo ducit aduerſarium ſuũ ad albũ, & demõſtrat
quid dicturus eſt,uerũ id,niſi antè citationẽ eſſe non
põt,propterea ꝙ poſt citationẽ non ſufficeret talis
editio;niſi fieret corã iudice;qui ſecundùm formam
petitionis dẽt pronũciare;c.licet de ſimon.cum ſim.
ergo ędititio,de qua in illo tex.ante citationẽ,& in li-
bello,hodie fieri debet.Secundò mouet̃ auctoritate
gl.approbatæ in rub.C. de eden. quæ editionem, de
qua in illo titulo iudiciorum præparatoriam eſſe ait:
mõ ſic,cum tractetur ibi pariter de libelli editione.
l.edita eo.ti.ergo ut libellus ſit iudiciorum prępara-
torius dicendum eſt:id autem probatur:quia de alio
3 pręparatorio loqui non poteſt†quia inſtrumentorũ
editio fit poſt citationem. Pręterea & aliis multis ar
gumentationibus hanc ſententiam comprobat ipſe
Michael eodem in loco, quas breuitatis cã omitto.
Verùm contrariam opinionẽ, libellum ſcilicet in ci-
tatione inſeri non eſſe neceſſarium,tenet Bar.ſibi cõ
trarius in dict.auth.offeratur,& ſequitur Lud.Rom.
in ſingulari.DCCCXXII.& Lud.Bologn.in d.l.ſi ſi-
nita.§.Iulianus nu.63.per ea, quę uoluit gl.in termi-

nis in c.præterea, de dilatio.quam ibi ad hoc ponderat Abb.Præterea communem practicam sequi hãc opinionem refert Franciscus Curt.in rubr.C.de edẽ. nu.14.& nu.15.inquit enim,satis esse, si in citatione dicatur.compareas libello corã nobis contra te producto responsurus,auctoritate Ale.in d.§. Iulianus, & probari inquit per tex.in l.consentaneum.C. quo modo,& quando iud.& in l.non uidetur la secunda ff.de iud.& melior in l.secunda, in uer.postea quàm ad iudicium.C.de exhib.reis. At statuentes aliã opi-
4 nionem,quæ minus communis est,sequuti sunt:† & copiam talis petitionis parti, contra quam litigatur & agitur,esse transmittendam uoluerunt,quod hodie in practica non obseruatur.

1 *Libellus in quibus casibus de iure communi in citatione inseri debeat,cum seq.numeris, & primò ad hoc ut præscriptio interrumpatur.*
2 *Secundo,ut lite pendente nihil innouetur.*
3 *Tertiò,quando est iudex delegatus; nam in citatione exemplar delegationis inserendum est.*
4 *Quartò ad inducendum uitium litigij.*
5 *Libellus in illis casibus,in quib.inseri in citatione nõ est opus,si inseratur prodest.*
6 *Induciæ dilatoria reo quando non concedantur.*

CAP. II.

ILlud tamen,antequàm ad alia transeamus, omittendum non est,relatam iuris communis senten-
1 tiam quibusdam in casib.locum non habere, & primò,ut inquit Ale.in d.§.Iulianus ad hoc ut pscriptio interrumpatur.l.sicut C.de præsc.30.anno. & refert idem Michael in d.§.Iulianus,nu.68.

II. Ad hoc,ut lite pendente nihil innouetur:tunc
2 enim libelli tenor,† vt litis pendentia inducatur , in citatione inseri debet:ut voluit Ro.in dicto singulari DCCCXXII. per tex.in cle.2.ut lite pendẽ. & tradunt scribentes in d.c.præterea,extra de dilatio.& in c.j.ubi latè Fel.col.j.& 2.de libel.obla.& in ca. super literis,de resc.& Afflic.in decis.220.nu.13.& nu.14. & Fran.Cur.in d.rub.C.de eden.nu.15.licet Alex.in hoc casu contrarium in loco supra relato,ut dicit ẽt ipse Michael , qui tamen ei prorsus aduersatur , uoluerit.

3 III. Quando esset iudex delegatus,† quia in citatione exẽplar delegationis inserendũ est,ut inquit Curt. eodem in loco per text.in auth.qui semel, & ea q̃ ibi ponderant Bal.& Salyc.C.quomodo,& quando iudex & in d.c.præterea ubi notant omnes,extra de dilatio.& Ang.& alii in l.2.ff.si quis in ius voca. nõ ier. & Inn.in c.pastoralis,extra de rescr.& Ang.in consil. 138.& Bar.in l.1.C.de superindic. libr.10. & exemplar talis rescripti amplius dandum non est, ut in dictis locis.

4 IIII. Ad inducendum uitium litigiosi, ut declarat gl.in cle.fi.ut lite pend.& refert idem Francis. Curt. in d.rubric.C.de edend.numero 15. Non est etiam
5 omittendum† in illis casibus,in quibus libellum,seu eius tenorem in citatione inseri opus nõn est,si inse-
6 ratur ad hoc prodesse,ut induciæ † dilatoriæ reo,vbi aliàs darentur,denegentur.d.authen. offeratur, & l. prima,de litis contest.& no.per Inno.in c.primo extra de dilatio.& Bal.in sua Margherita, in uerbo induciæ,vbi inquiunt;inducias dilatorias dari sine causæ cognitione:attamen cum eius copia ponitur in citatione non concedi,ut voluit gl.in d.cap.præterea, quam ibi sequitur Ant.à Butrio.Id quod uoluit etiã Spe.in ti.de citatio.in §.iam de effectu, in uersi.uiso, & Ioan.Andreæ ibidem in suis additio.nonnulla posuit Abb.in c.j.in pe.co.extra de dilatio.& refert idẽ Ludo.Bologni.in d.l.si finita.§.Iulianus nu.66.ff.de dam.infec.

1 *Libelli exemplar dandum est reo expensis actoris.*
2 *Libellus est prius iudici offerendus,ut illum uideat,et diligenter perquirat,an sit ineptus,& iure subsistat ante quàm committat citationem.*
3 *Libelli oblatio quæ fit iudici,potest fieri tempore feriato,secus uerò quæ fit parti.*
4 *Libellus prius porrigendus est,& deinde citatio destinanda.*
6 *Libelli dandi forma statuti.*
5 *Libellorum lex anni.1477.*

CAP. III.

PRæterea etiam animaduertendum est; nam licet regulariter circumscripto hoc nostro statu-
1 to exemplar † libelli in citatione ponendum non sit, est tamen omnino dandum reo sumptib.ipsius actoris,ut uoluit gl.in cle.sæpe,de uerb.sig.& glo.in cle. 2.de appel.& Bar.in d.auth.offerat,& in l.j. in prin. ff.de eden.ubi dixit cõsuetudinem fori etiam in hoc seruandam esse,ut dixit etiam Cardinalis in d.clem. sæpe.17.quæst.plures refert Ias.in §. tripli, num.33. insti.de actio.Siue igitur in citatione inseratur, siue
2 non,uoluerunt tamen † Doctores,libellum prius esse iudici offerendum,ut illũ videat,& diligẽter pquirat, sit ne ineptus, an iure subsistat, antequã cõmittat citationẽ,& si talẽ existimauerit, in citatione cõmittat,ut exemplar parti concedatur. Vnde est, ut illa
3 oblatio,† quæ fit iudici, tempore feriato fieri possit: illa aũt,q̃ fit parti nequaquã, ut noluit Anto.a But. in c.fi.de iud.& c.2.de dilatio.quẽ refert,& seqt Ale. in l.j.in j.col.ff.de feriis,& uoluit Bar.in rub.C.de in ius voc.ubi inquit,p illã gl.oblationẽ libelli, q̃ fit iudici,nõ esse partẽ processus, sed citationẽ cum ipso exẽplare.Preterea hãc eandẽ opi.uoluit Ale.q refert Guil.in rub.C.de eden.& Spe.in tit.de libel.oblat.§. nunc uidendum uer.excipitur,& est tex.in l. miles.§. 60.ff.de adul.& Fran.Cur.in rub.C.de edẽ.num.16. per tex.in l.fi.C.de exhib.reis,& ea quę uoluit Odof. & sequitur Bal.in l.cũ clericus.C.de epis. & cler.ubi inquit,ita seruare bonos assessores; idem uoluit Cy. in auth.offeratur.C.de litis cont. & sequitur Ioan. à Vicomercato in l.edita,nu.67.C.de eden. p ea, quæ uoluit Alb.in d.auth.offeratur,& no.glo.in l.sicut in rẽ.C.de præsc.30.uel 40.ann. Vnde dixit Afflic.in c. unico,nu.8.de mili.uasal.qui contu.est, ex eo tex.notandũ esse, cũ proceditur in causis feudalib. contra Dominũ uel uasallum ad petitionẽ alterius, primò

† porri-

4 †porrigendum esse libellum, & deinde esse destinan
dam citationem, prout in summa Iacobi in §. uidi-
5 mus, de cóst.feu.licet †aút dicatur in hoc statuto, &
copiam talis petitionis teneatur transmittere parti,
6 Attamen id postea fuit emendatum,† ut apparet in
Llata in consilio centumuirali anno Do.1477.dicit
enim in ea.Item in primis citationibus nunquam sit
necessarius tenor libelli, aut commissionis; immo ue
rò sufficiat una parua cedula; quæ in effectu conti-
neat illud breuiter, propter quod quis requiratur, at
que citetur.

1 *Libelli copiam transmitti quare inductum.*
2 *Iudicium omne ab ea parte de in ius vocando incipe-re debet.*
3 *Iudicium à litis contestatione quando incipiat.*
4 *Iudicium an parte præsente incipiat, etiam si talis pe-titio non transmittatur:*
5 *Citari non debet pars præsens.*

CAP. IIII.

PRo declaratione tex. dum uoluerunt statuentes
1 †ut statim corá iudice porrecta petitione, eius
copiam actor parti, cótra quam litigare intédit, tráſ
2 mittat id ea ratione factum uidetur† quia omne iu-
dicium ab ea parte, de in ius uocando incipere dét:
ut tradit gl. quá sequunt Bar. Bal. & Sal. nu. j. & Paul.
Cast. nu. 1. & Ale. nu. 1. & Ang. nu. 1. & Iaso. nu. 1. &
& Soc. nu. 1. & Areti. nu. 1. & Dec. nu. 1. in rub. C. de
in ius uoc. & canonistæ in c. ecclesia sanctæ Mariæ, ex
tra de constitu. & Lauren. Calcane. in consil. 83. quia
in causa, numero 10. & Pan. de Castr. in l. 1. numero
4. C. de iuris & fac. ignor. & licet gl. in §. illud, in fin.
3 C. de temp. appel. †iudicium dicat, á litis contestatio
ne incipere; illud tamen intelligendum est, ut perfe-
ctè ab eo tempore incipiat, scilicet ut partes instátiæ
obligentur, & sic instantia à litis contestatione inci-
pit, sed processus, & iudicium à citatione incipiút, ut
declarant Sal. Pau. Castr. & omnes in d. rub. & si in-
stantia quatenus pertinet ad statutum nostrum à ci-
tatione incipiat, ut supra satis superq; à nobis suo lo
co dictum fuit. Præterea adhuc quærendum est, an
4 si pars sit præsens, iudicium †incipiat, etiá si talis pe-
titio non transmittatur, & quòd sufficiat dicendum
5 uidetur: ex quo pars quæ præsens est, citari †non dét,
ut tradunt communiter Doc. in d. rubri. C. de in ius
uocan. & in l. 1. ff. eo. post Bart. ibi. Verùm de hoc la
tè dicemus infra in limit. 90. ad regulá, quòd in quo-
libet casu regulariter citatio fieri debet.

DE CITATIONIBVS §. VI.

Personaliter, vel ad domum vna cum cedula primæ citationis.

1 *Citatio ad domum sine aliqua perquisitione, an fieri possit.*
2 *Citaturus nuntius si citandum in itinere reperiat, & non citet, & deinde citet ad domú, nó ualet citatio.*
3 *Citandus in urbe a suburbiis, perquirendus.*
4 *Citatio domi fieri non pôt, antequàm citandus diligenter perquiratur.*
5 *Nuncius in relatione quomodo l. gerere debet.*
6 *Citandus an in ecclesia citari possit.*
7 *Citatio mariti an ualeat in personam uxoris, & numero 8.*
9 *Citandus perquisitus si non inueniatur domi citandus*
10 *Plutarchi dictum memorabile.*

CAP. I.

QVoniam alternatiuè dixerunt hic statuentes,
personaliter, uel ad domú, longius repetendú
erit. qd iure ciuili: quidue hoc nostro statutario, ob-
seruandum sit. Sciendum itaq; est; fuisse apud anti-
1 quos dubitatum †an ad domú citatio absq; alia per-
quisitione fieri posset; idq; nonnulli fieri posse uolue
runt; authoritate. l. scire oportet. §. qui autem. ff. de
excus. tut. ubi inquit iure consultus, oportet autem
ei manifestari à præsidibus, uel in faciem, uel ad do-
mum: quasi nihil intersit, utrum horum fiat, cum in
alternatiuis alterú adimpleri sufficiat c. in alternati-
uis de reg. iu. in 6. cú cócordantib. ibi adductis: & est
propriè similis tex. in cle. j. de foro comp. dum ibi di-
citur, personaliter, uel ad domum, & hanc opinioné
expressè tenuit Dy. in l. j. in prin. ff. de lib. agno. & Lu
cas de Penna in l. prouincialiú, col. j. in fi. C. de eroga
tio. militar. annon. lib. 12. & Flor. in l. j. §. habitare, co
lú. j. ff. de his qui deicer. vel effud. & Nico. Nea. in lec.
Bar. in l. scire oportet. §. oportet ff. de excus. tut.

Verùm hac opinione non obstante, magis cómu-
nis opinio est, ut prius coràm & in facié citari opor-
teat, at si diligenter perquisitus citandus reperiri nó
possit, ad aliam & secúdam ad domum citationem
deueniri possit, hanc opinionem, ut cumulat Tiraq.
in ti. de retrac. ligniagier, in §. nono Ason domicile,
gl. 2. nu. 44. tenuerunt quamplures, authoritate. l. 1.
§. permittitur. ff. de li. agnos. dum ibi dicitur, aut ad
domum denúciare, si nullius eorum copiam héat:
ubi notant Iac. Are. Alb. & Bar. & est etiam text. in l.
4. §. prætor ait. ff. de dam. infe. ibi, dum ei, qui abierit,
prius domú denunciari iubeam: ubi etiá notant Dy.
sibi contrarius Riccar. Malum. Bar. Alber. Imo. Pau.
Cast. & Ale. qui hanc cóem inquit esse opinioné. Có
probat pterea eá tex. in l. aut qui aliter. §. j. ibi, & si for
tè nó sit, cui denúciet. ubi Alb. in 3. notab. ff. quod vi
aut clá. & in c. cám, ubi glo. in uerb. ad domú, & Pan.
in j. col. uer. & primò nota, & Barb. & alii extra de do
lo & contu. & in cle. cám, uersi. q si forsan, ubi Paul.
Eleaz. & Imo. col. 1. & rursus: 3. uer. ex prædictis pa-
tet, & Barb. car. pe. uer. quid aút si iudex, de electi. &
gl. in l. si finita. §. si plures, paulò post prin. gl. mag. ff.
de dá. infe, & Inn. & prope omnes in ca. ult. de eo qui
mitti. in possessionem, & Spe. in ti. de accusat. §. j. uer.
sed nunquid sufficiat, & Ancha. in c. j. col. 6. in uerb.
infra mésem, de electione, li. 6. & Guil. à móte laud.
in c. j. in uerb. contendát de foro comp. li. 6. & Bonif.
Vital. in trac. malefi. in ti. forma citationis accusati,
col. j. uer. sed qualiter debet fieri, & Collectaneus in
c. cv in tua, uer. q d si apparitor, qui matri. accus. pos.
2 ubi ex hoc quoq; dicit post Petrum Bo. †si appari-
tor ueniens ad domum eius, quem uult citare, cú in

iti nere repererit,eiq; nihil dixerit, sed iter suũ conti-
nuans domum eius perueniens ibi eũ citauerit,non
valere huiusmodi citationem,& Bar. in trac.de cita
tion.quæst.2.& Alb.in l.prima col.pe.versi.sed nun-
quid C.de hæredi.instituen.& in l. vt perfectius.C.
de anna.exce.& si ibi dicat uidisse ubiq; seruari con
trarium,& in 4.parte statutorum q.51. sed nũquid
ex citatione,& Bal.in ul.col.1.C.de iure domin.im-
petran.& in d.l.scire oportet.§.j.ff.de excus.tut.& in
l.si accusatoribus,col.secunda,C.de accus.& in ca.1.
col.4.uer.dicit And.de Pisis,ti.de mili.vasal.qui con
tum.est;& in consi.48.si creditor lib.3.& in consilio
145.inuentariũ,col.prima lib.quarto, & in sua mar
gherita in verb.citatio col.prima,versi.citatio ad do
mum non est;& ibi dicit singularem glo.in d.§.si plu
res,& Lucas de Penna in l.pe.in fi.C.de dignit.li.12.
& Fulg.in consi.76.factum super quo, col.prima &
Pan.in cle.prima,vbi etiam Cardinal Florentinus in
quæst.2.& iudi.& idem Pan.in cons.43.ex omnibus
col.prima,lib.secundo,& in consi.84.arbitror indu-
biè: eodem li.secundo,& idem Car.in cle.j.in 10.no
tabili de foro competenti:& Ang.Are.in §.feræ,co.
vlt.inst.de rerum diuis.& in §.omnium autem, q est
vltimus,col.secunda,ver.quæro,an sufficiat,insti.de
pœn.temere litigan.& Rom.in consi.454.in re præ-
senti,col.secũda,& Nico.Mile.in suo repert.in uer.
citatio j.debet fieri personaliter,& Maria.Soc.in trà
cta.de citation.arti.17.uersiculo circa septimum,&
Ferrar.in sua practi.Pap.in ti. forma responsio rei in
gl.secunda,col.tertia,uer.amplius quæ rit:& Alex.in
consi.secundo,consideratis,in prin.lib.tertio,& Lã-
fran.in c.quoniam contra falsam,in materia citatio
num,col.prima uersi.3.quæro,extra de probatio.&
Firmanus in trac.de Episcopis,in tertia parte, lib.1.
col.3.uer.congruenter,& Cor.in consi.52.in hac cõ
sultatione,col.secunda,uer.etiam aliud,li.4. & Gui.
Pap.in consi.121.indubitanter,in 5.dubio,& in sin-
gul.82.citatio potest fieri,& Card.Alex.in c.primo,
col.secunda,de mili.uasal. qui contum. est. Et idem
3 dicunt,si citãdus præsens est in urbe† vel in suburbiis
aut suburbanis, hoc enim casu idem censendum est.
l.prima,§.cum urbem.ff.de offi.præf.uigil.& l.prima
4 §.1.de lib.agnos.† citationem domi fieri non posse,
nisi prius diligenter,ut diximus,perquiratur, an ille,
qui citandus est,in urbe & in locis publicis reperiat,
ut dicunt doctores in dic.l.quarta,§. prætor ait ff.de
dam.infec.& Canonistæ in d.c.fin. de eo qui mitt.in
pos.& in terminis ponit Bal.in l.uetustissimum,col.
secunda,de iure domin.impetran.Quemadmodum
enim discussio bonorum, an quis sit soluendo, fieri
solet,ita & personarum,an reperiri possit, facienda
est.l.ait prætor.§.fi.ex quibus causis maiores, & tra-
dit Barto.in l.si tamen,in fine,ff.de lega.secunda, &
in l.3.in pe.q.C.de duobus reis,& facit text.in c.pri-
mo,extra qui matrim.accu.pos.Idem sequit Thom.
Gramma.in consi.primo,nu.6.Immo quod plus est
5 ut inquit ipse,cum nuncius refert,† in ipsa relatione
debet de diligenti inuestigatione mentionem face-
re, videlicet ipsum citandum non reperisse, & ideo
domi suæ solitæ habitationis citasse,quod uoluit et
Guiliel. Mainer.in l. nemo de domo, numero 39.ff.
de regu.iur.Patet igitur ex prædictis prius citationẽ

in personam faciendam esse,uerum ex his oritur du
6 bitatio † an si citandus in ecclesia reperiatur,ibi cita
ri possit,necne;qua in re licet Ange.& Fulgo.quod
in ecclesia citari non possit,existimauerint,per text.
in ca.decet,de immunit.eccles.in 6. Attamen contra-
rium uerius est;quia actus citationis potest in eccle
sia expediri.l.præsenti,ver.sed & si quidem.ubi Bar-
to. numero 3.C.de his qui ad eccles. confugi.& notã
Guiliel.& Barto.in l.plerique ff.de in ius uoc.& Bal.
in l.secunda,C.de sac.san.eccle.ubi declarat id,quod
habetur in dicto capitu.decet,& refert Alexan.in di
cta l.secunda,numero quarto,Præterea stantib. præ
7 dictis fuit etiam dubitatum † an ualeat citatio mari
ti in personam uxoris, ita ut contra eum tamquam
contra contumacem procedi possit, ut quæsierũt Ia
co.Are.& post eum Guid.Pap.decis.Delfin.445.an
ualeat citatio,in prin.& iterum in consilio 121.dubi
tanter,in quinto dubio,& licet huiusmodi citatione
non ualere concludatur,ut tradit Tiraq.in tit.de re-
trac.ligniager a son domicile.§.9.gl.prima, numero
8 sexto,id tamen intelligit Guido in dictis locis, † nisi
ea citatio fieret in personam uxoris in domo habita
tionis uiri,per quædam iura,quę ad id allegat,& prę
sertim si ei detur copia citationis,per glo. quam di-
9 cit notabilem in l.licet C.de repudi. † Quando autẽ
citandus perquisitus non inuenitur ad domum cita-
ri possit,tradit latè Tiraq.eodem titulo, de retract.
lignagier.§.nono a son domicile.glo.secunda,nume
ro primo,per eadem penè iura,uidelicet l.scire debo
mus.§.qui autem ff.de excusa.tut.& l.aut qui aliter.
§.& si fortè,ubi glos.& docto.ff. quod ui aut clam, &
l.prima,§.permittitur.ff.de liber.agnoscen.& l.quar
ta,§.prætor ait ubi Barto.& alii.ff.de dam. infect.&
l.uim passam §.nupta priusquàm.ff.de adulte.& l.ut
perfectius.§.sin autem C.de annal.excep.& capitulo
causam,extra de dolo & contumac. & capitul.si ad-
uersarius,de eo qui mitti.in posses.& clementi. cau-
sam,uersicu.quod si forsan.de electio. & uoluit glo.
in l.ultima in glo.magna,in fi.de restitut.in integ.&
Specula.in titulo,de citatio.§. sequitur uersicul. sed
nunquid sufficit denunciare,& Barto.in l.licet C.de
repud.& Alberic. loquens de peremptorio in l. pri-
ma,§.item cum edicto ff. quæ sent. sine appellat. re-
scinda.& idem Alberic.loquens de denunciatione in
l.si item §.quolibet.ff.de euiction.& in l.mora,colũ-
na quarta,numero 16.ff.de usur.& in c.præsumitur,
de regul.iur.lib.6.& Bald.in c.Cumana,col.quarta,
uer.quædam est protestatio,extra de electio. ubi lo-
quitur de protestatione,& in c.quoniam,in princip.
col.ultima,uersiculo quæro nunquid sufficiat,extra
ut lite non contesta.& in c.primo,col.quarta titu.de
milit.uasal.qui contum.est, & Doctores ubique. Id
quod non solum in ciuilibus, sed etiam in criminali-
bus locum habere uolunt,ut uoluit gl.in capitu. ca
ueant,quod est 23.quæstio.9.& Cynus in l. si accu-
satoribus post medium,uersic.queritur hic qualiter,
& ibi quoque Bal.col.secunda,uer.in eadem glo.ibi
non inuentus.C.de accusatio.& Specul.in titu.de ac-
cusatio.§.j.uer.sed nunquid sufficit ad domum, par-
te 3.& Alb.in l.j.col.pen.uersicu.sed nunquid.C. de
hæred.instituen.& in dic.l.uim passam.§.nupta.ff.de
adulte.per eum text.& Bart.in l.inter accusatorem,

ver.

ver.ſed quæro, ubi debet citari, & ibi etiam Imol.ff.
de publ.iud.& Bal.in d.l.ur perfectius, col.2.uerſic.
attende etiam, quia citatio, & ibi quoque Ang.colũ.
ſecunda, & idem Bal.in l.& poſt ędictum, in princ.ff.
de iud.& Sal.in l.abſentẽ in ſecunda q.C.de accuſ.&
Ang.Are.in trac.maleficio : in uerbo iudex commi-
ſit, quod Caius & alii inquiſiti citarentur, col.tertia uer.
quæro, an ſufficiat citari, & Alex.qui hanc dicit eſſe
communem opinionem in l.quarta §.prætor ait col.
ſecunda, ff.de dam.infe.& in conſilio 120. uiſo pro-
ceſſu, in fi.lib.7. & hoc de conſuetudine obſeruari di
cunt, Alb.& Gandi.in trac.maleficiorum, in ti.de ci
tatione facienda, col.2.uerſi.ſed nunquid ſufficiat, &
Alb.Roſa.in tract.ſtatutorum, in 4. parte q.51.ſed
nunquid ex citatione, & licet Aug.Ari.in additio.ad
Ang.in loco ſupra relato, & nonnulli alij contrariũ
firmare conentur, attamen præcedẽs opinio eſt ma
gis communis, & ubique obſeruatur id quod uidetur
etiam apud antiquos fuiſſe in uſu, & tradit Plutar-
cus in uita Grachorum, & retuli ego in l.ſecunda, §.
& pœnæ pecuniæ, numero 107.ff.de religi.& ſump.
10 funer.inquit enim eo in loco Plutarcus; † More ma-
iorum ſiquis capitali iudicio accuſatus nõ ueniat ad
ſe defendendum, tamen eum domi ante ianuam con
ſiſtens nomenclator tuba citat, nec ante contra ip-
ſum fertur ſententia, de qua citatione meminit Ale-
xander ab Alexandro dierum ſuorum generalium, li
bro 3.c.5.in fi.eam addens quatuor definitis in locis
fieri, ad quæ fortaſſe accedere deberet.

1 *Citatio ad domum in quibus caſibus etiam à princi pio fieri poſſit, & primò cum citatus non reperitur.*

2 *Reperiri quis nequaquam dicitur, cum in iudicio nõ reperitur.*

C A P. II.

VIdimus citationẽ primo in perſonã faciendã
eſſe, & deinde ſi ea fieri non poſſit, ad domũ
permitti. Verum quia ſępe ẽt à principio ad domum
fieri põt, pſonali citatione reiecta merito anteq̃ ad
ulteriora trãſeamus, in quibus caſibus fieri poſſit, re
1 cenſendum arbitror. Primò igitur admittitũ † citatio
ad domum, cum citatus non reperitũ; Dr̃ autem plu-
ribus modis citandus non reperiri, nam (ut ſupra ui
dimus) regulare eſt: vt ubi nuncius perquiſiuerit, &
non repererit, ad domum citare poſſit. Verùm quia
qñq; tempus non patitur, ut nuncius perquirere poſ
2 ſit, & † aliquando quem non reperiri dicitur, cum in
iudicio non reperitur: Merito in cauſis, quæ celerita-
tem exigunt, ut in cauſa damni infecti.l.1.ff.de dam.
infec.& in caſibus notatis in l.ſecunda, & fin.ff.de ap
pella.ſi reus in iudicio non reperiatur, ad domũ nul-
la alia facta perqſitione citari poterit, ut refert Gui-
liel.Mainer.in l.nemo de domo, nu.39.ff.de regu.iu.
& And.Alc.in l.abſentem.ff.de uerbo.ſig. & Raffael
Cuma.in d.l.4.§.prætor ait, nu.1.ff.de dam.infec.

1 *Citari ad domum poteſt qui fraude latitat nulla præcedente perquiſitione.*

2 *Occultores & latitantes contra ſe præſumptionem habent.*

3 *Citatio poteſt fieri ad domum non præcedente requiſitione, quando certum eſt eum eſſe domi, & impedit ne citatio ad eum afferatur.*

1 II.† citari poteſt ad domum nulla præcedente per-
quiſitione ille, qui fraude latitat, ne in faciem & co-
ram citetur. Planè ut ad domum citari poſſit, in ſub
ſidium introductum eſt.l.Fulcinius.§.quid ſit latita-
re, & §.fin.ex quibus cauſ.in poſſeſ.eatur: & in capit.
quoniam frequenter.§.porro ubi gloſ.& ſcriben.ex-
tra ut lite non conteſtata: &c.ex tunc extra de cleric.
non reſident.& clement.cauſam de electione, prout
declarat Guiliel.Mainer. in d.l.nemo de domo, nu-
mero 41.ff.de reg.iur.& notatur per Innocent.in ca.
dilecto, de uerborum ſig.& tradit Abb.in c.ſi aduer
ſarius, extra de eo qui mitti. in poſſeſ.cauſa rei ſeruã
2 dæ: quia contra tales † occultatores, et latitantes prę
ſumptio eſt: ut malitioſè ſe occultent latitent: ueluti
ſi domi ſe aſcondant, nec ſe exhibeant, uel impediũt,
ut citatio ad eos non perueniat, ut habetur in c.quo
niam frequenter.§.porro extra ut lite non conteſta-
3 ta: uel quando † certum eſt, eum eſſe domi, et impe-
dit, nec citatio ad ſe afferatur, et ideo hac in re pro re-
medio habetur ſecundùm Ioannem Andreæ in cap.
Romana §.contrahentes, de foro compet.lib.6. quẽ
ibi refert et ſequitur Dominicus à ſancto Geminia-
no, ne latitans, et ſe occultans domi ſuæ malitię com
modum reportet; ut publicè ante domum ſuam cite
tur prout paret ex notatis in d.c.cauſam, de dolo et
contumacia: et in d.c.ſi aduerſarius. Præterea quod lati-
tans ad domum citari poſſit, tenet Rota in decis.1.
aliàs 48.in nouis.

1 *Citatio ad domum nulla præcedente perquiſitione fieri poteſt, quando citandus certo loco morari tenebatur.*

2 *Procedit autem cum de ea eccleſia, vel matrimonio agitur.*

3 *Culpa ad certum actum commiſſa, quempiam quo ad alium actum ſuſpectum non facit.*

4 *Latitare dicitur ille, qui certo termino & certo loco ſoluere tenetur, ſi non reperiatur.*

III. Præcedenti limitationi ſatis conuenire ui-
1 detur, ut permittatur † citatio ad domum nulla
præcedente perquiſitione, quando quiſpiam citan-
dus eſt, qui certo loco morari tenebatur, ut clericus
in Eccleſia, et uxor cum marito, et aliis huius gene-
ris ſpecieb. ut inquit Rota in dicta deciſ.prima, alio-
quin.48.de dolo et contumac.in nouis. Nam ſi
non reperiantur in locis ubi adeſſe deberent, latitare
præſumuntur; id autem ne fortaſſe decipiamur,
abſolutè et ſimpliciter uerum non eſt, ſed tunc
2 demum, † cum de ea Eccleſia, ſeue matrimonio agi
tur: at ſi de cauſa prorſus extranea tractetur, con-
trarium dicendum erit. Illa enim obligatio certo in
loco commorandi; ad alias et diuerſas cauſas exten-
di non debet. Quemadmodum et de culpa dicimus,
3 † ad certum actum commiſſa, quæ quempiam quo

ad alium actum suspectum non facit l.3.§. quæri.ff. 2
de suspe.tuto.& hac ratione dixit Inno.in c.si.de eo
4 qui mitt.in pos.vt si quis certo termino,† & certo lo
co soluere teneatur,si non reperiatur cōtra eum vti
latitantem procedi poterit.at ipse contrarium tenet,
propterea quòd non ita ille eo in loco, vti clericus
in Ecclesia & uxor cum marito morari obliga-
tus est.

1 *Citari ad domum potest nulla facta perquisitione in actibus, qui lite non contestata fieri possunt.*

1 IIII. Citari etiam † ad domum potest a principio,
nulla præcedente perquisitione nuncii in illis actib.
qui lite non contestata fieri possunt: vt inquit Raf-
fael Cumanus in d.l.4.§.prætor ait,num.10.ff.de dā.
infec.vtputa in testium ad perpetuam rei memoriā
receptione,propter mortem, vel absentiam. Nā cū
huiusmodi res celeritatem exigat, talis citatio cōce-
denda est:ut habetur in d.c.quoniam frequenter.ex
tra ut li.non cont.& uoluit Io.And.in c.præsumitur.
extra de reg.iu.lib.6.& ideo Rota in d.decis.1. aliàs
48.in nouis.intelligebat, ut talis citatio etiam quò
ad definitiuam sententiam procederet in casibus in
quib.lite non contéstata ferri potest.uel quo ad uen
ditionem bonorum faciēdam:ut sequitur etiam Al
cia.in l.absentem.ff.de uer.sig.

1 *Citatio ad domum non præcedēte perquisitione admittitur, ubi aliàs summariè procederetur.*

1 V. Huiusmodi † citatio admittitur, vbi aliàs sum-
mariè procederetur; vt inquit Bal.in consi.118. nu.
primo,vol.5.

1 *Citatio ad domum sine perquisitione fieri potest in cā uniuersitatis.*

1 VI. Idem † uoluisse videtur Bald.in consi.203.nu.
3.uol.1.in causa uniuersitatis.

1 *Citatio ad domum non præcedente perquisitione fieri potest, si citandus semel in iudicium uenerit.*

1 VII. † Ad domū citatio non præcedente nuncii di
ligenti perquisitione fieri potest,si citandus semel in
iudicium uenerit;ut inquit Alci. in d.l.absentē ff. de
uer.sig.& Dec.in c.ecclesia sanctę Mariæ,nu.20.dę
constitu.& Affli.in c.unico,nu.26.de mili.uasal. qui
contumax est:Fuit autem hæc opinio Barto. in l.j.§.
permittitur in 2.nota.ff.de lib.agno.& in d.l.4.§.prę
tor.ait col.j.in illis uerbis, si uerò ab initio,& rursus
col.ul.uer.& ideo quia ille,ubi etiam Pau.Cast.post
principium:& Alexā.qui concordantes refert col.4.
ff.de dam.infect.& Rota in d.dec.48.in nouis,& dec.
395.in antiquis;& collectaneus in d.c.ul.col.1.de eo
qui mit.in poss.& Pet.Ferrar.in tit.forma respons.rei
conuenti,col.3.& Firma.in dic.tracta.de episcop.in
3.par. lib.1.col.3.uer.nec prætereo quòd citatio, &
Aufr.in stilo curiæ parlamenti.§.item sciendum est.
& Nicola.Mile.in uerbo citatio ad domum, uers.ab
hinc secundò,& tradit latissimè Alexand. in d.l.4.§.
prætor ait.col.ult. qui hanc opinionem ab Imol.de-
fendit,& Rom.& alios refert, qui eandem opinionē
sequuntur.

1 *Citatio ad domum sine perquisitione fieri potest, cum reus à ciuitate abest.*

1 VIII. † Citationem ad domum sine nuncii perqui
sitione permittendam esse,voluerunt:cum reus à ci-
uitate abest,ut inquit Alci.in d.l.absentem.ff.de ver.
sig.Debet autem de absentia cōstare, vt inquit Mat-
theus Afflic.in d.c.unico,nu.28.de milite uasallo q
contumax est.

1 *Citatio ad domum,sine perquisitione fieri potest,quando quis semel præsens fuit citatus fuit.*

1 IX. Idem quoque dicendum est,quando. quis † se-
mel pręsens citatus fuerit;nam deinde etiam q᷑ repe
riri posset, si ad domum citetur, satis erit ut uoluit
Inno.in d.c.ultimo col.1.extra de eo qui in posses. 2
& Rota in dic.decis.48. ualet citatio: in principio in
nouis,& deci.395.nota,ualet citatio,in antiquis, &
Bar.in d.l.1.§.permittitur,col.1.ff.de lib.agno.& in
d.l.4.§.prætor ait col.1.uersicu.sed quæro,an est ne-
cesse.ff.de dam.infec. per notata in l. & post ædictū.
ff.de iudic.& in authen.qui semel.C.quomo.& quā
do iud.& Bald.in d.l.ut perfectius,colum.2.ubi etiā
Ange.colum.2.C.de annal.excep.& in cap. significa
uit,colum.2.uers.quæro, an isti fundatores,extra de
testib.& in c.1.in ti.de milite uasallo qui contumax
est,& in sua margherita,in uerbo citatio,col.j. versi.
citatio ad domum sufficit. & Matthe.Afflic.in con-
stitut.Siciliæ incipiente citationis literæ, in 1. nota-
bili. & Nicola. Mile.in uerb. citatio ad domum ad
sententiam.

1 *Citatio ad domum sine perquisitione fieri potest post litem contestatam.*

1 X. potest quis ad † domum citari sine perquisitio-
ne post litem contestatam,ut uoluit idem Inn.in d.
c.ultimo,col.2.extra de eo qui mitti.in posses.& Cy.
in auth.sed & si quis.in 1.quæst.C.de testib. per tex. 2
in d.l.ab eo,ubi idem uoluit Bal.colum.ult.uers. &
nota quod post litem contestatam.C.quomodo, &
quan.iudex,& Bar.in d.l.4.§. prætor ait, col. ultima
uersicu.& dico quia ille,ubi Alber.colum.j.ff. de dā.
infec.& idem Albe. in d.l.ut perfectius. post mediū
C.de annal.exceptio. & Bald. in d.clem.1. colum.4.
uer.quæro ubi quis citatur,in tit.de milit.uasall. qui
contumax est,& Roma.in consilio 454. in præsenti,
colum.2.& Floria.in l.lege Aquilia si deletum colū.
secunda uer.item aduerte,quòd quādo ff.ad l.Aqui.
& Matth.Afflic.qui alios refert in constitutione Sici
liæ incipiente,probationum incursibus, colum.3.in
3.notabili.& Cardin.Alexan.in c.caueant, columna
2.3.quæst.9.

1 *Citatio an poterit fieri ad domū sine perquisitione citādi quādo statutū alternatiuè loquit, personaliter*

vel ad domum, an verò debeat præcedere perquisito.
2 *Statuta secundùm ius commune intelligenda sunt.*

CAP. III.

VIdimus hucusq;, quatenus pertinet ad ius cõmune, regulariter citationem primò in faciē, seu personaliter faciendam esse, & huic regulæ decē subiecimus limitationes, & deinde si personaliter fieri non potest, ad domum si fiat, satis esse. Verùm redeundo ad statutum nostrum, & alia siqua extāt eisdem verbis alternatiuis concepta, videlicet persona
1 liter, vel ad domum. Oritur † apud Doctores nostros dubitatio; an ius commune obseruandum sit, ita ut diligens Nuncij inuestigatio, & perquisitio præcedere debeat, & citando non reperto, in subsidium ad domum fieri possit. Alioquin omissa prædicta perquisitione, & inuestigatione ad domum citatio iure non subsistat, & hac in re variæ sunt opiniones. Prima igitur; quia, ut supra diximus, ita se habet ius commune; vt præcedere debeat perquisitio, opinio fuit, alioquin non valeat, vt nonnulli uoluerunt. Moti potissimum ex eo, quòd statuta ita loquentia secūdùm ius commune intelligi debeant. Ita dixit Franciscus de Ramponibus in l.vl.§.in computatione.C. de iure deliberan. prout eum retulere Imol. eius discipulus, & Roma. in dicta l.4.§.prætor ait.ff.de damno infect. & idem uoluit Matesilaus in notab.85. mirabile dictum, & Steph. Pheder. in lib. de legum interpretatione in secunda parte princ. pag. secunda dum reprehendit Barto. contrarium tenentem in d.l.4.§. prætor ait.ff.de dam.infec. & rursus expressius eius-
2 dem partis pag.12.ver. & ex prædictis. Sunt † namq; qui generaliter dicant huiusmodi statuta secūdùm ius commune interpretanda esse, non ut aliquid addant, & inter cæteros Innocen. Hostien. Ioan. Andr. & Compostellan. in ca. causam quæ extra de rescrip. & Sal. in d.l.vlt.§.in computatione.C. de iur. delibe. cum concordantibus ibi adductis à Cor. & cæteris recentioribus, quibus additur Alciat. paradoxorum lib.5.cap.15. His tamen non obstantibus magis cõmunis opinio in cõtrarium est, quasi illud addat statutum iuri communi, ne ita disponendo superfluū sit, ut voluit Bar. post Dy. in d.l.4.§.prætor ait col.2. ver. quæro. quid si statutum, vbi etiam Imo. Pau. Castren. Roma. & Alex.ff.de dam.infec. & Anto. à Butrio in c. causam. vbi etiam Panormi. colum.3. de dolo & contum. Et idem Anto. in clement. causam. vbi etiam Imo. colum.4. uer. quid etiam si statutum, de electione. & idem Panor. in d.cap. causam, in fi. extra de rescrip. & in c. cum dilectus, colum.5. uers. tertio modo, extra de consuetud. & in rub. extra de regularib. & in c. pastoralis, in princ. ubi allegat Bar. in d.§. Prętor ait, extra de appellatio. & in d. capit. ex parte, colum.2. de verbo. signifi. & in consi.19. uidendum est primò, post medium, lib.j. & in consi.91. postulato &c. quò ad primum, col.2. eo. lib.j. & in consi.36. circa primum dubium, col.vl. in prin. li.2. & in cõsil. 42. in quęst. domini, post medium, eo. uol.2. & Imo. in d.ca.ult. extra de eo qui mitti. in possessio. & Fulgo. in consil.76. factum super quo, in primo dubio, & Ioan. Plate. in l. Palatinos.C.de collat.fun. fiscali. 11. & Barba. in l. stipulationum.§. satis acceptio. col. tertia, ff. de uerborum obliga. & in d.ca. causam quę. numero 11. de rescrip. & in consi.18. clementissimi, col. ultima, lib.j. & in cons.51. scripsit sapientię fons. col.12. eo. lib.1. & in consi.23. sapientissimus, colū. tertia lib.2. & in consilio 50. præclarè, col.5. eod. lib. secundo, & in consi.51. illud in medium referam, colum.4. lib. tertio, & inter consilia Calcanei in consil. 28. illud afferam, colum 4. uers. procede ad inceptū, & Ferrarius in sua practi. papien. in ti. forma responsionis rei conuenti, in gl. secunda colum.4. uersi. sed quid dices, & Lanfran. in c. quoniam contra. in materia citationum, colum.j. uer. si tamen statuto, de probatio. & Philip. Franc. in capi. pastoralis, col.1. extra de appellationibus, & Soc. in tracta. fallentiarum, regula 53. citandus personaliter in ultima fallentia, & Alc. in l. prima de uerb. sig. & Rui. in consi.67. numero 1. uolum.5. & Maria. Soc. in titu. de citationibus, artic.13. numero 32. fol.22. ubi quandam refert distinctionem, ut ibi per eum. Et licet non desint, qui hac in re distinguant, an quæstio sit magni præiudicii, vel modici, & in primo casu obtineat prima opinio; quæ vult, ut etiam in casu statuti nostri prius citatio personaliter fieri debeat, in posteriori uerò secunda opinio præualeat, ut uoluit Imo. in dicta l.4.§. prætor ait, vbi etiam uoluit Roma. qui satis ęquū dicit. ff. de dam. infect. de quo latissimè disputat Barbat. in dic. clementi. causam. ubi supra citauimus, de electio. Attamen ut uidimus, magis communis opinio est, ut hac distinctione reiecta, ubi adsunt huiusmodi statuta, ad domum sine aliqua perquisitione citatio fieri possit. Id quod ex eo etiam in terminis statuti nostri dicendum videtur, cum in eo summariè, de plano & sine strepitu, & figura iudicii agatur, quo casu, ut supra uidimus in quinta limitatione, citatio ad domum nulla præcedēte perquisitione permittitur, vt uoluit Bald. in dicto consil.118. numero 1. part.5.

1 *Citationis modus præter ius commune à statuto induci potest.*
2 *Citatio non solum ad domum propriam, sed etiam conductitiam, & precariam fieri potest.*
3 *Citatio fieri debet ad eam domum, quam tunc citandus habitat.*
4 *Quod procedit, etiam si æquali aut maiore parte anni alibi habitet.*
5 *Citari an possit in alterutra, qui duas domos habitat.*
6 *Citari ubi debeat, quando quis æstatis tempore cū familia ruri moratur.*
7 *Citatio si fieri debeat in parrochia citandi, & citādus sit in confinio duarum parrochiarum, vel ad domū, & ipse pariter habitet duas domos, vbi fieri debeat.*
8 *Citatio ubi fieri debeat, si quis habitet domū, quæ hēt duo hostia, unum in una parrocchia & aliud in alia.*

CAP. IIII.

QVoniam uidimus in terminis statuti nostri citationē ad domū sine ulla inuestigatione vel perquisitione fieri posse, modò antequàm ad alia perueniamus, quomodo ad domum citatio fie-
1 ri debeat, inspiciamus. Qua in † re licet statutū nouū

modum citandi præter ius cõmune indncere posſit,
vt tradir Bal.in l.1.nu.9.C.quomod. & quan.Iudex.
argumento.l.3.§.fina.ff.de teſtibus:& rradit Pet.de
Anch.in d.clem.cauſam.Artameu in terminis ſtatu-
ti uoſtri cum non diſcrepet a iure communi,tam ſta
tuto noſtro quàm iuri communi conueniet.Verùm
antequàm ulterius procedamus, ſciendum eſt,huiuſ
2 modi † citationem non ſolùm ad domum propriam,
ſed etiam conductitiam, uel precariam, aut aliam
huius generis fieri poſſe:ut uoluit expreſsè tex.in d.
l.4.§.pretor ait,uerſi.ſed domum, nbi Bal.& alii no-
tant.ff.de damn.infect.& uoluit etiam gloſ.in d.cle-
men.cauſam.§.quòd ſi forſan in uerbo habitare,ubi
Cardinalis Florentin. & in clem. 1. in primo notab.
& Imol.tùm col.4.uerſi. quid ſi nõ habet,tùm colu.
9.uerſi.glo. habitare, de electio. & Inno.in c.ultim.
in fine extra de eo qui mitt.in poſſeſsio. & Bald.in
conſi.242.quia ueritas,col.1.lib.1.per tex.in l.hęres
abſens.§.at ſiquis,& §.at ſi quo, ff.de iudc.& Cardi-
nal.Florent.in clemen.1.in 10.notabili,de foro com
petenti. & facit etiam tex.in d.l.lex.Cornelia.§. do-
mum.ff.de iniur.& in l.1.§.habitare.ff.de his,qui de
iecerunt,uel effunderunt:& in l.qni domum.ner.ap-
pellamus,ubi Alberi.ff.ad leg.iul.de adulter.Debet
3 igitur,† Nuncius, ſeu apparitor:cum ad domum quẽ
piam citat,cum in ea domo citare,in qua eo tempo-
re,quo citatur,habitat;ſi in qua habitet, certum ſit:
ut dicebat Raphael. Cuman.iu conſil.146.numc.2.
4 & Paris.iu conſi.45.num.17.lib.1.Id quod † proce-
dit,etiam ſi æquali, aut maiori parte anni, alibi con
ſueuerit habitare, ur uoluit Bartol. in d.l.4.§. præ-
tor ait,col.1.uerſi.ſed quid ſi maior.ubi etiam Ang.
circa medium,& Caſtren.qui dicit id procedere etiã
ſi non dum ibi habitaſſet tres dies,colu.2.uerſi.item
in quantum,ff.de damn.infec.Nam tempus hac in re
citationis inſpiciendum eſt, ut noluit Speculator in
titu.de cõpeten.iudic.aditi.§.1.uerſicu.ſed nunquid
ſufficiat eum citare, & in ritulo de citationibus.§.
ſequitur,uerſi.ſed nũquid ſufficit denunciare,& Bo-
nifa. Vital. in tracta. malefi.in titul. forma citatio-
nis.col.1.uerſi.ſed qualiter fieri debet citatio,& Bal.
in l.ultima. ante finem in prima lectura.ff.de in in-
teg.reſtitut.& Paul.Aleaz. & Anton.à Butr.& Imo.
in d.clement.cauſam, & idem Imol. in conſi.105.in
cauſa,quæ uertitur,col.1.& Roman.in d.conſi.454.
col.2.& Cardinal.Floren. in conſi.113.& Raphael.
Cuman.in d.conſi.146.colu.1.& Corn.in conſil.57.
in cauſa uertente inter priorem,col.4.uerſi.aduerte
etiam.lib.3.& in conſi.52.in hac conſnltatione,col.
2.& rurſus in ultima lib.4.& Franciſcus Aret.ſub
obſcurè in d.l.hæres inſtitutus,colu.2.& 3.ff. de acq.
hæred.& Philip.Dec.iu conſi.460.uiſo puncto,col.
ulti.& eſt optimus text.in d.l.4.§. prætor ait.in illis
uerbis,domuni in qua degit:& tradit Alex.in conſi.
120.nu.11.uolu.3.& refert latè more ſuo ſolito Ti-
raq. in titu.de retract. lignagier.§.nono. Aſon. Do-
micile,glo.2.nu.27.& Ioan. Petr.Ferra..in ſua Pra-
ctica Papiẽ.in for.reſpõſionis rei, in formnla libelli
in actione reali.nu.9. Quamquam, ut ſubdit Tiraq.
eod.loco num.28.& 29.ſunt qui ſimpliciter tenent,
5 ut ſi † aliquis æqualiter habitet in dnabus domibus,
in earum alterultra citari poſsit, ut uoluir gloſ.in d.
clemen.cauſam, uerſi.quod ſi forſan,in uerbo com-
muniter, & ibi Ioan.Andr.& Cardinalis Florent.in
quarta quæſt.de elect. & Bart.in l. quòd ſi dubitet.
ff.de acqui.hæred.& Bal.in c. 1.col.4.nerſi.ſi ſtatu-
tum dicat, in titul.de milite uaſallo qui contumax
eſt.& Firm.in tracta.de Epiſc.in tertia part.colu.3.
uerſi.poſſet autem dubitari.lib.1.& hoc uidetur pro
bare tex.in l.Labeo, & melius in d.l.aſiumptio.§.Iu-
riſprudentibus, & in l.eius qui manumiſit.§.Celſus.
ff.ad municip. & bene facit, quod tradit Hoſtien. in
ſumma,in titul.de foro cõpeten.§.quibus ex canſis,
qui eſt ſecundus,col.1. uerſi.& uedum in uno,à qui
bus non longe diſsidet, quod ſcribit Rapha. Fulgo.
in conſi.76.factum ſuper quo,colu.2. quod quis po-
teſt citari ad eam domum, in qua ſolet habitare,etiã
ſi tunc non habitet, cum citatur.Sed bas contrarias
opiniones concordare conatur Alexand.in d.l.4.§.
prætor ait, col.3. uerſicu.ex prædictis infert,& ante
eum Angel. & Paul. Caſtr.ibi, & Panormita. in d.c.
cauſam,col.3.extra de dol.& coutum.ubi inquiunt,
diuerſas eſſe ſpecies, an quis babitet diuerſas ædes
æqualiter eodem tempore, propterea quod omnes
apertas eodem tempore habeat,ſed ſucceſsiuis tem
poribus eas ĩ habitet,unas ſcilicet hyeme,alias æſta-
te,uel unas ſex menſes,alias alios ſex menſes, nam
tunc inſpici debet tempus citationis, & ad illas cita-
ri debet, quas citationis tempore habitat. Et ideo
6 fuit dubitatum,ubi debeat citari,† quando quis ęſta
tis tempore ruri familiam babet, nam ſæpe ibi non
nulli cum tota familia plures menſes habitant, qno
caſu dictum fuit,ſi continuò ibi uiri etiam habitent,
ibi citandos eſſe, aut uerò eſt urbem diebus non fe-
ſtiuis reuertuntur, & tunc poſſunt Florentiæ ad do-
mũ citari.Aut uerò quis habitat diuerſas ędes æqua
liter eodem tempore, & continuò:non autem ſuc-
ceſsiuis temporibus ambabus utitur, exemplum po
nir Alex.ibi num.7.ut quia unas habet à parte ante-
riori,alias à parte poſteriori, & tunc procedat opi-
nio,ut ad alterutram,prout elegerit Index, uel nun-
cius,citari poſsit,& ideo dixit Bal.in c.unico.num.
12.de milit.na all.qui contum. eſt Si ſtatutum dicat
7 † citationem in Parocchia citandi fieri debere, &
ipſe ſit in confinio duarum Parocchiarum, uel ſi di
cat, ut citetur ad domum, & ipſe pariter habitet
duas domos,Barto.uoluiſſe, electionem eſſe facien-
tis citari,uel Iudicis,ant Nuncii, quia non facit hoc
per uiã electionis,ſed quia ſufficit ita citari, cum ſa-
tisfaciat mandato legis, uel Iudicis, argumento.l.
quod cõclaue.ff.de dam.infec. & l.ſi uero.§.quod ſi
meridiano. ff.de his qui deiece.uel effuder.& c.cau-
ſam, de elec. & clemen. ex parte, de foro competen.
Eſt tamẽ hoc loco ad unum,quod facile in ſpecie ac
cidere poſſet, diligenter animaduertendum: ut ſi
8 fortaſsè † babitet quis domum, quæ duo habeat bo-
ſtia,unum in una Parocchia, aliud in alia:nam ſi pa
riter ambo frequententur, illud, quod ſupra paulò
ante diximus,locum babere poterit. ſi uerò aliud eſ-
ſet principale, aliud uerò in uſu eſſet à parte poſte-
riori,ut penè maior pars ædium, non ſolùm Floren-
tiæ,ſed etiam ubiq; habere ſolent, & tũc illud, quod
eſt principale, attendi debet, ut retigit etiam
hoc loco Saluett. qui etiam ſi duo hoſtia, uel plura
eiuſdem

eiusdem domus in eadem Parocchia essent, ad illud quod dignius est, frequentius citationem faciendam esse uult, per ea quę notantur in d. l. lex cornelia. §. domum. ff. de iniur.

1 *Citari an possit scolaris in ea domo, quam habitat tẽpore studij.*
2 *Citari quis non potest ad domum hospitij, seu diuersorij.*
3 *Limitatur, quando aliquam certam domum non habet.*
4 *Secundò limitatur, quando quis in hospitio diutius cõmorari decreuisset.*
5 *Citari quis non potest ad tabernam, in qua artẽ suam exercet.*
6 *Statuto disponente, ut quis aliqua pœna puniatur pro maleficio commisso ad domum, non habet locum pro maleficio commisso ad apotecam, uel tabernam.*
7 *Domus est tutissimum refugium.*
8 *Citari monacus ubi debeat.*
9 *Domicilium monacus non habet, nisi in suo monasterio.*
10 *Citari an debeat clericus in domo beneficij, & quomodo quando ibi non habitat.*
11 *Citari carceratus potest ad domum solitæ habitationis.*

CAP. V.

POstquàm incidimus in hanc materiã citationis ad domum, nõ erit inutile, si alia prosequamur quæ ad hanc materiam pertinere uidentur. Fuit igi-
1 tur dubitatum, an † scolaris ad domum, quam habitat tempore studij, citari possit, Qua in re licet primo ingressu ibi citari non posse dicendum uideatur ex quo ibi domicilium non cõtraxit, quod cõtractũ nisi per decennalem habitationem non pręsumitur. l. 2. C. de inco. lib. 10. Attamen cõtrarium uerius est, ut uoluit Zenzel. in d. clemen. causam. ubi Imol. col. quarta, uersicu. respondet ad materiam; de electio. & Hostien. in dicto c. ult. extra de eo qui mitt. in possess. & facit tex. in l. lex cornelia. §. ego puto. ff. de iniur. & quæ scribit Hostien. in capit. quod clericis in uerbo. Parisijs commorantes, extra de foro competen.
2 II. Non potest quis † citari ad domum hospitij seu diuersorij: quia ibi habitare non censetur. l. prima §. habitare. ff. de his qui deiec. uel effude. ubi Barto. Alber. Bal. & Floria. ex hoc nuncupatim notat citationẽ ibi fieri nõ posse, & allegat præterea ipse Bald. & notata à Iacobo in dicta l. quarta. §. prætor ait. ff. de damn. infec. & notatur etiam in d. clemen. causam in uerbo communiter, de electio. & idem etiam uoluit idem Bal. qui idem dicit uoluisse Vber. Cremo. in l. ea quæ. in fi. C. quomodo & quando Iudex. ubi ad hoc quoq; allegat. l. prima, §. domicilium. ff. de in iur. & idem quoq; Bald. in dicto c. ult. colum. 2. uer. & est tertia domus, extra de eo qui mitt. in possess. Pręterea idem uoluit Barto. in dicta l. prima, §. permittitur. paulò post medium. ff. de liber. agnosc. & Angel. in l. 1. §. ult. in princ. per illum tex. ff. de furt. ad uersi. nam. & Alex. in d. §. præ tor ait, colum. 2. & Barba. in rub. de reb. Eccles. non alienan. col. 6. in fin. 7. limitationis, & in d. clemen. causam. col. 39. uer. quid autẽ dicatur, & Philip. Dec. in l. nemo de domo, nu. 3. ff. de regul. iur.
3 Id autem duobus modis intelligẽdum est, primò quidem, ut id non procedat; si is qui citari debet aliquam certam habitationem non habet: tunc enim in eo hospitio, in quo frequentius uersari solet, citari poterit, ut uoluit Bart. in eod. §. prætor ait. col. secũda, uer. q d si nõ habet, p l. 2. & ibi notatur. C. ubi de crimi. agi. oport. & notat Inno. in c. quia p p, in uerbo illud autem penitus, extra de elect. Secundò pariter li-
4 mitatur † præcedens conclusio, quando, quis in hospitio diutius habitare decreuisset. Nã quãdiu ibi habitauit, ut ibi citari possit, dicẽdum uidetur, per d. l. lex cornelia. §. domũ. & ibi Bart. & iterum in d. §. ego puto. ff. de iniur. & hoc satis uidetur uoluisse Floria. in d. §. habitare, dum loquitur de eo, qui conduxit hospitium ad nõ modicũ tempus, per d. l. lex cornel ia. §. domum.
5 III. Animaduertendum est, citationem † illam, quæ ad domum conceditur, ad stationẽ, siue tabernam, aut apotecam, in qua citandus artem suã exercere consueuit, non cõcedi, ut uoluit Bar. in d. l. quarta, §. pretor ait. ff. de damn. infec. & Imo. in 1. clemẽt. causam de elect. & notat idem Bar. in d. l. 1. §. 1. ff. de liber. agnosc. per ea quæ habẽtur in d. l. lex cornelia. §. domum. ff. de iniur. & refert Guiliel. Mainer. in d. l. nemo de domo, num. 43. ff. de regul. iur. & satis com modè facit illud, quod uoluit idem Barto. in consilio
6 107. nu. primo, uol. 2. ubi quæritur, si statuto † caueatur, quòd pro maleficio commisso ad domum sit pęna dupli; si aliquis quẽpiã ad stationẽ uerberauerit, an tali pęna puniendus sit. & licet prima fronte puniri dicendum uideretur, per tex. in l. item apud Labeonem. §. cum uitium. ff. de iniur. & in l. item lex cornelia, cum simil. in cõtrarium tamen inquit facere,
7 quòd domus † est tutissimum refugium, & ideo illud, quod dicitur, quòd quis nullum de domo sua in ius uocare potest. l. plerique putauerunt. ff. de in ius uocand. in taberna uel statione locum non habet: cũ tutissimum refugium non sit, ut ex ea uocari nõ possit, sicut nec in uinea, nec in theatro, seu balneo; ut l. & etiam. ff. de in ius uocand. Id quod multo magis dicẽdum esset, si statutum illa uerba adiecisset, uidelicet in qua habitat: quia multum interest, an quis causa negociationis, uel habitationis habitet. Nam habitare habitationis causa est habitare iure domicilij, non autem negociationis causa: ut l. hæres absens. §. at si quæ. ff. de iudic. sed taberna, ut ibi dicitur, nõ iure domicilij, sed negociationis causa habitatur, ergo non eadem ratio est tabernæ & habitationis. Id quod satis ex se apparet, cum in habitaculo nos die noctuque cum familia ad refugium recipiamus: in taberna uerò nosmet tantùm, non familiam recipimus. Itidẽ nec ad tutelam, sed ad cõmodum negociationis; nec etiam diebus feriatis, qui bus negociatio à iure inter dicitur; & ideo cum sit diuersa ratio, diuersum quoque ius esse debet.
8 IIII. de monaco † tradit Inno. in c. ex tenore. circa medium, ubi etiam Hostien. colum. ultima, & Ioan. Andr.

Andr. circa medium, & Panor. pariter col. fi. extra de
9 priuileg. † Monacum alibi nō habere domicilium, quàm in suo monasterio, uoluerunt, sequitur Bal. in in sua margherita, ubi dicit, de hoc esse tex. in L. omnes. in fin. principij, ibi, in suis laribus & domicilijs constituti, C. de Episc. & cleric. & sequitur etiā Barba. in clemen. causam, col. 54. uersi. & limita prædicta, de electione. & Bar. in l. 1. col. 2. uersi. iuxta prædicta. ff. ad municip. & in l. ciues circa mediū. C. de in col. lib. 10. & Doctores in c. postulasti, de foro competenti, cum simil. & ideo ibi citanti essent.

10 V. An clericus † in domo beneficij Ecclesiastici idest sacerdotij, nam & hoc quotidie uersatur in causis forensibus, citari possit: etiam si ibi citandus nō habitet, quia si habitet, res est sine dubio; tradit latissimè Tiraqnell. in titul. de retract. ligniager. §. nono, glo. 2. nume. 37. ad quem me breuitatis causa refero.

11 VI. Quòd carceratus, possit ad domum solitæ habitationis citari, tradit latè idem Tiraq. in d. titu. de retract. ligniager. §. nono, glo. secūda, num. 39. per ea quæ uoluit glo. in l. 2. ubi Bal. Saly. & Ang. C. ex quib. caus. maior. & idem Bal. in l. ult. in secūda, lect. post princ. ff. de in integ. restit. & Philip. Franc. in c. dilectis, col. 1. extra de appel. & Guido Pap. sing. 85. citatio ad sententiam, & latius per Tiraq. in loco supra relato.

1 *Citatio non ualet, nisi nuntius dicat citasse ad domum solitæ habitationis.*

CAP. VI.

ID autem quod supra diximus, citationem ad domum solitę habitationis fieri debere, ita uerum
1 est, † si nuncius referat reum citasse, aut aliquid ei denunciasse ad domum solitę habitationis, in qua habitat siue habitare consueuit, alioquin nō ualeat illa citatio, tamquā incerta & indiscreta, etiam si dicat illum non reperisse, ut expressè uoluit Bar. in dicta l. 4. §. prætor ait. col. 2. uersicu. sed quid debet nuncius referre; & Alex. in consi. 2. consideratis ijs, de quibus col. 3. uersicu. alia ratione posset. lib. 3. licet hoc, ut ipse inquit, pro constanti non ponat, tamquam scilicet de ea re subdubitare uideat ur, tradunt tamē idē Alex. & Fran. Aret. in l. hæres institutus. ff. de acqui. hæred. & Tiraq. in loco supra citato nu. 25. cui adde Thom. Gram. in consi. 1. nu. 3. & Luc. de Pen. in l. 1. C. de decurion. & station. lib. 11. qui expressè dicunt nunciū se ad domum suæ solitæ habitationis citasse, in sua relatione dicere omnino debere.

1 *Citatione debet nuncius referre, cui de domo citationem notificauerit.*

1 SCiendum est citatio cū ad domū fit, debere † nuncium referre & nominare, cui de domo citationem notificauerit, ut inquit Anto. à Butr. in c. fin. extra de eo qui mitti. in possess. & refert & sequitur Maria. Socin. in tract. citationum, articu. 17. uers. circa septimam speciem subdens, ita seruari de consuetudine, & refert Thom. Gramm. in consi. 1. nu. 4. in uol. decisionum.

1 *Citatio alta uoce fieri debet.*

1 III. Illud etiam necessarium est, ut illa † citatio alta uoce fiat, ut uoluit Archidia. in c. 1. col. 6. in uerbo infra mēsem, de electio, lib. 6. & Bald. in l. diffamari. per illum tex. in uerbo uocitasse. C. de ingen. manum. & in cōsil. 126. citatio facta, in primo dubio. libro quarto, & Lucas de Pen. in l. quoties, quæ est penult. in fi. C. de digni. lib. 12. & Card. Flor. in clem. 1. in 2. quæst. in fi. de iudi. & Barb. qui ad illū tex. diffamari, dicit notādū in l. sciendum colum. 59. in prin. uersicu. 4. ff. de uerb. oblig. & Soc. Sen. in consi. 56. in so processu, colum. 2. uersicu. sed clarum est, lib. 4. & optimè facit tex. in d. c. ult. extra de eo qui mitti. in possessio. in illis uerbis, denunciatione publicè domi facta, & glo. quæ eisdē uerbis utitur, in c. quoniā. §. porrò. in uerbo impedit, in princ. ut lite nō cōtestata. Quomodo enim publicè fiet, nisi alta uoce, & cūctis audiētibus fiat? Facit etiam, quod dicit gloss. in in c. caneāt 3. quæst. 9. sufficere, si citetur aduersarius publicè ad domum & c. & quod dicit Bart. extrauagāti ad reprimēdum, in uerb. publicè, & ideo præcones illi in precio habebantur, qui alte uoce clamarēt, ut diximus in l. si quis sepulcrum. §. sumptus funeris nu. 154. ff. de reli. & sumpt. funer. Id autem Florētiæ non obseruatur.

1 *Citatio fieri debet in scriptis, & cedula domi affigi.*

1 IIII. Facienda est talis † citatio in scriptis, & per literas domui affixas, prout inquit statutum nostrū, sub rub. 70. de officio Nūcij communis Florentiæ, li. 1. ad quod statutum hoc se refert, dum ait, & quilibet Nuncius communis Florētię teneatur, & debeat in requisitionibus, citationibus, notificationibus, & præceptis, quæ facerent ex parte & mandato alicuius rectoris, uel officialis communis Florētiæ, apud domum habitationis requisiti, citari, notificari, uel eius, ad cuius domum, & habitationem fecerit præceptum dimittere cedulam requisitionis, citationis, notificationis, præcepti, & scripturam continentem, ad cuius petitionē, & cuius mādato, & ad quid requirat citet, notificet, uel præcipiat, & nomē ipsius Nuncij, applicatam uel affixam publicè hostio habitationis prædictę. Id quod, ut diximus, etiam iure communi introductum est, nam citationes hostijs affigi uoluerunt Inno. Io. And. & alij in d. c. ult. de eo qui mitti. in possess. & Bald. & Ang. in d. l. ut perfectius, ubi est optimus tex. & Alber. in dicta l. 4. §. prætor. col. 1. uersi. est etiam notandum. ff. de dam. infec. & Bal. in l. cōsentaneum. col. prima, & rursus ulti. ubi etiam Salyce. colum. prima, in secūdo notab. per illum text. in uerbo literis. C. quomod. & quan. Iudex, & in l. si finita. §. nō autem. colum. 2. ff. de damn. infec. & in authē. hodie, col. 1. C. de appel. & Bal. in c. cumana. in prin. de elect. & in sua margherita, in uerbo citatio col. pe. uersi. citatio quando fit ad domum, & Ang. in §. omnem, colum. pen. uersicu. ex hoc casu patet, in authē. de

de litigio.ubi omnium clarius illud dicit de affixione cedulæ citationis,& Bertachi.in trac.de episco.in 3.par.lib.3.uer.conceditur ergo ualere,& Alexan.in addit.ad Bar.in l.secunda,C.de colla.fund.Fisca.lib. 11.& Barba.in clem.causam,columna.19.in paruis uer.unde poterit,de elec.& Guid.Pap.in singu.419. siquis mandetur,in prin.& Card.Alex.in ca.primo, colum.2.de milite uasal.qui contumax est,& Iaso.in §.quadrupli,col.4.uer.illud autem diligentissimè,in sti.de actio.& est etiam bonus text. in l.4.§. toties.ff. de dam.infec.cum dicitur,libellum ad ipsas ædes,proponere,ubi gl.in uerb.libellum,& ibi etiam id expressè notat Bal.in fi.& facit,quod scribit Salyc. in l.ulti. in fi.C.de nego.gest.& est tex.in l.item ueniūt,§.præter hæc,ibi,aut denunciatum esset ei literis, de petitione hæreditatis.Id autē,ut inquit eodem loco Tiraq.nonnulli,cum nemo domi reperitur,intelligere uidentur,& inter cæteros Inno.in d.cap.ult.& Guid. Pap.in d.singul.419.Florentiæ autem,quod uidetur ab surdum,non affigunt hostio, sed proiiciunt quomodocūq; in domum,quod qualiter procedat dicemus infra cum de relatione nuncii loquemur.

1 *Citationis cedula in loco patenti,non in angulo, aut sub hostio ponenda est.*

1 V. requiritur, † ut huiusmodi cedula citationis in loco patenti,non in angulo,aut sub hostio ponatur, ut tradit Bal.in l.sed & si pupillus.§.de quo palam,per illum tex.ibi,non in loco remoto, sed euidenti.ff.de institu.actio.in lectura antiqua,& Ange.in d.§. omnem,ubi nuper designauimus,in auth.litigio.ubi nūcupatim dicit,eam cedulam ipsi hostio , siue ualuis domus affigi debere,& id in gallia obseruari inquit Tiraq.eodem loco.Præterea idem dicit Cataldinus in tracta.de sindic.c.125.incipiente ad quod si cedula,& Fel.in ca.ex parte decani, col.4.uer.facit, quod notat extra de rescrip.& Hyppo.Marsi.in rub. de fideiuss.numero 177.& in cons.122.clementissimi, colum.2.uer.& faciunt dicta,& idem uoluerunt illi, qui dicunt hanc citationem publicè fieri debere, inter quos est Archi.in c.1.col.6.in uerbo infra mensem, de elec.lib.6.

1 *Citationis cedula illico non est amouenda, sed ibi per manere debet,ut ad notitiam citati perueniat,alioquin citatio non ualet.*

2 *Positum non censetur,quod statim remouetur.*

1 VI. Requiritur † ut ea cedula citatoria confestim non amoueatur,sed illic permaneat,ut ad notitiam citati peruenire possit,aliàs citatio non ualet , ut inquit Bald.in d.l.sed & si pupillus.§.proinde si dominus,argumento illius tex.ff.de instit.actio. & Panor. in d.c.ultimo,in tertio notabi.extra de eo qui mitti. in possess.per tex.ibi qui dicit,eam publicè fieri debe-

2 re,& facit tex.in c.ult.de electione lib.6. nam † positum non censetur,quod continuo remouetur,ut dixit idem Tiraq.in l.si unquam,in uerbo suscepit libertos,num.141.C.de reuoc.dona.& Marss.in l.de unoquoque,num.4 ff.de re iudic.& in l.is qui cum tu-

lo,num.63.C.ad l.Corneliam de sicar. Nunciam autem referre,quanto tempore ea cedula ibi permanserit,necesse non est,ut dicit Bar.in extrauag. ad reprimundum,in uerbo publicè,& Mattheus Afflic.in constitutione Siciliæ incipiente,citationis literę.colum.4.in 5.notab.uer.sed an dicta citatio. Nā ut id certò referre posset;necesse esset, ut ipse longo tempore dies noctesq; continuò ante ianuā citati maneret,quod admodum difficile & durum esset.

1 *Citatio hora & tempore congruo affigi debet.*

1 VII. Ultra prædicta illud etiam necessarium uidetur,† ut ea citatio , siue eius cedulæ citatoriæ affixio,hora & tempore congruo fiat,ut dicit Panorm. in dicto capitu.ultimo,de eo qui mitti.in possess.ubi supra,& Felyn.in d.capitu.ex parte decani,col.4.uer. & nota quòd talia; ubi inquit,id clandestinis temporibus, quibus rerum gestarum uerisimiliter notitia non habetur, fieri non debere , ut puta hora prādii, aut uespertina, & licet quantū ad horam prandii uix illud recipiendum sit:Attamen uespertinam horam omnes huic rei intempestiuam dicent , & multo magis nocturnam . Propterea , quòd ea hora , quid patenter ac palam fieri dici non potest, ut requiritur.

1 *Citatio afficit citatum,si ad notitiā ipsius perueniat, licet illico amoueatur.*

1 Octauò sciendum est,si ea † citatio ad notitiam citati peruenerit,ea astringi , etiam si illico cedula citatoria amota , uel abrasa fuerit , uel minus conuenienti tempore facta:ut notabiliter dicit Bal. in authen.qui semel,colum.pen.uersi.in gl.ut ueniat:per gloss.ibi in uerbo tribus edictis.C.quomo. & quando iudex.

1 *Citatio ut ualeat,amici & uicini requirendi sunt,qui id citato renuncient.*

1 IX. Additur, ut quando etiam supra deducta obseruata essent, adhuc illud superesse, † ut amici, aut uicini , qui id citato renuncient, aut si uelint, defendant,requirendi sunt.l. item ait,in fin. & l. sequenti. ff.ex quibus caus.maior.& tradit gl.in d.ca. causam, extra de dol.& contuma.& in d.clement.1.in uerb. ex certa scientia,ubi Panormitanus, & Cardina. Florentinus quæst.6.de iudic.& Innocen. in d.cap. ultimo,in fine extra de eo qui mitti.in possessio.& Ioā. Faber in §.ultimo,col.ultima, uer. quid si non reperiatur,institu.de pœn.temerè litigan. ubi inquit hāc citationem,quæ fit domi,ita publicè faciendam esse,ut familia citati,siqua fit,eam sciat,sin minus uicini & cognati,& Ang.in d.l.ut perfectius, column.2. C.de anna.except.Non sunt tamen (ne decipiamur) uicini aut amici propterea citandi.l.cum proponas ubi Petrus Cyn.& alii.C.de bono. auctorita. iudic. possiden.& est glo.& alii in dicto capit.causam, extra de dol.& contum.& Collectaneus in ca. consuetudinibus.in fin.de offic.delegati,& Bald.in auth.qui semel,

semel, col. 2, uersicu. nota quòd uox, ubi etiam Salyc. col. etiam secunda, uersic. eiusdem princip. C. quom. & quando Iudex. & idem Bald. in d. c. ultim, col. ult. uersi. quæro, quando reus, extra de dol. & contuma. & Cardi. Floren. in d. clemen. causam. §. quòd si forsan, in tertia, quæst. de electio, nisi tamen in quibusdá casibus adnotatis à Bald. in d. authen. qui semel ubi supra, & Soc. in tract. fallentiarum regu. 52. citatio amicorum.

1 *Citatio ad hoc ut ualeat nuncium domum ingredi necesse non est.*

1 X. † Nuncium ingredi eam domum, ad quá fit citatio, necesse non est, sed satis est, hæc omnia ante eá fieri, ut uoluit glo. in d. clemen. causam, in uerbo in domo, ubi Imol. columna 9, uersic. glo. in domo, de electione.

1 *Citationem factam ad domum, dũmodo solemnitas seruetur, ad notitiã citati omnino peruenire debere, non necesse.*
2 *Scire quilibet præsumitur illud, quod ad eius domum, quam habitat, denunciatum est. & quomodo id procedat.*
3 *Citari iuramento an stetur, utrum ad domum illi nuntiatum fuerit.*

XI. Pro prædictorum declaratione, quærendum est, an necessarium sit ad hoc, ut citatus astringatur,
1 citationem prædictam domi factam ad eius notitiá peruenire, an verò satis sit, si præcedens solemnitas obseruata sit. Qua in re breuiter procedendo, sciédum est, plerosque negare id necessariũ esse, tanquá citatus in culpa sit: cum non reliquerit procuratorem, aut alium, qui nunciare possit, ut uoluit glo. in l. ex consensu. §. ult. ff. de appell. & expresfins iu l. 1. §. ulti. ff. quan. appellan. sit, & in l. 1. §. item cum ex delicto, in uerbo, propositum, & iterum in uerbo notitiá ff. quæ sentent. sine appellat rescinda. & in dicta l. ut perfectius. in uerb. domicilium, per illum tex. ubi et Bal. qui & hoc dicit procedere in criminalibus, col. secúda, uersicu. attende etiam, & Sali. col. 2. in tertia oppositione. C. de anua. exceptio. & habetur in c. caueant, ubi Cardin. Alex. tertia, quęst. 9. & Inno. in c. ex literis. extra de excessibus prælatorum, & in c. ex tuæ col. 2. in uerbo. edicto extra de clericis non residentibus, & Speculator in titu. de citatio. §. sequitur. uersi. sed numquid sufficit denunciare, & Io. And. in c. præsumitur, de reg. iur. lib. 2. in mercurialibus, & Dyn. in l. 4. §. abesse, & ibi Pau. Castr. & dicto. §. prætor ait, colum. prima, & iterum colum. 2. ff. de dam. infect. & Iacob. Rau. & Alber. in l. si quis postea, ff. de iud. & Gofredus in summa, ut lite nõ contestata. §. itẽ quęritur, quid si edictum, & Alber. iu l. properandũ, in princip. colum. 5. num. 11. C. de indic. & Barto. & Salyc. in l. licet, per illum tex. iuncta glo. C. de repu d. & idem Saly. in d. l. ab eo. ubi etiam Angel. per illum tex. & Barba. iu addition. Bald. C. quomo. & quan. iudex, & Cardin. post Zenze. in clement. 1. notabili. 12. de foro competen. Et idem de citatione, quæ fit per edictum, uoluit Bart. in l. & post edictum. in secunda quæst. ff. de iudic. licet nonnulli in citatione, quę domi fit, contrarium teneant, nisi saltem ei familia denunciet; scilicet Iacob. Rau. & Alber. in l. satis. ff. de in ius uocan. & Matthe. Afflic. in constit. Siciliæ incipiente citationis, in primo nota. in si. Ratio uidetur:
2 quia † quilibet scire pręsumitur illud; quod ad eius domum, quam inhabitat, denunciatum est, ut uoluit glo. in l. si tutor. in uerbo ostenderis: ubi Bar. & Bald. C. de periculo tuto. & Iacob. de Aret. & Bal. in l. scire oportet. §. oportet. ff. de excusa. tuto. & Barto. in l. quidam decedens. §. ultimo ff. de administra. tutor. Alber. in d. l. ut perfectius. colum. 2. nu. 5. C. de annali except. ubi dicit notandum; & Bal. in c. quoniá frequenter. §. porrò. extra ut lite nó cõtestata. Vbi id tamen ita intelligit, ut sit eius rei leuis pręsumptio & ob id quis non constituatur in uera cõtumacia, nisi ei fuerit denunciatum à domesticis & amicis, & ideo Bald. in l. 1. colum. antepenul. uersicu. tertio, quęritur. ff. de leg. secundo, & in dicta l. Labeo. colum. 3. uersicu. sed numquid pręsumitur, hoc intelligit, nisi esset absens in loco satis remoto, et idem Bal. in consilio 295. Petri Lombardi, colum. 1. lib. tertio, et in consi. 126. citatio facta ad domum, in primo dubio, libro quarto, & Angel. in l. de tutela. in secundo notab. C. de in integr. restitu, et Fulgo. in consilio 76. factum super quo, colum. ultima, et Firma, in tract. de de Epis. lib. 1. parte tertia, uersi. subdi potest alia, Ná ipse Ang. in consi. 186. repetito in consi. 216. nisis igitur supradictis col. 1. scribit, ex citatione domi facta præsumi domesticos & familiares id citato denúciasse per ea quæ notat gloss. iu l. si legibus C. de Episcopa. audien. intermisso tamẽ aliquo spatio, intra quod uerisimile sit, citatum eorum notitiam habuisse, quę domi gesta sunt l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posthu. et ideo Ias. in §. sed istę colum. 25. uersiculo et per ista puto. Instit. de actio. reprehendit Bald. qui in l. 2.
3 §. penult. in fin. ff. si quis cautionibus, dicit stari † iuramento alicuius, an illud, quod ei denúciatum est ad domum, ad suam ipsius notitiam peruenerit: quoniá ut dicit ipse Ias. cum pręsumptio sit ad eius notitiam peruenisse, non creditur eius iuraméto, ad probádũ cõtrarium per ea, quæ ibi allegat. Attamen illud dictum Bald. sequitur ipse Alex. in l. de pupillo §. nũciationem, col. ulti. ff. de noui oper. nuncia. et in addi. ad Bartol. in l. inter omnes, §. rectè. ff. de furtis, et Alciat. in tract. præsumptio. regul. 3. pręsumptione 16. nume. 2. Id quod noluit etiam Nicolaus Neap. in lectu. Bart. in l. scire oportet, §. sufficit, in fi. ff. de excusat. tutor. et sequitur etiam et dicit singulare Firma. in tractat. de Episcop. lib. j. part. tertia, colum. 3. uersi. potest autem citatus.

1 *Citatio an scripturam requirat.*
2 *Citatio in acta reducenda est.*

CAP. VII.

DVodecimò principaliter ultra præmissa, quatenus dicitur in tex. nostro, vnà cũ cedula primę citationis; animaduertendum est. Nam licet
1 etiam sine scriptura citari possit, ut inquit Socin. in 20. articulo num. 24. de citationibus, & Maran. in suo

suo Spec. aureo in 6.& ultima parte prin. in uersicul. proposui, numero 62. dum inquit, citationem necessariò scripturam non requirere: quia est in arbitrio iudicis citare uiua uoce, uel in scriptis, licet de-
2 beat † in actis reduci, ut ex eis appareat, ut habetur
in c. cum dilecti. ibi, uiua uoce, extra de dol. & contuma. licet in aliquibus casibus scripturam necessariò requirat, alioquin non ualeat.

1 *Citatio in iudice delegato scripturam requirit.*

1 Et primò † iudex delegatus, qui cum insertione suę commissionis citare debet, qui tenor, nisi in scriptis non potest apparere capitu. præterea, & ibi Abb. & Doctor. de dilatio. & Barto. in authen. qui semel C. quomo. & quando iudex; & Barto. Alex. & Iaso. in l. secunda, C. si quis in ius uoca. non ierit, quod limitat. ibi Iaso.

1 *Citari debent in scriptis illustres, & clarissimæ persona.*

Secundo quando aliqua illustris, vel clarissima p-
1 sona citatur, nam tunc † in scriptis citari debet, ut
uoluit Iaso. in §. quadrupli, colum. quarta, in prin. insti. de actio. & est tex. & ibi Bar. in l. quoties. C. de dignitat. lib. 12.

1 *Citatio etiã in scriptis requiritur, quando aliquis nuncius, seu executor ad capienda bona fisco delata destinatur.*

1 III. Cum aliquis † nuncius, seu exequutor ad capiẽda bona fisco delata destinatur; nam ei sine literis nõ creditur. l. prohibitum, in fine, C. de iure fisci, lib. 10. id quod locum etiam habet, cum quis ad exigendas pecunias fiscales mittitur. l. palatinos C. de colla. fun. fisca. lib. 11.

1 *Citatio in scriptis requiritur, quando nũcius realiter citare vult.*

1 IIII. quando nuncius † realiter citare uellet, utputa capturam in bonis, vel in persona faciendo, nam tunc in scriptis commissionem ostendere debet, secũdum Bar. in d. l. palatinos, & Philip. Dec. in c. cum parati, col. 7. uer. sed limita, de appellatio.

1 *Citatio debet fieri in scriptis, si non est nũcius solitus & consuetus.*

1 V. idem dicendum est † in quolibet Nuncio specialiter electo; quandoquidem cum non sit nuncius cõsuetus, illi non creditur; nec ualet citatio sine scriptis secundum Bal. in l. ut perfectius, col. fi. C. de anna. excep. & uoluit Bartol. per illum textum in l. eum qui §. si epistola. ff. de furt. & idem Bartol. in l. iustè, ubi etiam Alexandr. columna octaua, ff. de acquirenda possess. & Bald. in authen. omnino, colum. pe. uer. venio ad ministros C. ne uxor pro marito; & Bart. in extrauag. ad reprimen. in uersi. per nuncium, & ver. per literas, & Speculator in titu. de citatione. §. sequitur colum. j.

1 *Citatio extra prouinciam in scriptis fieri debet.*

1 VI. Quando citatio † extra prouinciam fieret, nam tunc etiam scriptura requiritur, & sine ea non ualet, ut dixit Barto. in extrauaganti ad reprimendum, uersi. per nuncium; per tex. in §. cos autem in authẽ. de tollat.

1 *Citatio quãdo fit ad domum, in scriptis fieri debet, ad hoc ut citatus contumax reddatur.*
2 *Citatio etiam quòd fiat in personam in terminis statuti nostri in scriptis fieri debet.*

1 VII. Quãdo † citatio, ut dicitur in terminis nostris
non personaliter, sed ad domum fit ad hoc ut citatus contumax reddatur, in scriptis fieri debet: ut dicunt Bald. & Ang. in dicta l. ut perfectius, col. j. C. de anna. excep. & Alexand. in addit. ad Barto. in l. apud nos C. de collatio. fund. fisc. & Andreas de Isernia in
2 constitutione citationis; Et si igitur † citatio sine scri
ptis, cum personaliter fit, admittatur; attamen in terminis nostris, cum statuentes dixerint personaliter, uel ad domum, uidentur pro forma dedisse, ut etiã si personaliter fiat, in scriptis fieri debeat; & ita etiã practicatur.

1 *Citanda an sit pars præsens iuxta formam statuti nostri.*

CAP. VIII.

1 DEcimotertiò principbliter stãtibus prædictis pro declaratione textus nostri quæri potest, an si pars sit præsens, iuxta formam huius statuti necessariò citanda sit, qua in re Ias. in rubri. C. de in ius vocan. numero quarto post Iaco. Butrig. & Bald. in authẽ. si omnes, colum. secunda, numero 9. C. si ut se an hære. abstinen. & Ioan. And. in capitu. fi. numero septi. de electione, in 6. in nouellis, & Ale. in l. fin. nu. tertio. C. de procurato. qui Iaso. in propriis terminis huius statuti nostri, ut citatio necessaria non sit, existimauit, per ea quę ibi deducit; Nos uerò pro huius dicti confirmatione, ad ea nos referimus, quæ latè posuimus infra ad regulam, quòd in omni iudicio & causa pars citanda est, in 90. limitat, vbi pro limitatione regulam illam posuimus, quam tradunt Docto. omnes post Bartol. in rubri. ff. & C. de in ius vocan. uidelicet cum pars est præsens, citatione opus non esse.

1 *Statutum disponens, quòd parte non citata sententia ferri possit, vel quispiam condemnari, an valeat.*
2 *Citatio à iure naturali & diuino inducta.*
3 *Citatio an requiratur in exemplo instrumenti authoritate iudicis faciendo.*
4 *Citatio, an cum de modico præiudicio tractatur, & authoritas iudicis interuenit, tolli posse.*

CAP.

C A P. IX.

PRæterea adhuc principaliter pro declaratione
1 † textus nostri quærendum est, an statutum di-
sponens, quòd parte non citata sententia ferri, vel
quispiam condemnari possit, ualeat. Et dicunt Do-
2 cto. huiusmodi statutum non ualere; quia cum † cita-
tio a iure naturali inducta sit, clem. pastoralis. §. cæte
rum, extra de sent. & re iudicata, & tradit Bal. in con
silio 21. in princip. lib. quinto, Immo ut dicit Barto.
in extrauagá. ad reprimen. in uerbo, & figura, & ver
sicu. item quia hoc est de iure naturali, colum. secun
da, & Imo. in clem. sæpe, colum. 20. uer. habetis expe
ditam, de uerborum significa. inducta etiam est à iu
re diuino, quia Deus citando primum hominem di-
xit, Adam ubi es? merito tale statutum iura natura-
lia, & diuina, & ex consequenti citationem iure na-
turali, & diuino inductam tollere non potest, argu-
mento. §. sed & naturalia quidem, instit. de iure nat.
gen. & ciuil. Hanc opinioné per prædicta tenet Bal.
in l. prima, colum. secunda, versi. sed hic quæritur, C.
quomo. & quando iudex, & Curt. iun. in consil. 170.
numero 21. lib. secundo, & Ioan. de Anan. in capitu.
quàm perniciosum, colum. prima, uersicu. & faciunt
ista contra statuta, de usur. & Bartho. Soci. in consi-
lio 166. in causa, quæ uertitur, numero 49. uersicul.
sed tamen præmissis non obstantibus lib. secundo, &
Bal. in l. cunctos populos, in magna repetitione, col.
18. uersiculo item pone quarta, conclusionem nega-
tiuam C. de summa trinita. & fide cath. Vbi hoc esse
uerum ait causa non discussa, at secus discussa cá: &
ideo inquit ualere statutum Perusinum disponens,
quòd si constet, de crimine, sententia non uitietur, li
cet reus ad eam audiendam citatus non sit; quia sub
lata defensione per liquidationem facti; nihil rema-
net contra ius naturale. l. quamuis indubitati. C. de
adulter. & refert Alexan. in consi. 225. numero 12. li
bro 6. & ideo dixit Alexan. in consi. 83. numero 13.
lib. secundo, statutum ita intelligi debere, ut citatio
non tollatur, & ibi plura adducit, & idem uoluit De-
ci in consilio 528. numero 8. libro quarto, vbi plura
pro confirmatione huius conclusionis adducit, & in
consilio 410. numero 8. lib. tertio, & in consilio 603.
numero 12. & in consilio 606. numero 12. lib. quin-
to, & in consilio 681. numero 26. eodem libro 5. &
Riminal. in consilio 180. numero 7. libro primo, vbi
post Dec. & alios suprascriptos infert, statutum ge
neraliter nullitatem excludens nunquam nullitatem
prouenientem ex defectu citationis, uel ex defectu
formæ non seruatæ excludere, prout concludit An-
ge. loquens de statuto Florentino in cósilio 176. in
facto proponitur, & Calderi. in consilio 8. in titu. de
re iudica. & in terminis nostris de statuto formam ci
tationis ponente, quòd dicta forma non seruata ci-
tatio non ualeat, decidit ipse Ang. in consilio 216. ui
sis igitur supradictis, uersicul. tertio, quia ubi lex, &
idem tenuit Fel. in capitu. ex parte, il 2. nume. 9. octa
ua limitatione, de of. delegati, cum multis similibus
de quibus suo loco dicemus: ex quibus cócludit, sta-
tutum disponens, ut sentétia sine citatione ferri pos-
sit, non ualere, id quod uoluit etiam Soc. in consilio
164. uisa bulla Bonifacii, colum. antepenultima, ver.
contrariam tamen opinionem, lib. 2. & Hyeron. Gi-
gas in trac. de pension. quæst. 37. nu. 7.
His stantibus non obstat prædictæ conclusioni do
ctrina Bald. in anth. si quis in aliquo, colum. penult.
numero 14. uersicul. tu dic, ut supra dixi. C. de eden.
3 dum vult † in exemplo instrumenti auctoritate iudi
cis faciendo, partis citationem, quæ lædi potest, re-
quiri: nisi aliter sese habeat consuetudo, uel statutú
loci, prout in multis partibus consuetudo reperitur,
quòd citatio non requiratur, quam opinionem Bal-
di ibidem Corn. Curt. & quidam alii sequuntur. Ná
prædictis respondetur, quòd quando opinio Bal. ue
ra esset, quod tamen concedendum non uidetur, in
eo casu mirum non esse, si statutum citationem tol
4 lat propterea quòd de modico † præiudicio partis tra
ctatur, cum iudicis auctoritas interuenerit, qua frau
dis præsumptio quælibet cessat, vt ibidem omnes at
testantur, & præsertim Curt. & ideo cum in casu mo
dici præiudicii sumus, & iudicis auctoritas interue-
nit, potest fortasse satis ex diuersitate rationis conce
di, ut statutum citationem tollat. At secus est in ter-
minis præcedentis conclusionis, in qua satis magnú
præiudicium uersatur, & iudicis auctoritas non in-
teruenit.

1 *Statutum loci in quo citatur, an attendendum sit.*

C A P. X.

COnuenit etiá hoc loco illud, quod sæpe in du-
1 bium reuocatur † an statutú loci, in quo fuit
facta citatio, attendi debeat. Qua in re breuiter atté-
dendum esse, respondendum est, per text. in l. tertia,
ad finem. ff. de testibus, & in l. si fundus, ff. de euictio.
& in l. secunda, C. quemad. testa. aperia. & in l. prima
& ibi no. Cy. post gl. C. de emancip. libero. & Cyn. &
Barto. & alii in l. cunctos populos. C. de sum. trinit.
& fid. cathol. & Specul. in tit. de feriis, in 2. par. §. pri-
mo, uer. sed pone quod in loco, & Canonistæ in cap.
quod clericis, de for. compet. & in rubr. extra de con
suetu. & refert Alex. in consi. 2. consideratis his, nu-
mero 9. lib. 2.

1 *Citatio si fieri debeat ex dispositione statuti, ut ipse-
met, vel per procuratorem compareat, si iudex omi-
serit illa verba. uidelicet ipsemet, uel per procurato
rem, sed simpliciter aliquem citauerit, an ua-
leat.*

C A P. XI.

QVæri etiam satis commodè hoc loco potest,
1 si statutum diceret, quòd † quis citari debeat,
vt ipsemet, uel per procuratorem compareat, & iu-
dex aliquem, ut compareat simpliciter absque illis
uerbis ipse, uel per procuratorem citauerit, an huius
modi citatio ualeat, quasi iudex formam à statuto
traditam non obseruauerit. Hanc quæstionem mo-
uit Iacob. Butriga. quem refert, & sequitur Pau. Ca-
stren. in l. fina. C. de procurator. ubi talem citationé
ualere arbitratur, per tex. in d. l. fin. ubi colligitur re-
gula,

gula, in causis ciuilibus posse quempiam per procuratorem comparere, quod fit, ut cum quod per procuratorem compareret, tacitè insit, expresio necessaria non fuerit, cum regula sit, quòd expresio eorũ quæ tacitè insunt, non solùm non sit necessaria, sed etiam nihil operetur. l.tertia, ff. de legat. j. Hanc opinionem Butrigarii tenet etiam Bar. in d. l. fina. C. de procu. & Bal. ibidem, num. 2. & Alexã. pariter, nu. 2. ubi hoc comprobat, & refert Petrum de Anch. in ca. ea nonum statuta, extra de constitu. in uersic. sed pone dicit statutum, quòd siquis debet &c. & Sal. in d. l. fi. nu. 5. ubi hoc intelligere videtur, quando illa uerba, de quibus diximus, statutum pro forma non requireret.

1 *Statutum de citatione loquens, si citatio legitima non sit, vel effectum non habeat, an procedat.*
2 *Processus appellationis incipit post oblatum libellũ appellationis, & citationem.*
3 *Processus non incipit per citationem non legitimam, uel effectum non habentem.*
4 *Præscriptio citatione non legitima, & effectum non habente non interrumpitur.*
5 Citatio minus legitima pro non facta habetur.

CAP. XII.

QVoniam inquiunt statuentes hic, quòd copiam talis petitionis teneat transmittere parti contra quam agere intẽdit. personaliter, uel ad domum, una cum cedula primæ citationis queritur, an
1 † hoc statutum de citatione loquens, si citatio legitima non fuerit, uel effectum non habuerit, adimpletum sit. Qua in re ut locum non habeat, dicendum videtur. Quandoquidem statutũ de citatione loquens de legitima & effectum habente intelligi debet, ut inquit Riminal. in consi. 87. numero 7. & sequen. libro primo, per text. in l. 4. §. condemnatum, ubi omnes, & presertim Rip. numero 3. & sequenti ad plura inferens. ff. de re iudic. & est etiam tex. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bono. pos. contra tabulas, & in l. prima; §. hæc uerba. ff. quod quisque iur. Vnde illa uulgaris regula emanauit, nulla & inualida in cõsideratione non esse, & perinde haberi, ac si facta nõ fuissent. Quemadmodum exempli gratia habemus,
2 quòd licet † alioquin post oblatum libellum appellationis, & citationem, unde solet dari initium processus appellationis, processus inci piat. l. fin. §. illud, ubi glo. C. de tempo. appellat. & tenet Ang. in §. appellationibus, in authen. de iudic. vbi loquitur de statuto
3 † attamen per citationem non legitimam, & effectũ non habentem processus non dicitur inchoatus, ut voluit notabiliter Bal. in l. prima ff. de in ius uocan. versicul. sed an dicatur processus, ubi etiam subdit
4 † per talem citationem præscriptionem, quæ aliàs p solam citationem interrumpit soli, non interrumpit per ea quæ uoluit Guiliel. in l. sicut C. de præscri. 30. annorum, & uoluit gl. & Bal. in l. si pater. C. ne de stat. defun. & Bar. in l. accusaturus, per illum text. de ff. de adulter. & in l. aut qui aliter. in princ. & in §. primo, ff. quod ui ant clam, & per eundem & alios in l. prima, ff. de nou. ope. nuncia. & tradunt omnes canonistæ in cap. cum parati, de appellationibus, ubi latè Præpositus colum. 7. & Philipp. Franc. in ca. ut debitus, colum. quarta, uersic. tertia conclusio. eod. tit. & tradunt Bal. Rom. Ale. & Ias. colum. secunda, nume. 6. uer. 6. limitat in l. fi. in prin. ff. de eo per quem fac. erit, & in rubr. ff. de in ius uocan. & in l. licet, colum. secunda, C. de procura. & latè Fel. in ca. illud, colum. tertia, num. 11. extra de præscriptionibus, & Aret. in consi. 30. uiso col. fi. & tradit Paris. in consi. 32. num. 8. lib. primo. Ex his itaque, & similibus, ut inquit Riminal. in d. consilio numero 12. Pater statuto per hu iusmodi citationem satisfactum non esse, cum de ea ac si facta non esset, iudicandum sit, & statutum de ea citatione intelligi debet, per quam libello præsentato processus initium incipiat, iuxta l. fi. C. de tempor. appella. & uoluit Ange. in d. §. appellationibus.
5 Præterea quod citatio † minus legitima pro non facta habeatur; est tex. in l. quoties. ff. qui sat. cogant. & notat Ias. in §. pœnales colum. pen. nu. 130. institu. de actio. & Fel. late, qui plures congerit, in c. ex tenore, colum. 3. numero 8. uer. & dicit gl. secunda, in fin. de rescrip. & gl. in l. si accusatoribus, in gl. fi. C. de accusatio. quam notat, & sequitur Bal. in c. in nomine domini, in 4. notab. de testib. & Ias. in rub. numero 7. & alii post & ante eum. ff. de in ius uoc. & idem Ias. in l. licet, numero 6. ubi etiam alii. C. de procurat. & Bal. in consi. 21. in princip. lib. quinto, & idem Bald. in consilio 214. ut apparet, in fi. libro quarto ubi inqt, forma citationis omissa processum nullum esse; vt dicemus infra in proxima sequenti quæstione, & idem tradit Aymon Crau. in consilio 182. numero 11. præterea in propriis terminis nostris, quòd statutum loquens de citato, seu citatione; de legitima & effectũ habente intelligi debeat, noluit Rapha. Cum. in cõsilio 146. Simon, Helias, & Petrus numero secundo ubi pro hac conclusione plures textus adducit, & multa etiam ad hoc ponit Hypp. Mars. in sing. 274. & latissimè Fel. in d. cap. ex tenore, num. 8. & sequen. de rescript. ex quorum dictis infinita similia colligi possunt, quòd nulla & inualida in consideratione non sunt.

1 *Citationis omissio vel nullitas an processum nullum reddat.*
2 *Statutum nullitatem processus ex defectu citationis orientem an tollere posit.*
3 *Princeps contra eum, qui nõ est naturaliter subditus, sine citatione procedere non potest.*
4 *Citare naturaliter subditum princeps non tenetur.*
5 *Citationis defectum & defensionis an supplere possit Princeps.*

CAP. XIII.

QVæritur præterea pro textus nostri declaratione, an † omisio, uel nullitas citationis pro
1 cessum nullum reddat. Et Bal. in consilio 21. processus factus, in princip. lib. 5. quòd in utroque casu processum nullum faciat arbitratur. Propterea quòd (vt ipse inquit) citatio est de iure naturali: clemen. pastoralis. de re iudic. & ideo nec omitti, nec tolli potest. §. sed naturalia quidem iura. Inst. de iur. natur. gent. & ciuil.

& ciuil. id quòd etiam si illegitimè citatio facta sit, dicendum est, quia citâtio, quæ non tenet, nihil operatur, ut uoluit gl.fi.in d.l.si accusatoribus.C. de accusation.& latè diximus in proxima præcedenti quæsti.Rursus citatio est principium iudicii extraordinarii.§.fi.inst. de pœna temere litigan. ubi autem principium non est;sublato ordine substantiali,ut ad vlteriora procedatur,impossibile est. Præterea inquit Bal.processum,cum non constat de citatione,uel est inualida,non ualere.l. si quis legatum. ff. de fals.vnde ut nullus sit,ex consequenti dicendum est. Præterea idem tenet ipse Bal.in consilio 214. ut apparet. in fi.li.4.& Aym.Crau.in consi.t 82.nume.11.lib.t. & latissimè Tiraq.qui penè infinitos more suo solito adducit,in trac.de utroque retractu,titu.j.§.8.gl. 3.nume.j.

2 Stante proxima quæsti one,quæritur † an statutum
nullitatem processus ex defectu citationis prouenie
tem tollere possit.Qua in re Anto.& Imo.in cle. pa-
storalis.de re iud.per illum tex.quòd non possit, ar-
bitrâtur:quia cum citatio de iure naturali, & diuino
introducta sit,per statutum tolli nō potest,quod uo
luit etiam Angel.in consi.t 77. in facto proponitur,
quem refert,& sequitur Cur.sen.in consi.20.nu.9.in
fi.lib.j.ubi ultra ea , quæ latè pro confirmatione hu-
ius conclusionis adducit, ex eo etiam mouetur , ꝙ,
3 ut ipse inquit † Princeps etiam contra eum,qui non
est naturaliter subditus,sine citatione procedere nō
4 potest,licet † secus in naturaliter subdito, & ex cau-
sa dicendum sit,ut per dictam clementinam pastora
lis.concludit Abb.in ca.j.nu.4. de cā possessionis,&
proprietatis,& ita etiam distinguendo inter subditū
& non subditum declarat Bald.in l.nec causas.C. de
appella.& Abb.per illum text.in c.cum olim,nume.
23.& seq.extra de re iudicata: & adducit notata per
Inn.in c.inquisitionis,extra de sententia excommu-
nicationis.Quinimmo Abb.in locis præallegatis, &
præsertim in d.c.cum olim,nu.24.tenet,ꝙ etiā prin
5 ceps contra subditum †defectum citationis, & de-
fensionis supplere non possit;eadem,de qua supra di
ximus ratione,uidelicet quòd iure naturali & diui-
no introducta sit,& ideo à Principe tolli non possit,
per tex.ubi est casus,in d.clem.pastoralis uersic. nec
prædicta,& ita per illum tex.tenet Cardi. Est etiam
ad idem tex.& ibi gl.& clarius declarat Bal. per illū
tex.in l.fin.C.de legib.dum inquit,principem parte
non citata procedere non posse,& tunc pro eius sen
tentia non præsumi.Citationem enim, ut sæpe dixi-
mus,& causæ cognitionem Deus instituisse uidetur
prout habetur in c.Deus omnipotens 2. quæst.t.&
Genesis.ca.3.& hanc conclusionem firmat Card.in
c.1.de causa possessionis & proprietatis,& Abba.in
c.Cumana de electione,& in capi.inter quatuor.de
maior.& obedien.& in d.ca.in causis,de re iudi.& in
c.ea quæ eo.ti.& probatur ex iis,quæ posuit Abb.ꝑ
intellectu illius clementinæ pastoralis, in ca.dilecti.
extra de exceptio.& facit,quod notat Bal.in l.j.co.3.
C.quomo.& quan.iudex. & Inn.in d. cle.pastoralis,
cum simil.

1 *Citationem trinam si statutum requirat , an una pro omnibus peremptoria sufficia.*

CAP. XIIII.

VLtimo loco pro declaratione textus nostri
1 omittendum non est,si statutum † trinam ci-
tationem requirat, an una pro omnibus peremptoria sufficiat.Et Bal.in l.secunda colum.ultim.nu.12. C.quomo.& quando iudex , non sufficere existimauit.Mouetur autem; quia forma stututi ad unguem seruanda est,& quicquid non seruata forma citationis a statuto introducta sit,prorsus inutile est: ut inquit Bal.in l.prima in lectu.antiqua,ubi etiam Soc. in 4.notabi.ff.ne quis eum,& idem Bal.in l.non sunt liberi,in t.lectu.ff.de stat.homi.& in l.cessante, col. ul.ver.sed numquid hoc sit uerum. C. quomodo, & quando iudex,& in ea.ult. uer.nota,quòd duo. extra de feriis,& in consi.213.ut apparet.in fi.lib.4.& Ange.in consi. 186.repetitio,& in consi.216.Visis igitē col.t.in fi.& Anch.in consilio 97.in quæst.col.ult.& Imo.in consi.97.in causa quæ uertitur,col.3. uer.circa tertium,& in consilio t10.in primo dubio , & in consilio 120.viso processu inquisitionis,in ultim.dubio,ubi alios recitat:& Alc.in consilio 137.in causa colum.3.lib.2.& Soc.in cōsi.59.uiso elegantissimo, col.2.uer.sit ergo,lib.t.& Guido.Pap.in consi.t29. ex processu,col.3.uer.ex qnibus , & tradit Tiraq.in trac.de utroq; retractu ti.j.§.octauo gl.3.numero j. Ratio autem est:quia receditur à iure cōmuni, quo iure uno edicto peremptorio,pro tribus citare licet l.contumacia.§.t.ff.de re iudic.& l.nonnunquam.ff. de indic.Præterea etiam; quia potestas se statuta seruaturum iurat,quod intelligitur secundùm formam statutorum,ut notatur in l. non uidetur.§. quod iussu,& in l.nec ex prætorio.ff.de regu.iur.ex quibus infert Bal.in l.penul.nu.t1.ver.sed pone statuto.C.de const tu.pec.si statntum disponat,ut contumax pro confesso habeatur,tribus edictis, vel uno pro omnibus intelligendum esse,ut voluit Ang.in consi.t95. de quo suo loco dicemus: Eandem opinionem,ꝙ in præsenti quæstione, si statutum requirat trinam citationem,una pro omnibus non sufficiat,tenet Feli. in c.cum dilecta,numero 55.uersic.amplia nonò, extra de rescriptis, & Alexan.in consilio 137.numero 15.lib.2.ubi adducit gl.in cle.prima in uer.3. de uita & hones.cleric.& in c.t.in uerb. tertiam, ubi Bal. de mili.vasal.qui contum.est,& Alex.in l.j.col.fi.nu. 8.versicu. & adde notabile uerbum, ubi etiam Iaso. nu.24.ff.de lib.& posth.& Card.in d.clem.t.in 3.notab.de uita & honest.cleric.& Bal.in l.non sunt liberi.in prin.in 1.lectu.ff.de stat.homin. & Alexand. in l.4.§.prætor ait,numero 14.ff.de dam.infe. & Bal.in c.ex literis,num.27.extra de constitutio.& Hippol. Mars.in rubri.ff.de fideiusso.numero 304.et Barba. in d.c.ex literis,numero 16.17.18.t9.20.& sequen. extra de constitutio.ubi dicit hanc esse communem opinionem,& idem tenet Soc.sen.in consi.24.col.7. numero 24.uersic.unde si data sit forma statuto li.j. & idem Soc.in consi.33.nume.7.col.3.eodem lib.t. & idem tenet Feli.in rubr.extra de præscrip.colum. 2.nu.7.uer.unde dixit Bal. & idem Soc.sen. in consi. 59.uiso elegantissimo,colum.2.nume.8.uersicul.sit ergo lib.j.

§. VII.

Et si domum, vel habitationem in ciuitate, comitatu, vel districtu Florentię non haberet: eo casu fiat citatio secundum formam statuti positi sub rubric. de offic. Nuncio.

1 *Diocesis quid sit.*
2 *Comitatus quid sit.*
3 *Territorium quid sit.*
4 *Districtus definitio.*
5 *Mare est eiusdem iurisdictionis, cuius territorium adiacens.*
6 *Territorium a districtu primo nomine differt.*
7 *Districtu latius, quàm territorium protrahitur.*
8 *Pistorienses & Aretini an sint de territorio Florentino.*
9 *Comitatus & districtus & à statuentibus quomodo intelligantur.*

CAP. I.

QVoniam statuentes hoc loco de comitatu, & districtu Florentiæ mentionem fecerunt, nō erit fortasse ingratum, si nonnulla rem altius repetē do, licet modicum, & fortasse nihil, ad statuti nostri interpretationem facere uideantur, de dięcesi, comitatu, territorio, & districtu, dixerimus de quib. mentionem fecit Cagno. in l. fi. nu. secundo, ff. de iurisdictio. omnium iud. Redeundo igitur ad primum di-
1 citur διοίκησις grecè, latinè gubernatio, administratio seu iurisdictio. Sunt autem diœceses Pontificum in quas administrandi officii sui liberam habent potestatē, propter quod dięcesani episcopi vocantur; Cice. Appio pulchro lib. 3. 8. 16. Quid enim erat, ꝙ me persequeretur in castra: Taurumue trāsirent, cū ego Laodicea usq; ad Iconium iter ita fecerim, ut me omnium illarum dięcesium, quæ cis Taurū sunt, omniumq; earum ciuitatū magistratus legatio nesque conuenirent. Idem Seruilio lib. 13. 68. prima. Ex prouincia mea Ciliciensi cui scis τρεῖς διοικήσεις Asiaticas attributas fuisse, nullo sum familiarius usus, q̄ Androne Artemonis F. Laodicensi, idem ad atticum lib. 5. 103. 4. Tu autem sæpe dare tabellariis publicanorum poteris per Magistros scripturæ; & portus, & nostrarum dięcesium. Idem ad Thermum li. 13. 54. 3. Deinde si quid habebit, cum aliquo Hellespontio controuersiæ, ut in illam διοίκησιν reicias. De hac dięcesi loquitur tex. in c. Rodulphus, de rescriptis, & in ca. unico, de rerum permutatione libr. 6. cum multis
2 similib. † Est autem comitatus idem penè quod territorium, ut post Bal. tradit Fel. in c. Rodulphus, col. 4. in fi. & col. 12. & sequēti, in uer. comitatus, & moderni Mediolanenses in l. pupillus. §. hoc territoriū. ff. de uer. sig. & tradit Bar. in l. j. §. cum urbē. ff. de offi. præfe. urb. Hoc aūt uocabulo, quia Barbarum est, vsi nō sunt iureconsulti in pandectis, sed tantummodo recentiores Imperatores in titul. quis dicatur Dux Marchio uel comes in usibus feudorum, & est text. apud canonistas in c. pen. extra de præscriptio.
3 Territorium † autem describitur à iureconsulto in l. pupillus. §. territorium. ff. de uer. sig. hoc modo; territorium est uniuersitas agrorum, intra fines cuiusque ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiūt, quòd magistratus eius loci intra eos fines terrendi. i. sum-
4 mouendi ius habent. Districtum † autem uarii uariè definiunt; Primo. n. Gofre. quem refert Barbatia in c. licet causam. extra de probationibus, & in ca. fi. de of. del. lib. 6. cum multis similibus inquit, districtus est plurium locorum iurisdictio, dictus à distringendo, arcendo, seu dominando, ut uoluit Bal. & sequuntur alii in d. c. licet causam, & ideo idem quod territorium includere uoluerunt, quasi sinonima sint, & sub diuersis uocibus, & uocabulis idem significēt. c. vbi periculum. §. porrò, de elec. in 6. & cle. ne Romani. §. sanè etiam, de electione: ibi, districtu, seu territorio, cum notatis per canonistas, & præsertim p Deci. in d. c. licet cām, col. 2. & sic appellarunt latitudinē quandam iurisdictione munitam. At Tho. Grām. in consi. 161. nu. 2. inquit, districtum propriè dici dominium accedens ciuitati, seu castro in subiectione; iuxta fines simul in ciuitate seu castro statutos, intra quos quicquid est pariter, & ipse territorium appellari arbitratur per tex. in d. l. pupillus. §. territorium. ff. de uer. sig. & hanc definitionem sequitur etiā Frācis. Aret. in consi. 77. col. 3. Soc. uerò senior in consil. 74. numero 10. uolu. 1. districtus, inquit, à stringendo dici. §. rursus inst. de actio. & cle. ne Romani. §. sanè, de electione, prout antea uoluit Bal. in c. j. quibus mod. feu. amit. & quandam denotat iurisdictionem, ut uidetur comprobare gl. in l. j. C. de censib. lib. 10. & facit illud, quod tradit Bal. in c. 1. de capita. qui curi. vendid. & latius in l. j. ff. de offi. præfe. urb. & Corn. in consi. 187. nu. 7. uol. 4.

Præterea Alex. in consi. 87. num. 5. uol. 4. districtū ciuitatis idem importare existimauit, quod dięcesis, & ciuitatem ipsam comprehendere, vt in d. clemen. ne Romani. §. sanè, de electione iuncto c. j. cum gl. 2. de rerum permutatione, lib. 6. & tradunt doc. in d. c. Rodulphus, de re scrip. Patet ex prædictis, quamplures existimasse, districtum & territorium conuerti, ita ut idem sub utroque uocabulo comprehēdatur; Et ideo dicebant animaduertendum esse, ꝙ licet territorium iuxta definitionem Pomponii iureconsulti in d. l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. sig. illud tantum comprehendere uideatur, quod incōtinenti est non autem in mari, cum dicatur uniuersitas agrorū intra fines cuiusq; ciuitatis, & inde dictum sit, ꝙ magistratus eius loci intra eos fines terrendi, idest summouendi ius habeant: nam cum uniuersitas sit agrorum, satis apparet, quòd non in aquis, sed in solo, & terra sit. l. quæstio est. ff. eo. ti. de uerb. sig. & uidetur uoluisse Bal. in d. ca. licet causam, extra de probationibus; & Corne. in consi. 152. lib. 4. Attamen uolunt doctores, ut territorium etiam de mari intelligatᵣ, p illud uerbū definitionis terrēdi. i. summouēdi; nā id ēt mari & aquis conuenire uidetur; appellatione igitur territorii uenit mare, super quo territorio dominus & superior potestatem habet, vt videtur cōmunis doctorum cōclusio, de qua per prepoſito & alios in ti. de capitaneo qui curiā uendidit, col. 3. & Aret.

in consi.77.col.2.& Barba.Fel.& Dec.in d.cap.licet
causam,& Fel.in d.c.Rodulphus.colum.5. & 12. ex
quo infertur secundum Felinum in d.c.Rodulphus.
colũ.5.& in d.c.licet causam. bannitum à territorio
5 etiam banuitum esse à mari,cum mare† eiusdem iu-
risdictionis,cuius est territorium adiacens , esse in-
telligatur.l.insulæ,cum ibi notatis de iudiciis,& tra
dit gloss.in capitu.licet in fin.de feriis,& Barba.in di
cto capit.licet causam, col.4. & in rub.de for.comp.
col.fi.ubi forum tam de terrs, quàm de mari intelli-
gendum esse voluit.

Quatenus igitur mare comprehenditur sub iuris
dictione alicuius urbis non discrepat territorium à
districtu. Verùm qnia nonnullæ ponuntur à docto-
ribus inter territorium,& districtus differẽtiæ ,ideo
maioris declarationis gratia eas hic subnectendas
duximus.

6 Prima † igitur differentia est,quòd diuersa sunt no
mina,nt ex prędictis apparet, & territorium potius
terræ,q̃ mari ex proprietate uerbi conuenire uidet.
Districtus uero utrunq; comprehendere;uerũ quia
hæc differentia,ut inquiunt doctores,uerbalis est;cũ
quo ad effectũ non discrepent;meritò de ea ulterius
tractandum non est.

7 Secunda uerò † differentia est,quam realem, lega-
lem & substantialem doctores appellant; quãdoqui
dem uolunt, ut districtus latius, qnàm territorium
protrahatur;inquiunt enim,territorium loca tãtum
intra fines ciuitatis, uel oppidi existenria, uel intra
uniuersitatem agrorum comprehendere,dicto §.ter
ritorium;At si locus intra nniuersitatem agrorũ non
sit,etsi superior ibi distinguendi potestatem habeat
sub territorio non comprehendi, sed sub districtu.
Quemadmodum inquit Ang.in d.l.fi.ff. de iurisdic.
8 om.iud.de Pistoriensibus,† & Aretinis,qui quidem
de districtu Florentiæ, cum per Florentinos distrin-
ganrur,dici debent,non sunt tamẽ de territorio Flo
rentino:ut dicebat etiam Fran.Are.in d.consi.77.Et
hanc declarationem sequitur Dec.in dicta l. fi.col.
fi.ff.de iurisd.om.ind.dicens id prius Ang.ibi decla-
rasse,& Hieron.Cagn.in dicta l.fi.numero secundo,
exemplum ponit de urbe Roma ,cuius territorium
ad centesimnm lapidem tantummodo extendeba-
tur.l.prima,§.cum urbem.de offic.præfecti urb. At
districtus penè per uniuersum orbem,cum innume
rabiles nationes armorum ui ac studio debellatæ
ab ipsis dominarentur, ut inquit Bartol.in d.§. cum
vrbem.

Patet igitur ex prædictis latius districtũ pro om-
nibus locis subiectis accipi,territorium uero magis
strictè pro dominio particulari,& uniuersitate agro
rum cuiusque ciuitatis,unde est, qnòd quælibet etiã
vrbs subiecta , & quæ in districtu est, suum territo-
rium habeat. Dixerunt igitur statuentes,& si domũ
vel habitationem in ciuitate , comitatu , uel distri-
9 ctu Florentiæ non haberent . Planè † dum dixerunt
comitatum , idem intellexerunt , quod territorium;
nam comitatns Florentiæ pro illa uniuersitate agro
rum,quæ eius ciuitatis propria est, accipitur. Dum
verò de districtu mentionem fecerunt, de omnibns
locis subiectis ditioni, & imperio Florentino intel-
lexerunt.

1 *Citatio ad totam causam fieri potest.*
2 *Citatio ad totam causam an semper permittatur , & quando.*
3 *Citatio ad totam causam in casibus a iure nõ permissis appellare non possit.*
4 *Citatio ab initio facta in casibus, in quibus lite non contestata ad sententiam procedi potest, etiam quo ad sententiam ualet & sufficit.*
5 *Citatio una ad omnes actus sufficit, quando citatus est semper contumax.*
6 *Citationis generalis vigore quando ad alios actus proceditur, singulæ citationes deinde per edictũ facienda sunt.*
7 *Citationis generalis forma.*

CAP. II.

REdeundo igitur ad statutum nostrum , anto-
quam ad alia transeamus,inspiciendum vide-
tur; an ad omnes actus citatio ad domum fieri de-
beat.nam & si id quatenus domus in urbe esset, sa-
tis commodè fieri posset , verùm cum statuentes de
domibus in comitatu & districtu existentibus etiã
loquantur, id & difficile , & magni sumptus esse vi-
1 detur. Et ideo sciendnm est, † citationem ad totam
causam fieri posse , vt voluerunt Innocent. Io.And.
& Docto.in capitu.consuluit,de offic.delega.& rur
sus Ioan.And.in additionibus ad Specula. in titu.de
cita.§.viso versicu.item licet in die.& in capitu.final.
de dolo & contumac.libro sexto , vbi etiam Domi-
nicus à S. Geminiano: & idem voluerunt Innocen.
& Anto.à Butr.in capitu.fina.de citatio.& Archidia
co.in capitu.secundo,de confessis libro sexto,& tra-
dit gl.in l.& post edictum.ff.de iudici.& glo.in l.con
santaneum,& in authen. qui semel.C. quomodo, &
quando iudex,& Iacob.de Aren.& Barto. in l.statu-
liberi.§.Sticus.ff.de statuliber.& idem Bartol.in ex-
trauaganti ad reprimendum super uerbo per edi-
ctum , & in l.qui ante calendas. ubi Angel. Imol. &
Pontanus ff.de uerborum obligatio. & Bald. in l. si
accusatoribus.C.qui accusare non possunt , & in l.q.
crimen. ubi est bonus textus. ff. eodem titulo , &
idem Imol. in l.de unoquoque. §. qui apud. ff. de
re iudicat. & Marian. Socin. in clementina prima,
de foro competent. in gloss. snper verbo præsu-
matur.

Vidimus citationem ad totam causam à iure per
missam esse,uideamus secundo loco an id semper,&
indistinctè uerum sit, necne. Qua in re & si nonnul-
2 li semper hanc citationem † ad totam causam conce
di voluerint,ut dixit Innoc.& Ioan. Andreæ. in capi.
auditis.de procurato.& in d.cap.consuluit,de offic.
delega.& in d.c.fina.de dolo & contnmac.libr.5.&
Bal.in d.l.si accusatoribns.C.qui accusare non pos-
sunt. Attamen breuiter procedendo communis con
clusio distinguit. Aut enim citatio facienda est ad lo
ca propinqua,& commoda,& tũc ad totam causam
non concedatur. Aut uerò ad loca remota & longin
qua à iudicio, & tunc longæ distantiæ, & difficulta-
tis causa talis citatio ab homine , quemadmodum
& sępe à lege , ad totam causam concedi possit , ve
inquit

inquit Ioan. Andreæ in additionibus ad Speculum in titu. de citatione §. viso. versi. item licet in die, & quòd à iure fiat, videtur ex in c. 1. & in c. cupientes de electione lib. 6. & facit tex. in c. quamuis. de officio ordinarij, lib. sexto. Eo enim casu, quia difficilimum est pro singulo quoque actu ad illas partes remotas & locum valdè distantem nũcium ad citandum mittere, meritò talis citatio concessa est. At si causa in loco domicilij partinm agitetur; ita vt partes facilè ad singulos actus citari possint, absurdum existimarunt, vt citatus ad videndum iurare testes, vel aliud quid simile, si sit contumax, ad reliquos actus citari non debeat. Hanc conclusionem sequitur etiã Bar. in extrauagant. ad reprimendũ, in glo. in verbo per edictum, & in l. qui antè calendas. vbi etiam Imol. ff. de verbo. obli. & Domin. à S. Geminiano in d. c. fi. de dolo & contumacia. lib. 6. & Anton. à Butri. & alij in c. fin. extra de citationibus, & idem Anto. in c. veniens. de accusatio. & Ioan. de Imol. in c. consuluit. de offi. deleg. & in dict. l. de uno quoque. §. fin. ff. de re iudic. & Pontanus in dicta l. qui antè calendas: In his enim casibus iura de citatione ad totam causam loquuntur; vt est tex. in d. c. auditis. de procurato. & in c. cum ex literis. de restitutio. in integrum, & in c. cum olim. & in c. cum dilecti. extra de dolo & contuma. & in c. fin. de citation. vbi tex. vult, propter nimiam loci distantiam, vnicam tantum fieri citationem, vbi alioquin permissa non esset, & notat glos. in cap. secundo. de restitut. in integr. & facit tex. in l. nonnunquam. ff. de iudic. Patet ex prædictis, vbi distantia loci & difficultas citationis non est, huiusmodi citationem ad notam causam à iure non concedi: & ideo animaduertendum est, quòd
3 † si fortasse aliquis in casibus à iure non permissis ad totam causam citaretur, appellare tanquàm grauatus ab huiusmodi citatione posset, quemadmodum & quando nimis breuis dilatio assignatur, vel peremptorium nimis maturatur, idest accelleratur; appellare potest, vt habetur in c. primo, de dilationibus, & dixit idem Socin. in clement. 1. in glos. super verbo præsumatur. de foro competenti; & probatur, quia ob eam generalitatem, scilicet quòd singulis diebus & horis in iudicio interesse debeat, grauari intelligitur: timens fortassè, ne contra eum amplius non monitum aliquis actus præiudicialis fiat. vnde talis citatio ad iniquum iuris compendium contra legem finalem. C. de vsucapio. pro emptore traheretur. Facit etiã; quia huiusmodi vnica & generalis citatio, si benè animaduertatur, vnũ tantum terminum ad plures actus, & illos quidem diuersos, continere videtur, cum ad tot actus fiat, quot in iudicio requiruntur; Sed clarum est, quod vnius termini ad plura diuersa successiua constitutio iniqua reputatur: vt notat glos. in verb. post dationem in clemen. sæpe, de verbo. signifi. Ergo talis citatio nullo modo concedenda est, vt inquit Pontanus in dicta l. qui antè calen. & voluit anteà Federic. de Sen. in d. consil. 166. & refert & sequitur Anton. à Butr. in c. fin. de citat. & si de eis Pontanus mentionem non faciat. Præterea confirmatur hæc conclusio, quia negari non potest, quin in hoc casu pendente prima dilatione aliæ plures dilationes ad alios plures actus, quæ inuicem nõ compatiũtur, statutę censeantur, quæ conductionem faciant cum primo actu: & ideo id permittendum nõ est, argumento. l. siue pars. C. de dilation. & c. significã. il primo. de appellation. & tradit Bart. in l. 2. ff. de re iudic. & voluit Pontanus in d. l. qui antè calendas. Et licet prædictæ rationes, ut ipsa etiam citatio, ad longinquas regiones fieri non possit, concludere videantur: Attamen respondet Soci. quòd sicut ex causa potest Iudex dilationes abbreuiare, omittendo peremptorium in casibus, in quibus aliàs de iure requiritur, vt inquit in 27. articulo principali, & in materia dilationum, de dilationibus. c. 2. articu. 11. quęst. 3. & articulo. 22. Ita etiam in terminis nostris, quando citandus est quis ex longinquis regionibus, citatio ad totam causam permittenda est. Quæ quidem conclusio, quòd citatio ad totam causam rationibus & causis prædictis omnino concedenda sit, vltra ea quæ supra deduximus: patet ex ijs, quæ voluit Abb. qui eam communem dicit, in c. fin. col. 3. de dilationibus, & Ias. & omnes scribentes in d. l. qui antè calendas & Iason in l. ne quicquam. §. vbi decretum, col. 9. versi. decimò limita. ff. de offic. procons. & Andre. de Isernia in c. 1. colum. 2. & 3. de controuersia inter vasall. & ali. de benef. Id tamen intelligit, & declarat Bald. in consil. 4. volum. 5. vt in casibus, in quibus lite non contestata ad sententiam pro
4 cedi potest, hæc † citatio ab initio facta, etiam quò ad sententiam valeat. At vbi ad sententiam lite non contestata procedi non potest, quò ad sententiam fieri non possit, nisi post litem contestatam. Præterea idem quoque intelligunt, quando citatus sem
5 per contumax nunquã comparuit, † nam tunc verũ est, ad alios actus sine noua citatione procedi posse: at secus est, si semel ad aliquem actum comparuerit. Propterea quòd tunc iterum ad alios actus citandus est, vt voluit Alex. & sequuntur alii in d. l. qui antè calen. & Soci. in consil. 195. colum. penul. uersicu. quinimmo, volu. 2. & Anton. à Butr. & Imol. in d. c. cõsuluit, & tradit Abb. in d. c. fi. col. 3. in fi. & seque. de dilati. & Paul. Castr. in cons. 81. col. 4. vol. 2. vbi vltra prędicta inquit Castrẽs. quòd quãdo proceditur
6 ad alios actus, † vigore talis generalis citationis, singulę citationes deinde per edictum faciendę sunt. Vidimus ex prędictis talem generalem citationem ex causis, de quibus supra à iure concedi, superest modo tertio loco vt formam ipsius inspiciamus. Quę, vt inquit Maria. Soc. in tracta. de citation. articu. 20. nume. 41.

7 Prima † est Federici in consi. 166. huiusmodi, vt scilicet quis ad respondẽdum libello, & omnibus & singulis actibus vsque ad sententiam definitiuam successiuis veniat responsurus.

Secunda verò Zaberellę, vt scilicet citatus crastina die compareat, & demum singulis diebus iuridicis hora causarũ iuridica, vsq; ad sententiam inclusiuè.

Tertiam formã ponit idem Maria. Soci. in c. fi. extra de dolo & contuma. ex eo tex. hunc in modum, vt scilicet quis peremptoriè ad certum terminum super re in iudiciũ deducta citetur: vt ipse vel per procuratorẽ idoneum, & sufficienter instructum ad litis contestationem, & alia omnia peragenda, quæ

necessaria ad decisionem negocij videbuntur, se iudicis conspectui repræsentet.

His formulis ita traditis ut breniter appareat, quo modo quis generaliter citatus sit, & quando rursus citari quis debeat. Bar. in extrauaganti ad reprimē. in glo. super uerbo per edictum, ita dist nguit. Aut citatio simpliciter facta fuit, ut super tali negocio responsurus compareat, & tunc neniendo primo ter mino satisfecisse dicitur, & ideo si deinde recedat, iterum citandus est; prout in prima citatione factum fuit, auth. ei qui. C. de bonis authoritate iudic. possiden. Aut verò si citatio non ita simpliciter; sed latius facta fuit, utputa; ut ueniat responsurus super tali ne gocio, & ad procedendum in dicta causa, ut iuris fue rit, & tunc, ut ipse citatus in conspectu iudicis stet, necessarium est; unde satis deinceps erit, si per præconem ciuitatem lustrantem aliæ citationes fiant, & tunc si citatus non comparuerit, in causa procedi poterit; quandoquidem si in ciuitate est, talis citatio sufficit. l. si eo tempore. ff. de distractione pignor. Si uerò recesserit, & ex consequenti contumax est, cum uirtute primæ citationis ibi permanere deberet: idē dicendum est. Hāc declarationem sequitur Dominicus à S. Geminiano in c. fin. de dolo & contumacia, lib. 6. & uidetur tex. in c. postquam, iuncto. c. cupiētes, de electione, lib. 6. Soc. uerò in d. tractatu de citationibus, art. 20. nu. 40. latius id prosequendo ponit tres casus.

Primus est, quando comparens ipse uel per legitimum procuratorem est in loco iudicij, & id scitur, ita ut facillimè iterum citari possit, & tunc ad singulos actus iterum citari debet; quasi illa ad totam causam citatio tunc euanuisse intelligatur., & ita inquit procedere opinionem Ioannis Andr. in additionib. ad Specu. & Federi. in d. consil. 166. quia cum causa, quare citatio ad totam causam permittitur: cesset; debet etiam & effectus cessare. c. cum cessante, de appellation. uidetur etiam comprobari hæc conclusio c. si. X. quęst. 4.

Secundus casus est, quādo certum est, citatū post primam comparitionem nullo relicto procuratore recessisse, tunc enim inquit Socin. dicendum esse, ut ait ipse in secūdo membro principali de eo, qui nūquam comparuit. Propterea quòd non absoluto ad huc iudicio nō debuit sine licentia, procuratore saltem nō relicto, recedere. d. c. fi. 8. quęst. 4. & c. certum 11. quæst. 3. & sensit Innoc. in d. c. auditis, de procuratoribus. Ratio autem est, ut ipse inquit, quia dicta citatio eum, ut cōpareat, & persistat in loco usque ad finem litis, afficere uidetur: ne nouum incommodū citationis ad partes longinquas eius recessu eau setur; Tum etiam, quia recedēdo uidetur quodammodo se nolle amplius comparere protestatus, c. 2. de dolo & contuma. lib. 6. & clement. 1. eod. titu. & d. c. auditis. ubi secundùm intellectum Innocentij ille Episcopus iuxta stilum curiæ ad totam causam citatus fuit; unde ipse uel per procuratorem etiam super negocio principali comparere tenebatur. unde cum id non fecerit; quia comparuit per procuratorem, & postea mandatum reuocauit, meritò super cessatione ad sententiam proceditur, cum reuocando procuratorem, & alium non subrogando, quodammodo sine licentia recessisse censeatur, unde contumax uidetur.

Tertius casus est, quando dubitatur, an ex loco recesserit; & eo casu arbitratur, ut iudex per nouam citationem factam per preconem, ut supra diximus ex intentione Bartoli, vel per edictum, seu literas, & præsertim ad locum hospitij, ubi morabatur, si illud sciat, & consanguineis & amicis, si ibi ullos habeat, notificet; unde si comparebit, satis erit, at si non compareat, neque reperiatur, præsumitur discessisse, sicut in simili dicunt Bar. & Docto. de exploratione, quam iudex ad probandam negatiuam facit, in l. in illa. & in l. hoc iure. ff. de uerb. obl. & facit, quod dixit Socin. post Inno. in c. 1. de peculio clericorum, cum similibus. Patet ex prædictis, quomodo citationes & quando post illam generalem ad totā causam fieri debeant. Vnde ex prædictis colligitur communis practica; ut citatus ex longinquis regionibus ad totam causam si compareat, certum locum, in quo postea ad alios actus citetur, eligere compellatur. prout dicunt Bald. Angel. Imol. & Pontanus in l. qui antè C. len. ff. de uerbo. obliga. Sicut enim prædicta generalis ad totam causam citatio ratione distātiæ permittitur; ita & hæc compulsio, ut prędicta incōmoda euitentur, concedenda est l. si longius. ff. de iudic. & c. fin. de sepultu. & c. tùm ex literis, cum sua gl. de restitutione spoliato. & uidetur uoluisse Barto. in d. extrauaganti ad reprimen. in glo. per edictum: & tradit idem Socin. in element. 1. de foro compet. super glo. in uerb. præsumitur.

1 *Citatio generalis ad totam causam an in terminis statuti nostri locum habeat.*

2 *Citationis ad totam causam noua forma tradita Florentiæ.*

3 *Nuncii omnes etiam quòd in aliis locis subditis habitent & officium exerceant, cōmunis Florentiæ nū cii dicuntur.*

4 *Citationis generalis ad totam causam forma antiquitus Florentiæ obseruata.*

5 *Citationis generalis curiæ mercantiæ & archi piscopalis forma.*

6 *Citatio per literas, quæ Florentiæ obseruatur, tam in re canonico, quàm ciuili usitata.*

7 *Citatio per literas quandoque necessaria.*

CAP. III.

Quarto loco, quoniam statuentes hic de comitatu & districtu mentionem fecerunt; quærē
1 dum est, † an illa generalis ad totam causam citatio in terminis statuti nostri locum habeat. Et breuiter respondendum est, locum non habere: sed ex forma statuti in personam, uel ad domum, etiam quòd in districtu habitent citandi; citationes faciendas esse. Verùm ut laboribus, & difficultatibus itineris, & sumptibus parcatur, quorum omnium causa citatio ad totam causam à iure permissa est; † noua
2 forma in hac nostra ciuitate introducta fuit. Quandoquidem ad iudicem illius loci, ubi citatio facienda est, literæ dantur; qui alicui ex suis nuncijs, quòd citatio-

citationẽ faciat, cõmittat, & deinde facta tali citatio
ne prædictus iudex illũ citatũ esse rescribat; & hæc
3 citatio pro legitima habetur † quia omnes nũcij, etiã
si in alijs locis totius districtus deseruiãt, nũcij cõmu
nis Florentiæ esse dicuntur. Hæc citationis forma à
l. causarum Rotæ edita anno 1560. introducta est;
cuius verba sunt hæc. *Et in tutte le cause di nenti mi
glia in la possino li giudici di Ruota cõmettere le citatio
ni per lettera di Rettori, e starsene al rapporto de i Ret*
4 *tori.* Verum † si fortasse quæratur, quid ante hanc le-
gẽ obseruaretur, sciendum est, in usu positum fuisse,
vt vnus ex nuncijs illius loci, in quo citatio facienda
esset, Florentiæ matricularetur, qui deinde tanquã
nuncius communis Florentiæ, & dominorum iudi-
5 cum Rotæ citaret: In curia † autem mercantiæ in
usu est, vt ille qui citat in prima citatione locum, in
quo citari debeat, instituere soleat: ut supra dixi-
mus de iure communi obseruari; Id quod & in cu-
ria ecclesiastica nostri Archiepiscopatus obser-
uatur. Verùm vt ad legem editam anno 1550.
6 reuertamur, animaduertendum est, huiusmodi † ci-
tationem etiam iure communi introductam fuisse,
vt refert Maria. Socin. in dic. tracta. de citationib. ar-
tic. 24. nu. 1. cum sequentib. vt habetur in c. pruden-
tiam, circa principium, ibi dum tex. dicit, literato-
riè destinatum &c. extra de offic. delegat. & in c. ex
literis, eodem tit. & in c. si Episcopus 18. distinc. &
c. quisquis. 4. quæst. 5. & c. vocato. 5. quæst. 2. & c. si
ægrotans eadem causa 5. quæstion. 3. & c. nec Epi-
scopi. extra de temporibus ordinationum, & l. con-
sentaneum. C. quomo. & quand. Iudex, & tradit Spe
culator in tit. de citation. §. iam de citatione uersicu.
7 1. Et hæc sanè per literas † citatio quandoque neces-
saria est, ut si citetur persona illius, qui necessariò per
literas citari debet, nec per nuncium citationem fie-
ri satis est, vt notat glo. singularis, quam sequitur ibi
Bart. in l. penult. C. de dignitatib. lib. 12. & dixit So-
cin. in dict. tract. de citationib. artic. 12. quæst. 1. ver
si. 4. limitatur.

1 *Citatio per literas quomodo fiat.*
2 *Citationis per literas formule.*
3 *Citatio per literas quando iudici diriguntur tutior.*
4 *Citationis per literas, que ad citandos dirigitur, ne
eam occultent, cautele.*
5 *Citare per literas qui iudices possint.*
6 *Citari per literas qui possit.*

C A P. IIII.

1 QVinto preterea loco si fortassè quæratur † quẽ
admodum huiusmodi per literas citatio fiat,
breuiter dicendum est; Aut enim dirigunt Iudi-
ces literas ad eos, quos vocant, quandoque verò
ad Iudices alibi residentes, illis vt quempiam citent
cõmittẽdo. Primus modus in clericis, & ijs, qui scri-
bere sciunt, seruar solet; secundus in ijs, qui literas
ignorant, & literas citationis legere nesciunt. l. 1. §.
præsides. ff. de requiren. reis. At si è conuerso fiat,
ob id non minus valere citationem dicendum est c.
fin. in fin. de dolo & contuma. vbi clericus per aliũ
citatur. Pariter etiam quandoq; laico literæ citato-
riæ destinantur, vt in c. accedens secundo, extra ut
2 lite non contestata. Forma † autem talis citationis
nomen Iudicis citantis & citati & eius ad cuius peti-
tionem citatur, & causam seu rem, super qua citatur,
& terminum, intra quem comparare debet, & locũ
ad quem continere debet, vt prędictorum ille, qui ci
tatur, certus reddatur, secundùm ea quæ latius dixit
ipse Socin. in artic. 20. princ. in varijs quæstionibus
3 & præsertim † quæstione 9. 10. 11. 12. & alijs pluri-
bus illius articuli. Alia autem citatio per literas est,
quãdo alicui Iudici, quòd quempiam citet, vt supra
4 vidimus, committitur † & hæc quidem tutior est, ne
citatus citationem occultet, vt dixit Speculator in
ti. de citatiõibus. §. iã de citatione. uer. primò igitur.
5 Verùm in ea † citatione, quæ per literas ad citandos
dirigitur: ne id accidat, quã cautelam pars, ad cuius
petionem talis citatio fit, adhibere debeat; tradit
idem Socin. in dict. art. 24. in 6. quæst. & rursus in 8.
de citationibus: vbi etiam quid Iudex ipse ob id ob-
seruare debeat, describit.

Sextò, si quatenus, pertinet ad hanc rem, qui nam
Iudex per literas citare posit, quæramus, inquit So-
cin. in prædicto articulo, nu. 2. tàm ordinarium supe
riorem, quàm etiam pedaneum & delegatũ per lite-
ras citare posse, quod rursus etiam dixit in 5. quæst.
& de delegato tradit etiam Speculator in eod. tit. §.
iam de citatione, vers. quod autem, & probatur in c.
pastoralis. in princ. de offic. delegati. Præterea & as-
sessor quoque tali citatione vti potest, ut habetur in
l. 1. in fin. ff. de offic. assesso.

6 Septimò rursus † etiam si quæratur, quis nam per
literas citari posit, omnes illos respondendum est,
qui personaliter, & ad domũ per nũcium citari pos-
sunt, dummodo aliæ qualitates cõcurrant, per quas
alioquin ita citari possunt, de qua dicit idem Socin.
dixisse in artic. 7. de citationibus.

1 *Citatio est omnium actionum instituendarum prin-
cipium.*
2 *Citationem princeps omittere non potest.*

C A P. V.

REdeundo modo ad textum nostrũ; quatenus
de citatione loquitur, vt quando citatio re-
quiratur, & quando non requiratur perfectè intelli-
gamus, prius generalis regula, ut in quolibet actu,
citatio necessaria sit, constituenda est, alioquin nul-
lum præiudicium non citato afferat, cum ad eum
actum, ex quo quis lædi potest, citari debeat, l. nam
ita diuus. ff. de adoptionibus & l. de uno quoque ff.
de re iudic. & l. ult. C. si per uim uel alio modo &c. in
ter quatuor, extra de maiorit. & obedien. & c. cum
ex literis. de in integ. restitu. & c. pastoralis. de re iu-
di. & tradit latè Tiraq. in tract. res inter alios acta in
princ. sequutus Panormit. in cons. 68. quamquam su
per vacatione, colum. vlt. lib. 2. Vnde est, ut res inter
alios acta alijs non præiudicet, & l. si cui. §. ijsdem. ff.
de accusation. & l. Modestinus. ff. de exceptio. & l. 1.
ff. de exceptio. rei iudic. & l. 2. C de fide instrum. &
toto titu. C. res inter alios act. & c. cum super. & c.
penul. extra de re iudic. & c. inter dilectus. cum simi

 libus,

1 libus, de fide instrument. Et ideo † citatio omnium actionum instituendarum principium inuenta est. §. ultim. Instit. de pœn. teme. litigant. vt diximus supra in §. & copiam talis petitionis. Hæc conclusio
2 etiam in Principe locum habet, † propterea quòd citationem omittere non potest, ut uoluit Bal. in cõs. 58. factum super quo, lib. 3. & Felin. latè in d. c. quæ in ecclesiarum, col. 25. versi. limita. 6. extra de constitution. & de Imperatore firmat Alexan. seu Barbatia inter consilia Alexan. in consi. 123. scripsit Ecclesiasticus, col. penu. in prin. lib. 4.

1 *Citatio necessaria non est ubi actus, qui geritur; non citato præiudicium non affert.*

1 Primo loco limitatur præcedens regula † quando actus, qui geritur, non citato præiudicium nõ facit, citari enim eo casu non debet ille, qui inde damnũ non patitur, vt voluit Bald. in l. ab eo. C. quomo. & quan. iud. & Inno. in c. humilis. de maiorit. & obed. & idem Bal. in l. fin. §. cum igitur. uers. quæro igitur nũquid de necessitate. C. de iure deliber. & in auth. si omnes. C. si vt ab hæred. se absti. & facit, quod not. Bart. in auth. sed cum testator. in vers. sed quæro. C. ad l. falci. Idem præterea comprobat, quod uoluit Oldra. in consi. 299. quidam Vgo; & optimè facit l. non potest ff. de iudic. & hanc opinionem sequutus est Alex. in consi. 86. uisis dubitationibus, in 2. colu. uersi. fortifico. volu. 2. & Hyppo. Marsil. in l. de uno quoque nu. 68. ff. de re iudic.

1 *Citatio non est necessaria, ubi de præiudicio eius, qui citandus esset, accessoriè & in consequentiam tractatur.*
2 *Damnum in al cuius tunc aliquid redũdare dicitur, cum principaliter, non eum secundariò redundat.*
3 *Statutum disponens, quòd ad actum quempiam vocentur illi, in quorum præiudicium fit ille actus, intelligitur eum directè & principaliter non autem secundariò in eius damnum tendit.*
4 *Citandi non sunt substituti; quando iudicium cum hærede ab intestato proueniente agitur.*
5 *Citandus non est ille, non solùm quò ad ualiditatem sententiæ: sed etiam si in eius præiudicium sententia feratur, cuius res principaliter non agitur.*
6 *Sententia contra principalem debitorem lata nocet fideiussori; & mandatori non citato, contra eum tamẽ exequi non potest, nisi sint fideiussores iudicatum solui.*
7 *Sententia quando noceat substituto contra principalem lata.*

1 II. fallit † præcedens regula, & locum non habet in eo, de cuius præiudicio accessoriè tantùm, & in consequentiam, non principaliter tractatur; vt voluit glo. notabilis in d. l. de vno quoq; ff. de re iudic. vbi Angel. Imol. & Alex. & idem voluit Bart. in l. dicm. ff. de aqua pluuia arcen. & Bal. in d. l. nam ita diuus, ff. de adoptio. & in l. ab eo. col. vlt. C. quomo. & quan. Iudex, & in rub. C. de successo. edict. in fi. & in l. iubemus. colu. 2. vers. citabuntur ergo C. ad Trebell. & in l. si curatoris. de iure deliber. & in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. procons. & in l. si suspecta. ff. de inoffi. testamen. & in rubr. extra de rescrip. col. 2. uers. an quando impetratur, & Angel. Imol. & recentiores in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. 1. inter quos Imol. dicit illam glo. singularem & Domin. à sancto Gemi. in c. vlti. de electio. lib. 6. & latè Alex. in cons. 86. visis dubitationibus, colu. 1. & 2. lib. 2. & in cons. 156. stantibus his, col. 1. lib. 2. & in consi. 58. uiso & perlecto, colu. 2. vers. non obstat quòd Domina. lib. 5. & in consi. 85. ponderatis his, col. vlti. lib. 6. ubi dicit illam glo. esse ad hoc singularem, & Barba. in consi. 1. col. 3. lib. 2. & in consi. 49. scribitur sapientiæ, col. 2. nu. 11. li. 2. & Felin. in d. c. de causis col. 4. vbi etiam idem sequitur Barbat. extra de offic. delega. & in c. illa de accusa. & Ias. in l. rescriptum. col. 2. uersi. 2. moueor. ff. de pact. & latè in l. si quis nec causam, col. 2. ff. si cert. peta. & Socin. in l. cum filiusfamilias, colu. 4. in princ. ff. de uerbo. obliga. & Bal. in c. 1. col. 3. uers. secũdò quæro, de milit. vasal. qui contum. est & in c. inter quatuor. de maiori. & obedien. & Deci. in cons. 390. num. 14. uersi. non obstat secundò. Item hanc opinionem sequitur Hyppolitus de Mars. in d. l. de uno quoq; nu. 57. de re iudic. & Decius in cons. 367. uiso pũcto. col. vlt. & de hoc est tex. quẽ pleriq; omnes allegãt, & ubiq; potissimum Barba. in l. 1. §. denũciari ibi, primo gradu hærede instituto, nõ etiam substituto. ff. de uetr. inspic. per quem dicit Bart. in l. in diẽ post princ. ff. de aqua plu. arcend. sententiam latam pro creditore contra institutum hæredem, substituto etiam non citato nocere, quod & voluit Bal. in d. l. nã ita diuus & Angel. Imol. & recentiores in d. §. diui, & Imol. in l. diẽ. ff. de verbo. obliga. & Alex. in d. consil. 156. vbi dicit hoc melius probari in l. ex contractu. ff. de re iudic. & iterum in consil. 123. discussis hæsitationibus. col. 3. versi. bene facit aliud, lib. 1. vbi etiam dicit facere tex. secundùm unam lecturam in l. si partem §. ulti. ff. ad trebell. & hoc singulare reputat Ias. in l. nequicquam. §. vbi decretum, column. 7. in 9. fallentia. ff. de offic. proconf. & hoc quidem confirmat gloss. nota. in capit. 2. in glo. 2. de pact. lib. sexto, quæ ad tex. relata voluit, tũm demum
2 † quicquam dici in detrimentum alterius redundare, quando principaliter redundat, non autem quando secundario, & ibi eam ad hoc notat Domi. à sancto Gemini. colum. quarta, inferens, quòd
3 † si ex forma statuti debeant ad aliquem actum vocari illi, in quorum detrimentum fit ille actus, intelligitur de illis, quibus directè & principaliter fit præiudicium; non autem secundariò; quod dicit esse bene notandum, & sequitur Barba. dicens illam glo. singularem in d. consi. 1. & in d. consi. 49. & Felin. in c. vlt. colu. 2. extra de maior. & obediẽ. & Ias. qui & hoc dicit singulare, & nunquam obliuiscendum in d. §. ubi decretum, vbi tamen de hoc dubitat: quia ita interpretando, statutum nihil adderet iuri communi, contra notata per Bar. & alios in l. 4. §. ait prætor. ff. de dam. infec. cum similibus, quod repetit idẽ Ias. in d. l. si quis nec causam, & refert Tiraquel. in d. tracta. res inter alios acta, in princ. car. 13. Et stãte prædicta conclusione dicebant Angel. & Ioan.

de Imo.in d.l.de uno quoque.ff.de re iudic. Si debitorem meum condemnari fecero, alios debitores, se ad processum citatos non fuisse, opponere posse, ex quo non contra eos principaliter ordinatur. At si per creditorem contra debitorem, excussionem bonorum contra eum faciendo, agatur; & sic ad hoc, vt ad pignorum possessionem deueniri posit. Tunc quia iudicium excussionis principaliter in præiudicium possessorum ordinatur; etiam citandi erunt, vt inquit Alex.in d.consilio 86.uolum.2. Præterea dice
4 bat Bar.in l.diem.ff.de aqua pluuia arcenda, † quando iudicium cum hærede abintestato ueniente agitur, substitutos non esse citandos, per tex.no.in l.1. §.pen.ff.de uent.inspiciend.& Imol.in l.decem.ff.de uerborum oblig.& Ale.in consilio 123.discussis hę sitationibus, colum.4.uolu.primo, & sequitur Iaso. in l.dictantibus post princ.de testamen. ubi concordat Ias.in l.si quis nec causam.ff.si certum pet.& Soci.in l.Gallus §.& quid si tantum, colum.penul.ff.de lib.& posth.& idem Ias.in l.si quis mihi bona §.fina. in fi.ff.de acquiren.hæred.& in l.filiusfamilias.§.diui, colum.7.de leg.1.& in l. nec quicquam.§. ubi decretum, colum.6.numero 34.ff.de offi.proconsu.id quod, ut inquit Gemini.in c.1.per illum tex.de elec.
5 in 6.non † solum quò ad ualiditatem sententiæ citâdus non est ille, cuius res principaliter non agitur, sed etiam si in eius præiudicium sententia lata esset, ut inquit Ang.in l.in cognitione.ff.ad Sillanian.per
6 gl.ibi, & ex eo infert, quòd sententia † contra principalem debitorē nocet fideiussori, & mandatori non citato: id tamen non intelligendum est, ut ea executiuè uti non posit, nisi iudicatum solui promiserit, ut notarur satis latè per Bar.& Ang.in l.prima, ff. de iudi.solut. Illud tamen animaduertendum est, nam Bar.in extrauaganti ad reprimendum, in uersic.per edictum, & Barb.in l.si eo tempore, per illum text. C.de remissio.pigno. prædictam conclusionem ad hoc tantum locum habere uoluerunt, ut sententia lata procederet: Secus autem ad hoc, ut præiudicium afferat illi, de cuius causa in consequentiam quadá, non principaliter agitur, nam eo in casu citationem saltem generalem requiri existimabant, ut notat Io. Faber in §. licet autem institu. de adoptio. & sequitur Ias.in l.rescriptum, colum.prima numero 7.ff.de pac.& tradit Soc.in l.filiusfamilias colum.4.in fi.numero 12.ff.de lega.primo, vbi concordat Iaso.in d.l. decem, colum.10.num.41. & contra hanc opinionem ponderat tex.in l.ex contractu.ff. de re iudicat.
7 † ubi ualet actus, non citato substituto, & sic eo, in cuius præiudicium, licet non principaliter agitur, immo uerè ei præiudicatum est, cum detur actio iudicati contra eum, ut patet in illo text. Verùm cum ei respondeant Alexan.Ias.& alii in d.§. diui, amplius nô insisto.

1 *Citatio in impetrandis priuilegijs necessaria non est.*
2 *Iniuriam nemini facit, qui iure suo utitur.*
3 *Citatio in gratiarum concessione necessaria non est.*
4 *Citatio licet in impetrandis priuilegijs & gratijs regulariter non requiratur, fallit quando princeps concedit priuilegium, in eis, quæ requirunt causæ cognitionem, uel partem multum lædunt.*

1 III. limitatur † in concessione priuilegiorum, nam ad illa impetranda citatio necessaria non est, vt notatur in d.l.de vno quoq; ff.de re iudi. Princeps enim, cum ea concedit, eos, quibus præiudicium afferri potest, citare vel vocare non tenetur. Id quod notatur etiam in l. Gallus.§.& quid si tantùm. ff. de liber.& posth.& tradit Abb.in cap.inter quatuor, de maiorit.& obedient. & Bald.in l.nam ita diuus. ff. de adoptio. & in l.fin. C. quibus res iudi. non nocet; & Gozad.in consi. 9.num.62. & latè Decius in consil. 194.viso themate, in 2.dubio, & Nicolaus Bello. in consi.28.num.14. & idem Decius in l.qui potest. ff. de reg.iur.& in consi.698.col.1.& in consi.191.col. 3.& Curt.in consi.1.col.18.& Brunus in consi.1.col. penult.& in consi.6.nu.14. & idem Decius in consi. 390. num.15.& 16. & Campegius in consi.2.num. 48.& 49.& Bartol.Socin.in consi.23.& in consi.10. num.38.in vol.consi.feuda.& Gozadi.in consi.1.nu. 7.& in consi.5.nu.28. Idem sequitur Tiraquellus in tracta.res inter alios acta. car.12.pag.2. per ea quæ voluerunt vltra relatos glo.& Doct.in c.licet.de re iudic.& Imol. in c.nisi cum pridem, in fin. extra de renuncia.& Bal.in c.vlt.col.2. versi. quæro, quid de istis executoribus, vbi etiam Inno. extra de præsumptio.& in l.nam ita diuus, col.1. de adoptio. & Abba.in d.c.cum olim, col.6. vers. secunda causa, extra de re iudic.& mouentur potissimum ea ratione,
2 † quòd qui iure suo vtitur, nemini iniuriam faciat; Idem voluit Barbat. in consi.49.col.2. uersi. præte-
3 rea facit.vol.2. † & hoc in gratiarum quoq; concessione locum habet, vt inquit eodem loco Tiraquellus per ea, quæ adducit, & voluerunt etiam Alber. Brunus in dicto consi.1.num.74. & Ioannes Neuiz. in consi.12.nu.181.in d.vol.consilio feudali, & Alexand.in consi.11.num.4.volum.7. Id autem inquit Tiraquellus eodem loco, duobus modis sub limitari posse ex iis, quæ dicit Bartol.in l.2.in 2. nota.C.de
4 tempo.appella. † quando videlicet Princeps concedit priuilegium in his, quæ requirunt causæ cognitionem, vel partem multum lædunt. Tunc enim pars citari debet, vt inquit ibi Alexand.in additio.ad Bar.& in consi.11. aliàs consului, col.3.vers.& quod requireretur.lib.7.& Bald. in rub. extra de rescript. col.1.& Ias.in l.Gallus.§. & quid si tantùm, colum. penul.ff.de liber.& posthu.& tradit Roland. a Valle in consi.4.num.149.vol.1.

1 *Citatio in impetrandis rescriptis necessaria non est.*

1 IIII. Dicunt † Doctores citationem in impetratione rescriptorum necessariam non esse, vt latè explicant Abba.& Felin. in c.cum olim. de re iudic. & in c.causam, de rescrip.& refert Rebuf.in tract. nominatio.quæst.13.num.5.& Barth. Socin.in consil. 7.num.23.& 24.in volum.consilio feudali, & in côs. 164.num.19.vol.2. Id autem quod de rescriptis & gratiis diximus, poterit fortasse ex iis, quæ in præcedenti limitatione de priuilegiis retulimus, comprobari.

1 *Citare partem aduersam exequutor apostolicus non tenetur.*

2 *Sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, executor apostolicus sine citatione exequi potest.*

1 V. partem † aduersam executor apostolicus citare
non tenetur, ut inquit Bald. in l. quinquaginta. ff. de
excus. tu. Ratio autem est secundum eum; quia p niã
disceptationis non procedit; & ideo, ut aliquis citet,
necessarium non est. l. tertia, §. si causa cognita. ubi
est gl. ordinaria. ff. de bono. possessio. & uoluit Inno
cen. in c. dudum de præsumptio. & ponit glo. in cle-
men. prima de of. delega. & sequitur Gozad. in con-
silio 5. nume. 29. & 30. ubi hanc conclusionem ex eo
2 comprobat, quòd † executor sententiam, quæ transi
uit in rem iudicatam, sine citatione exequi potest, vt
inquiunt domini Rotæ decis. 249. incipiente, & licet
Alex. in consi. 218. Id autem quomodo procedat, de
clarat Abb. in consilio 34. num. 6. versicu. nec obstat
huic conclusioni, uolum. 2. ad quæ me hac de re bre
uitatis causa refero.

1 *Citatione omissa procedere potest ille, cuius consciẽtiæ aliquid commissum est, & quando id procedat infra, num. 12.*
2 *Conscientiam suam informare rectè debet ille, cuius conscientiæ aliquid commissum est.*
3 *Conscientiæ uerbum arbitrium boni uiri denotat non meram & liberam voluntatem.*
4 *Pars citanda est, vbicunque arbitrio boni uiri agitur.*
5 *Transigi non potest de eo, quod secundùm suã conscientiam alicui exequendum committitur.*
6 *Conscientiæ cuius intelligendum est, cum alicuius conscientiæ aliquid exequendum committitur.*
7 *Conscientiam iuris non suam propriam sequi debet ille, cuius conscientiæ aliquid exequendum commissum est.*
8 *Statuta etiam in foro conscientiæ seruanda est.*
9 *Industria personæ electa uidetur, cũ alicuius conscientiæ aliquid committitur.*
10 *Delegari non potest, cum est electa industria personæ, & sic cum conscientiæ alicuius aliquid exequendũ commissum est.*
11 *Executores testamentorum quomodo se gerere debeant.*

1 VI. limitatur † prædicta regula generalis, quando
aliquid alicuius conscientiæ commissum sit. Poterit
namque ille; cuius conscientiæ commissum fuerit, si-
ne citatione procedere, ut uoluit Bald. in l. certum.
colum. 2. in fi. C. unde legit. & in l. vlt. C. de legiti. hæ-
redibus & in l. qui se patris. C. unde liberi. & Roma.
in rub. ff. de arbit. colum. 2. in fi. & Alexand. in d. l. de
vnoquoque, col. vlt. uer. item fallit. ubi & Lanfranc.
in tracta. de arbit. par. 7. colum. tertia, ad quod opti-
mè facit gl. notabilis in ca. statutum. §. assessorem, in
uerbo relinquatur, de rescript. quam dicunt singula
re Paul. Castrens. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope
ris non. nunciat. & Angel. Aret. in §. sed istæ. institut.
de actio. ubi Iaso. & Bal. in cap. si sacerdotes, extra de
offic. ordinar. & Ioan. Cefal. in consili. 89. nume. 22.
uolum. primo.

Hanc autem limitationem intelligit Roman. in l.
certum. in fi. C. unde legiti. tunc locum habere, cum
non extat de cuius præiudicio agatur. etenim tũc ad
regulam generalem redeũdum esse arbitratur, & ex
consequenti citationem necessariam esse per ea, quæ
voluit glo. in l. vbi C. de bonorum pos. secundum ta-
bulas. Ratio autem est: quia ad hoc, ut determinare
2 possit, licet eius conscientiæ remissum sit, † ut suam
conscientiam rectè informet, necessarium est, & iõ
causę coguitio, & ex consequenti citatio necessaria
erit l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. Confirma
3 tur secundò hæc declaratio Romani † quia uerbum
conscientia, arbitrium boni uiri, non meram & libe-
ram uoluntatem denotat, ut inquit Bal. in l. fi. C. de
iur. domin. impetran. & probatur ex notatis per gl.
in clem. prima, in uerbo oneramus, de iure patrona-
tus, & per Doctores post gl. in c. statutum. §. assesso-
4 rem, de resc. in 6. † Sed quando aliquid uerbis arbi-
trium boni uiri denotantibus committitur, ille, cui
id committitur, partes citare debet, ut per Barto. in
extrauag. ad reprimen. in uer. sine figura, & in uersi.
videbitur, & Bal. in l. captatorias, in 3. quæst. C. de te
5 stamen. milit. ergo citatio necessaria erit. Tertio † cõ
firmatur: quia quando alicui aliquid iuxta suam con
scientiam exequendum mandatur, legem tamen ip-
6 se ob id transgredi non potest. † Quandoquidem de
conscientia legibus munita, non de ea, quam sibi qs
que facit, intelligendum est, ut uoluit Bal. in quæst.
ab eo disputata: incipiente statuto cauetur fœnera-
tor colum. fi. Preterea & quartò satis facere dicendũ
est, ex quo qui potestatem secundùm suam conscien
7 tiam disponendi habet, † non suam propriam, sed iu
rium conscientiam sequi debet, ut est tex. iuncta gl.
in c. audiet. 3. quęst. 7. & tradit Cy. in l. quisquis. C. ad
leg. Iul. maiest. & Bald. in l. prima, C. qui accusa. non
possunt. Si igitur leges sequi debet. Regula legis est,
ut ille semper citetur, de cuius pręiudicio agitur, ut
supra latissimè prędictam regulam firmauimus; &
est text. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. Quintò po-
test optimè comprobari ex eo, quòd in foro etiá con
8 scientiæ † statuta seruanda sunt, ut uoluit glo. t. in c.
quæ in ecclesiarum extra de constitutionibus, quam
ibi Bald. colum. prima, alibi non reperiri attestatur;
9 Sextò etiam optimè facit † quia cum huiusmodi cõ
missio fit, industria personæ electa esse censetur, un-
de est, ut id alteri etiam si sit Pontificis delegatus
10 † demandare non possit, vt uoluerunt Abb. & Imo.
in c. fi. extra de offi. delega. & Alex. in l. a iudice, C. de
de iudic. & in l. more. ff. de iurisdictio. omnium iudi.
& uoluit Bal. in c. primo, §. fi. in tit. de nou. feud. & in
l. & in Epistolam. C. de fideicommis. Quę quidẽ om
11 nia pro testamentorum † executoribus, quorum cõ
scientiæ executio commissa est, diligenter notanda:
ac memoriæ mandanda sunt. Hanc declarationem
Romani sequutus est etiam Ias. in l. si quis arbitratu,
colum. 12. uersi cu. 8. ff. de verborum obligatio. & in
d. l. certum colum. antepenul. C. unde legit. & in d. l.
nequicquam. §. ubi decretum in 14. fallentia. ff. de of
fic. proconf. ubi postquàm dictum illud Bald. recen
suit, & singulare dixit, subdit tamen simpliciter uerũ
non esse, & idem uoluit Alex. sibi contrarius in cons.
219. uisis verbis Domini Grimald. lib. 2. & Francis.

Curt.

Curt.in l.admonendi,nu.380.ff.de iurciurand.Verû vt hæc contrarietas remoueatur,dici poteſt: ut concluſio Bald. quam ſequuntur ſupra relati, tunc locum habeat, quando commiſſio per uerba ſolam monitionem denotantia fieret, prout ex ijs; quæ in ſequenti limitatione dicemus, magis expreſsè apparebit.

1 *Citatio non requiritur, vbi Pontifex mandat alicui de beneficio in aliqua eccleſia, ſi idoneus ſit, prouideri, & quando requiratur infra nu. 5.*
2 *Iurare tenetur ille, cui aliquid ſecundum ſuam conſcientiam committitur.*
3 *Actus propter iuramentum parte non citata ſuſtinetur.*
4 *Citatio non requiritur, ubi committitur alicui cognitio, an quis ſit dignus uel idoneus.*
5 *Citatio requiritur cum alicui conditionaliter, uidelicet ſi tibi conſtiterit, cognitio, an aliquis idoneus uel dignus ſit committitur.*

1 VII. † Limitatur prædicta regula generalis, qnan-
do Pontifex mandat alicui de beneficio in aliqna ec-
cleſia, ſi idonens nel dignus ſit, prouideri etenim tûc
citatio neceſſaria non erit, ex quo nerba illa côditio-
nem ullam non faciunt, ut declarat Bar. in l. muto. §.
ſub conditione. ff. de tute. & eſt gl. & ſequuntur Do-
cto. in clem. prima de of. deleg. Planè illa uerba etiá
ſi expreſſa non fuiſſent, tacitè ineſſe intelliguntur. c.
cum adeo. & ibi gl. in nerbo, ſi dignus extra de reſcri
ptis, & in c. canſam. ubi notatur, extra de electione,
prout etiam notabiliter declarat Alex. in conſ. 218.
uiſis uerbis, uolu. ſecundo, & anteà firmauerat Bal.
in l. non dubium, colum. 8. C. de legib. & in l. neq; na
tales. C: de probatio. & in l. ſi qua per calumniam. C.
de epiſco. & cler. & tradunt Canoniſtæ in c. fi. de præ
ſumptio. & idem Bald. ſingulariter in l. ul. colum. 2.
uerſicu. item oppono, quòd immo differant. C. nnde
legiti. quem pro ſingulari citat Iaſo. in d. l. nec quic-
quam. §. vbi decretum, colum. 7. uerſicu. quartodeci
mò fallit. ff. de of. proconſ. & in d. l. ultima in antepe.
colum. uerſic. extra gloſam, & idem Iaſ. poſt alios in
d. l. ſiquis arbitratu, colum. 12. uerſic. 8. nota limita-
tionem. ff. de uerborum obligatio. & Niconitius in
d. ca. quoniam contra falſam, numero 69. & Bald. in
d. l. certum, colum. ſecunda, in fi. C. unde legiti. & idê
Bal. & Rom. in rub. ff. de arb. colum. ſecunda, in fine.
Præterea præcdens limitatio, & hæc, quam præ ma-
nibus habemus, optimè comprobatur ex eo, quòd
2 † quando alicui cauſa ſecundum conſcientiam ſuam
expediri mâdat, ipſe iurare tenet. l. hac edictali. §. is
illud. C. de ſec. nupt. & tradit Bar. in l. Theopompus
ff. de dote prælcg. & Ang. in l. apertiſsimi. C. de iudi.
cum ſimi. quæ ponit Iaſo. in l. de pupillo. §. qui opus
ff. de oper. nou. nunciatio. & ideo mirum non eſt, ſi
3 † propter iuramentum actus parte non citata ſuſti-
netur. Pręterea, hanc eandem concluſionem, ubi ali
4 cui, an † quis ſit idóneus uel dignus cognitio, uel exa
minatio committitur, citatio non requiratur, voluit
etiam Imo. in c. fi. extra de translatione prælatorum
& in ca. nlt. colum. prima, in fi. uerſi. item licet more,
ubi Io. And. colum. ſecnnda, in prin. & Bald. colum.
pe. uer. quarto quæro, extra de præſumptionibus, &
Laud. in clem. ultim. ubi etiam Card. in 5. queſt. de re
ſcri. & rurſus in clem c. prima, ubi etiam Card. in pri-
ma qnæſt. de conceſſione præbendę, & Iaſ. in d. l. cer
tum colum. antepen. C. unde legiti. & Rom. in ſingu.
366. fuit unus, uer. quarto fallit, & Alex. in d. l. de pu-
pillo colum. utim. uerſicul. item fallit. Sublimitatur
5 † tamen pręcedens limitatio, quando in commiſſio
ne clauſulę conditionem denotantes appoſitę eſſent
ut inquit Alex. in conſi. 218. uiſis uerbis uolum. ſecû
do exempli gratia, ſi in commiſſione dictum fuerit.
ſi tibi conſtiterit, uel alia huiuſmodi uerba, planè
tunc ſi de præiudicio illius, ad quem de iure talis ꝓ-
uiſio per ſedem Apoſtolicam commiſſa ſpectaret,
tractetur, quicquid vigore talis commiſſionis ſine
cognitione factum fuerit, nullum erit, ut latius per
Alex. in d. conſilio 218. ad qnem me breuitatis cau-
ſa refero.

1 *Citatio neceſſaria non eſt, quando ab executione incipi poteſt, & quomodo procedat.*
2 *Citare etiam merus executor quibuſdam in caſibus tenetur.*
3 *Citatione omiſſa prædio ſua poſſeſſione priuandus non eſt.*
4 *Executio ſententiæ parte non citata facta nulla eſt, & de facto reuocari poteſt.*
5 *Tenuta data non ſeruato iuris ordine non ualet, & ſpoliatus reſtituendus eſt.*
6 *Citatione non præcedente qui de mandato iudicis ingreditur, non iuſtè poßidet, ſed pœnam meretur.*

1 VIII. Limitatur † prædicta generalis regula, quan
do ab executione incipi poteſt; nam tunc citationem
neceſſariam non eſſe, inquit Bal. in d. l. de pupillo. §.
meminiſſe. ff. de oper. nou. nunciati. & in l. nec quic-
quàm. §. ubi decretum. ff. de offi. proconſ. & Alexan.
in l. prima, numero 14. C. de iudic. & Paul. Caſtrenſ.
in conſilio 472. numero 3. uolum. primo, & Alciat.
in reſponſ. 17. numero 11. & refert Hyppoli. Marſil.
in d. l. de uno quoque, num. 84. ff. de re iudi. Animad
nertendum tamen eſt; quia Marſilius in loco prædi-
cto hanc concluſionem reſtringendo, tunc tantum-
modo, cum in moram periculum eſt, locum habere
2 arbitratur. Nam uidemus etiam, ut ipſe inquit † me-
rum executorem, qui ab executione neceſſario inci-
pit, quibuſdam in caſibus partem citare debere: ut
habetur in c. licet epiſcopus, de prębendis in 6. & tra
dit Inno. in c. cum olim. de priuilegiis, & in cap. 1. de
de conceſ. pręben. in 6. & ponunt Docto. in l. fi. C. ſi
per uim uel alio modo, & in c. nouit. de appelatio. id
quod uoluit etiam Oldr. in conſilio 226. & domini
Rotæ in deciſ. 308. ſi executor in nouis, & etiam Ol-
dra. in d. conſilio 226. & domini Rotæ in deciſ. 308.
ſi executor. in nouis, & Barto. in l. à diuo Pio. in prin.
ff. de re iudic. & in l. 4. colum. 14. uerſicul. mihi autê.
C. de pignor. & Ang. in l. prima, C. de iudic. & Alex.
in conſilio 45. uiſis uerbis uolum. 6. & Hieron. Grat.
in conſi. 76. numero 1. uolum. ſecundo, & Bal. in l. ſi
deſerta

deſerta.C.ſi propter publ'ie.penſita.& Bar.Alexand.
& recentiores in l.fi.colum.6.C. de edic.diui Adria.
tollen.& Card.in conſilio 132.duo ſunt uidenda, &
Alex.in conſi.83.uiſa facti enarratione, columna 2.
uolum.ſecundo,& in conſilio 30.ponderatis narra-
tis,colum.fi.lib.5.& ideo dicebat Bald.in l. nam ita
3 diuus de adoptio.etiam † prædonem ſine citatione
4 ſua poſſeſſione priuandum non eſſe; † Præterea exe
cutionem ſententiæ parte non citata factam nullam
eſſe,& de facto reuocari poſſe,voluit Bal.& ſequitur
Alex.in l.ſi pacto quo pœnam.C. de pac. & Alexan.
in l.prima,§.nunciatio.ff.de ope.no.nunci.& in l.qđ
iuſſit,colum.pe.de re iudic.& Roma.in conſi.158.
circa articulum,& Bal.in conſilio 257.dicta tenuta
5 lib.4.& † optimè facit in datione tenutæ, quòd dicit
quis ſpoliatus,cum non ſeruato iuris ordine tenuta
data eſt,& ideo ante omnia reſtitui debet. Vtrunque
notatur in c.in literis,& in c.1.de reſtitutione ſpolia
to.Et,quod plus eſt,inquit Bar.in l. iuſtè poſſidet.ff.
de acqui.poſ.qui communiter approbatur, ut ibi la-
6 tè tradit Alexand.quòd ingrediens de mandato iu-
dicis ſine citatione non ſolùm iniuſtè poſſidet, ſed
pœnam meretur,nec à mandato iudicis inualido ex
cuſatur. Id quod dixit etiam Bartol.in conſilio 89.
in quæſtione uertente,& Corne.in conſilio 177. ui-
ſa copia, libro tertio, Ex his igitur ſatis in dubium
reduci videtur huiuſmodi vniuerſalis concluſio,qua
propter ex ſequentibus magis in ſpecie declara-
bitur.

1 *Citatio in executione ſentētiæ neceſſaria non eſt,cum executio in eadem re,ſuper qua ſententia lata eſt,cō ceditur.*
2 *Liquere non poteſt, niſi parte, de cuius præiudicio agi tur,citata.*
3 *Limitat Ang.niſi renunciatio coram iudice exequen te facta eſſet.*
4 *Secundò ſublimitatur præcedens limitatio,quādo pro executione ſententiæ in eadem re facienda officium iudicis non imploratur,ſed in factum, uel iudicati actio intentatur.*
5 *Citatio & cognitio in executione requiritur,etiam ſu per eadem re,ſuper qua iudicatum eſt,quando iudex non compellendo procedit,ſed pronunciando exequen dum eſſe.*
6 *Tertiò ſublimitatur,quando executio non contra con demnatum,ſed contra eius ſucceſſorem peteretur,nā tunc citatio ſemper requiritur.*
7 *Quartò ſublimitatur,quando non iudex,qui condem nauit,ſed eius ſucceſſor,uel alius exequi vult.*
8 *Citatio an requiratur,ſi executio in alia re fiat,utpu ta ſi aliquis ad pecuniam condemnetur, & executio in bonis per eundem iudicem fiat, & contra ipſum condemnatum,nec ſumus in appellatione deſerta,ua riæ ſunt opiniones.*
9 *Executio ſententiæ plures caſus continet.*
10 *Pignora in cauſa iudicati primò capiuntur,& deinde ſubhaſtantur,& ultimo loco,emptore nō reperto,cre ditori pro iuſto precio adiudicantur.*
11 *Citatio in capiendis pignoribus, & ſubhaſtandis non eſt neceſſaria.*
12 *Citari debet pars, quando iudex ſuper alienatione, uel ad iudicatione decretum interponit.*
13 *Executionis forma.*
14 *Adiudicatio ſi plus debito fiat,in totum uitiatur.*
15 *Fructus in ſortem computandi eſſent,niſi fieret adiu- dicatio.*
16 *Tenuta,quæ fit uigore pacti executiui, non uitiatur, ſi plus debito capiatur.*
17 *Tenuta non uitiatur,ſi plus debito contineat, quando reali actione uel hypotecaria agitur.*
18 *Citari debet pars in tenuta,alioquin non ualet.*
19 *Citatio in tenuta neceſſaria non eſt, quando in lau- do per iuſtum iudicem data eſt, & deinde cum ipſo laudo illi intimata, qui citari debebat, non recla- mauit.*
20 *Certioratus ſemel,amplius certiorari non debet.*

1 XI. Igitur † regula generalis limitatur, quòd cita-
tio neceſſaria non eſt in executione ſententiæ, cum
executio in eadem re,ſuper qua ſententia lata fuit,
conceditur:ut inquit Barto.in l.à diuo Pio.§.in uen
ditione.ubi etiam Alex.in col.antepen. numero 31.
ff.de re iudic.per tex.in l.qui reſtituere ff.de rei uen-
dicatio.& facit optimè,quod notatur in cap.cum ſu
per.in gl.in uerb.præiudicio,extra eodem tit.& in c.
ueniens il ſecundo,in gloſ.in uerbo continenti,extra
de teſtib.& hanc opinionem ſequutus eſt etiam Bar
to.in extrauaganti ad reprimendum,in uerſicu.exe-
cutio.& in l.meminerint.C.unde ui,& Bald.in l. or-
do.C.de executio rei iudi.& in l.prima,in fi.C.de iu
ri.& fac.ignoran.& latè in repetitione.l.tale pactum
§.qui prouocauit in 10.quæſt.ff.de pact. & Angel.in
repeti.l.3.§.ſi ex conuentione.ff.de re iudica.& Imo.
in l.ab executore,in priucip.ff.de appellatio. & in l.
ſi ſilio.la ſecunda,ubi nonnulla tradit Bald.ff. ſolut.
matrimo.& Anto.à Butri.& Domi.a S. Geminia.&
Abb.in ca.ex ratione de appellation.& ſequitur Ro-
ber.Marant.in ſuo ſpeculo aureo,in 3.actu principa
li,num.14.

Hæc autem limitatio in quibuſdam caſibus ſubli
mitanda eſt,& primò quando executio ſententiæ, à
qua appellatum eſſet,& appellatio deſerta eſſet,pe-
teretur:tunc enim indiſtinctè executio ſine partis ci
tatione,etiam ſi in eadem re fiat,concedenda nō eſt:
ut uoluit Barto.in l.prima,in fi.ff. nil nouari appella
tio.penden.per tex.in l.& ſi contra C. de appellatio.
ubi dicitur iudici appellationis, tempora per negli-
gentiam appellantis decurſa eſſe,liquere oportere,
2 ſed ſic eſt,quòd † liquere non poteſt,niſi pars, de cu-
ius præiudicio agitur,citata fuerit. ergo in hoc caſu
citationem neceſſariam eſſe, dicendum eſt, ut uo-
luit Bal.in d.l.& ſi contra.& in l.fi.in fi.C.de tempo-
ribus appe.ubi inquit,optimum eſſe tex.id quod ꝓ-
bari etiam uidetur in l.fina.§.illud eodem titu. & te
net Ang.in l.prima,in fi.de iudi.& Abb.in d.capitu.
ex ratione,de appel. Idem etiam dicendum eſt, ubi
appellationi renunciatum eſſet,ut uoluit Bal.in l.ta-
le pactum.§. qui prouocauit in repetitione, ubi ad
hoc ſubtiliter inducit illum tex. quod latius declara
3 ut per Angel.in d.l.prima,C.de iudic.ubi id uerum
eſſe dicit, niſi renunciatio coram iudice exequente
facta

facta esset, ut ibi latius per eum. Præterea hanc limi
tationem, & præsertim quando à sententia fuit ap-
pellatum, ut diximus in primo casu, sequitur etiam
Rober. Maran. in d. suo speculo aureo, in tertio & ul
timo actu principali, nu. 14. per ea quæ uoluit Dec.
in consi. 97. col. secunda part. prima.

4 Secundò sublimitatur † prædicta nona limitatio,
dummodo pro executione sententiæ in eadem re
facienda officium iudicis non imploretur. Sed in fa-
ctum, uel iudicati actio intentetur. Tunc enim cum
processus requiratur, ut notauit Bart. in l. intra. ff. de
5 re iudic. † ex consequenti etiam ut causæ cognitio, &
citatio requiratur, necesse est. Id quod dicendum
etiam est, ubi iudex ad executionem compellendo
non procederet, sed pronunciando exequendum es-
se, planè tunc citatio etiam in casu, in quo executio
in eadem re facienda esset, requireretur, ut uoluit
Bal. & clarius Salic. in d. l. ab executione, de appel-
lationibus.

6 III. sublimitatur, † quando executio non contra
condemnatum, sed contra eius successorem petere-
tur, nam tunc citatio semper requiritur, ut notauit
Innocen. in c. quia. V. de iudic. quem allegat Angel.
in d. l. 1. C. de iudi. & in l. ex oratione. §. 1. argumēto
illius tex. ff. de feriis, & idem Ange. in l. 3. §. si ex con
uentione. ff. de re iudica. & Bald. in d. l. tale pactum.
§. qui prouocauit. ff. de pact. & Imol in l. intra. ff. de
re iudic. & Alexā. in d. l. à diuo Pio. §. in uenditione.
nu. 34. eod. titu. & sequitur Maran. eod. loco nu. 16.

7 IIII. sublimitatur, † quando non iudex, qui cōdē-
nauit, sed eius successor, uel alius exequi uult: nā tūc
citatio semper requiritur, ut uoluit Bald. in l. ordo
C. de execut. rei iudic. & in d. §. qui prouocauit. &
Ang. in d. l. 1. qui in argumentum allegant. l. ædictū.
ff. de iudi. & notata per glo. in l. quoties. §. fi. ff. de pro
bation. quam dicit Alex. eod. loco nu. 35. non repe-
risse. Ratio autem prædictorum est: quia coram is
to iudice exequente, parte non præsente, de causa
coram eo, qui iudicauit, liquere non dicitur. Hæc p
8 tinent ad casum propositum, quando † scilicet execu
tio fit in eadem re, si uerò in alia re fiat, ut exempli
gratia, si quis fortasse ad pecuniam condemnetur,
executio autem in bonis per eundem iudicem, & cō
tra ipsum condemnatū fiat, nec sumus in appellatio
ne deserta, & hic, ut inquit Maranta eodem in loco
n. 17. dubius casus est, i quo uariæ, ut supra uidimus,
Doctorum opiniones sunt. Bar. namq; in d. §. in uen
ditione, ut citatio requiratur, uoluisse uidetur, quē
simpliciter sequitur Lanfran. in c. quoniam contra.
in uersi. iter locutiones, col. 12. uersi. quæro nūquid.
Et idem Bar. ī d. l. meminerint. C. unde ui. citationē
faciendam esse arbitratur, ut ad allegandum, quare
sententia executioni mandari non debeat, compare
re possit, & hanc practicam ponit Bar. in l. defenden
te. ff. de auctor. tuto. Verùm quia quāplures, ut supra
uidimus, & refert Alex. in d. §. in uenditione. num. 30.
contrarium tenent. Ideo Robert. Maran. eod. loco
pro declaratione huius dubitationis, in executione
9 † sententiæ plures actus interuenire, considerandum
10 esse, inquit. Primò enim in causa iudicati, † pignora
capiuntur, & deinde subhastantur, & ultimo loco
emptore non reperto creditori pro iusto precio
adiudicantur. d. l. ordo. C. de executio. rei iudi. & l.
secunda. C. si in caus. iudi. & d. l. à diuo Pio. §. si pi-
gnora. ubi omnes tradunt. ff. de re iudi. & ponit hac
de re practicam Socin. Sen. in consil. 37. colu. 3. in fi.
& sequenti, uolum. 4. Verùm ad rem propositam re-
deundo inquit ibidem Marant. quò ad primum, &
11 secundum actum: † uidelicet in captura pignorum
& subhastatione, citationem necessariam non esse,
ex quo actus præiudicialis non est, sed reparari po-
12 test, † sed quando iudex ad ultimum actum, interpo
nendo scilicet super alienatione, seu adiudicatione
decretum procedit: tunc partem citandam esse, quia
de magno præiudicio, nempe de translatione do-
minii tractatur, ut inquit Alber. de Rosa. per illum
tex. in l. creditor. C. de distract. pigno. & habetur in
13 decis. 358. consil. Neapolita. † & ita inquit Maranta
semper in iudiciis practicari uidisse, nam lata senten
tia, & in rem iudicatam translata uictor literas exe-
cutoriales extrahi procurat, & iudex nuncio com-
mittit, ut illarum literarum auctoritate tantum ex
bonis debitoris condemnati capiat, qđ ad summam
debiti ascendat, ordinem dicti. §. in uenditione. ser-
nando, & illa bona ita capta subhastet, ut plus offe-
renti uendantur, & emptore non reperto, credito-
ri pro iusto precio per peritos extimando insolu-
tum dentur, quos quidem duos actus nuncius sine
alia citatione exequitur; At uerò antequā tertiū &
ultimum exequatur, iudex partem infra duos dies
ad reluendum pignus, & soluendum debitum citat,
alioquin ad allegandum causam quare, plus offerēti
dari non debeat, uel creditori insolutum dari, uel ad
iudicari nō possit. Ea autem adiudicatio, quæ fit cre
ditori, pro mensura debiti fieri debet, ut inquit Ma-
14 ran. in d. 3. & ult. actu principali, nu. 18. † Alioquin
si plus debito fiat, in totum vitiatur: ut uoluit Bar. in
l. si non sortem. §. si centum, ff. de condic. indebi. &
hoc, ut ipse inquit, ad illud pertinet, ut refert ibi Ia-
15 so. in 1. col. quòd † alioquin fructus interim percepti
in sortem cōputandi essent, prout latius uoluit Ale-
xan. in l. iuste possidet. col. 5. & 6. ff. de acqu. posses.
16 † Id autem primo limitādum est, si de illa tenuta tra
ctetur, quæ uigore pacti executiui conceditur, ea
enim non uitiatur, ut uoluit Fran. Aret. in l. 1. §. pen.
ff. de uerb. obl. per tex. in l. 1. §. si duo. ff. quor. legat.
ubi etiam sequitur Iaso.

17 Secundo limitatur, † quādo reali seu hipotecaria
actione ageretur, quandoquidem tunc, licet plus de-
tur, non uitiatur, ut notat glo. in l. 3. C. de procurat.
& Alexand. in l. 3. §. fin. colu. 6. ff. de acquiren. possess.
Verùm, ut redeamus ad rem nostram, Hiero. Grat.
18 in d. consi. 76. nu. 5. cum sequent. uolu. 2. † in termi-
nis tenutæ regulariter partem citandam esse, alio-
quin tenuta non ualere, existimauit. Regulam ta-
19 men illam limitandam censuit † primò, quando te-
nuta in laudo per iustum iudicem data esset, & dein-
de cum ipso laudo illi intimata, qui citari debebat,
& non reclamauit. Propterea quòd, tunc laudum cū
tenuta intimata, ab ipso homologatū, & per cursum
temporis approbatum intelligitur. l. cum antea. C.
de arbitr. Tunc enim, quòd non fuerit citatus, cōque
ri non potest, ex quo ei semel notificatum fuit, &
20 non reclamauit. † nam semel certioratus, amplius
certiorari

certiorari non debet, ut plenè notatur i l. 1. de actio ni. empti. id quod maximè in possessione procedit. Verum quia in hac ciuitate alio modo in tenutis proceditur, meritò de eis latius dicemus, cum ad suum locum peruenerimus.

1 *Citatio non requiritur, ubicunque statutum iustificationem actus iam celebrati requirit. Nam in confectione actus deinde iustificandi citatio non est necessaria.*
2 *Statutum Florentinum, quod captura debitorum infra triduum iustificari debeat.*
3 *Citatio Florentia in captura non requiritur.*
4 *Citatio, cum fit praeceptum per nuncium uel per epistolã; ubi statutum praecipit, ut uiso publico instrumẽto creditori ut soluat, uel de palatio non recedat, imperetur, non est necessaria.*

1 X. Citatio † non requiritur, ubicunque statutum iustificationem actus iam celebrati requirit; nam in confectione illius actus, cuius deinde statutum post confectionem iustificationem requirit, citatio non est necessaria, ut uoluit Bald. in d. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. procons. & refert Hippol. Marsil. in d. l. de uno quoque. nu. 85. ff. de re iudi. ubi
2 inquit, † ex quo Florentiæ uiget statutum, quod ca-
3 ptura debitorum infra triduum iustificari debeat, † debitor nulla præcedente citatione capi poterit ininfertque idẽ Hyppo. stante statuto, ut uiso publico instrumento debitori, ut soluat, uel de palatio non
4 recedat, præcipi debeat, citationem non esse necessariam: sed præceptum per nuncium, uel epistolam fieri posse, ut uoluit Bald. in rubr. C. communia. episto. nu. 6.

1 *Citatio necessaria non est, si statuto caueatur, quòd debitor per instrumentum guarantigiæ ad libitum creditoris capiatur.*
2 *Defensiones quæ de iure reseruari possunt, ex post facto reseruantur.*
3 *Defensio ex causa tolli potest.*

1 XI. Citatio † necessaria non est, si statuto caueatur, quòd debitor per instrumentum guarantigiæ, ad libitum creditoris capiatur, prout est Florentiæ. ubi uiso instrumento à captura, etiam nulla præcedente citatione, incipi potest, ut inquit Angel. in l. si sic. nu. 2. ff. de leg. 1. per illum tex. iuncta. l. cum quidã eod. titu. & l. Thais. §. Lucius. ff. de fideicom. libertat. Nec ob stat, inquit ipse, quòd defensio sit de iure naturæ ad quã citatio ordinata est, & consequenti cum defensio tolli non possit. l. ut uim. ff. de iust. & iur. & clemen. pastoralis. de re iudicata citatio remissa non uideatur, nam in hoc casu, licet defendendi modus arctetur, defensionem non tolli, respondendum est.
2 Etenim † defensiones, quæ de iure reseruari possunt, ex post facto reseruantur. l. final. C. de compensati. & l. ille à quo. §. si testamento. ff. ad senatusconsult. trebellia. & l. 2. C. de ædic. diu. Adria. tollen. Quin-
3 immo inquit Ang. eo in loco, † defensionem ex causa tolli posse, & ideo multo magis temperari, modificari, uel ordinari poterit. l. si seruus. C. de his qui ad eccl. confug. & l. reprimendorum. C. quand. licet sin. iudi. se vind. & facit optimè text. in l. de pupillo. §. meminisse, vbi glo. ff. de nou. oper. nunciat. ibi enim à præcepto cum iustificatione, si senseris te grauatũ, incipitur. Pariter etiã in casu nostro propter instrumentum guarantigiæ ordinem defensionis peruertere statuentibus visum est. Et ideo inquit Ang. nu. 3. cum illa quæstio fuisset sibi soluenda Florentiæ cõmissa, eo modo consuluisse, & pariter eodem modo iudicatum fuisse. Verùm quoniam in hoc volumine statutorum, sub rub. 42. infra de præcepto guarantigiæ, in specie de ea tractatur, meritò cum ad eum locum peruenerimus, id quomodo procedat, latius perquiremus.

1 *Citatio non requiritur, vbi de fuga suspicio est.*
2 *Citari necessariò non debet pars super suspicione testium probanda, vbi est fuga suspicio.*
3 *Citatio in monitione necessaria non est, vbi est suspicio fuga.*
4 *Citatio regulariter non requiritur, vbicunque ex citatione periculum futurum sit.*

1 XII. † non requiritur citatio, vbi quis de fuga suspectus est. Poterunt namque tunc contra eum te-
2 stes recipi, † nec pars super suspicione probanda necessariò citanda erit: vt voluit Bald. in l. consentaneũ. col. 5. versi. quæro vnà cum Anton. de Butr. C. quomo. & quand. index, & tradit Ioan. Igneus in l. in cognitione. num. 68. ff. ad senat. consul. sillanian. & est tex. in l. de pupillo. §. meminisse, vbi idem notat Roman. in additione. ff. de nou. oper. nunciat. Id quod
3 † & de monitione dicendum arbitrantur, ut uoluit Feli. in cap. 2. extra de spons. l. post Abba. in d. c. cum non ab homine. extra de iud. c. Id autem ideo factum est, ne ipsa citatione ad fugiendum moueatur, & sic præueniri non posit. l. general. C. de decurioni lib. x. per quem text. idem notat Bal. in l. j. C. ubi quis de cur. uel cohor. Præterea quòd i inspectu de fuga citatio ne opus nõ sit tenet Hipp. Marsi. i d. l. de uno quoque nume. 50. ff. de re iudic. & uoluit Barto. in l. creditor. ff. si cert. peta. & in l. si curialis, in princ. C. de Episc. & cleri. & Angel. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tributo. lib. 10. & Felyn. in c. quoniam frequenter. in principio col. 1. extra ut lite non contestata, & Ioannes Bapt. Ferret. in consil. 31. num. 11. & Innoc. in c. significanit. in fin. extra de testib. & facere inquiunt text. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credito. Præterea hanc eandem sententiam sequitur Prosperus Carauita super ritibus magnæ curiæ, ritu. 170. nume. 15. per ea ultra prædicta quæ uoluit Anchar. in consil. 85. & idem Felin. in c. Rodulphus colum. penult. fallent. 3. de rescript. & Maran. in suo specu. aureo par. 6. actu primo, limitatio. 7. nu. 14. in nouis. & Lanfranc. in c. quoniam contra. in uerli. recusationes, num. 14. uersi. 2. de probatio. & Catellianus Cotta in memorialibus, in uersi. debitor nõ potest. in fin. & uersi. citatio partis, fallent. 4. & Roderi. Suarez in l. 2. titu. de Los Emplazamientos, nume. 34. circa medium & ita quotide practicatur, quia data à creditoribus petitione, causas suspicionum dicentibus, Iudex informationẽ accip. mandat, unde

testes super contentis in ea examinantur, ut noluit etiam Tiraq. in tracta. res inter alios acta, uersi. limita. 3. principaliter, & August. Bero. in d. c. quoniam contra. num. 106. extra de probationibus, ubi idem extendit, quando quis, causa suspicionis, debitoris bonorum sequestrationem à iudice impetrare uellet, per ea, quæ uoluerunt Bald. & Alex. in l. si fideiussor. §. fin. qui satisdare cogantur. Vnde ex prędictis
4 generalis conclusio † ut citatione opus non sit, fieri
potest, ubicunque ex citatione periculum futurum esset. Illud tamen animaduertendum est, debitori suspecto ius impugnandi illas probationes per alias contrarias, ut ex supra deductis apparet, saluum esse oportere.

1 *Citatio necessaria non est, ubicunq; testes omni exceptione maiores, & fide digni examinantur.*

1 XIII. † Citatio necessaria non est, ubicunque testes omni exceptione maiores, ac fide digni examinantur. Planè quòd illis quicquam opponi nō possit, eorumq; dicto acquiescendum sit, dicendum uidetur. Et ideo eorum dictum, atq; iuramentum sine partis citatione ualebit: ut dixit Alexand. in consi. 130. difficultas huius. num. 5. uolum. 1. post Anton. de Butr. in c. neniēs, il primo, col. 2. & in c. secūdo. extra de testib. & Bar. in l. Theopompus. uersi. quod quando aliquis. ff. de dot. prælega. & Hypp. Marsil. in l. 1. §. fi. de quæst. & in d. l. de uno quoq;. nume. 66. ff. de re iudic. & in rubr. de probatio. numero 220. & refert Maranta in suo speculo aureo in 6. & ult. par. princ. in c. proposui, in princ. num. 25.

1 *Citatio necessaria non est, quando mulier ut testis in aliqua causa examinanda est.*
2 *Iusiurandum mulieri pro teste examinanda datur in domo sua sine citatione partis.*
3 *Mulier honesta parte absente iurare debet.*
4 *Iuramentum de calumnia in qualibet causa præstandum non est.*
5 *Testes in qualibet causa, cuiuscunq; dignitatis sint, semper iurare debent.*
6 *Iuramentum calumniæ ad iuramentum testium extendendum non est.*
7 *Citari pars quomodo debeat in examine egregiarum mulierum.*

1 XIIII. Citatio † necessaria nō est, quando mulier
ut testis in aliqua causa examinanda est, quandoqui
2 dem tunc † iusiurandum ei in domo sua sine partis
citatione præstari debet; & ualet illud examen; ut inquit Barto. in l. ad egregias. num. tertio, ff. de iur. iuran. auctoritate Guliel. per text. in §. si uerò mulier. in authen. ut litigant. iurent. & Hypp. Marsil. in d. l. de uno quoque. nume. 59. ff. de re iudic. & de hac limitatione meminit Ludouicus Rom. in sing. 369. & dicit eam nō esse uerā per tex. in l. 2. §. sin autē dignitas. C. de iuram. calumni. Id quod uidetur noluisse etiā Abb. in c. si qui testium. nu. 2. extra de testib. ubi referens illud dictum Barto. satis inquit, equum esse at de rigore iuris non admittendū. Propterea quòd (inquit ipse) sicut ad eas notarius, uel alius delegatus mittitur. cap. mulieres. de iudic. lib. 6. & ita pars mittenda uidetur, cum de eius præiudicio tractetur. Attamen quicquid dicant Roma. & Abb. in locis citatis, cum Barto. magis communis opinio est, quam sequitur Alber. in d. l. ad egregias. num. 3. ubi etiam Ang. num. 2. inquiens iustam esse causam, ne adsit, litigator, si mulier pulcra, & litigator iuuenis sit, &
3 Salycet. ibidem nume. 2. qui dicit † mulierem hone-
stam parte absente iurare debere, & Paul. Castren. num. 2. & Alex. num. 3. & Ias. num. 2. qui dicit, tex. in dic. l. 2. §. sin autem uel dignitas, quem Roma. in contrarium adduxit, corrigi per tex. in authen. principales personæ, quæ subsequitur post dictam l. secundam, in §. mulier honestæ uitæ absente aduersario iuret coràm officialibus. & tradit August. Bero. in c. quoniam contra. num. 99. extra de probation. ubi cū opponeretur, quòd iura, quæ pro opinione Barto. allegantur, de iuramento testibus deferendo non loquuntur, sed de iuramento calumniæ, inter quæ
4 magna est differentia, † cum absolutè in qualiber
causa de calumnia iurandum non sit, ut in capit. literas, & cap. in pertractandis. de iuramen. calumn.
5 & cap. primo, eodem tit. lib. 6. † At è contra, in qua-
libet causa testes cuiuscumque dignitatis sint, semper iurare debeant. l. iusiurandi. C. de testib. & cap.
6 tuis, eodem titul. unde illud, quod dicitur † de iura-
men. calumn. ad iuramen. quod testes præstare debent extendendum non esse. Et ideo inquit ipse, for
7 tassè uerius esse † ad examinandos etiam, ut testes
egregias fęminas, partem citandam esse. c. 2. de testibus, & l. si quando, eod. titu. & dic. c. cum tuis. At ea differentia sit, quòd soli Iudici, non parti citatæ prędictæ mulieres, ut coram ipso iurent, exhibendæ sint & eo modo intelligatur dictum Bart. in d. l. ad egregias; non autem quòd nullo modo pars citanda sit, & ita inquit in practica obseruari. Planè hoc modo declarando utrumq; locum habet, nam pars citatur; & mulieres in conspectu partis citatæ iuramentum non pręstant.

1 *Citatio partis non requiritur, quando testes in causa inquisitionis recipiuntur.*
2 *Tex in c. qualiter & quando, il secundo, de accusa. quomodo intelligatur.*
3 *Solemnitas eadem requiritur in inquisitione, quæ in accusatione, præterquam in solemnitate pœna talionis.*
4 *Notata Instit. de public. iudic. in princ. quomodo intelligantur.*
5 *Citari debet pars, ubicunque per inquisitionem agitur.*
6 *Citatio necessaria non est, ubi fit, delicti commissi indagatio.*
7 *Indagatio delicti processus formam non habet.*
8 *Citatione omissa iudex testes in inquisitione antequā inquisitio formetur, pro informatione curiæ ex officio suo recipere potest, at secus postquā inquisitio formata est.*

1 XV. † Non requiritur citatio partis, quādo testes

in

in causa inquisitionis recipiuntur, ut uoluerunt Hostien.& Ioan.Andr.in c.qualiter & quando.il 2.de ac cusationibus, quod refert & sequitur ibi Ant. Butr. Verùm Romanus in d.singulari 369.contrarium tenet, ea potissimum ratione, quòd in criminalibus clarius ac cautius quàm in ciuilibus procedendum sit.l. absentem. in princ.ff.de pœn.& l. fin. C.de pro
2 batiōn. Nec obstare inquit text.† in dicto cap.qualiter: quia non negat citationem fieri debere, & ideo secūdùm regulas iuris intelligendum esse d. c. 2. de testib.Comprobatur opinio Roma.ex eo, quod, ut inquit Barto.in l.2.§.si publico. ff. de adulter. uoluit
3 Iacob.Butrig.† eandem solemnitatem in inquisitio nē requiri, quæ in accusatione exigitur.præterquam in solemnitate pœnæ talionis, cum in inquisitione si cut in accusatione, qui se pœnæ talionis ascribat, nō
4 fit,& ita intelligi existimabat illud † quod notatur in stit. de publ.iudic.in princi.Sed ubi per accusationē proceditur,partis citatio necessaria est,ergo si in ciuilibus requiritur, multo magis in criminalibus necessaria est,argumento d.l.fi. C. de probatio.& ideo Bald.in l.quarta,§.1. ff.de condiction.ob turp. caus.
5 uoluit, ut ubicunq; per inquisitionem agitur, pars citanda sit.c.per inquisitionem.de electione, ubi idē uidetur sentire Innocen.licet non alleget,& facit cle men.pastoralis.de re iudic.Subdit tamen Bal. ibidē, ut refert Alber.Mathe. in tracta. de testib. in 3. par.
6 princ.numero 14.† ubi fit delicti commissi indagatio,prout est, quando Iudex testem cogit ad ostendendum, & nominandum personam delinquentis, in tali compulsione partis citationem necessariam non esse. At non ea ratione secūdùm Bald. quòd ubi per inquisitionem proceditur, ordo iudicij non re-
7 quiratur,ut instit.de public.iudic.in princ. Sed quia illa prima indagatio, alicuius processus formam habere non uidetur.& ideo processus non requiritur, ut in simili notatur in l.3.§.penult.ff.de bono possess. Itidem simile etiam adduci potest, quando Iudex procedit & de fama inquirit. Augus. uerò Beroius in dicto c.quoniam contra.num.100.extra de proba tion.licet de Bald.& Alber. mentionem non faciat, utrumque dictum fœdere distinctionis concordari
8 posse existimauit, nam in causa inquisitionis, antequàm inquisitio formetur, Iudex pro informatione curiæ,& ut indicia sufficientia ad inquisitionem for mandam habeat, testes ex officio suo sine partis cita tione recipere potest: quia pars inquisita, priusquàm inquisitio formata fuerit, ad illi respondendum citan da non est, ut uoluit Innocen. in c.primo, de postulat.prælato, quem refert & sequitur Barba. in c.testi monium colum.5.de testibus, & Hyppol. Marsil. in d.l.de uno quoque.num.59. ff. de re iudic. & Iacob. de Nigris in l.1. numero 40.C. qui admitt. At postquam inquisitio formata est, & pars ad respondendum citata, quo casu lis contestari uidetur, si Iudex parte instante testes examinatos repetere, aut ex suo officio nouos producere uoluerit, id citata parte facere debet,& hoc modo procedat illud, quod uoluit Roman.Ratio autem est, qui antè inquisitionem formatam Iudicium incohatum non dicitur, sed Iudex quodammodo extraiudicialiter procedere uidetur, & ideo aliquem citare non tenetur, cum modici præ

iudicij talis testium examinatio esse uideatur, & an tè inchoatum iudicium, & litis contestationem testes examinandi non sint, ut habetur in rubr. & toto titul.ut lite non contestata. Verùm cum inquisitioni responsum fuerit, quo casu lis dicitur contestata.& testes, qui recipiuntur, iudicialiter recipi dicuntur, unde magnum præiudicium inferri posset, meritò partis citatio necessaria est, d.c.2.& dic.l.fi quā do & dicta l.de uno quoque. Si uerò inquisitus ad suam excusationem, uel personas,& dicta testium reprobandum, ut dicto c.qualiter & quando. §.debet, de accusat. testes examinare uellet, alia citatio necessaria non erit; quia cum tales probationes iudiciꝰ fieri debeant. l. quinquaginta. ff. de probation. & c. ex literis. extra eod. titul. & contra ipsum Iudicem fieri dicantur, ipse aliter citandus non erit, cum præ sens citandus non sit.l.secunda, C.quomod.& quando Iudex.

1 *Citatio non requiritur, ubi iudex testes super notorio, seu fama publica ad suam informationem recipit.*

2 *Citatio partis an requiratur, ubi Iudex ex officio facere potest.*

3 *Testes sine iuramento recipere potest Iudex, quādo ex officio pro sua informatione procedit.*

1 XVI.† Non requiritur citatio, secundùm Roma. in d.singul.469.uer.6.fallit, ubi Iudex testes super notorio, seu fama publica ad suam informationem, an fama, uel notorium procedat, recipit, ut uoluit In noc.in c.bonæ.de electione,& in c.cum in tua.de spō sal.& refert Bal. in l. qui testamento. §. per contrariū de testamen.& uoluit Barba. in c. cum inter. colum. 15.de consuetudine. At Hyppol. Marsi. in dicta l. de uno quoque.nu.64.uers.item addetu in quātum. ff.de re iudic.contrarium inquit tenere Ioann. And. in addition.ad Specul.in tit.de testamen. in §.nūc tra ctandum. in princip.ubi inquit, quando Iudex ex of ficio procedit, partem citare debere, & inquit hoc dictum fuisse Guidonis de Suz. in l.iurisiurandi, C.
2 de testib.† Verùm prædictis non obstantibus, contrarium uerius putat ibi Marsi.cum in his, quæ Iudex ex officio facere potest, partis citatio non requiratur, ut uoluit Bal.in l.non dubium, colum. 6. uersi. extra hoc quæro. C. de legib. ubi inquit id uoluisse Innoc. in c.dudum.de præscription.& idem Bal. in l. neque natales.in fin.C.de probation.& in l.certum. colum. 3.C.unde cognati; & in l.potest.ff.de testamen.tute. & in l.quinquaginta.ff.de excusatio.tuto. & in l. prima, colum.pen.ff.de leg.2.& in l. si qua per calumniā col.2.C.de Episcop.& cler.& Lud.Roman.in l.1.colum.9.uer.item in officio Iudicis. ff. de arbitr. ad qđ allegat glosam, quam dicit singularem in l.1.§.si cau sa.ff.de bono. possessio.titul. general.& idem uoluit Bal.in l.1.§.1.ff.de ferijs,& Oldra.in consil. 293.uer bum aliquando.in princ. Et facit optimè, quod uoluit Innocen.in c.1.de postulatione Prælatorum, & glo.in c.1.§.si duo.de pace tenenda, quam ibi Bald. reputat singularem, dum uult, ut quando Iudex ex
3 officio pro informatione sua procedit † testes sine iuramen-

+ et intellige ut j° limit.° 93.

iuramento recipere possit. Præterea hanc eandē opinionem sequitur Aug.Bero.in d.c.quoniam contra, nu.104.extra de probationib.& Ant.à Butr.in tract. de notorio,in artic.4.de effectib. notorij,nu.15.ubi multa adducit & declarat.

1 *Citatio non requiritur, quando Iudex agit, ut de absentia rei informetur.*

1 XVII.† Non requiritur citatio, quando Iudex agit,ut de absentia rei informetur: ut uoluit Barto. in extrauaganti ad reprimendum,in uersi.per edictū circa principium, per text. in §. si non administrat, in auth. de exhiben. reis. Id quod uoluit etiam Hyppol. Marsili.in d.l.de uno quoq;. num. 72. ff. de re iudic.

1 *Citatio non requiritur, quando de consuetudine à populo cuiuspiam ciuitatis inducta tractatur, Testes nanq; sine partis citatione recipi possunt.*

1 XVIII.† Non requiritur citatio, quando de cōsuetudine à populo cuiuspiam ciuitatis inducta tractatur; Quandoquidem tunc testes parte non citata recipi poterunt,ut inquit Ant.à Butr.in c. fi.colu. antepenult.uersi.uenio ad secundum principale, extra de consuetudine,& refert idem Hypp.Marsi.in d. l.de uno quoq;.num.70.ff.de re iudic.

1 *Citatio non requiritur, quando Iudex ex suo mero officio pro sua informatione testes examinatos rursus repetere & interrogare uult.*

1 XIX. Pariter non requiritur † citatio, ut inquit August.Bero.in dicto c.quoniam contra nu.107.extra de probation. quando Iudex ex suo mero officio pro sua informatione testes examinatos rursus repetere,& interrogare uellet,ut est tex. in l. ubicunque. ff.de interrogato.action. & in c.cum Ioannes, extra de fide instrumentorum, & tradit glo.in c. iudicantem 30.quæst.ult. Ratio autem ex prædictis colligitur,nam Iudex ex mero officio suo, & pro sua informatione facere intelligitur,ut dictum est in causa inquisitionis.

1 *Citatio non requiritur, quando testes in causa naufragij examinantur.*

1 XX. Non requiritur † citatio, quando testes in causa naufragij examinantur: quandoquidem tunc probatio per testes,qui naufragio interfuerunt, parte non citata fieri potest, ut puta si pars in longinquis regionibus esset, prout dixit Bart. in l. 2. C. de naufrag.lib.11.& Ioan.de Anania in c. excommunicationi,col.antepen.extra de raptorib. Et facit optimè illud,quod uoluerunt Ange.& Pau. Castren.in l. cum hi.§.transactiones.ff. de transact. & refert Hippol.Marsil.in d.l.de uno quoque.nume.69.ff.de re iudica.

1 *Citatio non requiritur, ubi testes in contumacia citati ultima die termini recipiuntur.*

1 XXI. Non requiritur † citatio;ut inquit Roma.in d.singulari.369.ubi testes in contumacia citati ultima die termini recipiuntur. Hanc limitationem inquit eo in loco colligi ex ijs,quæ ipse post Bart. dixit in l.qui antè calen.ff.de uerbo.oblig. refert & sequitur August.Bero.in d.c.quoniam contra.num. 105. extra de probatio. inquiens in facto accommodari posse. quando quis ad examinandos testes pro tali die simpliciter citatus fuisset.Nam si tota dies labatur,certè cum ea die examinari non possint, quæ elapsa est,& ideo post illum terminum examinādi sint, alia citatio necessaria non erit.

1 *Citatio non requiritur, si iudex parte præsente & non cō radicente, testes in alia ciuitate intra certum tēpus recipiendos interlocutus sit.*

1 XXII.† Non requiritur citatio, ut inquit Raffael Cuman.in consil.6.num.2. si iudex parte præsente, & non contradicente,testes in alia ciuitate intra certum tempus recipiendos interlocutus sit. Literis .n. (ut solet) missis, alia partis citatio, quasi ad hoc admonita uideatur,non exigetur l.Iudices. cum authen.ibi in corpore unde sumitur posita.C.de fid.instrum.cū ibi admonitionis mentio nō fiat. Et optimè facit secundū eum lex generaliter.§.his de præsentibus.C.de rebus credit.& authe. principales. C. de iureiur.propt.calumn. & c. præsentium, de testibus lib.6.in quibus nihil pariter dicitur de admonitione.Facit etiam,quia omnia noluisse, & iussisse uidetur.l.2.ff.de iurisdic.omn. iudicum, & l. ad rem. & l. ad legatum.ff.de procurator.& l.j.de actionibus empti.cum simil.

1 *Citatio nō requiritur in depositione testis, cuius dicto ex dispositione testatoris standum est.*

1 XXIII. Citatio† in depositione testis, cuius dicto ex dispositione testatoris standum est, non requiritur,ut dixit Bar.in l.Theopompus.ff. de dote prælega.quē refert.& sequitur Alexan.in consi.130.difficultas huius.uolum.1.& Hippol.Marsi.in d.l.de uno quoque.nu.91.ff.de re iudic.

1 *Citatio non requiritur, ubi testes per cognitorem ad cognoscendum, an quis sit idoneus ad dignitatem, seu beneficium, recipiuntur.*

1 XXIIII. Non requiritur † citatio, ut inqui Roma. in dic. singul. 369. ubi testes per cognitorem ad cognoscendum, an quis sit idoneus ad dignitatem, seu beneficium recipiūtur, ut uoluit Inn. in c.si.in fi. de translatione prælator.& in c.dudum. de præsumptionibus,& in c.bonæ.de postulatio. prælato.& refert & sequitur August.Bero.in d.c.quoniam cōtra. num.102.extra de probation.

1 *Citatio necessaria nō est, si testes prius deposuerunt, &*

deinde

deinde dictum suum dubium & obscurum declarare uolunt.

1 XXV. Citatio † necessaria non est, si testes prius edposuerunt, & deinde dictum suum dubium, & obscurum declarare uolunt: ut inquit Bald. in auth. hodie. C. de iuram. calum. quod dictum refert & sequitur Ludoui. Roma. in consi. 482. in casu præmisso. circa finem, & tradunt Doct. in c. repræhensibilis, extra de appellationibus, & idem Roma. in l. is cui bonis. ff. de uerbo. oblig. & Alexan. in l. eius qui delatorem. ff. de iur. fisci. & in l. Imperator. in fi. eod. titul. & glo. in clemen. præsenti, de censibus; & Barb. in consil. 7. Visis dubijs, colum. 1. uol. 3. & in consi. 39. uiso puncto; & in consi. 87. uiso puncto. col. 9. eod. uol. & in c. nquit. col. 2. extra de appellatio. Id quod satis probari uidetur argumento tex. in c. iudici. il primo, de iudicis, & tradit gl. notabilis in c. de Monacis. 18. quæstio. ult. & Hippol. Marsil. in l. 1. §. fin. nu. 34. de quest. & in d. l. de uno quoque, nu. 76. ff. de re iudi. & Curti. in tracta. de iuramen. calum. in cap. hoc sacramentum, nu. 4.

1 *Citatio in iurandis testibus, ubi agitur naturali æquitate, & iuregentium inspecto non requiritur.*

1 XXVI. Citatio † in iurandis testibus, ubi agitur naturali æquitate, & iure gentium inspecto, non requiritur, ut uoluit Bart. in dicta l. secunda, C. de naufrag. dum ita intelligit tex. in l. scire oportet. ff. de excusa. tut. & refert Marsil. in d. l. de uno quoque, numero 71. ff. de re iudica. & Tiraq. in tracta. Res inter alios acta, qui refert loca, in quibus id generaliter tractatur.

1 *Citatio non requiritur ad uidendū iurare testes, quādo partes iudici, ut testes in earum absentia recipere posit, licentiam dederunt.*

1 XXVII. non requiritur † citatio ad uidendum iurare testes, quando partes iudici, ut testes in earum absentia recipere posit, licentiam dederunt, ut uoluit Bald. in l. siquando colum. 2. uersi. sed quæro. C. de testibus, & refert Hippo. Marsil. in d. l. de uno quoque, nu. 74. ff. de re iudic.

1 *Citatio non requiritur, quando iudex à reo licentiam habet, ut contra ipsum no citatum, uel absentem procedere posit.*

1 XXVIII. Non requiritur † citatio quando iudex à reo licentiam habet, ut contra ipsum non citatum uel absentem procedere posit: Valet enim talis licentiæ concessio, ut uoluit Bal. in l. ut perfectius. C. de anna. except. & Bart. quē sequitur Imol. in l. is qui reus. ff. de public. iudic. & idem Bart. in l. penul. eod. tito. & refert Marsi. in d. l. de uno quoque. nu. 81. ff. de re iudic.

1 *Citatio non requiritur, ubi de examine testium ad perpetuam rei memoriam contra illum agitur, cuius tyrannides, seu potentia timetur.*

2 *Testes, de quorum morte, uel absentia timetur, in loco priuato examinare potest actor. si reum propter eius potentiam conuenire reformidet.*

3 *Citatio quando aliàs peremptoria requiritur, si aduersarius præpotens & magnæ authoritatis citādus sit, unica tantùm citatio sufficit.*

4 *Causa, iusta, ut citatio omittatur, efficere potest.*

1 XXIX. † Citatio non requiritur, ubi de examine testium ad perpetuam rei memoriam contra illum agitur, cuius tyrannides, seu potentia timetur, ut uoluerunt Hostien. & Ioan. Andr. in c. quoniam frequēter, extra ut lite non contestata: & sequitur Ludou. Roma. in singu. 369. & tradit Felin. in d. c. quoniam
1 frequenter. in principio colu. penul. & Hippol. Mars. in dicta l. de uno quoque. num. 63. & 64. ff. de re iud. ubi id, quod diximus de examine ad perpetuam rei memoriam, in c. fin. de hæreti. in 6. exemplum ponit & qualiter intelligatur, tradit latè Abb. in c. præterea il secundo, in fi. extra de sponsal. Planè inquiunt ipsi, si actor reum, propter eius potentiam conuenire re-
2 formidat, † possunt testes, de quorum morte uel absentia timetur, in loco priuato recipi, & eo tempore, quo lis inchoari poterit, fidem facient. Comprobatur optimè ex ijs, quæ notat Io. And. in c. non minus extra de immunita. eccles. Vbi inquit, quando aliàs
3 † citatio perēptoria requireretur, si aduersarius præpotens, & magnæ authoritatis citandus, sit unicam tantum citationem sufficere, prout etiam firmatur in decisio. Tolosa. 475. nu. 2. per ea, quę uoluit Bal. in c. 1. in princ. col. 2. de milit. uasal. qui contu. est, & Alex. in l. contumacia. col. penul. ff. de re iudi. & facit, quod notat Dominicus à S. Geminiano in c. eos de immun. eccl. in 6. & illud, quod uoluit Bal. in l. cōsentaneum. col. 6. C. quom. & quan. iudex; ubi à suspecto de fuga, de quo supra diximus, argumen atur. Præterea idem uoluit Aug. Berous in d. c. quoniam contra nu. 100. uer. 3. principaliter. extra de probationi. Pro
5 cedunt igitur hæc † si iusta causa adsit, at secus si nulla subsit causa, propterea quod in huiusmodi examine pars citāda erit, cū regulariter partis citatio requiratur: ut est tex. in c. significauit. extra de testibus, & notat glo. & sequitur Inno. in c. Albericus, ubi etiā tradit Abb. eod. tit. de testibus.

1 *Citatio non est necessaria, cum iudex testem in falsitate deprehendit, cum pars ibi præsens sit.*

1 XXX. Citatio necessaria † non est, ut inquit Bal. in lib. statutorum, in uerbo Ecclesia, num. 4. cum iudex testem in falsitate deprehendit, cum pars ibi presens sit: ut est tex. in l. nullum. C. de testibus & faciunt ea, quæ notantur in l. ictus fustium. ff. de infamibus, & uoluit idem Bald. in l. presbyteri. C. de episco. & cler.

1 *Citatio in admissione articulorū, quando scilicet, an capitula sint pertinentia uel impertinentia, tractatur, necessaria non est.*

XXXI. Citatio † in admisſione articulorum, quãdo ſcilicet, an capitula ſint pertinentia, uel impertinentia, tractatur; neceſſaria non eſt. Poterit namque iudex id ſine aliqua partis citatione declarare, ut uoluerunt Domini de Rota, quos refert & ſequitur Anto. à Butr. in c. ſecundo, extra de teſtibus, quem ſequitur ibi Abb. & refert Hipp. Marſil. in dicta l. de uno quoque, nu. 90. ff. de re iudi.

1 *Citatio neceſſaria non eſt in examinatione priuilegiorum quæ propter potentiam aduerſariorum de falſo arguuntur.*

1 XXXII. † Citatio neceſſaria nõ eſt in examinatione priuilegiorum, quæ propter potentiam aduerſarij de falſo arguuntur: quandoquidem, ut inquit Abbas in c. accepimus, colum. 1. de fid. inſtrum. eo nõ citato examinari poſſunt, quemadmodum etiam habetur deciſ. Toloſa. 475.

1 *Citatio non requiritur in tributis, datijs, collectis, ſeu functionibus fiſcalibus exigendis.*

1 XXXIII. † Citatio in tributis, datijs, collectis, ſeu functionibus fiſcalibus exigendis neceſſaria non eſt. Ratio autẽ eſt: quia de plano, nullo ſeruato iuris ordine, exigendo & cõpellẽdo debitores, etiam non citatos, proceditur, ut uoluit Bal. in conſi. 434. licet, uol. 3. & refert Rober. Maran. in ſuo ſpeculo aureo in 6. & ultima parte principali, in §. propoſui. nu. 4. & in 4. par. prin. diſtinct. 9. nu. 59.

1 *Citatio non requiritur, ubi figura iudicii ſeruanda non eſt.*
2 *Citatio non requiritur, ubi non datur ſententia.*
3 *Qualitas eſſe non poteſt, ubi non eſt ſubiectum.*
4 *Citatio peremptoria neceſſaria non eſt, cum cauſa ſimpliciter de plano & ſine ſtrepitu & figura iudicij cognoſcenda eſt, ſummaria eſt, ſed ſi requiritur.*

1 XXXIIII. † pariter citatio nõ requiritur, ubi figu
ra iudicij ſeruanda nõ eſt, ut uoluit Bar. in extrauagã
ti ad reprimen. in uerbo figura, in fi. & refert Raffael
Cum. in conſilio 7. num. 7. & Planè cum ſententia nõ
2 exigatur, † multo minus ad eã citatio neceſſaria erit.
3 Cum ubi ſubiectum non eſt † nec eius qualitas eſſe
poſſit. l. eius. ff. ſi cert. petat. Et id ſatis ad eas ſpecies
quas ſupra retulimus, facere dicendum eſt, in qui-
bus iuris ordinem, & ſolemnitatem non ſeruari dixi-
mus, & ideo inquit Michael Vrcurus in l. ſi finita. §.
Iulianus. numero 55. ff. de damn. infec. Aut cauſa
4 † ſimpliciter de plano, & ſine ſtrepitu & figura iudi-
cij, cognoſcenda eſt; & tunc nullam peremptoriam
citationem neceſſariam eſſe: prout notat glo. in uer.
citationem, in clemen. ſæpe. de uerbo. ſignifica. Aut
tantùm ſummaria eſt, & peremptoria citatio exige-
tur, per ea quæ latè ibi deducit, & tradit Ludouicus
Bologninus in d. l. ſi finita. §. Iulianus. num. 40. cum
ſequent.

1 *Citatio neceſſaria non eſt, quando princeps de plenitudine poteſtatis procedit.*

1 XXXV. pariter † citatio neceſſaria non eſt, quando Princeps de plenitudine poteſtatis procedit, ut notatur in c. cum olim. extra de re iudic. & tradit Alexan. in d. l. de uno quoq; col. ult. ff. eod. tit. & Ludoui. Gozad. in conſilio 9. nu. 62. per tex. in l. 2. in fin. de in integr. reſtitu. prout etiam uoluerunt Hoſtien. & Io. Andr. in c. in præſentia. de probation. & idem Io. An. In c. primo de cauſa poſſeſſ. & proprie, & Bar. & alij in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſthu. & l. nam ita diuus. ff. de adoption. & in l. 2. col. 6. C. de ſeruitut. & aqua, & Bal. in l. nec cauſas, C. de appellation. & in l. teria, §. ſi is pro quo, ff. quod quiſque iur. & in l. ſecunda, C. quomodo & quando Iudex & Salic. in l. nec cauſas, C. de appellation. Licet contrariũ expreſsè uoluerint Cardinal. & Panormi. in dicto c. primo, de cauſa poſſeſſ. & proprieta. & latè Franc. Aret. conſi. 165. ſicut Iacob. dicit col. 9. uerſi. circa ſecundum, uerùm de hoc latè tradit Felin. in c. quæ in Eccleſiarum. col. 25. in 6. limitatione per totum, extra de conſtitution.

1 *Citatio neceſſaria non eſt, quando princeps actum facit, per quõ alicui inuito præiudicare poteſt, & quòd ei præiudicare uelit, apparet.*
2 *Citatione omiſſa actus ualet, ſi apparet principem ita ad aliquid faciendum propenſum eſſe, ut aduerſarius præſens eius uoluntatem mutare non poſſit.*
3 *Citatio in iis neceſſaria non eſt, quæ à mera uoluntate principis dependent.*
4 *Princeps cognoſcere, & iudicare parte non citata an poſſit.*
5 *Citatio in ſententia declaratoria principis an neceſſaria ſit.*

1 XXXVI. † Citatio neceſſaria non eſt, quando
Princeps actum facit: per q[illegible]em alicui inuito præiu-
dicare poteſt, & quòd ei præiudicare uelit, apparet.
Planè tunc actus ille ſine [illegible]artis citatione ualere in-
telligitur, ut uoluit Abb. in [illegible]. inter quatuor. colu. j.
de maioritate & obedien. & Ludoui. Roman. in con
ſi. 369. circa primum col. 11. & Abb. in c. olim, de re
iudi. Vnde conſuluit Alex. in conſi. 2. uiſis codicillis.
col. 10. uol. 1. quòd eſt repetitum in conſ. 87. uol. 2. ſi
2 appareat Principem ita † ad aliquid omnino facien-
dum diſpoſitum eſſe, ut etiam præſens aduerſarius
eius uoluntatẽ immutare non poſſit; actum ſine ci-
tatione ualere, ut tradit Dec. in cõſ. 269. nu. 16. & Al
ber. Brun. in cõſi. 16. nu. 16. & Pariſ. in conſ. 1. nu. 72.
uol. 2. & Riminal. in cõſ. 425. nu. 39. uol. 3. & idẽ Pa-
riſ. in d. conſi. 1. num. 27. & Alcia. in conſi. 162. nu. 7.
& in conſi. 169. nu. 14. ubi inquit, in ijs, quæ à mera
3 † Principis uoluntate pendẽt, citationem neceſſa-
riam nõ eſſe. Et ideo Tiraq. in d. tracta. res inter alios
acta, uerſicu. limita. 7. inquit regulam, in Principe
4 † qui cognoſcere & iudicare poteſt parte non citata
limitandam eſſe: ut uoluit Bal. in l. prima, in prin. C.
quomo. & quan. Iudex. per glo. notabilem in l. ante
penult. in fin. ff. ex quibus cauſ. maior. & idem Bal. in
l. nec cauſas, C. de appellation. ubi maturè reſpõdet
ad clemen. paſtoralis. de re iudic. & facit teſt. in c. ſi-
cut in iure. in fine. de exceſſib. prælato. quem ad hoc

notant Hostiens. & Anto. à Butr. At è contra, quòd Princeps de plenitudine potestatis, & absolutę senté tiam parte non citata, & ex consequenti citationem omittendo, ferre non possit, uoluit glos. notab. quã & ipse Bald. sibi contrarius sequitur in l. ult. C. de legibus, & Roman. in l. prima, col. 6. ff. de arbitr. glos. & Ioann. Monac. in extrauag. Bonifacij octaui, rem nõ nouam, in glo. ult. subdit, de dolo & contumacia, & Bart. in dicta l. nam ita diuus, quam legit cum l. adoptio. ff. de adoption. & in dicta l. Gallus, §. & quid si tantùm, ubi recentiores, & præsertim Ias. in utraque lect. col. ult. ff. de liber. & posth. & Bal. in l. secũda, C. de tempori. appellation. & in l. ult. C. de fructib. & litium expensis, & in consi. 58. factum super quo li. 3. & Angel. in l. Princeps. ff. de legibus & Salic. in l. nec causas, C. de appellation. & Roman. in l. si quis arbitratu. colum. 3. ff. de uerb. obligatio. & in repetit. l. 1. col. 5. uer. item similis quæstio. ff. de arbitris: & Ant. & Panor. in c. cum olim, extra de re iudic. & Cardin. & Panor. in c. 1. de causa possessionis & proprietatis & Alex. in dicta l. de uno quoq; colum. ult. uersi. item fallit in processu principis, & Ias. in dicto §. ubi decretum, col. 5. uers. septimò fallit, & faciunt notata per canonistas in c. in nostra, de procuratoribus, & in c. inter quatuor, de maioritate & obedient. & est singularis tex. in c. primo, de causa possessionis & proprietatis, ibi: nec nos contra inauditam partem aliquid possumus desinire; & in l. prima, col. 3. de constitution. prin. & Soc. in consilio 59. in causa nobiliũ, col. 6. uer. sextò & ul. li. 3. & in cõsi. 120. memini me aliàs col. 2. uersi. sed ad abundantiorem, eodem lib. 3. prout etiam latè prosequitur Tiraq. in loco supra adducto; ubi has duas conclusiones concordando, inquit
5 † Primam opinionem saltẽ in declaratiua interpretatione per Principem ambigui uerbi facienda locũ habere; quandoquidem tunc partis citatio necessaria non erit, ut uoluit Innocen. in c. olim, ubi & Hostien. & Panormita. de uerbo. significatio. & Paul. Castren. in consilio 338. quia exceptiones, columna prima, & secunda, libro primo, & si non desint, qui & in sententia declaratoria principis partis citationem requirant: ut est glo. in clemen. ult. de censibus, & in clem. 1. & secunda, de pœn. & Soc. in dicto cõsi. 120. lib. tertio, & Alex. in cõsi. 11. col. 4. uer. nec obstat ẽt prædictis, lib. 7. & idem Soc. consi. 58. uiso testamẽto nobilis, col. 6. uer. sed hoc non obstante li. 3.

1 *Citatio in sententia principis, uel Imperatoris, cum iusta causa subest, necessaria non est.*
2 *Iusta causa in principe semper præsumitur.*

1 XXXVII. Citatio † in sententia Principis, uel Imperatoris, cum iusta causa subest, necessaria non est, ut inquit Robert. Maranta in suo speculo aureo, in 6. & ult. parte principali, in §. proposui, num. 7. per ea quę uoluit Bal. in l. cessante, in principio, C. quomo. & quand. Iudex, & in l. nec causas, & C. de appellationi, & Alex. in cõsilio 2. col. 7. uers. & quod notat Bal. uol. primo, Immo (quòd plus est) in Principe inquit
2 semper † iustam causam præsumi. Et si regulariter sẽtentia Principis, per ea quę supra latè diximus, sine citatione non ualeat.

1 *Citatio necessaria non est, ubi princeps instantiæ peremptæ spiritum insuflat.*

XXXVIII. tunc citatio necessaria non est, qñdo
1 † Princeps instantię peremptę spiritum insuflat, ut tradit Anto. Capicius in decis. Neapolita. decis. 165. num. 6. ubi de hoc tritam, inquit, esse decisionem in l. 2. uersi. quid si ita, de tempor. appellat.

1 *Citatio non requiritur in moderatione, limitatione, uel renocatione pensionis à Papa, uel ordinario in casu sibi permisso facienda.*
2 *Citatio non requiritur, cum princeps de plenitudine potestatis & ex certa scientia alicui gratiam facit.*
3 *Pontifex in beneficialibus liberam & absolutam potestatem habet.*

1 XXXIX. Non requiritur citatio in moderatione, aut limitatione, uel reuocatione pensionis à Papa, uel ordinario in casu sibi permisso facienda, Quandoquidem pars, cui talis pensio constituitur, citanda nõ est, ut inquit Ioãnes Bap. Caccialupus in trac. de pension. quæst. 24. nu. 4. cum sequentibus, & tradit Lodouicus Pontanus in 6. quæst. in consil. 28. dũ inquit, quòd in modificatione pensionis, quam facit Pontifex illius Ecclesiæ citationem, in cuius præiudicium sit, uel alterius, necessariam non esse. Mouetur autem ipse primò ex eo, quòd quando Princeps iusta ex causa ius alterius, nõ solùm minuit, sed per uiam extraiudicialem aufert, citatio necessaria non est l. Lucius. ff. de euictionibus, & l. item si uerberatum. §. pręterea. ff. de rei uendic. & c. ex multiplici de decimis, & clement. dudum, uersi. nos autem, de sepulturis. Ratio autem est, quia cum eo inuito id facere possit, multo magis ut eo inscio & absente, facere possit, dicendum est l. qui potest inuitis, ff. de regul. iur. Secundò comprobat authoritate Innocẽtij in c. nisi cum pridem, circa finẽ in glo. super uerbo in
2 dugeri, de renũcia. dum inquit: cum † Princeps de plenitudine potestatis, seu ex certa scientia, alicui gratiam facit, ad illius ualiditatem eos uocari, quibus ex ea pręiudicium inferri potest, necessarium non esse. Ergo & in proposito ad ualiditatem huius iustę gratię, modificatiuè ex plenitudine potestatis factę ut citatio illius, cui pręiudicium inferri uidetur, necessaria non sit, omnino dicendum est, Tertiò facit illud: quod habetur, secundùm unam lecturam glossę in c. cum olim, de re iudic. dum dicitur, ad ualiditatem ordinationis Principis personam illius, in cuius pręiudicium ordinatio fit, necessariò citandam non esse. Cum certum sit, huiusmodi personę aduersus dictam ordinationem nullam defensionem competere posse, prout dicebat predictus Ioannes Bap. Caccialup. in dicto tracta. de pensio. in 24. quæstion. nume. quinto, consuluisse Ludouicum Romanum in fauorem Monasterij Santi Antonij de pensionem
3 grauati. Quartò comprobatur: quia † sumus in beneficialibus, in quibus Pontifex liberam & absolutam potestatem habet; Et ideo id tunc uerùm esse intelligendum est, quando Pontifex illam, ut diximus, ex potestate absoluta, & eius plenitudine modificat, uel tollit. At uerò si ut Romanus Pontifex

tifex de potestate ordinaria,& tanquam generalis ordinarius Iudex id faciat,tunc ad ualiditatem actus legitima citatio necessaria erit. Alioquin ea omissa sententia Principis, sicut & cuiuslibet alterius, nulla erit.l.fin.C.de legib.& clemen. pastoralis. de re iudi. & c.1.extra de re iudicata,& c.olim,eod.titul. Præterea & illud accedere debet,quòd ille, cui præiudiciũ fit, Pontificis subditus sit,ut puta Clericus, at si non sit eius subditus ille, cui ex concessione pensionis ius quæsitum sit,contrarium dicendum arbitratur: Vel quòd ei ius quæsitum sine facto suo tollere non possit,uel quòd ex iusta causa citata parte tollere debeat, ut uidetur decidere Paul.Castren. in consi. 156. uiso & examinato, ut latius per Caccialup. in loco supra adducto, ad quem me breuitatis causa refero.

1 *Citatio necessaria non est illius, in cuius præiudiciũ principis ordinatio fieri uidetur.*

1 XL. citatio † necessaria non est illius,in cuius præiudicium Principis ordinatio fieri uidetur, ut est gl. secundùm una lectura in c.cum olim,de re iudic. Ratio autem est: quia illi aduersus prædictam ordinationem nullam defensionem competere certum est: ut refert Caccialup.in eod.tract.de pensio.quęst.24. num. 5. de quo in ratione præcedentis limitationis diximus.

1 *Citatio in sententia declaratoria quando necessaria non sit.*

1 XLI. Citatio in sententia declaratoria necessaria non est. Id autem tũc uerum est, cum ex proprio sensu non iudicat,sed uoluntatem testatoris sibi cognitam declarat,ut inquit Bar.in l.Theopompus.num. 9.ff.de dot.prælega.& Butr.in c.nestra. de cohabita. clerico:& mulier.& Franciscus Niconitius in c. quoniam contra.num.94.extra de probation. licet contrarium uoluerit Abb.in c.2.col.5. extra de testibus ut inquit Tiraquell.in d.tracta.res inter alios acta, limitatione 24.uers.sed quod declaratio.

1 *Citatio in notorijs quando necessaria non sit.*
2 *Citari non debet notoriè & inexcusabiliter intrusus, cum spoliatur.*
3 *Tex.in c.licet Episcopus,de præbend.in 6. quomodo intelligatur.*
4 *Emphiteuta uel uasallo, ubi eorum culpa notoria est, absq; citatione possessio auferri potest.*
5 *Citatio requiritur in notorio facti transeuntis.*
6 *Defensio iuris naturalis cuipiam auferri non debet.*

1 XLII. Citatio † in notorijs necessaria non est, Verùm id tunc uerum est,cum tale est notorium, quòd certum sit,citando nullum omnino ius, uel defensionem competere.c. cum olim. de re iudica. & tradit Gozad.in consi.9.num.62.& notat glo.in l. 1.C. qui & aduer.quos. Exemplum ponit Ripa in l.is cui bonis.nu.28.& 29. ff. de uerbo. obligation. in notorio facti permanẽtis,id quod uoluit etiam Alber.Brun.
in consilio 19.nu.12.uol.consilio feudal. per ea quæ
tradit Panormi.in c.ad nostram.il secundo,de iureiu
ran.cum concordantibus,de quibus per Feli.in c.Ec
clesia sanctæ Mariæ.uer.3.limitatur,de constitution.
& latissimè in d.c.cum olim.uersi. non est citandus,
de re iudic.ubi adducit etiam Ludouic.Roman.in cõ
silio 383.dubitatur primò,& in consilio 499.in præ-
2 missa,qui uult,quòd notoriè † & inexcusabiliter in-
trusus non uocatus spoliari possit. Ad quod citat ẽt
Lapum in allegatio.227.colum.ultima:dum uult in
casu.c.1.homici.beneficium possessore non uocato
conferri omnino posse; Et ideo Panormitanus post
Inno.in c.accepta.de restitutione spoliatorũ, inquit
ubicunque alicui ius in re,uel defensionem non com
petere,notorium est,per superiorem illi absque alia
3 citatione auferri,& eũ spoliari posse: Nec † quicquã
obstare inquit,c.licet Episcopus,de præbend.in 6.ꝑ
pterea ꝙ in notoriis non procedit ut etiam latè com
probat Fel.in d.c.cum olim, prout etiam plures con
cordantes affert Barbatia in consi.51. scripsit sapien
tissimè fons.in uersi.secundò facit, uol. primo. Et fa-
cit non modicum,quod dicit Bald.in c. primo .§.fin.
uersi.quæritur,an Dominus.de pac.iuramen.firmá.
in usibus feud.dum inquit, dominum iurisdictionẽ
habentem † uasallo notoriè inobedienti, uel em-
4 phyteutæ,cuius culpa liquida est;possessionẽ aufer-
re posse. Id quod uoluit etiam idem Bald. in consil.
318.ad euidentiam.propè finem,uolu.primo, & la-
tè prosequitur Cardina.in c.primo.uersicu.extra gl.
in titu.quo tempo. mil. in usibus feud. Præterea hãc
opinionem tanquam indubitabilem firmat Paris. in
consi.1.num.35.uolum.1.& Tiraqu.in tracta.res in-
ter alios acta,in secũda limita.uer.postremò hinc est,
per tex.in c.bonæ.il primo; in uersi. porrò, extra de
electione,& in c.uenerabilem,ubi etiam Panormit.
hoc modo intelligit.colu.6.uersi.item nota, ibi sunt
enim,extra codem ,& in cap.ad nostram,il terzo, co
lum.2.uersi.opponitur secundò, extra de iureiuran.
& in c.accepta,col.pen.extra de restitutio. spol. & in
c.cum sit Romana.extra de appellationibus, & in c.
1.col.2.de causa possessionis & proprietatis, & ita
etiã uoluit Panor.in c.uestra, col.ult.uer.circa quar-
tum,extra de cohabit.cler.& mulier.& idem Panor.
in consilio 68.in fin. lib.2. quibus in locis ita inquit,
glossam intelligendã esse,& doctores,qui in notorijs
citationẽ necessariam nõ esse aiũt. Præterea hoc idẽ
nulla Panormitani facta mẽtione,sequitur Barbatia
in dicta l.is cui bonis.col.19.uersi.nulli tamen uide-
tur,ff.de uerbo. obl. ubi & illud præterea dicit, ꝙ in
notorio ex facto iuris resultante citatio nõ reqritur,
argumento eorũ;quæ notantur in c.afferte,de præsũ
ptio.& in c.Rainutius. de test. & per Bar.in l.1.C. ut
quę def. aduoc. Rursus hanc opinionẽ tenet Bal. in
l.ut uim.ff.de iusti.& iur.per tex.in l.in crimine.ff.de
adulter.& idem Bal. in l.iubemus.C.de defensor. ci-
uitatum,& in auth. sed nouo iure.C.de seru.fugit. &
Abb.post alios,& Anto.à Butr.in c. ex insinuatione.
circa finem,de appellationibus,& Affl.dec.182.post
numerum primũ,& Hieronimus Grat.in consilio 1.
nu.7.uol.1.& in consi.76.nu.15.uol. secundo, & Io.
Bap.Ferret.in consi. 121. nu.6. & Soc. iun. in consi.
77.nu.100.uol.1.& Thom.Grammat.deci.65.nu.9.

& deci.306.num.58.& Ioā.Bertac.in tract. de episc. in secunda par.de causa mater. degradatio.num.11.
5 & Aug.Bero.in c.1. nu.214. extra de iudi.† At uerò, si sit notoriū facti trāseuntis, in quo certi non simus, an aliqua absenti defensio competat, & tunc citatio omnino necessaria est, ut inquit Ripa in d.l.is cui bonis, num.29.ff.de uerb.oblig.& uoluit Panormi.in c. dudum, de electione, & in c.euidentia. de accusatio. & Cardinalis & Imola in c.extirpandæ. de præbend. & Cur.in consil.20. Nam illi qui notoriè prodigus, uel furiosus reputatur, aliqua defensio competere potest. Cum, ut ipse furorem, uel prodigalitatem simulauerit, accidere possit, & ideo prætori de prodigalitate per idoneos testes, parte uocata, citatos & examinatos constare debet.l. si quando. C. de testibus, & c.in nomine Domini.eod.tit. Alioquin causa cognita processum nō diceretur.l. hoc autem.§.1. ff.ex quib.caus.in possessio.eatur, & ideo inquit Areti.in consi.166.nu.7. ut in tali noiorio citatio requiratur, dicendum esse, ne si procedatur sine citatione,
6 excusatio, & defensio parti auferatur, † quæ cum iuri naturalis sit, auferri non potest, clemen. pastoralis, uersi.cæterùm, de re iudicata, & l.non tantùm. de appell. & c.1. de causa possessionis & proprietatis, prout etiam tenet Hostiē.in c.cum sit Romana, extra de appellationibus, & sequitur Ant. à Butr. post ualde prolixam disputationem in d.c. uestra. de cohabitatio cleri. & mulier. quando scilicet proceditur in notorio facti transeuntis in certam personam absentem, & notorium est excusabile, ita ut certum non sit, nullam defensionem competere posse, & ita tenet Abb. & sequuntur recentiores in d. c. cum sit Romana. de appellationibus, & in d. c.uestra.in fin. Idem præterea tenet Salic. id declarans in l. ea quidem.C. de accusationibns, & pro hac declaratione est text. in l.2. in fin. ff. siquis in ius uoca. non ier. & ibi per Barto. & in l. tertia.§. si ad diem.ff.de re milita.quē ad hoc adducit Bal.ī l.presbiteri. C.de epis.& cler.& ī l.cū fratrē. C. de his quib. ut indig. Præterea dicitur etiā ī d.l.2.in fi.ꝙ licet ille, cui à Iudice terminus, assignatur, in termino non compareat, & sic Iudici eius contumacia notoria sit; Attamen quia hæc notorietas propter iustum impedimentum excusari potest; meritò pœna processum respiciens, seu facultatem procedendi, eo nō citatio, imponi non potest, ut declarat Bart.in d.§. sed si ad diem. & in d.l. 1. in fine.ff.siquis ius dicend.non obtemperauerit, ubi expressè, quòd contumacia iudici liqueat, præsupponit, quando citatus coràm eo, qui citauit, infra terminum debuit comparere.& pro hac opinioue allegant communiter Doctores tex. in c.fin. iuncto c.1. de offic.deleg. in 6.& facit text. in c. sæpe. in principio de appellationibus, quem ibi singulariter notat Abb. Propterea quòd ibi probatur, quòd licet coràm Iudice quęstio iuris dumtaxat uersetur, & sic sit quæstio super notorio, secundùm Innocen.in c.cum inter.de consuerudine, & Bald. in l.1. ff. de testib. & in l.Imperator.in 1.lectura.ff.de statu hominum. Nihilominus pars citanda est: quia contra illud ius facti consuctudo allegari posset, & ex consequenti contra illud notorium aliquam defensionem competere dicendum est. Præterea hanc declarationem sequitur Hyppol.Marsil.in l.fin.num.33. ff. de iurisdic.omni.iudi.& in rubr.C.de probatio.nume.221. & nume.227.& in d.l.de uno quoq; nume.9.ff.de re iudic.& in rubr.ad legem Corneliam de falsis.nume.41. & Innocent. in c. sacro. de sententia excommunicationis, in principio, & in c.tua.de cohabitat.clerico.& mulier.& Dec. in l. extra territorium, nume.15. ff.de iurisdic. omn. iudicum: & in c.cum sit Romana, num.53.extra de appellationib.& Roman.in singula. 775. & ibi in additione Nicola. Pig.& idem Roma.in cons.369.circa primum, dubio 5.in fine, & Ias.in l.nec quicquam.§.ubi decretum, fallentia.7.ff. de offic.proconsul.& lega.& habetur in consi. Ioannis de Tortis in fauorem populi Florentini num.30. impresso post consilia Antonii de Butr. & Alexan.in l.quod iussit, num.33.34.& 35.ff.de re iudica.& habetur in decis. Tolosana 440. & tradit Ioan. Iacob. in consi.114.num.354. inter consilia Bruni in uolu. consiliorum feudal.

1 *Citatio nō requiritur, quando ille, qui citandus esset, actui, qui fit, contradicere non potest.*

1 XLIII. Citatio † necessaria non est, quando ille, qui citandus esset, actui, qui fit, contradicere non posset, ut uoluit Roma.in consil. 212.quò ad primū col. 1.per tex.in l.si cum seruum.§.siquis seruum, ibi, ut si pręsens esset; & in §.ex iniusta, ibi, non esse uocati.ff. de fideicommiss. libertat.& per tex.in l. recusare, ad senatusconsult. trebellia. quod dictum refert & sequitur Hieron. Zannettinus Auunculus Hyppoliti in suo consi. incipiente, licet quærere rationem, in princ. car.3. & refert ipse Hyppo.Marsil.in rubr. de probation.nu.219.& Abb.& post Ioānem Andr.in d.c.cū olim, col.6.uersi.secunda causa extra de re iudicata.& in c.causā quæ.col.1.post Anton.à Butr.ibi extra, de rescript.& in c.auditis. colu.3.de procuratoribus, & sentit Abb. in c. accepta. in fine de appellationib. & idem Abb. in c. bonæ. primo, colu.4.uersi.item noto, de electione, & Oldrad. in consil.95.ex forma istius statuti in fine, & Ioann. Calder. in consil.8. quod statutum, & clarius Paul. Castren.in consi.216.circa primum, col.penult.pro quibus etiam facit dictum Bal.in c.cum sicut, col.2. de eo qui mitt.in possess.rei seruan.caus. per Alexan. in l.si pacto quo pœnā, colu.1.uersi.limita tamen.C. de pact. & faciunt dicta per Socin. in consi.4. super. col.penul.uol.3.& tradit Hyppol. de Marsil. in l.fin. num.39.C.de probation.& in d.l.de uno quoque nu. 67.ff.de re iudic. & in singulari 30. tu scis, & in l.1. §.fin.colu.5. uersi.& facit etiam.ff. de quæstionibus. Præterea eandem opinionem sequitur Dec.in cons. 698.nume.3.par.5.per tex. in l.qui potest. ff.de reg. iur.& facit tex. in l.nec non ignorante, & inuito, ff. de tutorib.& cura. datis ab his, & in l.4.§.1.ff.de fideicom. libertatib. & idem Roman. in consil.369. circa primum, dubio 5.uersi. huius est ratio.& idem Alex.in cons.2.Visis codicilli, colu.6. lib.1. & Alber. Brun.in consi.1.num.70.& in consi.19.nu.5.in uol. consilior.feudal.& Ioannes de sancta Iulia in consi. 3.nu.10.eod.uol.consilio feudal. & Tiraq.in tract. res inter alios acta, uersi.limita.2. & Ioannes And.

in c.

in c.2.extra de noui oper.nunciat. & in additio.ad Specul.in tit.de senten.§.species,uers.habeo de praecepto,circa mediũ,& Anchar.in c. Romana,in uerb. reuocent, de appellationib. lib.6. & Ioannes Faber in l.2.in fin.C.si per uim uel alio modo, & Imol.in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquir.haeredita.& Roma.in consi.212.quò ad primum,in princ.uers.1. & secundo,& iterum colum.7.& Alexand.in consil.130.difficultas huius negocii,post principium, lib.primo.

1 *Citatio non requiritur,in legitimatione naturaliũ filiorum uiuente patre.*

2 *Citatio in dispensatione an requiratur.*

1 XLIIII.Citatio nõ † requiritur in legitimatione naturalium filiorũ uiuente patre. Etenim tũc Agnati necessariò citandi non sunt, ut uoluerunt Cin. & Bal.qui hoc limitant,in d.l.nam ita diuus.ff.de adoptionib.& Ioann.Andr.Anton.à Butr. Calder.Cardina.Panormita. & alii in c.per uenerabilem, extra qui filii sint ligitimi, & in additione ad Spec.in tit. de successionib.ab intesta.§.1.col.ult.uers. itẽ scias, & Federic.Senen.in consi.57.uidetur mihi,quòd in priuilegio legitimationis:& Barto. in l. Gallus.§.& quid si tantùm in fin. ubi recentiores latè. ff. de liber.& posthum.& Calder. in consil.30.in titul.qui filii sint legiti. & Bald.in consil. 56. an pater qui fecit,lib.1.& in l.1.colu.penult. C.de inoffic.donationibus, & in proœm. C. col.4. & in l.ult. C. quib. res iudic.non nocet,& in rub.extra de rescrip.colu. 1.& in c.Albericus de testib.& in l.2.colum.8. C.de seruitu.& acqu.& idẽ Bal.i cõsi.204.super primo artic. lib.2.& in cõs.306.casus quaestionis t lis est,col.ult. lib.2.& in cõs.105.primò est uidendũ.lib.5.& in cõsi.361.uerba Bar.in princ.eod.lib.5.& in consi.163. quaeritur,utrum filius, codẽ lib.5.& Ioannes Lignanus,& Frãcis.Rãpo.inter consilia Bal.cõl.18.quaest. proposita.col.3.lib.4. & Ang.in consil.84. & Petr. Anc.in c.1.de successionibus ab intesta. & in consil. 406.circa primum quaesitũ,& Imol.in c.nisi cũ pridem.§.personae. de renunciat. cum d. consil. 94.in fin.ubi dicit,hanc esse communem opinionem, & iterum in consil.168. Reuerendus Pater Dominus Episcopus Vicentinus,& Panormitanus in d.c.cum olim.colu.5.de re iudica.ubi refert se ita consuluisse sicuti uerè cõsuluit in consi.85.uidetur primò dictã donationem,col.3.lib.2.& Ioan. Anan.in consi.29. uisa Imperiali,in 5.dubio;& Rapha. Cuman.in cõs. 98.supposito tenore,colu.penult.ubi dicit hanc esse communem sententiam Doctorum, & Alex.in cõs. 187.col.3.lib.5.& in consi.penult.eod.lib.5. & latè Barba.in consi.49.scribitur sapiẽtiae,per totum lib. 2.ubi dicit ita uidisse consultum, per praestantissimos Doctores,& Socin.qui hanc dicit esse communem,in consi.47. in praesenti consultatione, col.10. uer.secundam rationem,lib.4.& Philipp.Dec.in cõsil.338.in casu proposito,post principium, & in consil.365.pro declaratione,col.2.in fine, & in consilio 367.Viso puncto. col. 6. & Ludouic. à Sardis in tracta.de legitima.in rubr.requisita limitatione impetranda.§.sextò quaeritur.nu.7.8.9.& 10.ubi id etiam uerùm esse arbitratur, mortuo patre:dummodo in suo testamento, filium suum legitimum successorẽ esse uelle dispofuerit,& deinde legitimationẽ impetret,& idem Dec.in cõ.698.per totum,& Mattheus Afflic.in c.mulier.habens.§.2.nota nu.15.si de feud. fue.controuer. inter Dominum & Agna. & Socin. Iun.in cõsi.14.uiso tenore priuileg.j,nu.4.uolu.2.& in consi.97.nu.40.eo. uol. 2. p ea quae uoluit Cor.in consilio 1.col.6.uer.nec obstat secunda rõ, uol.3.& Cor.in consilio 61.super praemissa narratione,colu. 15.in fine,& Soc.Sen.in consilio 3. in causa Domini Guidi,col.3.uer.V.quia nõs,uol.3.& in consilio 91. nulli dubium,col.j.in fi.uer.non tamen declarat,uol. 4.& Dec.in consilio 55.col.2.& in consilio 367.col. fi.uer.4.& ult.& procedit haec opinio secundùm dictum Soc.Iuni.in d.cõsilio 97.nu.41.etiam si legitimatio fieret de spurio,seu adulterino filio,& sic posset dici dispensatio:quia semper uiget ratio illa,q̃ Pater posset ad libitũ agnatos priuare,& quòd ipsi non dicuntur praetendere interesse probabile, nec habẽt spem considerabilẽ,ut uolebat idem Soc.Iun.in consilio 93.nu.36.37.& 38.uol.3.& Brun. in cõsil.j. nu. 7.in uol.consi.feud.

Haec quae diximus,ad legitimotionem pertinent, 2 quò verò † ad dispensationem contrarium noluit, Socin.Iun.in consilio 99.nu.3.eo.uol. secundo. Quã doquidem non sit propriè citatio, ualere non posse arbitratur; ut uoluit Soc.Sen.in dicta l. Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de liber.& posth. & in cõsilio 212. quoniam in praesenti.col.13.uersicu.non omitto, & Ias.in dicto §.& quid si tãtùm.col.antepen. & Maria. Soc.Sen.in tracta.de citatione,artic.secundo, principali,uers.23.procedit in legitimatione,in fin.ubi allegat consilium Petri de Anchar.241.ex tenore priuilegij, & idem uoluit Ioann. Crot.in dicta l. Gallus.§.& quid si tantùm, col.38.uers.4.limitatur. ff. de liber.& posthu.& Dec.in cõsi.338.in casu proposito,num. 3. Et hanc dicit communem opinionẽ idẽ Maria.Soc.Iun.in consilio 120.nu.27.eo.uol. secundo,& Albe. Brun.in tracta. statutorum excludentiũ fœminas propter masculos;artic. 12.quaest.4.limitatio.4.in fi.Soc.Sen.in consilio 246. eleganter.nu.5. & sexto,uolum.secundo,& Gozad.in consi.48.nu.3. & Io.Baptista de sancto Seuerino in l. sed si hac§. patronum.ff.de in ius uocan.qui dicit ita fuisse consultum per Ioannem de Anania,& alios quamplures: & sequutus est idem Soc.Sen.in consi.65. super proposita quaest.col.fin.uol.3.& idem Ludou.Gozadin. in consilio 85.nu.6.& in consi.6.nu.61. qui hanc limitationem,vt scilicet in dispensatione citatio necessaria sit,in inferiore à Principe,procedere ait, At secus in ipso Principe,quandoquidem potest ipse,etiã citandis non citatis, dispensare, ut notatur in d.§.& quid si tantùm;& in d.c.per uenerabilem, extra qui filij sint legitimi: & supra uidimus in limitatione, quando Princeps alicui praeiudicare uult.

1 *Citatio in informatione bullae necessaria non est.*

1 XLV. † in informatione Bullae citatio ea potissimum ratione necessaria non est, quòd inuita parte fieri potest, & ideo, ut ea ignorante, & absẽnte, fieri

fieri posſit, multo magis dicendum eſt. l. qui poteſt inuitus.ff.de reg.iur. & l.4.§.1.de fideicom.libertatibus, & l. nec ignorante, de tutoribus, & curato.datis ab his. Pot eſt tamen pars, ſi id in ſignatura nõ contineatur, opponere; & ideo prædicta informatio, quatenus fieri eo modo non poſsit, parti nocere nõ debet.l. Imperator.la prima.ff.de ſtatu.hom.& l. errore.C.de teſtamen. & tradit Petr.Rebuf. in praxi beneficiorum, de forma & correctione Bullæ. numero 8.

1 *Citatio neceſſaria non eſt, quando Pontifex contra tenentem indebitè res eccleſiaſticas definitiuam ſententiam profert.*

1 XLVI. † Citatio non requiritur, quando Pontifex contra tenentem indebitè res eccleſiaſticas definitiuam ſententiam profert: ut inquit Ioan. Andre.in dicto c.olim.dè re iudic.in nouella, & refert Bald. in prælu.feudor.colum.7.in fin. uerſicu. aliqua; & in l. ſecunda, C.quomodo & quan. Iudex, & Iaſ. qui hoc reputat ſingulare in l.nec quicquam.§.ubi decretum col.5.uerſ.quartò limita. ff. de offic. proconſu. & refert Franciſ.Niconitius in c.quoniam contra.nu.57. cum ſequentibus, de probationibus. Comprobatur hæc ſententia Ioan. Andreæ, ut inquit Niconitius, quia ſi lata ſententia ad Pontificem appellatio deuoluta eſt, poſſet & ipſe etiam ſine partium inquiſitione ſententiam ferre: ut uoluerunt Angel. & Imol.in dicta l.de uno quoque.ff.de re iudic.per tex.in c. cupientes. §. cæterùm. & ibi Ioannes Andreæ, de electione in 6. & ſequitur ſimpliciter Alex. in l. prima, C.ut quę deſu.aduoca.& Iaſ.in l.properandnm. §. & ſi quidem.colum.1.nu.6. C.de iudic. At ſi per alium ſine partium inquiſitione ferretur, nulla ipſo iure eſſet, ut uoluit Bart.in dicta l.1.C.ut quæ deſ.aduoca. Ergo ſi à Pontifice ſine citatione ferri poteſt, mirandum non eſt. Intelligitur autem prædicta concluſio ut inquit Tiraq.in d.tracta.res inter alios acta; limitatione 6.uerſ.ſed aduerte, quando adeo notorium eſt res Eccleſiaſticas iniuſtè teneri, ut nulla defenſio eas detinentibus competere poſsit, ut uoluit Abb.in dicto c.cũ olim, col.7.alioquin Pontifex ſine citatione procedere non poſſet, ut ultra prædicta uoluit Ioan. Monac.in extrauaganti rem non nouam; & Roma. in conſi.369.circa primum.colum.1.& 2.ubi id, quo modo intelligatur, optimè declarat, & ſi in Pontifice ſimpliciter prædictam limitationem locum habere, Niconitius uelle uideatur, in d. c.quoniam contra falſam, num.57.cum ſequentibus, extra de probationibus, ex quo id cæteris Principibus non concedi arbitratur, per ea, quæ ibi latè deducit. Verùm Tiraquelli ſententiam ſequendo, dicendum eſt, eandem ſequi Hyeroni.Gigant. in tract.de crimin. læſe maieſta.in titu.qualiter in crimine læſæ maieſtatis procedatur; quæſt.6.num.7.& uoluit Matth.de Afflic.c.1. §.& bona committentium, col.4.uer.uigeſimum nonum ſpeciale, in tit.quæ ſint regalia, in uſib. feudo.& uoluit Felin.in dicto c.cum olim, in uerſi.nota dictũ Hoſtienſis, referens, quòd Vrbanus Papa contra Spoletanos, qui de facto terram Eccleſiæ occuparãt, ita fecit, & tradit Bal.in procem.feud.colum.12.& Roma.in ſingula.678.& in l.1.C.de hæredib. inſtituen. & Maria.Socin.in rubr.de dilationibus, & Hyppol. Marſi.in dicta.l.de uno quoq;.col. 2. uer. nec habet obſtare.ff.de re iudi.& Iaſ.in l.1.col.2.ff.de conſt.pecunia, & in l.nec quicquam, §.ubi decretũ, col. 6. uer. quartò limita.ff.de offic.proconſul.

1 *Citatio non requiritur, cum quis notoriè in beneficio intruſus eſt.*
2 *Electus, de cuius non iure notoriè conſtat, citandus non eſt.*
3 *Beneficium, eo non uocato, qui ei renunciauit, etiã in manibus non ſuperioris, conferri poteſt.*
4 *Violentus iuramento iniuriam paſſo de rebus ablatis deferendo contradicere non poteſt.*
5 *Iudex ſuper nullitate proceſſus, quando nullitas ex defectu incompetentiæ iudicis notoria eſt, parte etiam non citata pronunciare poteſt.*
6 *Eccleſiam, qui notoriè iniuſtè detinet, poteſt abſque citatione, ſicut de facto ſe intruſit, ab ordinario ſpoliari.*
7 *Citationis exceptionem opponere non poteſt creditor, qui abſolutionem à iuramento ſuo debitori factam impedire non poteſt.*

1 XLVII.† cum quis notoriè in beneficio intruſus
eſt, citatio non requiritur; Quandoquidem non citatus, uel uocatus ſpoliari poteſt, ut refert Hippol.Marſil.in rub.de probation.num.222.ubi allegat Innocentium, & Hoſtienſem in c. accepta, de reſtitutione ſpoliatorum, & in c.ordinarii.de offi.ordinarii in 6.& Lapum in c.fin.de electione in 6.dum inquit,
2 † electum, de cuius non iure notoriè conſtat, citandum non eſſe. Facit etiã, quod dixit Cardi.in c. quod in dubiis.colum.3.de renunciationibus, dum inquit
3 † Beneficium eo non uocato, qui ei renunciauit, etiã in manibus non ſuperioris, conferri poſſe. Facit
4 † etiam, dum inquit, uiolentium iuramento uiolentiam paſſo, de rebus ablatis deferendo, contradicere non poſſe, c.fin.extra quod metus cauſa, & l.ſi quando. C.unde ui.& ideo in eo deferendo citandum non eſſe, per ea, quæ uoluerunt Domini de Rota deciſi. 2.in nouiſs.in tit.quod met.cauſ.& Iaſo.in d.l.ſi quãdo.col.5.& Dominic. à S. Geminia. in c.ſua.in fi. de offic.uicarij, dum inquit, Iudicem ſuper nullitate pro
5 ceſſus, quando † nullitas ex defectu incompetentiæ Iudicis notoria eſt, parte etiam non citata, pronunciare poſſe, ut eſt glo. fin. quam inquit ualde notandam ibi: & idem ſecundum eum uoluit Abba. in c. cauſam. colum. prima, extra de reſcript. Præterea hanc eandem opinionem ſequitur idem Hippol. Marſil.in dicta Rub.de probation.nume.225.per ea quæ uoluit Abb.in c.quia clerici. in prin.de iure pa-
6 tronat.dum inquit, † eum qui eccleſiam notoriè iniuſtè detinet poſſe abſque alia citatione ſicut de facto ſe intruſit ab ordinario ſpoliari, ut uoluit glo. in l. ſi minor.ff.de euictio.& notat Innocen.in c.querelam. de electione, & Bald.in l.ſi pacto quo pœnã. C.de pa-
7 ctis. Dicimus † etiam, creditorem, qui abſolutionem à iuramento ſuo debitori factam impedire non poteſt, exceptionem, quòd citatus non fuerit, oppone-

re

re nõ posse, vt voluerũt Ioã. Calder. in consi.7. in tit. de iureiurã. & Paul. Castren. in cõsi. 214. circa primũ col. penul. dũ vult, habilitandum quẽpiam esse ad dicendũ cõtra arbitramẽtum de enormi læsione absq; citatione partis, propterea ꝙ etiã si præsens fuisset, cõtradicere, & beneficiũ alteri à iure concessum tollere nõ potuisset, & si hæc extrema quadragesimæ secundæ limitationi, ubi de eo, qui contradicere nõ potest, tractatur, magis conuenire uideantur.

1 *Citatio non requiritur, si res emphiteuta in commissum ceciderit; Nam Dominus eam alteri in emphiteusim primo emphiteuta non citato cõcedere potest.*

2 *Argumentum de feudo ad emphiteusim in iure ualidum est.*

3 *An emphiteuta incidens in commissum ipso iure cadat absque ulla sententia declaratoria, domini tamẽ uoluntate accedente.*

4 *Argumentum de feudo ad emphiteusim ualet.*

1 XLVIII. †citatio non requiritur, si res emphiteutica in commissum ceciderit, quãdoquidem Domino, eam alteri in emphiteusim, primo emphiteuta non citato concedere licet: Cum in actu extraiudiciali præsentia illius, qui vocatus, & præsens actui contradicere non potest, necessaria nõ sit: vt voluit Roma. in consil. 212. quò ad primum, & refert Hippol. Marsil. in Rub. de probationibus, nu. 224. adducendo Antonium à Butrio in c. tua. colum. 4. versi. ex his potest decidi, de ordine cognitionum, & idem Hippol. in d. l. de vno quoque. nu. 105. cum sequentibus. ff. de re iudic. vbi adducit etiã Alex. in cõsil. 130. difficultas huius, uol. 1. & in cõsil. 267. visa facti. col. prima, vbi inquit hanc partem tenuisse Bal. in c. quæ in Ecclesiarum, col. 9. de constitution. & idem Alex. in consil. 227. circa processum: colu. vlti. Idem tenet etiam Ias. in l. 2. colu. 6. versic. item quinto. C. de iure emphiteu. & Riminal. in consi. 421. nu. 2. & num. 23. volu. 3. Hæc autem conclusio, non solùm in emphi-
2 teusi, sed etiam in feudo locum habet, cum †argumentum de feudo ad emphiteusim, & ècontra in iure validum sit, vt notat glos. in c. primo. in fin. in titu. an Agnati vel filij: & notat Bart. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obligation. & voluit Alex. in d. consilio 267. visa facti narratione, volum. 1. & Hippol. Marsi. in d. l. de vno quoque. nu. 106. ff. de re iudic.

3 Id autem ab ea conclusione pendere videtur† An emphiteuta incidens in commissum à iure emphiteutico ipso iure cadat absque vlla sententia declaratoria, domini tamen voluntate accedente. Quã in re ita diuisi sunt doct. nostri, ut quæ nam sit communis cõclusio, nõ facilè dignosci possit. Nam quòd sententia declaratoria necessaria non sit, voluit Corne. in consil. 137. num. 12. uolu. 1. & Tiraquell. in l. si unquam. in verbo reuertatur, nu. 10. & 11. C. de reuoc. donatio. & Ias. in l. 2. num. 2. cum alijs seq. C. de iure emphiteu. cum quæreret, an emphiteuta priuetur ipso iure, an uero sententia requiratur, & tandem sententiam non requiri concludendum arbitratur. & Decius in consi. 146. num. 5. cum sequẽt. sentẽtia declaratoria opus nõ esse, existimat; Immo (quod plus est) vt dominus propria auctoritate expellere possit, & Alexand. in consilio sexto, nume. 19. & 20. lib. 3. inquit emphiteutam priuari ipso iure; neque sententia declaratoria, nisi quò ad executionem opus esse. & idem Alexand. in consil. 105. nume. 17. & 18. uolum. 3. Idem licet primo loco de simplici colono loquatur, in emphiteuta concludit, vbi Mod. apostil. in additione idem inquit voluisse Aret. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poss. & in consil. 21. colum. fin. & Corne. in consil. 166. lib. secundo, & in consil. 271. lib. tertio, & in consil. 177. li. 2. & in consi. 118. lib. 4. & Ias. in auctẽn. qui rem C. de sacrosa. eccl. & in l. 2. C. de iure emphite. & Deci. in consil. 146. & latè Ludoui. Gozad. in consil. 39. nume. 25. & 26. & Cepolla in consil. 25. numero 10. & Bal. in consil. 301. nume. 5. uolum. 1. & Felin. in consi. 25. nu. 10. & 11. & Tiraquel. in eadem l. si vnquam in uerbo reuertatur, nu. 398. & 399. & Abb. in c. potuit, num. 13. de locato. & Soci. Iunior in consil. 111. numer. 3. uolum. 2. & Alex. in consil. 44. num. 3. uol. 3. Præterea, quòd dominus propria authoritate emphiteutam, qui defecit in solutione expellere possit, voluit Crotus in l. 1. nume. 28. ff. de acquir. possess. vbi rationem affert & Hyppo. Marsil. in l. de uno quoque, nume. 126. ff. de re iudic. expresè voluit; vt postquam emphiteuta cecidit à iure suo, dominus talem rem nõ citato nec requisito primo emphiteuta alteri locare possit, & Ludoui. Gozad. in l. 1. num. 8. C. de eden. dicit communem esse opinionem, vt dominus emphiteutam, qui in solutione defecit, propria authoritate expellere possit: & ideo quærit ibi quid sit, si dominus vasallum in iudicium traxerit instans vt officio iudicis expellatur; Rursus idem voluit Hyppo. Marsil. in Rub. C. de probatio. num. 242. q. 7. Item August. Bero. in c. potuit nu. 151. 152. & 153. de locato, expresè vult; vt Dominus propria authoritate emphiteutam expellere possit, qui in soluendo canone defecit, & nu. 153. quatuor limitationes ponit, & in cõsi. 125. nu. 4. 9. & 10. volum. 1. vbi etiam ad deteriorationem extẽdit, & Barba. in d. c. potuit, idem firmat, & in cõsil. 518. nu. 1. volu. 5. & si alijs rationibus in casu, de quo ibi agit, cõtrarium teneat Fede. Schenc. de usu feud. lib. 1. tit. 11. de pig. dat. feud. §. insuper sciẽdum, pag. 56. & Cassado. decis. 2. nu. 1. de locat. & Iulius Clarus in §. emphiteusis, quęst. 11. & quæst. 25. hãc opinionem satis de plano procedere inquit, quãdo emphiteuta nõ resistit. At si resistat, siquidem verbis tantùm resistit; & tũc hæc conclusio, quòd propria authoritate expellere possit, subsistat, & hãc magis communem opinionẽ attestatur Corne. in cõsil. 193. volu. 3. Si verò factis resistit, & tunc non liceat propria auctoritate expellere, & hanc opinionem in practica tenẽdam esse arbitratur, nisi esset multitudo & authoritas doctorũ tenentium opinionem glo.

Contrariam verò opinionem, quòd saltem sentẽtia facti declaratoria requiratur, uidelicet canonem non esse solutum; licet nõ priuatina; quæ pœnam irroget, & declaret quem in commissum incidisse, tenet Roma. in cõsil. 212. & num. 8. vers. tertiò non potest negari: & idem videtur dicere Ias. in d. l. 2. num. 15. versic. ad idem & tertiò ibi, sed solum fertur sen-

tentia super declaratione amissionis, & hác opinionem firmat Curt.Iuni.in consil. 149.nu. 2.& Alex. in consi.6.nu.20.uol.3.Sententiam,inquit,ad executionē necessariam esse,& Ruy.in cōsi.50.nu.10.uol. 1.ait,sententiam,quæ declaret,eum esse culpabilem accedere debere,& idem in consil.153.num.15.cū seq.eo.uol.& Ant.à Butrio in consil.22.nu.1.in fin. uersi.ex quo concludo facto existente dubio declarationem exigi,& Crauet. in consil.212.nume.2.& 3. uult,ut requiratur sententia declaratoria, & Augu. Bero.sibi contrarius in consi.49.nu.24.uolum.3.Limitat tamen.num.3.in casibus,in quibus liceret dominis possessionē propria auctoritate accipere.Itē quòd requiratur huiusmodi sententia declaratoria, firmauit Andr.Barba.in consi.51.col.14.nu.10.uer. capio nunc quartum articulum.lib.1.Verùm de qua sententia declaratoria sentiat; facti scilicet, an iuris priuatiua,declarare non uidetur. Item Guido Papę in decisi.107.per totum; uult, ut requiratur sententia declaratoria commissi,& hanc conclusionem secuta est Rota Florentina Anno Domini. 1559.& Felinus in c.præterea.num.2.de sponsa.tenet,ut quotiescunque quis ipso iure in pœnam incidit;sententia declaratoria commissi criminis requiratur, & idem de feudo loquens inquit Alex.in consi.103.num.17.
4 uolum.1.& quòd † emphiteusis & feudum æquiparētur,uoluit Alex.in cōsi.128.col.1.uol.5.& Nicolaus Euerardus in tracta.centuria.loco.12.à feudo ad emphiteusim & è contra, & Cardi. in consi. 128. habui hunc,& Alexan.in consi.124.nu.1.& 2. uolum. 1.licet Soci.Iunior in consi.115.nu. 22. uol.2.id in feudo ideo esse dicat: quia pœna illa priuationis ipso iure non inducitur; quod in emphiteusi esse non arbitratur. Præterea in feudo idem tenet Iacob. à San. Georgio in tracta.feudo. in uerbo dictique uasalli promiserunt, nu.9.& idem Bal. in c. quæ in ecclesiarum.nu.31.in 2.casu,de constitu. & licet Bal. ibi uelit, ut in primo casu ideo sententia non requiratur, quia ipso iure priuatur;unde in emphyteusi,cum propter canonem non solutum,ipso iure priuetur; contrarium concludendum uideatur.Verùm,cum(ut supra diximus)ualeat argumentum de emphyteusi ad feudum,vt talis sententia etiam in emphyteusi requiratur,dicēdum uidetur, Præterea optimè facit;quia licet emphyteuta rem irrequisito domino alienans cadat à iure suo; & ex consequēti sententia priuatiua nō requiratur; Attamen nō potest emptor & sic tertius possessor à directo domino propria auctoritate expelli,vt inquit Guido Papæ in d. decis.107.& Anto. à Butrio in d.consi.22.verùm quando & quomodo valeat argumento de feudo ad emphyteusim, tradit Alexan.in consi.106.nu.6.& in consi.seq. nu.13.vol. 4.Item hanc conclusionem sequuntur,Cardi.in c.potuit de locato,colum.25.& Corn.in consi. 16.uol.2. & Matth.Affl.dec. 97.& eam dicit magis iustam & practicari Apost.in d.additio.ad consil.105.Alexan. & hanc opinionem indistinctè sequitur Iulius Clarus in d.§.emphyteusis.quæst.11.& ideo Soc. Iun. in consi.111.nu.11.uol.2.attingit,an dominus propria authoritate expellere possit, & nō decidit;sed consilium dat,vt authoritate iudicis expellat.

Illud tamen animaduertendum est, an præcedens conclusio procedat, quando emphyteuta incidit in commissum ob id, quòd rem emphyteuticam irrequisito domino uendiderit; Aut uerò quia canonē non soluerit,& Abb.in c.potuit.nu.15.de locat.illam cōclusionem,ut nō possit propria authoritate, sed sententia opus sit, quando ex eo quòd alienauit, incidit in commissum,locum habere existimasse uidetur,& in iisdem terminis loquitur Math.Affl.in Dec.97.licet dicat nō reperire aliquē, q in alio casu id teneat, & si,ut uidimus,Abb.ēt in d.c.potuit, de alienāte loquatur:hāc tñ differētiā uidetur facere Butrius in d. cōsi.22.& rōnem esse dicit, quia si cadat per canonē non solutū,utile dominium cum directo coniungit, & possessio trāsfertur,& ideò sñia opus non est; At secus in alienatione, cum in emptorem transferatur; unde est,q sententia opus sit.& ideo Augustinus Beroius in d.c.potuit,nu.158.quærit,quid dicendū de emphiteuta uendente,& usq; ad num.163.disputando inqt,communem esse opinionem,ut in eo casu sētentia iudicis requiratur,uerùm nu. 162.distinguit. Aut emphiteuta vēdidit simpliciter,& nō tradidit,& publicū ac notoriū est, uēditionē factam esse; & tūc dominus eū propria authoritate expellere poterit. c.qm̄,de filijs presbit.in fi. qui tex.præsupponit casū in quo uenditio facta esset, & de ea liquidò cōstabat. Aut uerò dubiū est,& authoritate iudicis opus erit, per prædicta;Si uerò etiam tradidisset;uerius arbitratur,ut dominus propria authoritate uti non possit, sed iudicis,propterea q huiusmodi potestas, ut dominus emphiteutam cessantem,& uendentem expellere possit,ut in d.c.potuit, à iure contra emphiteutam concessa fuit; non autem contra tertium argumento.l.colonus.ff.locati,& l.cum fundum, ff. de ui & ui arma.Redeundo igitur ad rem nostram,si teneamus,ut sētētia iudicis declaratoria generaliter opus sit,satis apparet,limitationem procedentem non subsistere,si uerò aliquibus in casibus,non subesse; Tūc nec citatione opus erit.

1 *Citatio necessaria non est in impetratione officij Iudicis ad expellendum emphyteutam, quando dominus adeūdo Iudicē,se uelle uti iure suo & propria authoritate expellere petit,attamen ut tollatur rixæ occasio,à Iudice familia,ut assecuretur, petit.*

2 *Rixæ ne oriantur,multa à iudice conceduntur,quæ nō concederentur.*

3 *Iudex prouidere debet,ne rixæ oriantur.*

1 XLIX. Citatio † necessaria non est,ut inquit Bar.
Soc.in consil.167.nu.18.uolum. 2.in impetratione
officij iudicis,ad expellendum emphiteutam, quando dominus adeundo iudicem, se uelle uti iure suo,
& propria authoritate expellere petit. Attamen ut
tollatur rixæ occasio, à iudice familiam, qua assecure-
2 tur, petit. Tunc enim cum huiusmodi expulsio † in
actu iudicis non fundetur, poterit de prædictis sum-
3 marié fide facta familiā,ne rixa † oriatur,concedere.
Propterea quòd eius officij est, ne rixæ & offensiones subsequantur,prouidere.l.æquissimum,in principio.ff.de usufru. At uerò secus si Dominus compareat,& qualiter emphyteuta canonem non soluendo à iure suo ceciderit, narret, & ideo gredendi &

expel-

expellendi licentiā petat. Planè tunc: quia talis actio in iudiciis licentia fundari uidetur, citatio necessaria erit. Alioquin licentia nulla esset l. nam ita diuus. ff. de adoptionibus, & ita distinguebat Salan l. creditores. C. de pignoribus.

1 *Citatio necessaria nō est, cum terminus ad aliquid faciendum constituitur, uel assignatur.*

2 *Citatio non est necessaria, quando in compromisso terminus appositus est; & sententia infra terminum fertur.*

3 *Citatio non requiritur, ubi sententia fertur ultima die termini.*

4 *Citatio partis ad uidendum testes iurare, cum testes vltima die termini examinantur, necessaria non est.*

1 L. † Citatio non requiritur, ut inquit Tiraq. in dict. tracta. res inter alios acta, limita. 33. cum terminus ad aliquid faciendum constituitur, uel assignatur: quandoquidem tūc huiusmodi ordinationi, siue statuto, si id intra terminum, absque aduersarij citatione fiat, satisfactum est, ut voluit Bal. in l. prima, in fi. ubi etiam Ias. C. quand. libel. Princ. datur: & idē Bal. in l. si quando quæst. 14. C. de testibus, & in l. si ea. in fi. C. qui accusa. non poss. ubi declarat, quando intelligatur, & in l. prima, in fi. ff. de feriis, & Ang. in l. omnium. C. de testamen. & tradit Cassaneus in decis. secunda, numer. 9. de pensionibus, per ea, quæ uoluit Abb. in cap. extirpandæ. §. qui uerò, colum. 5. & 6. de præben. in repetitio. & lectu. colum. ult. & idem Bal. in auth. ei qui appellat, colum. 2. circa principium. C. de tempori. appella. & Lanfran. ab Ortano in cap. quoniam contra falsam, uer. citat. de probat. numer. 18. uer. sed pone factum est, de probationibus: ubi
2 ponit exemplum, cum † compromissum in arbitrū, vel arbitratorem infra mensem fuiendū factum est: nam si sententia infra dictum terminum feratur, partis citatio necessaria non erit: quandoquidē ubi terminus à partibus, vel iudice apponitur, & sententia
3 † die ultima termini fertur, citatio nō requiritur. Etsi eodem loco uelit Lanfrancus rem aliter sese habere, si terminus à l. vel statuto appositus sit, ut inquit notabiliter decidere Bal. in d. auth. ei qui. C. de tempo. appellatio. & sequitur Maria. Socinus. in consil. 136. ver. post scripta addo, num. fo. uolum. 2. & Robert. Marā. in suo speculo aureo, in 6. & ultim. par. prin. in §. proposui in prin. numero 15. Vnde est, ut supra diximus, quòd sententia compromissi ultima die termini ipsius compromissi sine citatione ferri possit. Præterea facit, quòd quando testes ultima die ter-
4 mini examinantur, † citatio partis ad uidendum testium iuramenta necessaria non sit, secundum Bal. in l. si quando colum. 2. in fi. C. de testibus, & in l. fi. C. qui admitti. & Bar. in l. 2. C. de tempo. appellatio. & in l. item illa ff. de constitu. pecu. & idem in similibus casibus, de quibus plenè per modernos in l. qui ante cal. & in l. si quis arbitratu. ff. de uerbo. oblig. & Ias. in l. nec quicquam. §. ubi decretum, col. 6. ff. de offic. procon. & in repetitione l. admonendi, col. 44. ff. de iureiur.

1 *Citatio non requiritur, cum alicui à l. uel ab hominē terminus ad producendum instrumentum, vel quid aliud assignatur.*

1 LI. Non requiritur † citatio quādo alicui à l. uel ab homine ad producendum instrumentum, uel quid aliud terminus assignatur: quandoquidem sola productio absque citatione aduersarij, ut tali præcepto satisfiat, satis est, ut inquit Bar. in l. mariti. §. hoc quinquennium. ff. de adult. quem refert, & sequitur Bal. in l. si ea. in ultimis uerbis. C. qui accusa. non poss. & in l. si quando, in fi. C. de testibus, & in l. j. in fin. ff. de fer. & Angel. in l. omnium. C. de testamen. & Iaso. in l. 1. ante finem. C. quand. libell. princip. dat & refert Hippol. Marsil. in d. l. de unoquoque, nume. 93. ff. de re iudica.

1 *Citatio necessaria non est ad sententiam arbitri, si in compromisso dictum sit, quòd partibus absentibus et non citatis sententia ferri possit.*

1 LII. † Citatio non requiritur ad sentētiam arbitri, si in compromisso dictum sit, quòd partibus absentibus, & non citatis sententia ferri possit: quandoquidem tunc prædictam sententiam sine citatione ualere, dubium non est. l. diem proferre. §. si quis. cum §. sequenti, ubi glo. ff. de arbit. & ita secundum Ro. Imo. & Alex. in d. l. si quis arbitratu. ff. de uerborum obligatio. in practica seruatur, quos sequitur ibi Ias. col. 11. numero 22. & in d. l. nec quicquam. §. ubi decretum, colum. 9. num. 55. ff. de offi. procons. licet ibi colum. 10. num. 37. nonnullos contrarium tenentes referat, qui ad dictum. §. si quis respondere conanť. Præterea, hanc limitationem rursus sequitur idem Ias. in d. l. admonendi col. 37. num. 80. ff. de iureiuran. & Soci. in d. l. si quis arbitratu, colum. 14. uersi. decimò, & ultimò, & Francis. Niconitius in c. quoniam contra, nu. 93. extra de probationibus, & Raphael Cuma. in consi. 7. usque ad nume. 8. ubi multa pro vtraq; parte adducit.

1 *Citatio non requiritur, quādo arbitrator super electione aliquarum personarum ad aliquod cōmodum uenientium arbitrari debet.*

1 LIII. † Citatio non requiritur, quando arbitrator super electione aliquarum personarum ad aliquod commodum uenientium arbitrari debet. Vtputa si testator uni consanguineo, uel uni ex pluribus pauperi, quem Titius elegerit, mille legauerit. Planè huiusmodi declaratio, tam inter viuos, quàm in ultima voluntate absentibus partibus fieri poterit: quandoquidem non citati damno aliquo non acquirendo non afficiuntur. l. unum ex familia. §. primo, & sequē. & l. cum pater. §. filia, & l. cum quidam, la secunda de leg. 2. & uoluit Bar. in l. prima, in fi. eodem titu. & refert Franciscus Niconitius in d. c. quoniam contra numero 95. extra de probationibus, & Imo. & Alexan. & alij recentiores in dict. l. si quis arbitratu. ff. de uerborum obliga. & Bal. in l. nulli uer. sed nunquid. C. de episc. & cle. & in l. captatorias, in ultim. quæst.

C. de

C.de testamen.mili.& in l.ult.in princ.col.secunda, ver.sed nunquid C.communia de leg.id autem inqt Bar.in dicta l.prima,de leg.secundo, & in l.alio col. pen.ff.de alimen.& cibar.legat, tunc locum habere; quando arbitrator super declaratione personarum, vt in exemplo supra posito habetur, assumptus; & electus esset. At uerò secus, si super declaratione rerum, propterea ꝙ tunc citatio necessaria videtur.l. creditor.C.de distractio.pigno.id quod simpliciter refert, ac sequi uidetur Alexá.in d.l.si quis arbitratu. ff.de verb.obli.

1 *Citatio non est necessaria:in alienationibus, quas testamentorum executores faciunt.*

1 LIIII. † In alienationibus, quas testamentorũ executores faciunt; necessaria non est. Eas namque hæredibus non citatis facere possunt, ut uoluit Bald.in l.fi.C.communia de lega.& est tex.ubi tradit Cyn.ff. de distrac.pigno.& refert Alcia.in respon.17. num. 11.& Maran.in suo spec.aureo, in 6.& ultima parte §.proposui; uers.decimoquinto limita. Dũ exemplũ ponit, quando executori testamenti ad pias causas, distribuendi, seu eligendi pauperes potestas, vel arbitrium datum est: nam in tali electione, & arbitrio declarando, hæredum uel alterius citatio non requiritur: vt uoluit Bal.in l.captatorias, in fi.C. de testam. mil.& Bal.in l.fi.col.secunda, versi.sed nunquid ista C.commu.de leg.

1 *Citatio non requiritur, quando arbiter & arbitrator vltimo die compromissi sententiam ferunt.*
2 *Citatio non requiritur, vbi sententia fertur vltima die instantiæ.*

1 LV.† citatio non requirítur, quando arbiter uel ar
bitrator ultimo die compromissi sententiam ferũt:
quemadmodum etiam supra in 50.limitatione atti
gimus, vt uoluit singulariter Bald.in auth.ei qui.C.
de tempo.appellatio.& Bart.in l.secunda, per illum
tex.C.eodem titulo, & idem Barto.in l.qui ante calen.colum.fi.ff.de uerborum obligat.& Bald.in cat
quintauallis, colum.5.extra de iureiuran.& Alexan.
in d.l.si quis arbitratu.ff.de uerb.oblig. & idem Bal.
in capit.primo, in titu.quo tempore miles, vbi quę
rit, an idem sit in iudice ordinario, & quòd ille satis
citet & interpellet pro homine, si dies præfixus sit,
dicendum arbitratur, argumento.l. magnam.C. de
contrahen.& committen.stipula.& l.secunda, C. de
iur.emphite. De hoc tamen uide Paulum Cast.in l.
ad peremptorium.ff.de iud. & in l.admonendi.ff.de
iureiur.& Franc.Niconit.in c.quoniam contra, numero 83.de probation. & tradit Hippol.de Marsil.
in d.l.de unoquoque, nu.5.ff.de re iud. Præterea idẽ
2 dicunt, si feratur † sententia à iudice ultima die instã
tiæ, ut inquit Cast.in d.l.si quis arbitratu.ff. de verb.
obl.& Ias.in l.nec quicquam, col.6.ver.3. principaliter.ff.de offi.procons.

1 *Citatio in sententia arbitratoris necessaria non est.*

1 LVI. regulariter in sententia arbitratoris † citatio necessaria non uidetur: vt tradit Tiraq.in d.tract.res inter alios ácta, limit.40.per ea quæ uoluit Cyn.in l. vltima, in quadam additione.C.de contrahen.emp. & Guiliel.de Cune.in l.episcopale.C.de episcop.audien.& Bal.in l.si quis ex consensu, eodem titu.& in l.secunda, colum.prima, C.de ædili.actio.& Francis. Albergottus Aret.in d.l. si quis arbitratu.ff. de uerborum obligatio.& Anto.à Butr.Imol. & Panormita.in c.quintauallis, vbi & hoc sentit Hostiẽsis, extra de iureiuran.& Card.in capitu.exposita, extra de arbi. Verùm quia multi tenent contrarium, nonnulli distingunt, & alii limitant, uidendum est de hoc per Bar.Imo.Cuma.Paul.Cast.& latè Alex.in d.l.si quis arbitratu, & canonistas in d.ca.quintauallis, quibus in locis hac de re satis superq; per prædictos, & alios tractatum est.

1 *Citatio non requiritur, quando partes inter se à principio, vt iudicium sine partis citatione ualeat, paciscantur.*
2 *Iudices in criminalibus procurant dari sibi licentiam procedendi sine citatione.*
3 *Iudices periti semper mandant sententias scribi, ut pars iudici licentiam det; processum in absentia rei complendi.*

1 LVII. Non requiritur citatio, quando partes † in-
ter se à principio, ut iudicium sine partis citatione
valeat, paciscuntur, ut inquit Ang.Are.in trac.maleficiorum, in uers. qui iudex facit sibi dari licentiam,
vbi ad hoc allegat Bal.in l.ut professius.C.de anna.
excep.& Alciat.in consilio 17.numero 9.& subdit
Augu.de Arimino in eodem uersiculo, pro hoc facere dicta Bald.in l.diem proferre.§.siquis litigatorũ
ff.de arbit.ubi glo.inquit, processum sine citatione
partis ualere, quando citationi renunciant, unde est;
2 quòd † in criminalibus obseruari uidemus, iudices,
sibi licentiam sine citatione procedendi dari procu
rare: prout uoluit Speculator in titul.de citation.§.
viso uersi.pone, quòd partes, unde inquit Bal.in l.si
quando.C.de testibus, non minus in criminalibus
iudices agere, sibi licentiam dari, ut testes sine licentia partis; & ex consequenti sine ulla alia citatione re
cipere possint, ut uoluit idem Bal.in l.si accusatoribus.C.de accusation.& ideo dicit, quòd acuti assessores semper scribi mandant, † quòd pars licentiã dat
3 iudici processum in absentia ipsius rei complendi, ꝗ
licentiæ concessio ualet, ex quo fauorem respicit ipsius partis, ut habetur in l.diem proferre.§. siquis litigatorum.ff.de arbit.id quod tenet Speculator in d.
§.uiso, & refert, & sequitur August.de Arim.in d.sua
additione, de quo etiam per Ludouicum Roman.in
consilio 142.quòd cessionarius, & Marsil.in dict.l.
de unoquoque, numero 82.ff. de re iudic.ubi hanc
conclusionem in causis ciuilibus, non autem in criminalibus, ueram esse arbitratur, & præsertim, cum
in criminalibus reus suis defensionibus renunciare
non posit, ut est gl.notabilis in l. pactum inter hæredẽ.ff.de pac.de qua, & eius materia latè tradit Marsil.in l.prima, §.fin.colum. antepenultim.ff. de quæstio.& in l.unius facinoris.§.cogniturum, column.2.
eodem titu.

1 *Citatio necessaria non est, quando quispiam de damno & interesse alicuius iuramento stare promisit.*

1 LVIII. Quando † quispiam de damno & interesse stare alicuius iuramento promisit, citatio necessaria non est. Nam licet principaliter de illius præiudicio agatur, poterit tamen eo absente, & non citato iurare, ut voluit Alexand. in consilio 130. difficultas huius negocii, numero 1. uersicu. tamen his non obstātibus, uolumi. primo. Mouetur autem ea potissimū vulgata regula, qua dicitur, ei, qui aliquo inuito, aliquid facere potest, multo magis eo ignorante, idem permissum esse. l. qui potest. ff. de reg. iur. Id quod vt ipse arbitratur, in extraiudicialibus indistinctè procedere uidetur. l. tertia, §. illud uideamus. ff. de fideicom. liber. prout etiam concludit Ludouic. Roman. vt inquit Alexan. eodem in loco, in consilio 210. quò ad primum & Catellian. Cotta in memorialibus in verbo citata parte, & refert Tiraquel. in tracta. res. inter alios acta, limitat secunda, uersicu. a quò non longè.

1 *Citatio non requiritur in interlocutoria modici præiudici.*
2 *Lex eorum, quæ sunt modici præiudicij, parum curat.*
3 *Bona ecclesiastica, vbi de modico præiudicio agitur, sine iuris solemnitatibus alienari possunt.*
4 *Modicum præiudicium vbi est, impeditis tempus currit.*
5 *Modicum tempus instantiæ non attenditur.*
6 *Ecclesia super modicis sine consensu episcopi statuere potest.*
7 *Testes singulares, ubi agitur de modico præiudicio, satis concludenter probant.*
8 *Testes consanguinei, cum agitur de modico præiudicio, probant.*
9 *Liber rationum in modicis probat pro scribente.*
10 *Probatio per iuramentum, ubi agitur de modico præiudicio, admittitur.*
11 *Impedimentum, vbi agitur de modico præiudicio, solo iureiurando probatur.*
12 *Fama plenè probat, cum de modico præiudicio agitur.*
13 *Literis ordinarij sine testium subscriptione creditur, cum agitur de modico præiudicio.*
14 *Verbis enūciatiuis etiam notarij creditur, ubi agitur de modico præiudicio.*
15 *Partium assertioni, etiam ubi partes liberam disponendi potestatem non habent, cum agitur de modico præiudicio statur.*
16 *Probatio per argumenta sufficit, cum agitur de modico præiudicio.*
17 *Probatio vbi alioquin plena requireretur, regulariter vbi tractatur de modico præiudicio, non requiritur.*
18 *Tutor dari potest creditor pupilli, vbi est creditor in modica quantitate.*
19 *Bonorum appellatione, vbi agitur de modico præiudicio, etiam futura continentur.*
20 *Transgrediens in re modica vituperari non debet.*
21 *Transactionem modicum impugnans in pœnam nō incidit.*
22 *Modicum consideratur, & facit quem incidere in pœnam, vbi est iuramentum.*
23 *Iuramentum est quid indiuiduum.*
24 *Vasallus in modico iuramento fidelitatis contraueniens, ex toto dicitur contrauenisse.*
25 *Subreptio modica rescriptum non uitiat.*
26 *Iudex ut suspectus, ubi causa est modica, recusari nō potest.*
27 *Solemnitatis modica omissio actum non uitiat.*
28 *Solemnitas modica quando dicatur.*
29 *Citatio regulariter necessaria non est, vbi de modico præiudicio agitur.*
30 *Sententia interlocutoria quando præiudicialis sit.*

1 LIX. † In interlocutoria modici præiudicii citatio non requiritur: ut voluerunt Barto. Imo. & alij in l. si opus ff. de oper. noui nunciat. & idem Barto. in l. quod iussit, colum. penultim. ubi Imo. ff. de re iudic. & Ange. & Imo. in l. recusare. ff. ad Trebellia. & in l. de uno quoque ubi Castren. ff. de re iudica. & Rom. in l. prima, ff. de arb. & in consilio 72. circa primum, quod quæritur, an hæc appellatio. in principio, & Ange. in l. prima, C. quibus non obstet long. tempo. præscrip. & Anton. à Butrio & Imo. in capitul. auditis, de procuratoribus, & Ias. in l. si opus, col. j. nu. 5. ff. de oper. noui nunciat. & in l. nec quicquam. §. ubi decretum, colum. 4. ff. de offi. procons. & in dic. l. qđ iussit, colum. pen. in princip. ff. de re iudica. & refert Franciscus N. conitius in capit. quoniam contra, numero 6. extra de probationibus, & Tiraquell. in tracta. res inter alios acta, limitat 13. & Hyppol. Marsi. in d. l. de unoquoque, numero 4. & 5. ff. de re iudic. & Aymon Crauet. in consi. 182. numero 15. Ratio au-
2 tem est, † quia de his, quæ sunt modici præiudicii, lex parum curat. Id autem quāpluribus exemplis osten di potest.

3 I. † Nam bona Ecclesiæ, vbi de modico præiudicio agitur, sine iuris solemnitatibus alienari possunt. capitu. terrulas iuncto capi. sine exceptione 12. quæstio. secunda.

4 † II. Vbi de modico præiudicio agitur, impeditis tempus currit, ut puta patronis ad præsentandum c. cum propter extra de iure patronatus, & tradit Ab.
5 in consi. 5. col. fi. lib. 2. vbi † idem uoluit in tempore instantiæ locum habere.

6 III. † super modicis Ecclesia sine consensu episcopi statuere potest, ut uoluit Innocent. in capitul. cum accessissent, extra de constitu. & in c. requisisti, extra de testamen. & refert, & sequitur Abb. in consilio 7. col. 2. lib. 2.

7 IIII. † testes singulares, vbi agitur de modico præiudicio, satis concludenter probare intelliguntur: ut inquit Abb. in consilio 113. col. 4. uer. uel possumus dicere, lib. 2.

8 V. † testes consanguinei, cū agitur de modico præiuditio, probare intelliguntur, vt inquit Bal. in consi. 188. consobrinus, lib. 4.

9 VI. † in modicis liber rationum probat pro scribente, ut inquit Bal. in l. unica, columna tertia, C. de confes.

confes.& Abb.in consilio 36.columna fi. lib.secúdo
& refert & sequitur Curt.iun.in consilio 122.colú-
na tertia,in fi.& Ancharan.in consilio 44.primò de
uiribus,columna tertia,uersiculo quartò, quia istæ
solutiones, ubi minima summas appellat, quando
de triginta libris centum solidorum annuatim agi-
tur.

VII. † Vbi agitur de modico præiudicio, proba-
tio per iuramentum admittitur. l.thesaurus.ff.ad ex
hibendum,& tradit Dec.in capit.pastoralis, colum.
2.de exceptio.& Ias.in l.si fideiussor.§.si satisdatum,
columna secunda,in fi.ff.qui satisda.cogant. Et ideo
11 impedimentum, vbi † agitur de modico præiudi-
cio, solo iureiurando probari, inquit Ioann.de Ana-
nia in consilio primo, colum.prima, in fi.per ea quæ
uoluit Bar.in extrauaganti ad reprimendum, in ver.
summariè.

12 VIII. fama etiam plenè probat cum de leui præiu-
dicio agitur, ut inquit gl.in l.vbi adhuc.C.de iure do
ti.& Bar.in l.minore.§.plurimum,col.fi.ff.de quæst.
& Ias.in l.admonendi,col.8.ver. item in causis leuio
ribus ff.de iureiu.& calcaneus in consi.100.col.pen.
ultra medium.

13 IX. Vbi agitur de modico præiudicio † literis ordi
narii sine testium subscriptione creditur, vt inquit
Calde.in consilio 3.in titu.de fide instrumentorum,
& sequitur Dec.in c.cum causam, col.secunda uersi.
saluari tamen potest, extra de probat. Immo huius-
modi literis, etiam in his, quæ sunt præter officium
ordinarii, credendum est, vt uoluit idem Dec.in ca.
post cessionem, col.8.uer.secundò limitatur, eod.ti.
de probationibus.

14 X. Vbi agitur † de modico præiudicio, verbis enun
ciatiuis etiam notarii creditur, ut inquit gl.quam se-
quitur Inn.in c.olim, de censibus, & refert, & sequit
Abb.in consi.64.col.4.lib.j.

15 XI. Cum agitur † de modico præiudicio, partium
assertioni, etiam ubi partes liberam disponendi po-
testatem non habent, statur, vt tradit Abb.in cap.fi-
na.per illum text.extra de probatio.& sequitur De-
ci.in l.si donatione, colú.6.circa medium.C.de col-
latio.

16 XII. † Vbi agitur de modico præiudio, probatio p
argumenta sufficit, ut inquit Bellamera in consilio
17 10.columna prima, † Vnde in materia probationú
generalis regula facienda est, quòd ubi de leui præiu
dicio tractatur, plena probatio, quæ alioquin neces-
saria esset, non requiratur, ut uoluit Barto.in l.siquis
à liberis.§.siquis ex his.ff.de liber.agnoscend. & in l.
tertia,§.causæ.ff.ad Carbonia.& in d.tracta.ad repri
men.in uersicu.summariè, colum.tertia,& 4.& Bal.
in l.j.C.ut in possessio.legato.& canonistæ in c. quo
niam frequenter.§.quod si super,& §.fina.ut lite non
contestata.

18 XIII. Creditor † pupilli in modica quantitate tu-
tor pupillo dari potest: ut inquit gl.quá sequit Bart.
& post eum doc.in auth.minoris debitor, C.qui tut.
dari pos.& idem Bar.in l.siquis in pignore.§.1.in fi.
ff.de pigno.actio.

19 XIIII. † Appellatione bonorum, ubi agitur de mo
dico præiudicio, etiam futura cótinentur. l.fi.C.quæ
res pigno.obliga.possit.

20 XV. Transgrediens † in re modica uitu perariò n
debet: ut tradit Bald.in l. cum qui.§.in popularibus
ff.de iureiur.& refert & sequitur Corne.in consi.67.
col.2.lib.2.

21 XVI. † Qui in modico contra transactionem venit
in pœnam incidere non debet, vt puta si contra ali-
qua accessoria ueniat, vt inquit Pau.Castr.in consi-
lio 377.quantum ad illa, colum.prima, in fine lib. 1.
per tex.in l.quamuis rationes, ff. de conditi. & dem.
22 Id quod fortasse, † ubi iuramentum interuenisset,
uerum non erit, propterea quòd ex modica etiá con
trauentione, quem tunc in pœnam incidere, dicen-
dum uidetur. l.siquis maior. C.de transactio. & tra-
dit Fulg.in consi.223.& Cuma.in consilio 179.quę
dam transactio.& Alex.in l.in executione.§.pe.ff. de
verborum obligatio.& in consilio 116.columna 3.
lib.3.ubi dicitur, ex defectu unius nummi; quádo iu
ramentum interuenit, colonum expelli posse: Iusiu-
23 randum enim † dicitur quid indiuiduum, nec potest
iurans pro parte contrauenire, quin in totum con-
traueniat, ut tradit Ioan. Anania in consilio 7.colú.
24 tertia, ubi dicitur, quod uasallus † in modico iura-
mento fidelitatis contraueniens ex toto dicitur con
trauenisse.

25 XVII. modica † subreptio rescriptum non uitiat,
ut inquit Calcaneus in consilio 8.columnn.pen.circa
medium,& uoluit glo.in proœmio sexti, in uersicul.
filiis.

26 XVIII. † ubi causa est modica iudex ut suspectus
recusari non potest: ut inquit Angel.in l.qui iurisdi
ctioni.ubi etiam Deci.colum.tertia, in fi. de iurisdi.
om.iudi.

27 XIX. Omissio seu defectus modicæ † solemnitatis
actum non uitiat: ut habetur in l. hac consultissima.
28 C.qui testa.face.pos. Quando autem † modica solé-
nitas dicatur, tradit Ias.in consilio 26.colum.prima,
lib.1.redeundo igitur ad rem nostram, ex prædictis
liquido apparet, modicitatem plurimum aliquádo
opitulari. Et ideo inconueniens non est, si in interlo
cutoria modici præiudicii citatio non requiritur: quá-
doquidem & domini de Rota decis.686. dominus
Petrus in antiquis, ut ibi agitur de modico præiudi
29 cio, regulariter citatio † necessaria non sit, expressè
30 uoluerunt: quando † autem sententia interlocutoria
præiudicialis sit, declarat Bart.in d.l.quod iussit, de
re iudica.

1 *Citatio non requiritur, quando processus coram iudice agitatus est nullus.*

2 *Iudex, etiam si pars sit absens, sententiam nullam declarare potest.*

1 LX. † Citatio non requiritur, quando processus co
ram iudice agitatus est nullus; ná iudex sine aliqua
partium citatione sentétiam proferre, & processum
nullum declarare potest: ut inquit Abb. antiquus in
c.causam quæ per illum tex.de rescrip. quem sequi-
tur Anton.à Butr.in notabilibus. Vnde inquit Fran-
ciscus Niconitius in d.c.quoniam contra falsam, nu
mero 62.extra de probatio. inde fortassè inferri pos
2 se † etiam si pars sit absens, sententiam nullam decla
rari posse, & si id cogitandum relinquat. Præterea

hanc

hanc conclusionem sequitur Hyppol.Marsil.in dict. l.de unoquoque,numero 54.ff.de re iud.per ea quæ voluit Io.And.in c.caus.m,de rescriptis,& est gl.fin. in c.tua,de offi.uicarii,& uoluit Ias.in l.nec quicquã, §.vbi decretum,col.6.vers.quintò singulariter limita.ff.de of.procons.& facit tex.in l.fina.ff.quod met. cau.& tradit Riminal.in consilio 425.nu.46. uol.3. & Tiraq.in tract.res inter alios acta limitat 8.vbi la tius per eum.

1 *Citatio non requiritur,quãdo de validitate processus coram alio iudice agitati tractatur.*

2 *Citatio quando contra certam personam dirigitur, aliquid à parte, sed à iudice petitur, necessaria non est.*

1 LXI. Non requiritur citatio,quando de validitate processus coram alio iudice agitati tractatur.Quandoquidem tunc primus ille iudex citandus non est; id quod,& tunc quoque locum habet,quando à sententia appellatum est,& coram iudice, ad quem de iniquitate primæ sententiæ disputatur. Nam nec ẽt tunc primus index citandus est,ut inquit Innocent. in c.de cætero,de transactionibus, & in c.dilectus filius Abb.extra de rescri p.& in c.cum speciali,extra de appellatio.& tradit Bar.in l.prima,§.fi.ff. ad Turpilianum.Vnde generalis regula constitui potest,vt citatio quando contra certam personam dirigitur,

2 nec aliquid à parte,sed à iudice petitur, necessaria non sit exempli gratia, si à iudice, vt processum aliquem nullum , uel quid simile pronunciet,petatur. vt inquit Hyppol.Marsil.in dicta l.de unoquoq;,numero 78.ff.de re iudica.per tex.in c.in nostra, secundum unum Innocentii intellectum ibi, extra de procuratoribus.

1 *Citatio non requiritur,quando contra unum proceditur, & finis illius processus contra alium in consequentiam tendit.*

1 LXII. Non requiritur† citatio,quando contra vnũ proceditur, & finis illius processus contra alium in consequentiam tendit;Nam tunc si publicam utilitatem respiciat proactiones , & sententiam contra principalem latam,etiam illi,contra quem in consequentiam tendit,non citato præiudicium facit l.qs quis.C.ad leg.Iuliam maiestatis, & habetur in l.prima,C.ubi cau.fisca.& tradit glo in l.in conuentione ff.ad Sillania.& uoluit Barto. in disputatione sua in cipiente,ciuitatis,& Anto. a Butri,in capitu.primo, columna penultima de re iudic.& Bal.in l.prima C. ne fili.pro patr.& in l.fina.§.necessitatem, columna 6.C.de bon.quæ liber.& Alexand. in consilio 284. Visis dubitationibus,colum.ultim.& in consil.308. in causa,quæ uertitur inter agentes,columna secunda,Vbi dicit,id tunc uerum esse , cum ille principalis,contra quem agebatur, fuit præsens; At secus si absens fuisset; quia tunc illi tertio non citato nõ præiudicaret:ut ibi latius per eum , & refert Hyppol.de Marsil.in dicta l.de uno quoque,numero 96.ff.de re iudica.

1 *Citatio non requiritur,quando alicui tanquam prodigo iudex administrationem interdicit, & illi curatorem dat.*

2 *Citatio non requiritur , vbi iudex quempiam excommunicatum pronunciat, qui tamen anteà ipso iure lege ita disponente in excommunicationem inciderat.*

3 *Citatio non requiritur,vbi sententia iudicis emanat super eo,super quo iudicis, vel legis sententia emanauerat.*

1 LXIII.† Citatio non requiritur,quando alicui tanquam prodigo index administrationem interdicit, & illi curatorem dat:etenim tunc nullius citatio requiritur,propterea quòd illud lex non iudex facit l. prima,cum glo.ff.de curat.furios.& tradunt Bal.Roma.& alii in l.is cui.ff.de uerborum oblig. per tex.in c.reprehensibilis,extra de appellationibus ubi inqt, si iudex quempiam excommunicatum pronunciet.

2 †Qui tamen antea ipso iure lege ita disponente in excommunicationem inciderat ; ad huiusmodi sententiam audiendam ipsum monere, necessarium nõ

3 esse:unde colligit Roman.ex eo tex.† quòd sententia iudicis emanans super eo super quo iudicis,vel legis sententia emanauerat,citationem non requirere. Id quod sequitur etiam Barbatia colum.17.in fi. & colum.18.in princip.Præterea hanc eandem opinionẽ sequitur Tiraq.in d.tracta.res inter alios acta,limita 41.per ea quæ expresſè uoluit Ias.in dicta l. nec quicquam.§.ubi decretum,colum.9.uer.duodecimò fallit.ff.de offi.proconsu.per tex.in l.prima,in princip. ff.de curato.furiosi,& dicit idem uoluisse Bal.Ange. & recentiores in d.l.is cui bonis.ff. de uerborũ obligat.Verum longè falli Iasonem, inquit Tiraq. eodẽ loco propterea quòd Bal.ibi in additioni. Ang.Pet. Ancha,Roma.castren.Alexand.Are.Barba.& quotquot ibi scripserunt,contrarium tenuerunt,per tex. in dicta l.de uu oquoque,supra sæpius allegata. Veruntamen Bal.& Pet.Anch.ibi hoc limitant,nisi aliquem prodigum esse,notorium sit per ea quæ notantur in l.prima,C.qui & aduersus quos,& in capi.tua nos de cohabitatio.clerico.& mulie. Alexand. tamẽ in d.l.is cui bonis in fi.& in additione ad Barto.in l. qui habet §.quolibet ff.de tute. id pariter reprehendit.Quia in notorijs citatio requiritur per glos.in c. ad nostram il terzo,extra de iureiuran.cum similib. id quod, secundum ea quæ supra diximus in limitatione de notorijs intelligendum est, & tradit Tiraq. in eodem tracta,in secunda limitat,Nec obstat,dicit Tiraq.eodem in loco dicta l.1.de curat.furios.iut ui delicet id authoritate legis fiat, Quandoquidem ꝙ ibi dicitur , administrationem prodigo lege duodecim tabularum interdictam ita intelligitur,ut gl.ibi dicit l.si furioso.§.j.& l.vl.& notant omnes in l.is cui bonis.ff.de ver.ob.Quamquam dubium est,an noto riè prodigo ipso iure interdicatur administratio, vt latius ibi per Tiraq.

1 *Citatio necessaria non est, quando furioso interdicitur administratio, & ei curator datur.*

1 LXIIII. Non est necessaria † citatio,quando furioso

so interdicitur administratio, & ei curator datur: ut in specie voluerunt Ang. Pau. Castren. & Rom. in d. l. is cui bonis. ff. de uerborum obligat. vbi Roma. adducit tex. in c. reprehensibilis, extra de appella. & tradit Alex. in d. l. de vnoquoque, colum. vlti. versi. item fallit, quando interdicitur. ff. de re iudi. & in consilio 86. visis dubitationibus, colum. 2. vers. quòd autem non fuerit, lib. 2. & Hyppol. Marsil. in d. l. de vnoquoque, numer. 55. & latè Tiraq. in d. trac. res inter alios acta limitat 42. etsi Franc. Are. in d. l. is cui bonis, colum. 3. versi. item adde dictis, hoc reprobet, vt latius per Tiraq. ibi.

1 *Citatio non requiritur, quando iudex tutorem vel curatorem dat; nisi tutor per inquisitionem damnatus esset.*

1 LXV. † Non requiritur citatio, quando iudex tutorem vel curatorem dat, nisi tutor per inquisitionem damnatus esset, ut uoluit Bar. in l. qui habet §. pe. incipiente quolibet. ff. de tute. & l. legitimos. in prin. ff. de legi. tutor. & notat Bald. in autb. matri, & auiæ. C. quando mulier tutel. offi. funga. & Alex. in consi. 86. visis dubitationibus elegantissimè formatis, volu. 2. & Ias. in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum, co. 7. nu. 40. ff. de of. procons. & refert Tiraq. in d. trac. res inter alios acta, limitat 43.

1 *Citatio in casibus criminalibus non requiritur, nam sententia pro accusatore absente valet.*

1 LXVI. Non requiritur † citatio in causis criminalibus, in quibus sententia pro accusatore absente nō citato ualet l. quamuis. §. indubitati. C. de adulter. & tradit Roma. in l. si quis arbitratu. ff. de verbor. obligatio. vbi sequitur Socin. colum. 13. numero 30. & tradit Iaso. in l. furioso, colum. j. nu. 3. ff. de re iudi. & Bal. in Lea quæ colum. fi. uer. quæro, nunquid in causa criminali. C. quomo. & quan. iudex & refert Fran. Niconitius in c. quoniam contra, nu. 91. uersic. decimoquinto limita. extra de probationib.

1 *Citatio in sententia pro fisco lata non requiritur.*

1 LXVII. † In sententia pro fisco lata citatio necessaria non est; quia fiscus vbiq; est, ut notatur in l. j. C. de quadr. præscr. & sequitur Bal. in l. si accusatoribus C. de accusationib. & Ange. in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudi. & Barbatia in l. 2. §. item si in facto, col. 11. in prin. ff. de uer. ob. licet Iaso. in d. §. sin autem. in fi. dicat in illa l. quamuis; vsq; ad sententiam exclusiuè præsentem fuisse, & refert Franciscus Niconitius in d. c. quoniam contra, nu. 92. ver. item in sententia lata pro fisco, extra de probationibus.

1 *Citatio non requiritur, vbi quis ab aliqua interlocutoria interpellat.*

2 *Appellatio ligat manus iudicis à quo in sententia definitiua, secus in interlocutoria.*

1 LXVIII. † Citatio non requiritur, quoties quis ab aliqua interlocutoria interpellat: planè ulterius citari non debet, & ad ulteriora procedi potest, ut uoluit Bar. in l. qui Romæ. §. Seia ff. de uerborum oblig. vbi Ias. colum. quarta, in prin. numer. 20. ad hoc allegat tex. in ca. eum qui de dolo & contumacia, lib. 6. & in clem. fi. eodem titu. & in capit. si à capitulo §. primo in fine ibi, si nè alia uocatione, de concessione præben. in 6. ubi notat Geminia. & Bal. in ti. an apud iudicē, vel curiam, in fine, & refert Franciscus Niconitius in d. c. quoniam contra, numero 96. uersi. decimonono limita. extra de probationibus. Rationem autē huius conclusionis adducit Maranta in suo speculo aureo, in 6. & ult. parte principali, uer. secundo, principaliter, num. 135. versi. quarta differentia; Quia scilicet appellando, se cōtumacem facere videtur, & animum suum, quòd comparere non uelit, declarare videtur, vt notat Bar. in d. l. intra utile, colum. secunda, ff. de minor. Nam licet quando a definitiua sententia 2 appellatur, † statim cum est interposita, manus iudicis à quo liget, ut ulterius in illa causa ad aliquem actum procedere non possit, ut est text. in l. appellatione. C. de appel. & in l. prima, in princi. ff. nil noua. appella. pen. & in cap. non solum, in prin. de appella. lib. 6. At secus in appellatione ab interlocutoria est, propterea quòd huiusmodi appellatio non ligat manus iudicis a quo quin ad ulteriora, donec per iudicē appellationis inhibitum fuerit, procedere possit, prout est tex. in cap. non solùm. circa finem de appellatio. lib. 6. & notat Bart. in l. eius qui, colum. secunda, ff. de appel. recip. & in d. l. intra utile, colum. secūda, ff. de minor. & Ange. in consilio 217. colum. 5. Cum igitur usque ad definitiuam ante inhibitionem, non obstante appellatione, procedere possit; dubitatum fuit, an deinde ad actus subsequentes citatio necessaria esset, & non oportere, ex prædictis conclusum fuit.

1 *Citatio in his non requiritur, quæ causæ cognitionem non exigunt.*

1 LXIX. In his † citatio non requiritur, quæ causæ cognitionem non exigunt, ut inquit Hyppol. de Marsi. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. per ea quæ uoluit gl. in l. tertia, §. si causa cognita. ff. de bon. possess. titu. generali, quam dixit singularem Bald. in d. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. proconsul. & in rub. C. qui admit. & idem Hyppol. in dicta l. de vno quoque, numero 75. ff. de re iudic. & ideo, ut in tali casu testes non citata parte recipi possint, uoluerunt. Præterea hanc conclusionem per ea probari voluit, quæ tradit Bal. in l. prima, colum. 21. C. qui admitt. & in l. fi. eodem titu. & in capitu. cum olim extra de re iudic. & in c. præterea. extra de dilationibus & uoluit idem Bald. in l. nam ita diuus, col. pen. ff. de adoptio. & illam glosam sequitur etiam Ludouicus Roman. in consilio 61. licet mihi, col. j. asserens eam sequi Bar. ibi, & in l. 1. C. quorum bono. & idem Bal. in d. rub. & in d. l. j. in fi. C. qui admit. & idem Marsil. in l. fi. car. 37. C. de probat. & in l. de unoquoque, nu. 75. ff. de re iudic.

1 *Citatio in causa hæresis necessaria non est.*

LXX.

1 LXX. Citatio † in causa hæresis necessaria non est, vbicunque in d. causa contra inquisitum præpotentem testes recipiendi sunt: ut inquit Ludoui. Roma. in d. singu. 369. & est, ut inquit ibi Roma. tex. in c. fi. de hæreticis, li. 6. & refert Hyppo. Marsi. in d. l. de uno quoque, nu. 61. ff. de re iudic.

1 *Citatio ad sententiam necessaria est, si pars a principio ad totam causam citata fuerit.*

2 *Citatio an requiratur, non obstante citatione ad totā causam, in sententia definitiua.*

3 *Citatio una peremptoria ad priuandum quem iure suo non sufficit.*

1 LXXI. Citatio † ad sententiam necessaria non est, si fortasse pars à principio ad totam causam citata fuerit. Planè tunc specialis citatio ad sententiam necessaria non est, ut uoluit Innoc. in capitu. consuluit, vbi Ant. a But. de offic. delega. & idem Innoc. in capitu. auditis, & in c. constitutis extra de procuratoribus, & in capit. cum olim, in fi. extra de testibus, & notat Barto. in l. statuliberos. §. primo, per illū tex. ff. de statuliber. Vbi duobus concurrentibus hoc verum esse arbitratur. Primum est, quando in illa generali citatione comminatio de procedendo, si non compareat ad sententiam, apposita fuit. Secundum, si partis contumacia concurrat. Præterea idem uoluit Barto. in extrauaganti ad reprimendum, in uer. super dicto crimine, & Bal. in authen. qui semel C. quomo. & quan. iudex. Verùm cum generalis posita sit præcedens limitatio, ne fortassè decipiamur, an in definitiua, uel interlocutoria sententia procedat; inspiciendum est. Qua in re solus Bal. in l. sancimus, quæst. 10. C. de iudic. prædictam limitationem quò ad interlocutoriam tantum sententiam procedere arbitratur, ad quam, qui à principio generaliter cita-
2 tus fuit, amplius citari non debet. † Quò verò ad definitiuam secus est, ut uoluit etiam Anchar. in clem. prima, 10. & 11. notab. de foro competen. & Angel. in l. si prætor, in princip. ff. de iudic. & Ioan. Andreæ in addition. ad Specula. §. ui so versic. & post peremptorium, in titu. de citationibus qui præterea inquit prædictam conclusionem Innocentii intelligere, cū pars in longinquis regionibus esset. At secus in propinquis partibus, id quod sequitur Rom. in l. prima, columm. quinta ff. de arbit. de quo tradit Bald. in l. si quando C. de testibus, & in l. prima, quæsti. 3. ff. si q. s cautio. & in l. si accusator. C. de accusatio. & Roma. in l. quarta, §. hoc autem iudicium, in fi. in addi. ff. de damno infect. Quod autem in definitiua prædicta li-
3 mitatio locum non habeat, ex eo mouetur † quia ad priuandum quempiam iure suo, una peremptoria pro tribus monitiō non sufficit; ut uidetur gl. singularis in clem. prima, de uita & honesta. clerico. quam dicit singularem Cardina. ut refert Barb. in l. qui antè calen. colum. tertia, ff. de uerborum oblig. Verùm quicquid dixerit Bal. Doctores generaliter loqui videntur, ut dicit Sebastianus Vantius in tractatu nullitatum, in titu. quibus modis sententia nulla reparari possit, numero 3. per ea quæ uoluit Fely. in d. capi. consuluit, columna 6. uer. 3. nota. ff. de offi. delega. & in capitu. cum olim, ubi idem Fel. in vlt. notabili, extra de testibus, & ponit Rota decis. 345. licet impetrans in nouis. Et ideo subdit ibidem Vantius, reliquas citationes, quæ ex stilo Romanæ curiæ contra huiusmodi absentes, & ad totam causam citatos nō comparentes in publica contradictarum audientia fieri consueuerūt, potius ex urbanitate, quàm ex aliqua necessitate fieri, ut inquit Rota decis. 93. iudex, in fi. & decis. 78. post lapsum, & deci. 245. licet, & decis. 223. si committatur, in nouis. Et de his etiam supra tractauimus, cum de citatione ad totam causam mentionem fecimus in hoc §. versi. redeundo igitur ad statutum nostrum, nu. 1.

1 *Citatio an requiratur in inhibitionibus, quas iudices ecclesiastici secularibus faciunt.*

1 LXXII. † Citatio non requiritur in inhibitionibus quas iudices ecclesiastici secularibus faciunt; quandoquidem sine citatione ualent, ut uoluit Bal. in authen. in causa quæ sit cum monaco. & in l. presbiteri. C. de episc. & cle. ubi allegat Archidiaco. in cap. lo ctarius 2. quæst. prima, & idem uoluit Anto. à Butr. in capi. tuam, colum. 4. uersicu. & ex his potest decidi, extra de ordine cognitionum, & Are. in consi. 75. diligenter, & maturè, column. prima, & 4. in fine, & Tiraq. in d. tracta. res inter alios acta, limitat. 14. At Franciscus Niconitius in d. capitu. quoniam contra, numero 87. extra de probation. huius limitationis mentionem faciens contrarium verius uideri, ex infrascriptis arbitratur. Quandoquidem si coram iudice seculari petatur ex forma statuti instrumenti executio, & ille, contra quem petitur, quòd tale instrumentum usurarium sit, iudici ecclesiastico exponat, & ideo iudici seculari, ne ultra procedat, inhiberi petat, parte non citata talis inhibitio nō ualebit, vt uoluit Fede. de Sen. in consilio 300. factum tale proponitur, debitor promisit; per ea quæ habentur in cap. Romana §. si uerò & c. non solùm. de appellatio. in 6. id quod uoluit etiam Imo. in capitu. debitores circa medium, ubi Abba. colum. 7. de iureiurand. & idem Imo. in l. quarta §. commendatum. ff. de re iudic. & Lauren. de Rodulphis in c. consuluit. quæst. 131. extra de usuris, & Alex. in consilio 91. missis ac mihi trāsmissis, colum. 4. & 5. uolumi. secundo, & in consilio 9. præstantissimè Doctores uolum. 4. & in l. Titia in fi. ff. solu. mat. ubi dicit hanc esse magis communem opinionem, & Aret. in consilio 20. in quæstio. & causa Bernabæ colum. penultim. in fine, & in consi. 33. consultatio præmissa, colum. tertia, & facit, quod voluit Speculator in titu. de appellationibus. §. de officiali. versic. sed nunquid eo casu, dum inquit, ad hoc ut iudex appellationis primo iudici inhibere possit; citationem necessariam esse, prout communiter tenetur, & sequitur Ias. in l. si opus, colum. secunda, numero 6. ff. de ope. noui nunciat. & Dominicus à Sancto Geminiano in d. capitu. Romana. §. si uerò uocatus, & Imol. in l. quarta, §. condemnatum, ubi Alexā. colum. 8. ff. de re iudic. & Pet. de Anch. in consi. 222. casus talis est, post principium: & idem Iaso. in l. nec quicquam. §. ubi decretum, colum. 5. nume. 30. ff. de offi. proconsul. Animaduertendum tamen est, quòd licet

ſicet Iaſ. hanc opinionem ſequatur, & multos cōcordantes adducat, ueruntamen in d. l. ſi opus, nu. 6. inquit, hanc opinionem in iure uerisſimam eſſe, licèt malè in practica obſeruetur.

1 *Citatio in ſententia taxationis expenſarum neceſſaria non eſt.*
2 *Expenſis condemnare poteſt iudex nemine præſente.*
3 *Opini Auguſtini Beroii.*

1 LXXIII. † Citatio in ſententia taxationum expenſarum neceſſaria non eſt; ut inquit Bal. in l. terminato, columna 2. C. de fructibus, & litium expenſ. & in l. 2. C. quomodo, & quando iudex ubi etiam Sal. tradit, & idem Bal. & Alber. in l. prima, §. fi. col. 2. ff. ſi qs ius dicenti non obtemperauerit, & eſt tex. ubi gloſſ. expreſsè declarat in c. conſtitutus, uerſic. taxatione, extra de procurato. & uoluit Innoc. in ca. calumnia, de præben. & Ioan. Andreæ in c. finem litibus extra de dolo & contumacia. Quæ quidem eſt communis concluſio, ut inquit Fran. Niconitius in ca. quoniam contra, nu. 80. extra de probationibus. Verùm prædictis non obſtantibus Iaſ. in l. ſancimus, col. 3. nu. 10. C. de iudi. contrarium tribus fundamentis uerius eſſe oſtendere conatus eſt, aſſerens illam ſuam opinionem ſummam æquitatem habere; quā ſequutus eſt Hippol. Marſ. in d. l. de unoquoq;, nu. 112. ff. de re iudi. ultra prædicta allegans Bal. in d. l. ſancimus queſt. 10. C. de iud. & in margarita ſua in uerbo citatio, verſic. 16. incipiente citatio ſpecialis, & dicit hoc uoluiſſe Innocentium in c. querelam, extra de procurat. & allegat notata in c. ſuper eo, quod metus cauſa; & ea quæ ipſemet Bal. dixit in d. l. terminato. C. de fructibus, & litium expenſ. & Anto. à But. in c. ueſtra, col. ſecunda, ver. nunquid autem notorietas, extra de cohabitatione clerico. & mulier. & uoluit etiam Nicolaus Milleus in repertorio ſuo in uerbo citatio, co. 6. uer. citatio non requiritur, & Iaſ. in d. l. nec quicquā §. vbi decretum, col. 10. ver. decimoſeptimò fallit. ff. de of. proconſ. & Tiraq. in trac. res inter alios acta, limitatione 17. & Soci. in trac. fallentia in uerbo citatio, nu. 74. verſi. 11. fallit Verùm in hoc articulo animaduertendum eſt, aliter, vt inquit Tiraq. in practica obſeruari Ludouicus autem Pontanus in rub. de arb. nu. 15. diſtinguit hunc in modum, ex ijs, quę uoluit Bal. in d. l. terminato, C. de fructibus, & litiū expenſ. Aut enim, inquit ipſe, in prima ſentētia citatus comparuit, aut contumax fuit. Si comparuit, noua citatio neceſſaria eſt; cum illa per comparationē conſumpta ſit, ut tradit Federic. de Senis in conſil. 171. nu. 1. cum ſequentibus. Si uerò contumax fuit, & tūc aut ad primam ſententiam, ad horam aliquam citatus fuit, & noua citatio requiritur. Aut uerò ad diē, & tunc nō requiritur: propterea quòd ad principalē citatus etiam ad taxatiuam, quòd eius eſt acceſſoriū citatus uidetur. Præterea multa hac in re adducit Ludouicus Bologninus, in l. ſi finita. §. Iulianus nu. 96. cum ſequentibus. ff. de dam. infec. & in ſpecie in condemnatione expenſarum, ꝙ noua citatio non requiratur, allegat Speculatorem in titul. de expenſ. §. fin. ver. tu autem nota, & Abbatem in ca. finem litibus. extra de dol. & contuma. & idem uoluit Io. de Imo. in l. conſenſu. §. fi. colum. 22. ff. de appellation. Ratio autem ſecundum Bologninum eſſe uidetur, quia iu-
2 dex, † etiam nemine petente, in expenſis condemnare poteſt, ut uoluit glo. in l. ſiquis miſſum. §. iudex. ff. de dam. infec. & in l. qui arbiter. ff. de arbit. & tradit Bal. in l. properandum. C. de iudic. & Card. in cap. ca-
3 lumniam, extra de pœn. † Verùm Auguſt. Bero. in c. 1. nu. 222. extra de iudiciis. Id tunc uerum eſſe arbitratur, quando iudex ſimpliciter contumacem in expenſis condemnare vult ulterius ad illas taxandas nō procedens, At ſecus, ſi ultra condemnationem expēſas ipſas taxare uelit, quandoquidem tunc noua citatione opus eſſe, arbitratur prout patet ex ijs, q̄ uoluit Dominicus a S. Geminiano in c. j. in fin. de reſtitutione ſpoliat. in 6. Ratio autem differentiæ ea eſt. Nam quando iudex ſimpliciter in expenſis condēnat, contumacem grauare nō dicitur, ex quo ius exequitur. l. ſancimus. C. de iud. & notat gl. in c. ſummæ. 4. quæſt. 5. & ideo cum hæc condemnatio iuris potius, quam hominis dicatur; citatio ut ex prædictis apparet, & præſertim argumēto d. l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuita. pertinē. neceſſaria non eſt. Secundò uerò caſu, quia expenſas taxando, modum eccedendo grauare poſſet, meritò noua citatio requiritur, ut habetur, & præſertim p Bal. in d. l. terminato. C. de fructibus, & litium expē. argumento dictæ. l. de unoquoque. ff. de re iud. cum ſimilibus. His tamen non obſtantibus contrarium in hoc ultimo Bal. uoluiſſe uidetur in c. 1. in princi. col. ſecunda ibi, domini ſacramento ſi de inueſt. inter dominum, & uaſal. lis oria. in vſibus feu. id quod comprobat Bero. eodem in loco per text. cum gl. in c. conſtitutis extra de procuratoribus, vbi quando iudex contumacem in expenſis cum illarum taxatione condemnare vult id propter ſimplicem contumaciā abſque alia citatione facere poſſe uidetur, prout ad hoc illum tex. glo. in uerbo taxatione, ponderare ſolet; nec ſatis quadrat Beroio reſponſio, quam Abb. in dicto capitu. primo, de iudic. accommodare conatur, ut ſcilicet procedat quando quis peremptoriè citatus fuiſſet, cum comminatione ad ulteriora procedendi. Nam præterquam, quòd diuinare videtur, ille comminatio ad ulteriora procedendi ſatis operatur, ex quo iudex ſine noua citatione in expenſis cōdemnare poteſt. At ſi deinde ad taxationem deuenire uelit, id per prædicta ſine citatione facere non poterit; & ideo ipſe aliter intelligit, uidelicet, quatenus ſibi auditor contumacem abſentem in expenſis condemnaſſe illas taxando præſupponitur, id ſeruatis tamen ſeruandis intelligendum ſit, hoc eſt, citatione præmiſſa. Nec contrarium ibi haberi dicendum eſt, cum tantummodo, an contumax in caſu illius textus in expenſis cum illarum taxatione condemnati poſſit, dubitetur, & quòd omnino poſſit, concludatur. Quomodo autem illa condemnatio, & taxatio fieri debeat, non deciditur, nec etiam id Pontificem ibi ſenſiſſe, dicendum eſt, cum de hoc non dubitaretur. Verùm quicquid hucuſque hac de re dictum ſit, quòd in condemnatione expenſarum propter contumaciam, iuxta l. ſancimus. C. de indic. citatio neceſſaria non ſit, ſimpliciter, & abſolutè tenet Robert. Maranta in

ſuo

suo speculo aureo in sexta & ultima parte §. proposui, numero 31. per ea ultra prædicta quæ uoluit Paul. de Eleaza. in dicto capitu. finem litibus, extra de dolo & contuma. & Feli. in c. primo, colum. 6. de iudici.

1 *Citatio non requiritur, cum alicui rationum reuisio committitur.*

1 LXXIIII. † Non requiritur citatio, quando alicui rationum reuisio, ut puta inter mercatores committitur. Nam si is qui rationes reddere debet; librum ipsum rationum restituerit, & inde eum esse debito rem appareat, potest etiam nulla alia præcedente citatione condemnari, ut est text. quem ita intelligit Bar. in l. secunda, §. quod de frumentaria, ff. de administ. rerum ad ciuitatem pertinentium, quem se quitur Pau. Castren. in l. secunda, C. ubi decur. vel claris. in fi. vbi hoc perpetuo. menti tenendum esse arbitratur, & Panorm. in cap. bonæ il primo, column. 4. de electione, & ca. j. col. 2. de causa possessionis, & proprietatis, & in c. cum olim, column. 6. ubi etiam tradit Card. Floren. extra de iud. & in ca. ex insinuatione in fi. & in c. cum sit Romana in fi. extra de appellatio. & in c. uestra. de cohabita. clerico. & mulier. & in consi. 78. quàm primum super uacatione. in fine, lib. secundo, & refert Tiraq. in d. trac. res inter alios acta limitat. 16. Præterea faciunt ea, quæ copiosè ponit Rom. in consi. 499. in præmissa consultatione, colum. secunda, & in consil. 483. dubitatur primò, utrum electio. colum. fi. & Lapus in allegatione. 127. Anastasius canonicus col. fi. Id autem intelligit Abba. in d. c. j. col. 2. extra de caus. pos. & proprietatis, quãdo absenti defensionẽ non competere expresse apparet prout etiam dixit in consi. 68. quamquam super uacatione, col. 2. & sequitur Iaso. in l. siquis arbitratu, col. 11. in fi. & col. 12. in prin. num. 23. ff. de uerb. ob. ubi inquit esse tex. expressum in c. cum sit Romana uers. fi. extra de appellatio. ubi expresse habetur, in facto notorio contra absentem nõ citatum, si ei nullam defensionem competere certum est, sententiam ferri posse. & ita ibi annotat Ab. in pe. nota. & hanc limitationem sequutus inquit se consuluisse Ias. in ciuitate Astensi, & casum esse notabilem, & quotidianum, & ideo memoriæ mandandum; id quod tenuit rursus idem Ias. in d. l. nec quicquam. §. ubi decreti, col. 8. nu. 45. ff. de of. procons. & lega. & Dec. in d. ca. cum sit Romana col. fi. nu. 27. & ita declarat Franciscus Niconitius in d. ca. quoniam contra falsam, nu. 81. & 82. extra de probatio.

1 *Citatio necessaria non est, quando post citationem citatus in equum ascendit, & ultra mare se contulit.*
2 *Citandus est ille tempore sententia, qui toto processu contumax fuit.*

1 LXXV. † Citatio necessaria non est, quando post citationem citatus in equum ascendit, & ultra mare se contulit. Planè tunc quasi nolle comparere dicere uideatur, amplius citandus non erit: ut inquit Bal. in l. 2. circa finem. C. quomo. & quando iudex, per ea quæ uoluit Inno. in c. ad petitionem, extra de accusatio. & tradidit Ias. in l. nec quicquam. §. ubi decretũ, col. 6. ff. de offi. procons. Illud tamen secundũ
2 Hyppo. adnotandum est, † eum qui in toto processu semper contumax fuit, tempore ferendæ sententiæ citandum esse, alioquin sententiam non subsistere, vt inquit Inno. in c. cum olim, extra de testibus, & in d. c. ad petitionem, extra de accusationibus, & tradit gl. in c. 2. de dol. & contu. in 6. & gl. in auth. iubemus in gl. fi. C. de iud. ut latè tradit Ias. in d. l. nec quicquã §. ubi decretum. col. 13. uer. item not. ff. de of. procõs. & sequitur Rober. Maran. in suo speculo aureo, in 6. & ultima parte principali, nu. 16. per ea quæ uoluit Alex. in l. de unoquoq; col. fi. & in l. contumacia. ver. quintò fallit. ff. de re iud. & Abb. in c. cum parati, extra de appellatio.

1 *Citatio non requiritur, quando pars se occultando citationem ad se adferri & peruenire non patitur.*

1 LXXVI. † non requiritur citatio, quando pars se ipsam occultando, citationem ad se afferri, & peruenire non permittit, ut tradit Tiraq. in d. tracta. res inter alios acta, limitat 12. per ea quæ uoluerunt Inn. & Hostien. in dic. capitu. ad petitionem, extra de accusatio. per tex. in cap. quoniam. §. potest extra, ut lite non contestata; & Ioan. Monacus in cap. Romana §. contrahentes, de foro competenti lib. 6. & domini de Rota decis. 33. licet in causis profanis, & Anto. à Butr. in capitu. ultimo, colum. ulti. extra de eo qui mitt. in possess. & Alexan. in l. contumacia fallent. 9. ff. de re iud. & Robert. Maran. in suo speculo aureo, in 6. & ultima parte princ. nu. 33. per ea, quæ uoluit Abb. in c. ex tuæ col. penulti. extra de cleric. non residentibus.

1 *Citatio non requiritur, quando citatus nolle uenire inquit.*

1 LXXVII. † Citatio non requiritur, quando citatus nolle uenire inquit. Nã licet nõnulli, ex quo posset se emendare, eũ rursus citandũ esse, existimauerint. Veruntamen magis cõis contraria opinio est, ut inquit Ioannes Sadoletus in l. quod te nu. 89. ff. si cer. pet. id aũt, ne fortasse decipiamur, tunc uerum erit, si in iudicio se nolle comparere dixerit. At secus uerò si extra iudicium dictum fuerit, ut est gl. singularis iũcto tex. in ca. uenerabilis. §. secus in uerbo in iudicio, de sent. excommuni. in 6. & notat Bal. in l. ea quæ, col. j. C. quomod. & quando index ubi antea noluit Cyn. Præterea idem sequitur Bar. in l. ex consensu. §. fin. ff. de appellatio. ubi latè tradit Imo. & idem Bart. post gl. in l. fi. ff. de in integ. rest. & Bal. in l. consentaneum in prin. col. 4. C. quomodo & quand. iudex, & tradit latè Alex. in l. contumacia, in prin. ff. de re iu. & Aret. in l. qui Romæ, in prin. ff. de uerb. obl. & Sebastianus Sapia in l. qui se patris, nu. 20. C. unde lib. & uide infra limitatio. 124.

1 *Citatio necessaria non est, ubi lex plenam probationẽ non requirit, sed solis articulis, & argumentis acquiescit.*

1 LXXVIII.† Vbi lex plenam probationem non requirit, sed solis articulis & argumentis acquiescit, necessaria non est, vt notabiliter dixit Dominicus a sancto Geminiano post Host. in c. pro humani, §. fi. col. antepen. de homici, lib. 6. de quo latius per Aug. in l. fi. C. de testibus, & refert Hyppo. Marsi. in d. l. de vnoquoq; nu. 73. ff. de re iudi.

1 *Citatio in præambulis citationis necessaria non est.*
2 *Citari non debent pater, vel patronus in impetratione veniæ uocandi eos in ius.*
3 *Citari pater necessariò non debet, quando filius emãcipatus bonorum possessionem litis agnoscendæ causa, & licentiam, ut querelam inofficiosi testamenti contra testamentum paternum sibi dari ostendit.*

1 LXXIX. In his † quæ præambula citationis sunt,
citatio necessaria non est. Exemplum in petitione
2 † veniæ, quam filius, uel libertus, patrem, uel patro-
num in ius uocare uolentes, impetrare debent, poni
potest, Citandi enim parentes, uel patroni in huius-
modi impetratione necessariò non sunt, ut uoluit
Bal. in l. ea quæ. C. quomo. & quando iudex, & refert
sequitur Soc. in rub. de dilatio. col. j. versi. quintus ca
sus. Pot est etiam, ut ibidem ipse inquit, aliud exem-
3 plum poni, † quando filius emancipatus bonorũ pos
sessionem litis agnoscendæ causa & licẽtiam, ut que
relam inofficiosi testamenti contra testamentũ pa-
ternum sibi dari contendit, Tunc enim patrem cita-
re non tenetur, vt inquit Hyppo. Marsi. in d. l. de vno
quoq; nu. 97. ff. de re iud. per tex. in l. 2. C. de inoffic.
testamen.

1 *Citatio non requiritur in his casibus, in quibus de stilo, & consuetudine curiæ citari non solet.*

1 LXXX. † Non requiritur in his casib. in quibus de stilo, & & consuetudine curiæ citari non solet, utputa ad examinandum testes, ut dixit Bal. in auth. si qs in aliquo, col. pe. uer. 2. requiritur. C. de eden. & Ale. in consi. 65. habita sup contentis, col. ult. volu. j. & Dec. in consi. 163. in causa, col. 7. uer. & non est dubitandum. Mouentur autem ex eo, quòd stilus seruandus sit, ut habetur in l. fi. C. de iniur. & in l. 3. §. fin. ff. de testibus, & in c. quàm graui extra de crimine falsi, & uoluit Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, & Canonistæ in c. fi. extra de consuetudine, & Alexã. in consi. 240. perfectis col. j. uol. 6. & Hyppo. Marsil. in sing. 112. stilus, & latius in l. fi. in illa extraordinaria quæst. an consuetudo à delicto uel pœna excuset. C. de probationi. & in d. l. de unoquoque, nume. 83. de re iudic.

1 *Citatio non est necessaria in sui iuris alienatione.*

1 LXXXI. † In alienatione sui iuris citatio necessaria non est. Planè tunc possessor, si aliquis reperitur, citandus necessariò non est. ut tradit Soci. in dicta rubric. de dilationibus uersicu. uidemus: per ea quæ ipsemet dixit in capitu. de multa. in 3. quæstio, princi. declaratione 30. extra de præbend. & refert Hyppol. Marsil. in dic. l. de unoquoque, numero 86. ff. de re iudic.

1 *Citatio non requiritur, vbi de habilitate persona aliqualis cognitio requiritur.*
2 *Citatione opus non est, cum quæritur, an monacus ad accusandum abbatem admitti debeat.*

1 LXXXII.† Citatio non requiritur, vbi de habilita-
te personæ aliquali: cognitio requiritur. Exempli
2 gratia cum, an monacus † ad accusandum Abbatem
admitti debeat, examen fit, ut uoluerunt Innocen.
& Ioan. Andreæ in ca. ex parte extra de accusationi-
bus, quos refert & sequitur Socin. in d. rubr. de dila-
tio. car. 17. uersicu. duodecimus casus, & refert idem
Hyppo. Marsi. in d. l. de unoquoque, num. 87. ff. de re
iudic.

1 *Citatio non requiritur, vbi à iure pœna alicui imposita est, & id quomodo intelligatur, infra nu. 4.*
8 *Statutum, quòd confitenti delictum pœna remittatur quomodo intelligendum.*
3 *Pœnam cum quis ipso iure incurrit, alterius legis beneficio non releuatur.*
5 *Iudex si idem, quod lex ipsa disponit, pronunciat, à lege pronunciatum declarare intelligitur.*
6 *Sententia quando iuris dispositionis declaratoria intelligatur.*
7 *Citari non debet in sententia declaratoria ille, de cuius præiudicio agitur.*
8 *Constare non potest parte non citata.*
9 *Citationem in declaratione illius, quod a iure factũ, vel inductum est, cum potest alteri præiudicare, non requiri, uerum non uidetur.*
10 *Intellectus c. reprehensibilis. de appella.*
11 *Monitio a citatione differt plurimum.*

1 LXXXIII. † citatio non requiritur, ubi à iure ali-
cui pœna ipso iure imposita est. Planè tunc talis pœ
na ab eo aliter non citato, & peti & exequi poterit.
tex. est secundum intellectum Abbatis antiqui in c.
reprehensibilis. extra de appellatio. qui quidem tex.
secundum Abbatem ibi, alibi non reperitur, & re-
fert Soc. in d. rub. de dilatio. col. 3. uer. decimusquin-
tus casus, ubi inquit, id comprobari per glo. in cle. 2.
de pœn. & facit, quod voluit Ant. a But. in c. uestra. in
primo membro, extra de cohabita. cleric. & mulier.
& Dominicus a Sancto Geminiano in cap. quæ Lo
tharius secunda quæstio. prima, & Card. in c. extirpã
dæ. extra de præb. & Ludouic. Rom. in l. is cui bonis.
uer. sed circa prædicta dubitatur, utrum sit necessa-
ria citatio. ff. de ver. ob. Comprobat hanc cõclusionẽ
Hyppo. Marsi. in d. l. de unoquoque, num. 88. ff. de re
iudic. huiusmodi argumento. Statuto cauetur, quòd
2 bona homicidiæ ipso iure confiscentur, & alio † sta-
tuto cauetur, quòd delictum confitenti pœnæ tertia
pars remittatur. Modo accidit, quòd quidam homi-
cida delictum fassus est, an ei propter huiusmodi cõ
fessionem tertia pars bonorum suorum remitta-
tur, dubitatum fuit. & tãdem conclusum non remit-
ti.

ti. Propterea quòd huiusmodi statutum, in casu, in
quo pœna ipso iure commissa non sit, intelligi de-
bet, ut uoluit Bar. in l. nam quod. §. j. ff. de pen. lega.
quem refert, & sequitur Bal. in l. ea quæ, col. 2. C. de
cond. inde. & rursus idem dixit Bart. in l. qui ob rem
ff. de cond. inde. & Floria. in l. lege Aquilia la secōda,
ff. ad l. Aquil. Redeundo igitur ad rem nostram, ex
3 prædictis liquido apparet, cum qui † pœnam ipso
iure incurrit, deinceps alterius legis beneficio non
releuari. Merito igitur etiam in terminis nostris be-
neficio legis citationem requirentis quis non iuua-
tur, quando de præiudicio alicuius tractatur. Iuxta
ea quæ uoluit Feli. in capitu. secundo, in secundo no
tab. extra de sponsalibus. Dixit autem Tiraquell. in
d. tracta. res inter alios acta, limitat. 24. ad locum nō
habere, quādo iudex super eo, quod lex ipsa iam pro
nunciauerat, protulerit. Exempli gratia; si aliquem,
4 † qui iam ad iure excommunicatus erat, excommu-
nicet. Planè tunc citatio necessaria non erit. Probat
autem id Tiraque. ultra prædicta per ea, quæ uoluit
Barb. in d. l. is cui bonis, colum. 17. uersi. & circa præ
dicta. Verùm hoc reprobat Franc. Aret. ibidem, co-
lumna 3. ver. item adde dictis, vt attestatur eodem in
5 loco Tiraque. Ratio autem est, quia † quando iudex
idem, quod lex disponit, pronunciat, talis sententia
pro declaratione rei iam à iure pronunciatæ intelli-
6 gi debet † verbi gratia, excommunicato te pro tali re
idest te à iure excommunicatum declaro, vt notatur
per Bar. in l. prima, C. de neg. ge. ubi tradunt Bald. &
Alexand. & latè Innocē. in consi. 99. in quæstio. quæ
uertitur column. j. cum concordantiis, quas ibi citat
Tiraquell. Verùm in sententia iuris declaratoria,
7 † eius citatio, de cuius præiudicio agitur, necessaria
est: ut uoluit glo. in clem. præsenti, in uerbo constite
rat de censibus; & iterum in clem. prima, §. vlt. in uer
sic. quinto concede, rursusque in cle. secunda, in ver-
bo constiterit de pœnis, quas sequitur etiam Roma.
in d. l. is cui bonis, & notant Panormita. & alii in ca.
peruenit, il primo extra de appellatio. & Bar. in l. ab
executore. in prin. ff. de appellatio. & Bal. in l. ea quæ
C. commun. utriusque iudic. & idem Aret. dum illas
glossas allegat, in ca. primo, col. 8. uer. vtrum autem
quando pœna, extra de iudic. & in consil. 166. sicut
Ioannes dixit, colum. 9. & Alexand. in addit. ad Bart.
in l. Imperator. ff. de iur. fisc. & Fel. in ca. Rodulphus
colum. antepe. uersi. sed iustior est, cum citatur pars,
extra de rescri. & Soc. inter consilia Francisci Curtii
senioris in consil. 20. Domine labia, in 4. dubio, vbi
inquit de hoc esse tex. in c. Parrochianus, vbi Panor-
mita. declarat extra de sent. excommunica. & facere
tex. in d. clem. dum ibi dicitur, si constiterit. Propte-
8 rea quòd parte † non vocata constare non potest. l.
vl. C. si per uim uel alio modo, cum sim. Nec inquiūt
obstare tex. in d. c. reprehensibilis, nam satis rationa-
bile est, quòd quando homo ultra legem nihil indu
cit, solemnitas expressè in excommunicatione lata
ab homine requisita seruari non debeat. Prout in si-
mili de statuto, idem quod ius commune disponen-
te dici solet. l. prima, in prin. ff. ad l. fal. & c. j. de consti
9 tutio. lib. 6. Verùm quod declaratio eius, quòd à iu-
re factum, vel inductum est, citationem, cum possit
alteri præiudicare, non requirat. uerum non est, im-
mo repugnat regulæ de qua in d. l. de unoquoq;. Er
go citatio omnino necessaria erit. Et si etiam dici
10 possit, quòd tex. † in d. ca. reprehensibilis. non de ci-
tatione, sed de monitione. quæ fit, ut quis satisfaciat,
11 loquatur. Quæ † quidem monitio à citatione, qua
quis ad causam uocatur, vt de se patet, plurimùm dif
fert, ut notant recentiores in d. c. sacro, de senten. ex-
commu. & in c. cum sit Romana extra de appellatio.
& notat hoc expressè Fran. Are. in casu d. c. reprehen
sibilis. in d. consi. 65. col. 8. uer. & tamen his non ob-
stantibus.

1 *Citatio non requiritur in declaratione, seu adiudica-*
tione pœnæ contumaciæ præcedentis.
2 *Citatio ad declarationem iuramenti, de quo loquitur*
tex. in c. 1. si de inuest. inter domi. & vasal. lis oria.
non requiritur.

1 LXXXIIII. † Non requiritur citatio in declaratio-
ne, seu adiudicatione pœnæ contumaciæ præceden-
tis, ut refert Tiraq. in d. tracta. res inter alios actà. li-
mitat. 31. per ea quæ uoluit Bal. in c. j. col. pennl. ver.
quæro, utrum in defendendo, in titu. si de inuestitu.
2 inter domin. & vasall. lis oria. Vbi inquit ad declara
tionem iuramenti, de quo loquitur ille tex. partis ci-
tationem necessariam non esse. quia hoc est pœna
præcedentis contumaciæ, quod dictum pro valdè
notabili sequitur Ias. in l. admonendi, colum. ul. ff. de
iureiuran.

1 *Citatio in declaratione non requiritur, quam iudex*
contra monitum & iussum positionibus respondere
facit, si contumax fuit, & respondere noluit.

1 LXXXV. † Citatio in declaratione non requiritur,
quam iudex contra monitum, & iussum positioni-
bus respondere, ob id quòd contumax fuit; & re-
spondere noluit, & ideo pro confesso habetur: fa-
cere solet; nam in tali declaratione alia citatio non
requiritur, ut dixit Ioan. de Imo. in l. si finita. §. si plu
res. ff. de dam. infect. dum inquit, si statuto cauea-
tur, vt omnis ad respondendum positionibus cita-
tus, si non uenerit, pro confesso habeatur, Iudi-
cem absque alia citatione, eo ita contumace exi-
stente, illas positiones pro confessis haberi, decla-
rare posse, ut uoluit Ias. in l. nec quicquam. §. ubi de-
cretum, col. 9. uer. fallit. ff. de offi. proconsul. & refert
Hyppol. Marsil. in d. l. de unoquoque, nume. 89. ff. de
re iudica.

1 *Citatio in relatione nuntii approbati non requiritur.*

1 LXXXVI. † Citatio in relatione nuncii non re-
quiritur, cum ipsius persona fuerit iam approbata,
vt dixit Barto. in d. l. Theopompus. ff. de dote præle-
ga. & Bal. in l. in minorum. colum. ulr. C. de in integ.
restitu. mino. & Soci. in tract. dilatio colum. 3. uersi.
uigesimusoctauus casus, & in eod. tract. car. 15. co
lum. 3. uersicu. trigesimoseptimo procedit, & refert
Hyppol. Marsil. in d. l. de unoquoque, num. 92. ff. de
re iudica.

1 *Citatio in abſolutione ſententiæ excommunicationis neceſſaria non eſt.*

LXXXVII. Citatio in abſolutione ſententiæ ex-
1 communicationis † neceſſaria non eſt; vt inquit Bal.
in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pact. pro quo facit
tex.in capitu.olim ex literis,extra de reſcrip.& tradit
idem Soc.in rub.de dilatio.car.19.col.2.ver.trigeſi-
mustertius caſus,& refert Hypp.Marſi.in d.l.de vno
quoq;,nu.94.ff.de re iud.

1 *Citatio non requiritur, quando rei à nemine poſſeſſæ mitti in poſſeßionem petitur ex edicto diui Adrian. tollen.*
2 *Citatio non requiritur in bonorum poſſeßione contra tabulas.*
3 *Item in bonorum poſſesſione ſecundum tabulas.*
4 *Bonorum poſſesſio non eſt actus, qui in forma iudicij explicari debeat.*
5 *Bonorum poſſesſionis petitione quiſpiam non læditur.*
6 *Cauſa dicitur, quæ in controuerſia poſita eſt.*
7 *Certiorare qui poteſt, & non facit eſt improbus.*
8 *Citatio requiritur, cum petitur confirmatio generalis electionis.*
9 *Cauſa cognitio dupliciter accipitur.*
10 *Citatio non requiritur, cum agitur de informando iudice.*
11 *Verbum, cauſa cognita, iudicis iuſtificationem denotat.*
12 *Citatio an in bonorum poſſesſione requiratur, cum extat contradictum.*

1 LXXXVIII. † Citatio non requiritur, quando rei
à nemine poſſeſſæ mitti in poſſesſionem petitur, ut
puta ex edicto di.Adr.toll.ut inquit Bart.in l.fin.C.
de edi.diui Adr.toll.Et ideo dicitur, ſolam bonorũ
poſſesſionis agnitionem coram iudice abſente par-
te fieri poſſe:ut habetur in l.fi.C.qui admitti.Id qđ
2 † etiam in bonorum poſſesſione contra tabulas, li-
cet ad rumpendum teſtamentum tendat,locum ha
bere noluerunt,ut eſt gl.ſing.in l.fin.§. ſed cum anti-
quitas.C.de curat.furioſi,& tradit Imo.in l.filio prę
terito col.48.& 49.ff.de inofficio.teſtamẽ.Rurſus ẽt
3 † & in bonorum poſſesſione ſecundùm tabulas pro-
cedere uoluit Bar.in l.impuberes.§.fi.ff.de Carbon.
edic.& noluit idem Imo.in d.rub.de dilatio.car.17.
col.j.uer.quartus caſus.Et ideo hac in re inquit Iac.
de Nigris in l.j.nu.36.C.qui admit.retenta Bald.cõ
muni ſolutione,bonorum poſſesſionem actum non
eſſe,qui in forma iudicii explicari debeat.l.ſeruus.ff.
de bon.poſ.& ex conſequenti in bonorum poſſesſio-
ne partẽ neceſſariò citandam non eſſe, prout eſt gl.
in d.l.j.C.qui admit.ibi notauit Signoto.de Homo-
de.ptout antea uoluit Bar.in l.3.§.ſi cã cognita.ff.de
bon.poſ.per tex.in d.l.ſeruus.Confirmabat Bald.hu
iuſmodi concluſionẽ,in l.fi.C.qui admit. ea ratione,
5 ꝙ bonorum poſſesſionis petitione quiſpiam non læ
datur.Nã in bonorum poſſesſione hæreditatis peti-
tione de inre partis diſcutitur.l.filium.§.ſi quis.ff.de
lega.præſtan.non autem in ea, de qua agimus.Et iõ
ſi actus ſine alicuius præiudicio exercetur,citationẽ
neceſſariam non eſſe,dubitandum non uidetur. l.il-
le à quo.in prin.& l.recuſare.ff.ad Trebelliannm, &
eſt tex.in c.dilectus.verſ.ne præiudicetur prælato.ff.
de of.del.vbi id in ſpecie tradit Bal. & refert Barba.
in rub.C.qui admit.col.42.Cõtrariam uerò opinio-
nem tenuit Rofredus, qui citationem neceſſariam
eſſe arbitratus eſt,eius opinionem conatur ſuſtinere
Barbatia in prædicta rub.col.45. ex infraſcriptis, &
primò ponderando tex.in d.l.3.§.ſi cauſa cognita ff.
6 de bono.poſ.Arguendo hoc modo; Cauſa † dicitur,
quæ in cõtronerſia poſita eſt,d.forus.§.cauſa.de ver.
ſig.Modo ſic bonorum poſſesſio in indicio propoſi-
ta dicitur cauſa controuerſia, ergo citatio aduerſa-
rii neceſſaria erit.Secundo mouebatur Barbatia ex
eo,ꝙ cauſæ cognitio requiratur; Nã tunc & citatio
neceſſaria vr̃.l.fi.C. de legi.nbi tradit Bal. in uer.co-
gnitionaliter,& l.in cãæ.§.cã cognita ff.de min.Ter
7 tiò dicebat Barbatia,qui † poteſt certiorare & non
fecit,improbus dicendus eſt.l.creditor.C.de diſtra.
pigno.At in terminis noſtris,ſi perſona eſt certa,cita
ri poteſt,ſi uerò ignoratur,generalis citatio fieri po-
teſt.Alioquin qui id facere omittit,fraudolentus di-
citur,& ex conſequenti ex ſua fraude commodum re
portare non debet per ea quæ habentur in c.ex teno
re,& in c.ſedes apoſtolica,extra de reſcri. Meritò ne
hæc ſubſeqnantur,vt citatio neceſſaria ſit, dicẽdum
videtur, Quarto mouebatur per tex.in capitu.fina.
cum ibi notatis de electione, in 6.ubi cum peritur
8 † electionis confirmatio,generalis citatio fieri ſolet.
Et ratio eſt,quia uniuerſalis bonorum in prælatura
eccleſiæ acquiſitio eſt.Vnde cum agnitione bonorũ
poſſesſionis uniuerſa bona acquirantur, idem qno-
que de ea dicendum uidetur.Quintò inquit Barba-
tia,ſi de iure ff.citatio requiritur,ergo & idem quo-
que de inre.C.dicendum eſt propterea ꝙ per ius no-
uum quo ad inania tãtnm verba receſſum eſſe uide-
tur.l.fin.C.qui admit. Verùm prædictis argumenta-
tionibus Barbatiæ non obſtantib. à prædicta cõclu-
ſione recedendum nõ vr̃;nam facile,ſi rectè animad
uertatur,eius argumenta ſubuerti poſſunt,& primò
dum ponderabat ipſe tex.in l.3.§. ſi cã cognita.ff. de
bon.poſ.reſpondebat Iac.de Nigr.in d.l.j. nu.38.C.
qui admit.tex.illum,quòd bonorum poſſeſsio fit cã,
nullo modo dicere, ſed ſolummodo cã cognita bo-
norum poſſesſionem ad informationem iudicis da-
ri,ut inquit ibi Bart.propterea ꝙ iudex tantummo-
do an illius ſit,ſe informat.l.ſeruns.ff.eo.Cum igitur
ſubiectum corruat,ꝙ & argumentum qnoq; nõ ſub
ſiſtat,dubium non eſt.Itẽ ad ſecundum fundamentũ
reſpondet ex iis,qnæ uoluit Barto.in d.§.cã cognita.
9 Nã,ut inquit ipſe,cauſæ † cognitio dupliciter accipi
põt.Aut enim reſpectu partium,aut uerò iudicis re-
quiritur.Planè ſi in iis,quæ ad partem pertinenr,re-
quiratur,& tunc citationẽ neceſſariã eſſe,ambigẽdũ
non eſt.l.necquicqnã.§. ubi decretũ.ff. de of.procõſ.
10 & leg.Si uerò pro informatione iudicis cognitio in-
teruenire debet,prout eſt in d.l. ſeruus: & tunc con-
trarium dicendũ eſt,ut uoluit Inn.in c.bonæ, de ele-
ctione,& in ca.cũ in ſua,de ſponſalib.& ita loquatur
text.in dic.l.3.§.ſi cauſa cognita,& ſi Barbatia,ꝙ ibi
iudex pro ſua informatione cognitionem non adhi-
beret,

beret, existimauerit. Nam dubium non est, expressè
11 in d.l. seruus apparere † verbum causa cognita iudicis instructionem denotare; prout etiā videtur text. in l. sed si hac. §. prætor ait, ibi, causa cognita. ff. de in ius vocan. minus etiam uerum est, dum Barbatia secundum fundamentum ex eo comprobare conabatur, q̄ bonorum possessio incommodum inferat, ex quo per eam quis dominium cōsequitur. l. 3. §. bonorum. ff. eo. & ex consequenti citatio necessaria uideatur. Nam ad hoc respondet eodem in loco Iaco. de Nigris id in consideratione esse non debere, propterea quòd, licet dominium tribuat, attamen de iure ipsius dominii in possessoria hæreditatis petitione discutiendum esse, vt voluerunt Cy. Bal. & alij in d. l. fi. & ideo cum præiudicium ex hac secunda, non ex prima verè inferatur, meritò non ad primam, sed ad secūdam citatio necessaria erit; Ad tertium uerò fundamentum, quòd non concludat respondendum est nam cum ipsa petitio simplex agnitio sit, nullū præiudicium afferre potest: cū omnia, vt supra diximus, in bonorum possessoria hæreditatis petitione discutienda sint, & ex consequenti, vt omnis fraus, vel dolus cesset, dicendum est. Minus etiam obstabit quartum fundamentum: cum tex. quo fundatur, ad rē nostram non pertineat. Nam ibi electio confirmata non retractatur id, quod aliter in agnitione bonorū possessionis sese habet, cum, vt supra uidimus, ex ea uullum præiudicium infreratur, sed deinde de iure ipsius petentis in dicta bonorum possessoria hæreditatis petitione cognoscendum sit. Rursus nō obstat quintum & vltimum fundamentum; Nam si iure ff. quando decretum in agnoscenda bonorum possessione requirebatur, citatio necessaria non erat, hodie in multo magis iure. C. dicendum erit, cum simplex coram iudice agnitio sufficiat. l. fi. C. qui admi.

12 Hæc autem quæ hucusque diximus † an simpliciter procedant, an uerò nemine contradicente; fuit non modicum inter doctores nostros disceptatum. Nam ubi nullus apparet contradictor; ideo dicebant citationem necessariam non esse: quia in forma iudicij bonorum possessio non conceditur. At ubi apparet contradictor Bar. in d. l. 3. §. si causa cognita. ff. de bono. pos. citationem interuenire debere existimauit, per tex. in d. l. fi. cum ibi notatis. C. de edic. diui Adr. tollen. Planè cum apparente contradictore libellus requiratur, pariter & citatio, ad hoc ut quis in possessionem bonorum defuncti ex beneficio. d. l. admitti possit, necessaria videtur. Verùm Alexan. in d. l. fi. colum. secunda, C. qui admitti, id in iure. ff. quando decretum necessarium erat, fortasse uerum fuisse, dici posse arbitratur, ex quo bonorum possessio non statim concedebatur. At uerò hodie cū decerni non petatur, sed agnoscatur, & talis agnitio, ac si decretū interpositum non esset, habeatur. Merito citationē necessariam non esse, dicendum est. Verùm quicqd dictum sit, indistinctè quod etiam extante contradictore, tam olim, quàm hodie, citatio necessaria non fuerit: firmat Corne. in dicta l. prima, post Bal. in 4. oppositione. C. qui admitti, & refert Iacob. de Nigr. ibidem, nu. 42. Ratio autem est, de qua supra in repellendis Barbatiæ argumentis sæpe diximus; quia bonorum possessionis agnitione præiudicium non infertur, cum in iudicio possessorio petitionis hæreditatis de iure petentis discutiatur. Hæc autem ratio, siue extet contradictor, siue non, locum semper habet. His igitur ita subsistentibus, non obstat text. in d. l. finali C. de edic. diui Adria. tollen. Nam vt inquit Barto. in d. l. 3. §. si causa cognita. in fin. cum per illam missionem quis prẹiudicium patiatur. Merito in eo casu extante contradictore citatio necessaria est. At secus in bonorum possessione per ea quæ supra diximus, concludendum est, & ex consequenti, vt limitatio nostra contradictore non existente quatenus de dicta l. fina. tractamus, procedat, intelligendum est.

1 *Citatio non requiritur, quando iudici defensionē possessori non competere constat.*

1 LXXXIX. † Non requiritur citatio, quando iudici defensionem possessori non competere constat, vt inquit Sebast. Sap. in l. fi. nu. 69. C. de edic. diui Adri. tollend. & est glo. & ibi notat Abba. in capitul. cum olim, de re iudica. & Riminald. in l. si pacto quo pœnam, col. secunda, C. de pac. & Deci. in consi. 192. in causa, col. 4. & de hoc latè supra diximus in 42. limitatione, dum de eo tractauimus. qui contradicere non potest.

1 *Citari non debet ille, qui præsens est.*
2 *Citationis finis est comparitio.*
3 *Iudex stultus est, qui partem, quam præsentem habet, mandat citari.*
4 *Citatio in statuto nostro, quòd non requiratur, quando pars est præsens.*
5 *Citatio non requiritur, etiam si statutum in alijs expressè exigat, vbi pars est præsens.*
6 *Præceptum peremptorium partibus præsentibus necessarium est.*
7 *Citandus non est ille, cui in iudicio præsenti libellus offertur.*
8 *Præsentem esse in aliquo actu, uel citari ad eum actū idem est.*
9 *Citari debet præsens in iudicio, quando inquit aliā ob causam adesse.*
10 *Citandus non est præsens, si moueatur, quid fiat, seu ad quem actum.*
11 *Testis, qui præsentem se fuisse dicit, attendisse præsumitur.*
12 *Testibus aures apud antiquos ualebantur.*
13 *Mens uidet & audit.*
14 *Citari adhuc debet præsens, cum lex citatiotem defensionis causa requirit.*
15 *Citatio præsenti dilatio, si eam petat, concedenda est.*

1 LXXXX. Citari † non debet ille, qui præsens est vt inquit Bar. & sequuntur alii in l. 1. ff. de in ius voc. & ideo dixit Bal. in auth. si omnes, col. vi. versicu. deinde nota. C. si minor se ab hæredita. abstine. arguendo à contrario sensu illius text. dum solemnem citationem ad ualiditatem processus in præiudicium absentium facti requirit, quòd si fuerit minus legitimè citatus, ex quo comparuit, processum non ex vi cita-

tionis,ſed quia præſens eſt,valere,& ideo iudex cum
alioquin non poſſet,ad ulteriora procedere poterit.
Id quod refert & ſequitur Lanfrancus de Oriano in
capitu.quoniam contra falſam,col. ro.quæſti.2. ex-
tra de probatio.cum iis quæ ſcribit Fel.in c.cum di-
lecta,col.19.verſic.ſic etiam intelligi, extra de reſcr.
2 Comprobatur hęc limitatio optima ratione.†Nam
cum citationis finis ſit comparitio, certè præſentem
fruſtra citari dicendum eſt,vt inquit Ioann. Andreæ
in ca.fi.extra de elect.lib.6.in nouellis, & ideo lex de
vno quoque præſentiam ponderat. Vnde inquit ibi
3 Ange.† ſtultum eſſe iudicem,qui partem,quam prę
ſentem habet,mandat citari per ea,quæ habentur in
l.2.C.quomo.& quando iudex,& in l.etiam.§.fin.ff.
de mino.& tradit gl.in l.properandum.§.fina.de iu-
dic.& Ioan.Andreæ in additione ad Speculum in ti-
tu.de ſententijs.§.vt autem,verſicul. & nota.Et licet
Barto.in d.l.j.ff.de in ius uocan. hanc limitationem
tunc locum habere, cum pars eſt præſens in iudicio,
& vult non autem nolente exiſtimauerit. Attamen
Franciſcus Niconitius in d.cap.quoniam contra fal-
ſam,nu.84.extra de probationibus, etiá inuitis par-
tibus præſentibus ſine citatione ſententiam definiti
uam proferri poſſe omnino arbitratur,per text.in d.
l.de uno quoq; uer.præſentibus,vbi Ange.Imol.Ale
xand.& alii in l.j.de iudic. & facit l. in cauſæ. la pri-
ma,§.cauſa cognita.in uerſi.præſentibus.ff.de mino-
ribus,& in l.etiam.§.fi.ff.eod.titu. & tradunt Barto.
Bal.Sal.Pau.Caſtrenſ.Alexand.& Iaſo. ſub numero
4 4.in d.rub.C.de in ius uocan. † inferentes ad ſtatutú
noſtrum,ut non procedat,quando pars eſt præſens,
vbi etiam Dec.nu.7.plures citat, & Aret.nume.2. &
ſequenti,& Curt.iun.nu.8.ubi de communi opinio-
ne atteſtatur,& Cur.ſen.in repetitione dic. rubr.ſub
numero 11.qui etiam de communi opinione atteſta
tur.Et ideo dixit ſingulariter Bald.in auth.ſi omnes
5 C.ſi ut ab hæreditate ſe abſtinere.Statuto† expreſſè
in aliquo actu citationem exigente, partibus pręſen
tibus prædictum actum ſine citatione expediri poſ-
ſe,ut noluit Ioan.And.in c.fi.de electione,in 6.& ſe-
quitur Rom.in l.prima,colum.4.ff.de arbi.& uoluit
anteà idem Bal.in l.prima,in fi.C.quemo.& quand.
Iudex,& in d.auth.ſi omnes partib præſentib.aliud
6 † peremptorium præceptum neceſſarium non eſſe,
id quod ſequitur etiam Iaſo.in l.prima,in prin.nu.3.
7 ff.de in ius uoc.& Rimin.num.3.qui uolunt†ut præ-
ſenti in iudicio,ſi libellus offeratur,aliàs citari nõ de
beat,& ſi abſens,ut ad reſpondendum accederet, ci
tandus eſſet,auth.offeratur.C.de lit.conteſta.prout
declarat Anto.a But.& ſequuntur alii in capi.j. ex-
tra de libel.oblatio.& in c.1.extra de iudic.Compro
8 bari ex eo poteſt,quòd † aliquem eſſe præſentem in
aliquo actu,uel abſentem & citatum ad illum actú,
pari paſſu ambulant.l.in cauſæ.§.cauſa cognita.ff.de
minor.& dic.l.de unoquoque.ff.de re iudic. Præter-
ea,quòd hæc limitatio,etiam parte contradicente &
petente citari,procedat,uoluit idem Riminal.in di-
cta l.prima,numero ſexto,ff.de in ius uocan.Et inqt
eſſe magis communem opinionem Doctorum in c.
primo,extra de iudic.adhuc quòd præſens non ſit ci
tandus,voluit idem Riminal.in conſilio 209. nume
ro 19.& in conſilio 320.numero 9.uolum.2. & Ber-
tran.in conſi.232.num.5.uol.3. ubi de procuratore
præſente loquitur,& Lanfran. in ſua prac.in tracta.
citationum,num.8.& Imo.in conſi.112.nume. 2.&
Hyppol.Marſil.in d.l.de unoquoque,num.9.ff.de re
iud.& Auguſt.Beroius in d.ca.quoniam contra.nu-
me.115.extra de probatio.Hæc autem concluſio,&
ſi generaliter à Doctorib. propoſita ſit, debet tamē
aliquibus declarationibus moderari,& primò vt di-
cebat Riminal.in dic.l.prima,nu.6.ff.de in ius uocá.
ex ijs,quæ uoluit Bal.notabiliter in l.accuſatoribus.
9 C.de accuſat.† niſi ille,qui eſt præſens,dicat ſe aliam
ob cauſam præſentem eſſe. Planè tunc reſpondere
cogendus non eſt,ut ex iis patet,vt ipſe inquit, quæ
in l.ſecunda,eiuſdem tituli habentur, dũ inquit tex.
Nec enim dum quis apud prætorem cauſam agit.
Et facit non modicum illud,quod habetur in l.con
tra pupillum.§.is qui ad maius.ff.de re iudi. & quod
uoluit Archidia.in c.11.quæſt.1.& in c.relatio. Vbi
inquit,cum qui dicit ob aliam cauſam adeſſe, iuſtũ
impedimentum allegare, nec reſpõdere cogendum
eſſe,ſi aliàs ſe reſponſurum dicat.Secundò intellige-
bat Alcia.prædictam limitationem in d. rub.ff.de in
10 ius voca.nume.7.vbicunque † præſens a iudice mo
neatur quid fiat,ſeu ad quem actum, ne fortaſſe ani
11 mo abſit. Quamuis enim teſtis † qui præſentem ſe
fuiſſe dicit,attendiſſe præſumatur c.primo, in verbo
interfuerunt,ſi de inueſtitu. lis oria.in feud.Quia ſci
licet de eo quod ipſe cognouit atteſtatur, ut inquit
12 Bar.in l.prima,§.primo,de authoritate tutor† quá-
obrem apud ueteres aures eis ualebãtur, ut eſt apud
Plautum & Oratium,aliàs tamen attendiſſe nõ præ
ſumitur,c.Artaldus vbi glo.8.quęſt.2. id quod ſi ip-
ſe negaret,maximè dicendum eſt:ut ait Bar.in l.Cel
ſus de uſucapio.& in l.ſiue poſſidetis.C. de probari.
Et ideo monendus eſt, ſiquidem ut Epicharmus ait
13 † mens videt,& audit,non oculi aut aures; Cæterú,
14 & quoties lex † citationem, non ſolùm admonitio-
nis cauſa requirit:ſed etiam defenſionis,non ſuffice
ret pręſentem eum eſſe,vt Bal.recentioreſque tradi
derunt in l.cum fratrem.C.de iis,quibus,ut indign.
& Iaſ.in l.prima,in prin.ff.eo.illud præterea accede-
15 re debet tali præſenti ita monito, ſi petat † dilatio-
nem quandam,quia inſtructior fieri,reſpondereque
demum poſſit, concedendam eſſe.Nemo enim prę
cipitandus, arctanduſque eſt.l. prima, §. largius de
ſucceſſorio edicto.Id quod etiam ſi lex municipalis
de citatione uerba faciat,dicendum arbitrantur Do
ctores in auth.ſi omnes.C.ut ab hered.& Alexandr.
in l.fi.C.de procurato.& ideo dixit Lanfranc. in ſua
practica in c.primo,numero 8.de citationib.autho-
ritate Antonii à Butr.quòd ſi pręſens dicat ſe non eſ-
ſe inſtructum,& uelit tempus ad deliberandú,tunc
reſpondere compellendum non eſſe. Immo illi ter-
minum ad reſpondendum ſtatuendum eſſe, qđ qui-
dem ęquiſſimum videtur,vt ipſe inquit in c.fi.extra
de iudic.præterea quòd citandus ſi ſit præſens, prius
à iudice de actu celebrando certiorandus ſit, tenet
& ita dicit communiter receptum eſſe, Anton. Ca-
picius deciſ.34.nume.8. vbi latius per eum,& tradit
de hoc Mainer.in l.omnia quæcunque, nu. 10.cum
ſequentibus.ff.de reg.iur.ad quos me breuitatis cau
ſa refero.

Citari

1 *Citatio non debet testis præsens in iudicio.*

1 LXXXXI. Citatio † non requiritur, vt inquit prædictus Mainer.in d.l.omnia quæcunq;,nu.9.ff.de re. iu.si testis dum proceditur,in iudicio præsens est:qa tunc potest iurare,& deponere fine ulla citatione,vt uoluit Bald.in d.l.nec quicquam.§.ubi decretum.ff. de of.proconf.per tex.in l.post legatum.§.his verò.ff. de his quib.ut indig.

1 *Citatio non est necessaria in prorogatione compromissi,quam faciunt arbitri.*

2 *Prorogatio,quam faciunt arbitri,à potestate pēdet eisdem consensu partium attributa.*

1 LXXXXII. † In prorogatione compromissi, quā faciunt arbitri,citatio necessaria non est. Nam,vt inquit Bal.in l.non distinguemus.§.dies.ff. de recep.ar
2 bitr. Ratio autem est;quia † huiusmodi prorogatio potestatis ei consensu partium attributæ mera executio est.l.diem proferre,in princ.& ibi notat Bald. qui rursus idem singulariter uoluit in l.eos.§.apostolos,colum.2,ff.de appellationibus,& in authenti.ei qui,circa princ.C.de temporibus appellationum, & refert Hyppo.Marsil.in d.l.de unoquoque,nu.26.ff. de re iudic.

1 *Citatio in officio iudicis an requiratur.*

1 XCIII. Fuit dubitatum,an † in officio iudicis citatio partis requiratur.qua in re Ludouicus Pontanus in rub.de arbitr,num.22.inquit,gl.pro opinione, quod non requiratur, allegari in l.3.§.si causa cognita.ff. de bono.poss.Eam tamen inquit ipse intelligendā esse secundum Barto.in d.l.3.hunc in modum; Aut enim loquimur de iurisdictione contentiosa, aut voluntaria.Planè si de contentiosa iurisdictione loquamur, citatio necessaria erit.Si uerò de uoluntaria, & tunc subdistinguendum est. Quandoquidem, aut ius partis attingitur, aut non attingitur. Primo casu requiritur. Secundo uerò, id quod uoluit glo.locum habet, & de iis omnibus tractatur in l, prima, C.quor.bono.

1 *Citatio in ijs non requiritur,quæ index ex suo officio facere potest.*

2 *Citare partem non oportet,quando index ad suam informationem testes recipit.*

3 *Testes sine iureiurando index recipere potest, quando ex suo officio ad se ipsum informandum procedit.*

1 XCIIII. In ijs † citatio non requiritur ,quæ iudex ex suo officio facere potest ut refert Hypp.Marsil.in d.l.de unoquoque,numero 82.ff.de re iudic.ex ijs quæ uoluit Bal.in l.non dubium,colum.6.versic. iuxta hnc quæro.C.de legibus, vbi inquit idem uoluisse Innocentium in capitu.dudum. de præscriptionibus, & rursus tradit idem Bald. in l, neque natales.in fin.C.de probat.& in l.certum , colum. tertia,C.unde cogn.& in l.patet.ff.de testamen.tutel.& in l.quinquaginta.ff.de excusatio.tuto.& in l,prima, colum.penultim.ff.de leg.secundo, & in l.si qua per calumniam,colum.2.C.de episco.& cler.& Ludoni. Rom.in l.j.colum.9.versicul. item in officio iudicis. ff.de arbit.per ea quæ uoluit glo.quam dicit singularem in l.j.§.si causa.ff.de bonorum possess.& idē Bal. in l,1.ff.de feri.& Oldra.in consilio 213.uerbum aliquando &c,circa principium,pro quo inquit Marsi. eod.in loco optimè facere illud, quod uoluit Innoc. in c.primo,extra de postulati,prælat.quem refert,& sequitur Barb.colum.5. extra de testibus dum inqt, iudicem quando ad suam informationem inquirit,
2 † parte non citata testes recipere posse, pro quo facit gl.notabilis in c.primo,§.si duo de pace tenenda
3 quem ibi Bald. singularem dicit, dum vult, † iudicem quando ex suo officio ad se ipsum informandum procedit , testes sine iureiurando recipere posse,

1 *Citatio nisi ad cautelam necessariam non est, quando de restituendo post certum tempus uel incertum aliquid rogatus pendente conditione alienauit.*

1 XCV. † Citatio nisi ad cautelam necessaria non est,quando de restituendo post certum tempus, vel in certum,aliqnid rogatus pendente conditione alienaret. Planè tunc ad cautelam tantum citatio necessaria est secundùm formam , de qua per Saly. in l.filium quem habentem,columna sexta,C.famil. ercifcund.& Bald.in l.iubemus.C.ad Trebellian. & Panormita.in capitu. Raynaldus columna penultima, extra de testament.Ratio autem est;quia ex communi opinione alienata in quartam imputantur.l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebell. ubi Bartol. rationem adducit.Præterea idem uoluit Aret.in consi.18. discussa,& in consi.19.per totum,& Alexan,in consil. 3.uiso processu vol.3. & latè per recentiores in l. in quartam,colum.32.ff.ad l.Falcid.& refert Vincen.à Sala in d.l.filium quem habentem,numer.20.& 21. C.fam.ercisc.

1 *Citatio non requiritur,quando instrumenti exemplar iudicis authoritate sumitur.*

2 *Instrumenta in uim compulsoriæ parte non citata ex tracta fidem non faciunt.*

3 *Instrumentum etiam si sit tale,quòd neminem specialiter attingat,ut priuilegium,uel indultum, omnes in exemplatione,quorum interest,vel interesse poterit,solemni edicto uocari debet.*

4 *Citationis publicæ publicum instrumentum faciendum esse.*

5 *Citatio tracta temporis præsumitur, si pars præsens fuit,& non contradixit.*

6 *Citatio in exemplatione instrumenti necessaria non est,vbi periculum est in mora.*

7 *Citatio in exemplatione instrumenti necessaria non est,ubi consuetudo eam non requirat.*

8 *Citatiō in exemplatione necessaria nō est, quando exēplar manu eiusdem notarij, qui instrumentum confecisset,sumitur.*

9 *Citatio in exemplatione instrumenti, quando valdè antiquum est exemplar,si non appareat,non nocet.*

10 *Citatio præsumitur.*

1 XCVI. † Citatio non requiritur, quando instrumẽ
ti exemplar iudicis anthoritate sumitur. Nam licet
Bartol.in authen.siquis in aliquo.C. de eden.repro
bata opinione Guidodis de Suza Cremonensis, &
Nicolai de Neapoli post Cyn.citationem necessa-
riam esse velit, quem seqnutus est Bald. & commu-
niter Doctores, ut refert Franciscus Curtius in di-
cta autben.siquis in aliquo, & babetur in decis. ca-
pel.Tholosan.decis.417.& Rota decisione, decima:
2 & decis.268. Dum uult, quod † instrumenta in vim
compulsoriæ parte non citata extracta fidem nõ fa
ciant. Id quod secundùm Siculum in napitu. Alberi
cus.de testibus valde notandum est. cum mulieri
errent facientes solùm per notarium anthoritate iu
3 dicis extrahi. immo, quod plus est, si sit † instrumen
tum, quod specialiter neminem attingat, vti priui-
legium vel indulgentia, & sic ex conseqnenti specia-
lis adnersarius. non sit omnes tanquam quorum in-
terest, seu interesse poterit solemni edicto uocari de
bent: vt voluit ibi Innocent. & Sicnlns sequutus est,
alioquin exemplatio non subsisteret: nisi per eum fie
ret, qui illud concessit, immo consulnit Hostiens. in
capitu.cum P.Trebellio extra de fide instrument. de
4 prædicta uocatione † publicum instrumentum fa-
ciendum esse; quoniam licet in exemplatione dice-
retur, quòd parte uocata, & non comparente facta
fuit, huiusmodi uerbis enunciatinis standum non es
set; secundum Siculum in d.capitu. Albericus per no
tata per Barto.in d.authẽ.siquis in aliqno. & per In-
nocen.in cap.quoniam contra extra de probatio. At
secus si in publicatione, seu exemplatione partem
5 præsentem fuisse diceretur. Propterea † quòd ex quo
præsens fuit, & non contradixit, tractu temporis ci-
tatio præsumeretur, per ea quæ ipse uoluit in d. ca-
pitu.quoniam contra. & Innocent. in c.innotuit. de
eo qui fur.ordin.rece. Curet igitur de uocatione in-
strumentum fieri, prout dicitur in c. significauit. ex-
tra de testibus, & illud non minus, ac exemplatũ dili
genter custodiat: ut uoluit gl.notabilis in ca.cum in
iure.de of.delega. Verum licet huiusmodi conclusio
ita communiter recepta sit, eam tamen Franciscus
Curtius tn d.authen.siquis in aliquo, num.15.C. de
edend. quatuor modis declarandam, & limitandam
arbitratur.
6 † Et primò ubi periculum in mora versatur, ut uo-
luit Inn.in c.fi.extra de fid.instr. & tradit Ange.in d.
auth.siquis in aliquo: & Ale. qui ibidem Speculato-
rem adducit, & de hac limitatione in genere sumpta
nos supra latius multa diximus.
7 Secundò limitat † vbi consuetudo in exemplatione
citationem non tequiteret, ut uoluit Bal.in d.auth.
siquis in dliquo; quem sequuntur recentiores; & pręsertim Ant.de Alexa.qui subdit consuetudinem ita
in regno Neapolitano obseruare, & de hac etiam su
pra latius diximus.
8 Tertiò limitat † quando exemplat manu eiusdẽ no-
tarii, qui publicum confecisset, traderetur: tũc enim
pars necessariò citanda non est, sed sola iuhicis au-
thoritas sufficit, ut uoluit Rota, quam sequitur Ant.
à But.in c.fi.extra de fid.instrum. & Anto. de Alex.
in d.authen.siquis in aliquo, & si Curtius ibidem id
sibi non placere affirmet, ex quo si idem met Nota-
rius exemplar sumat, iudicis authoritas, sicut nec
citatio, necessaria non sit.
9 Quartò & ultimò † limitat illam conclusionem, &
citationem necessariam non esse arbitratur, quando
exemplar ualde antiquum esset. Quandoqnidẽ tũc,
licet citatio non appareret, attamen temporis anti-
quitate præcessisse præsumeretur, vt uoluit Innocẽ.
quem sequuntur communiter doctores, in d.l. Albe
ricus, extra de testibus, & Bal.in d.auth.siqnis in ali-
quo, & in capi.fina. extra de fide instrumentorum.
Quicquid uoluerit Guiliel.de Cun.in l.j.ff. de in ius
10 uoca. Nam quòd † citatio præsumatur, communis
opinio est. ut latè tradunt recentiores in l.sciendũ.ff.
de uer.ob. & Rimin.in consi.282.nu.7.& 17.volum.
secundo.

1 *Citatio in extractione scripturæ originalis, quæ fit de archiuo publico, necessaria non est.*

1 XCVII. † Citatio in extractione sctipturæ origina
lis, quæ fit de archiuo publico, necessaria non est: vt
notat Bal.in c.j.in fi.extra de fide instrumento. & re-
fert Riminal. in d.consi.282.num. septimo, uolumi.
secundo.

1 *Citatio eo tempore non requiritur, quo instrumẽtum non ostenditur.*

1 XCVIII. † Citatio non requiritur eo tempore, quo
instrumentum ostenditur, etsi contrarium uidẽtur:
per ea quæ uoluit Bar. in extrauaganti ad reprimen
dum, in uersicn. de plano: nam Sebastianus Sapia in
d.l.fi.nu.70.C.de edic.diui Adria.tollend. contrariũ
uerius arbitratur. non obstantibus his, quæ dicebat.
Bartol.in prædicto loco. Propterea quòd loqoitur
ipse, quando instrumentum ad probandum produ
citur; Nos verò quando ad iudicem instruendum
profertur.

1 *Citatio an requiratur in banniendo, stante statuto quòd notoriè de falsitate infamatus, de facto nullæ iuris solemnitate seruata puniri, cõdemnari, & bannari possit.*
2 *Cisatio per verbum de facto, an tollatur.*
3 *Defensio verbis quantumcunque latis tolli non potest.*
4 *Verbum de facto quandoque capturam tantum regulat.*
5 *Captura est citatio personalis.*
6 *Verbum de facto, quandoque cognitionem regulat.*
7 *Defensionem ipse iudex suscipere debet, cum contra absentem agitur.*
8 *Verbum de facto, quandoque executione regulat.*
9 *Citandus est notarius, etiam quod statutam dicat, quòd ubi condemnatio falsitatis præsentatur, ipse de facto de matriculari deleri debeate*

1 XCIX. Stante † statuto, quòd notoriè de falsitate
infamatus, de facto nulla iuris solemnitate seruata,
puniri, condemnari, & banniri possit. An tunc condi
tione banni citatio requiratur, dubitatum fuit. Quæ
in re

in re Nellus à Sancto Geminiano in suo tractatu bānitorum parte tertia primi temporis: nume. quarto, Primò inquit citationē necessariā nō esse ea ratione dicendum uideri, quod in criminalibus eodem modo, quo in ciuilibus proceditur. Sed in ciuilib. uerbū de
2 facto, † citationem tollit, ut habetur in l. uerùm. §. ex facto. ff. de minor. ergo & idem in criminalibus dicendum est: prout notatur in l. ictus fustium. ff. de his qui notant. infam. & uoluit Bart. in quodam suo consilio incipiente punctus quæstionis. At prædictis non obstantibus contrarium uerius uidetur. Propte
3 rea quòd † uerbis quantumcūque latis defensio, quę iuris naturalis est, tolli non uidetur, immo nec naturaliter tolli potest. l. ut uim. ff. de iusti. & iur. & l. defensionis facultas. C. de iur. fisc. li. 10. Quinimmo & brutis conceditur l. 1. §. cum arietes. ff. si quis pauper. fecis. dicat. sed per citationem parti defensionis copia datur. ergo illa tollenda non est. Stante huiusmodi argumentorum diuersitate; inquit Nellus, ita concor
4 dari posse, nam † uerbum de facto, quandoque capturam tantum regulat, & tunc citationem necessariam non esse fatetur. Propterea quòd tunc citatio
5 non tollitur, sed loco uerbalis † personalis citatio fit, quæ multis in casibus de iure permittitur. l. neque. ff. de inius uoca. & l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. credito. & tradit Bar. in l. consenta
6 neū. C. quomo. & quan. iudex. Quādoque uero † uerbum de facto, cognitionem regulat, ut puta si statuto dicatur, quòd de facto cognosci possit. & tunc citationem necessariam esse dicit. per ea quæ supra pro hac parte deducta fuerant, accedente etiam quòd cognitio, nisi partium assertione fieri non potest. l. fin. C. de fruct. & litium expens. His ita in iure subsistentibus, nou obstat gloss. in §. ex facto. Nam licet iuris solemnitas tollatur, ob id tamen defensionem tolli dicendum non est, ut osten sum fuit. Id quod ex
7 eo, comprobari potest, † quòd ubicumque contra absentem procedi potest, iudex ipse partis defensionem suscipere debet l. prima, in fi. ff. de quæst. & l. si nō de
8 fendantur. ff. de pœn. Quādoque † uerò prædicta uerba executionem regulant, ut quia dicitur, quòd de facto puniri possint, & tunc; aut post omnino liquidatum crimen adiicuntur, & tunc arbitratur Nellus citationem non requiri: Planè tunc, quòd nullas defensiones habet expressè apparet, & ita procedat gloss. in dicta l. ictus fustium, quæ de inflagranti crimine capto loquitur, & facit id quod notat glos. quam sequitur Bald. in l. 2. de furtis. Aut uerò omnino liquidum non est, sed solùm iuris præsumptione; exempli gratia, si statuto disponatur, quòd bannitus propter cōtumaciam captus de facto puniri debeat, & in hoc quoque casu, ut illi aliquis terminus assignandus sit, uerius arbitratur, & si breuis esse possit, si aliquam defensionem habeat l. 3. §. si ad diem, & quod ibi notat Iacob. de Aren. ff. de re mil. & facit tex. in d. l. prima, in fin. de quæstio. & quod habetur in l. fin. C. deposit. & ideo licet quis notoriè de falsitate diffametur, in hoc casu putat iudicem eum saltem semel, antequā in banno ponat, citare debere. Ad quod faciunt ea, quæ notantur in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præs. satis enim de facto fiet, si illud quod aliàs spacio uiginti dierū fieret, duobus uel tribus, & sic sine solemnitate, & temporis dilatione fiat, ut notatur in dicto §. ex facto, & ita inquit Nellus dictante statuto
9 † quòd Proconsul. notarium statim, quòd sibi condēnatio falsitatis præsentetur, ipsum de facto de matricula delere debeat, consultus aliquando ex facto respondisse, scilicet tanquam deleatur, citandum esse, ut habetur in dicto §. si ad diem. per Iaco. de Aren. In proposita autē quæstione si iudex ad probationem notorij, secundùm ea quæ habentur in l. prima, C. qui & aduers. quos, & in l. ciues. C. de appel lat. & in c. euidentia, de accusation. cum concordantibus: infamatum cum cominatione ponendi eum in banno citari fecisset, & ipse non comparuisset, tūc fortasse facta probatione, alia citatio non requireretur, ut notatur in l. de pupillo. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nunciat. & in l. secunda, C. de episcop. audient. quasi tunc crimen omnino liquidatum dici debeat.

1 Citati an debeat pars ad articulos dandos, uel corrigē dos.

2 Citari est pars in interlocutorijs.

3 Interlocutoria absente parte, licet non contumace, ferri potest.

C. Alber. Matth. in trac. de testibus, in 3. part. prin cip. de solemnita. productione & examinatione te-
1 stium requisitis, nu. 2. Quærit, an pars † ad articulos dandos uel corrigendos citari debeat, & dominos de Rota inquit conclu. 90. quòd tunc citatio necessaria non sit, aliquos tenuisse referre. Ratio autem est quia talis actus ipsius iudicis est, nec interesse partis aduersæ, ex quo suas dedit exceptiones, cōtinet. Rursus præterea nonnullos alios egregios iureconsultos contrarium uoluisse; ea potissimum ratione, quòd huiusmodi articulorum admissio quædam interlocuto
2 ria sit, † & in interlocutorijs pars citanda est. c. ad petitionem, de accusationibus, & c. si à iudice, de appellat. in 6. Quam posteriorem opinionem prædicti domini Rotæ tanquam ueriorem sequuti sunt. Qua quidem ita recepta, quòd interlocutoria sit obstare non
3 uidetur. Propterea quòd interlocutoria absente parte, licet non contumace ferri potest: ut notat Inno. in c. auditis. de procurato. & præsertim quando generalis ad totam causam, & omnes iudiciarios actus citatio præcedit, & ita in curia seruari attestantur. Verùm Anton. à Butr. in d. c. 2. ubi generalis citatio non præcesserit, primam opinionem ueriorem putat. & dictum Innocentij in dicto c. auditis. de iure inquit non subsistere. prout etiam illud reprobat Hostien. in c. ex rati one, de appellationibus. Et ideo inquit eod. in lo. Alber. ad omnes opiniones tollendas, partem ad uidendum articulos, seu capitula producitare tutius esse, & ita semper & practicari, et ob seruari uidisse.

1 Citatio non requiritur, quando iudex terminū constitutum ad sententiā proferēdā prorogat, dūmodo prorogato absenti intimetur.

C I. Licet quando citatio ad certam diem, & horā fit, ut ille actus illa die & hora expediatur neces sa. uim

farium sit, alioquin si antè uel post, actus tanquam parte non citata factus non ualeat, vt inquit Bartol. in l.aut qui aliter.in princ.per illum tex.ubi Alexan. ff.quod ui aut clam & in l.si autem.§.si is qui eodem titu.& Anto.à But.in c.primo,de iudi. Potest tamē
1 iudex † in termino citationis illam ad aliam diem,& horam prorogare, & illo tempore prorogato absq; alia citatione, dummodo prorogatio absenti intime tur, actum expedire, vt inquit Alexand. in apostill.in dicta l.aut qui.in princip.& facit tex.in capitu.consu luit.extra de offic.delega.& Augusti. Beroius in capitu.quoniam contra falsam.num.116.extra de pro batione.Ratio antem est; quia terminus ille proroga tus idem cum primo censetur.l. sed & si manente.ff. de preca.& uoluit Abb.in c. de causis. extra de offi. delegat.

1 *Citatio non requiritur immediate ad sententiam, quā fert delegatus, vbi iudex, qui de causa cognouisset, usque ad commissionem citationis ad sententiam in clusiuè, propter impedimentum superueniēs causam delegasset.*

2 *Citatio alia ad accipiendam copiam rescripti nec essa ria est.*

1 CII. † Citatio immediata ad sententiam non requi ritur, quando ordinarius, qui de causa cognouisset, usque ad commissionem citationis ad sententiā inclusiuè propter impedimentum superueniens cām delegasset. Planè tunc delegatus sententiam absque alia citatione ferre poterit: ut innuit Speculator in titu.de senten.§.fi.uersic.item quare. Verùm Bald.in l.hoc edictum per illum tex.ff.de iudic.contrarium uerius arbitratur, cuius opinio Augustino Beroio, ut ipse refert in dicto capitu.quoniam contra, num. 94.extra de probationibus, uiua ratione magis placet; Nam delegatus iurisdictionem adeptus, nisi per citationem, per quam perpetuatur, & acquiritur iurisdictio actualis, non dicitur.capi.licet & c.gratum de offi.delega.ergo absque alia citatione ad sententiam definitiuam deuenire nō poterit. Præterquàm
2 q; † alia etiam citatio ad accipiendam copiam rescri pti necessaria est: vt uoluit Abba. quem alii sequuntur in d.cap.relatum.& in d.c.gratum. extra de offi. delega.

1 *Citatio non requiritur, quando habilitatio à iuramen to, seu absolutio ad effectum citandi, & agendi petitur.*

2 *Absolutio à iuramento sine citatione concessa ualet & tenet.*

3 *Iuramento absoluere, seu dispensare episcopus, & Pontifex sine causa non possunt.*

4 *Citatio in absolutione à iuramento, cum est defunctus ille, cui præstitum est iuramentum, & erat persona priuata, nec pro se, nec hæredibus receperat.*

5 *Citatio etiam in absolutione à iuramento necessaria non est, cum ille, qui citari deberet, partem in iudicium non uocaturum, uel quicquàm denūciaturum iurasset.*

6 *Citatio non requiritur, cum libertus ueniam vocandi patronum in ius petit.*

7 *Citatio necessaria non est, quando iusiurandum temerarium, & non obligatorium ex parte iurantis est.*

8 *Iudicio in notoriis opus non est.*

9 *Citatio non requiritur, quando tanta recipientis est turpitudo, vt nulla obligatio acquiri, aut confirmari iuramento possit.*

1 CIII. † Non requiritur citatio: ut inquit Augusti. Beroius in d.capi.quoniam contra, numero 93. extra de probationibus, quando habilitatio à iuram ento, seu absolutio ad effectum citandi, & agendi pete retur. Quandoquidem cum huiusmodi habilitatio ad præparationem citationis fieri dicatur. alia citatio necessaria non erit. prout etiam uoluerunt Imol. & Fel.in capi.primo, de iureiurando, licet Doctores ibi, & alibi nonnulli contrarium tenuisse uideantur. Nam ita in practica obseruari Bononiæ attestatur. Quam conclusionem tenuit Curt.Sen.in consili.43. numero 27.& Curt.iun. in consilio 152. numero 8. & tradit Pau.Castren.in consilio 226.circa primum quæsitum, colum.4.Ratio autem est: quia de præiudicio aduersarii non tractatur, sed solùm de liberando, & excludendo à periurio eum, qui iurauit, argumento.l.accusare.in principi, ad Trebellianum: put uoluit etiam Anto.de Pratoueteri in consili.49.pau cis utar.colum.10.in secundo uolumi. consiliorum Alex.& Lapus allega.10.quem sequitur Rom. singu gula.472. Florentinus contrahit. Verùm Tiraq. in d.tracta.res inter alios acta, limitatione 30.contrarium plerosque omnes tenere attestatur. Nam contrarium uoluerunt (ut ipse inquit) Ioan. Andr. post antiquos in additio.ad Speculum in rubr.de iureiurand.quæst.ult.& Anto.Cardinal.qui dicit ita sæpius consuluisse, & Imo.in cap.debitores, extra de iureiu rand.& Lauren.Rodulphus in d.cap.consuluit quæstio.25.de usuris, & Panormita.& latè & recentiores in cap.primo, de iureiurando: & Alexand.in consilio 222.uisa facti narratione, colum.quarta, & Soci, in consilio 59.columna quarta, uersicul. preterea talis relatio lib.tertio, & latè in loco supra adducto pluri bus iuribus, & rationibus comprobat Tiraquel. Animaduertendum tamen est: quia licet magis communis opinio, ut citatio præcedere debeat, esse uideaē.
2 Attamen † si absque citatione absolutio concedatur ualet & tenet: ut uoluit Anto.a But. in dicto capitu. debitores; exemplo eorum quæ de absolutione ab ex communicatione dicuntur; vt notat Ioan. And. & se quuntur alii in capit.qua fronte.extra de appellationibus, & sequitur Iaso.in l.patre furioso, colum.antepen.uersicu.14.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. & si Panormi.in dicto capitu.primo, colum.8. uersicu. quarto, extra de iureiu.ea ratione contrarium uolue
3 rit, quòd † non solùm episcopus, sed nec etiam Ponti fex sine causa absoluere, seu dispensare à iuramento non possit, ut notat Bar.in l.secunda, ff.de iud.& in l. multum.ff.de condit.& demonstr.& facit, quod notatur in cap.ex parte Astensis extra de concess. præb. At illi de causa parte non uocata constare non potest. Nec quicquam illud, quod de absolutione ab excommunicatione notatur in d.ca.qua fronte, ob-

stare

ſtare uidetur, cum à uoluntate eorum, qui excommunicant pendere dicendum ſit. Valet enim ſemper iuſta, ſiue iniuſta ſit excommunicatio: ut habetur in c. uenerabilis. §. vbi autem de ſententia excommunicationis lib. 6.

Præterea & ſecundò inquit Tiraq. eodem in loco ea, quæ aduerſus hanc noſtram limitationem obiecta fuerunt; tunc locum habere, quando huiuſmodi abſolutione obligatio radicitus euellitur. At ſecus verò ſi quiſpiam, ut poſſit ſine metu periuri ex capite enormis læſionis, aut alio quouis caſu, reſciſſionē contractus petere habilitetur. Tunc enim partem citare non oportebit, cum huiuſmodi abſolutio potius pœnitentiam, quàm iudicium continere uideatur, nec de magno præiudicio creditoris, cui ad defendendam principalem obligationem iuratam: ius integrum omnino, & ſaluum remanet, tractatur: ut conſuluit Oldrad. in conſilio 120. ad duplicem finē, & uoluit Ioan. And. in additione ad Speculum in rubri. de iureiurand. in fi. & Petrus Ancha. in conſ. 18. in quæſt. quæ uertitur, columna penul. verſicu. 4. præſuppoſito, & Laurentius Rodulphus in dicto capit. conſuluit quæſt. 126. in fi. & Imo. in ca. primo, de iureiuran. & in his terminis ſi rectè animaduertaſ, ſupra poſita fuit noſtra limitatio. Verùm prædictis non obſtantibus, contrarium uoluit Anch. ſibi contrarius in conſilio 198. prædictis ſubtiliter, & ad plenum deductis, & in conſilio 362. retento ordine dubiorum, columna prima, ver. præſuppoſito. & Imo. in d. c. debitores, colum. 9. Vbi tamen dicit priorem opinionem Bononiæ in curia epiſcopali, communi uſu obſeruari, & Panorm. in conſilio 12. & ſi copioſior, colum. 5. lib. ſecundo, & Felyn. dicens hanc partem eſſe tutiorem in dicto ca. primo, col. 9. extra de iureiuran. & Iaſ. qui hanc commendat in l. nec quicquam. §. ubi decretum, col. 9. uerſi. ultra prædicta. ff. de offi. proc. & Fed. Sen. in conſi. 300. factū tale eſt.

Tertiò declarat idem Tiraq. eodem in loco citationem neceſſariam non eſſe, quando nemini ex iuram ento actionem, uel ius competere conſtaret, ut conſuluit Cardin. in conſilio 38. quidam habens, dū
4 inquit, quòd† ſi defunctus ille eſſet, cui præſtitum eſt iuſiurādum, & erat perſona priuata, nec pro ſe & hæredibus receperat, nullo citato abſolutionem ualere propterea quòd ad ipſos hæreditas non extenditur c. imperialem. in titu. de prohibit. feud. alienat. & notatur in c. ueritatis. extra de iureiuran. & tradit Fely. in d. c. j. col. 10. uer. tertiò limita.
5 Quartò ibidem declarat † quando ille, qui ita iuraſſet, partem uocare non poſſet, quin in periurium incideret, exempli gratia: quia ſe partem in iudicium nō uocaturum, vel quicquam illi denunciaturum iurauit. Planè, inquit ipſe, tunc poterit is, parte non citata abſolui, cum iuri partis quicquam non detrahaſ,
6 quemadmodum dicimus, cum † libertus ut poſſit Dominum in ius uocare, veniam petit. l. 4. ff. de in ius uocan. & voluit Ioan. Andreæ in additio. ad Speculum in rubr. de iureiuran. in fi. & refert Imo. in clemen. diſpendioſam. in gloſſ. in uerb. tangentibus, de iudic. & in d. ca. j. de iureiuran. Hoc tamen reprobat Panormitan. in dic. cap. primo, colum. 7. uerſic. quid dicendum, vbi etiam Fel. colum. 10. uerſicu. quarto vbi tamen hoc ſuſtinebat in eo; qui abſolutionem ad hoc ſolum petit, ut ad agendum habilitetur, de quo ſatis ſupra dictum fuit.

7 Quintò ibidem declarat Tiraq. † citationem neceſſariam non eſſe, quando iuſiurandum temerarium, & non obligatorium ex parte iurantis eſſet. Quandoquidem cum eo caſu quædam potius declaratio, ſeu denunciatio, quòd ligatus non eſt, quàm abſolutio, ſeu relaxatio requiratur c. conſtituti, s. il primo extra de teſtibus. Meritò partis citatio neceſſaria non erit, ut uoluit idem Ioan. And. in d. rub. de iureiurā. quæſt. ulti. & Anto. à Butr. in d. ca. debitores, eodem titu. & Panormita. in c. j. col. 6. ver. nunc extra gl. co. ti. vbi tamen hoc intelligitur, quando iuramentū ſi
8 non ligare manifeſtè apparet † nam in notoriis ad iudicium venire opus non eſt. cap. quoniam, de filiis presbyterorum.
9 Sexto etiam non requiri † citationem eodem in loco declarat Tiraq. quando tanta recipientis eſſet turpitudo, vt nulla obligatio quæri, aut confirmari iuramento poſſet: ut uoluit Anto. à But. in d. c. debitores. exemplo de ſoluendis, uel non repetendis uſuris iuramenti: & ſi id reprobet Panormitanus, in dic. capitu. primo, colum. 8. uerſicu. tertiò non placet: vt latè per Tiraq. eodem in loco, & tradit Felyn. in dicto capitu. primo, colum. 9. uerſicu. ſed contra iſtam limitationem.

1 Citatio neceſſaria, non eſt quando iudex per ſe partibus præſentibus terminum ad agendum præfigit.

CIIII. Vt inquit Auguſt. Beroius in capit. quoniam Abb. num. 1. extra de offic. & poteſtat. iudi. de-
1 legati † citatio neceſſaria non eſt, quando iudex ipſe partibus præſentibus terminum ad agendum præfigit: ut notauit Abba. per illum text. nam ex quo ibi de nuncio nihil dicitur. ſed ſolum quòd iudex diem ad agendum præfigit, quòd abſque nuncio, & eius citatione id fecerit, inferendum eſt, ut ibi latius per eum.

1 Citatio neceſſaria non eſt, cum iuſiurandum alicui pro rerum ablatarum in odium delinquentis liquidatione alicui iuxta formam. l. ſi quando. C. vnde ui & c. ſuper eo. extra quod metus cauſa, defertur.

1 CV. † Citatio neceſſaria non eſt, cum iuſiurandum alicui pro rerum ablatarum in odium delinquentis liquidatione alicui defertur iuxta formam. l. ſi quando. C. vnde vi, & c. ſuper eo. extra quod metus cauſa. Nam huiuſmodi taxatione, & iuramenti delatione ad maius ſui odium partis citatio non requiritur. At ſecus ſi talis taxatio a iudice facienda ſit, ut eſt deciſio Rotæ 299. licet in nouis, & tradit Iaſo. in l. ad. nonendi, col. pe. & finali. ff. de iureiu. vbi id in omni iuramento ampliat, quod propter delictum alicuius, uel contumaciam defertur, vt refert Robert. Marāta in ſuo ſpeculo aureo in 6. & vl. par. princip. §. quintus modicus, nu. 22. uer. decimooctauo limita.

1 *Citatio non requiritur, cum aliquis instrumentū con tra debitorem, cum pacto de capiendo & constitutio ne precari habet.*

1 CVI. Non requiritur † citatio, cum aliquis instrumentum contra debitorem cum pacto de capiendo & constitutione precarii habet; Propterea quòd cōtra tertium possessorem non citatum, negocio non dum liquidato, capturam facere potest: ut uoluit Franc. Aret. in consilio primo, colum. penultim. in fi. & colum. fi. & Soc. in consilio 82. colum. 3. volumi. tertio, & refert idem Robert. Maranta in suo speculo aureo in 6. & vltim. parte principali, versi. quintus modus, num. 35. uersicul. trigesimo primò limita. Id quod inquit perpetuò notandum esse, quia milies in facto accedit, & pluries contrarium à nonnullis doctoribus, qui dictas decisiones non uiderunt, respon sum vidisse.

1 *Citatio non requiritur, ubi periti à iudice electi agrum, uel aliam differentiam ex aspectu loci referunt.*

1 CVII. Citatio † necessaria non est, cum periti à iudice ad agrum mensurandum, vel aliquam loci differentiam uidendam missi referunt: quandoquidem in relatione dictorum peritorum partis citatio, vel præsentia necessaria non erit; licet in eorum electione necessaria fuerit, ut uoluit Bartol. in l. Theopompus. in fin. ff. de dot. præleg a. & Angel. in l. prima, §. Marcellus. ff. si cui plusquam per leg. Falcid. & refert Robert. Marant. in speculo aureo, in 6. & vltim. parte principa. §. proposui, num. 20. versic. decimo sextò limita.

1 *Citatio non requiritur, vbi iudex ad quem, appellationem desertam pronunciat.*

1 CVIII. Non requiritur † citatio, quando iudex ad quem appellationem desertam esse pronunciat, vt uoluit Philipp. Francus in c. sæpe, colum. 7. de appellation. & refert Robert. Maran. in suo speculo aureo in 6. & vltima par. principa. §. secundò principaliter sequendo, nume. 155. in fin. versicul. Immo quando iudex.

1 *Citatio in insinuatione donationis non requiritur.*

1 CIX. Non requiritur † citatio in insinuatione donationis, nam nemine citato fieri poterit, ut uoluit Cy. in l. vltim. C. qui admitti. & Bar. in l. in hac per il lum tex. C. de donatio. & in l. Modestinus. ff. eo. tit. & Bal. in l. illud, col. 4. C. de sacrosf. eccl. & in l. j. in prin. C. de litis conte. & in anth. eò decursum. C. de donatio. ante nuptias. & in l. vl. C. qui admit. & in l. vl. §. illud. C. de tempo. appellatio. & in l. si sibi pecuniam. ff. si certum petatur, & Pau. Castrensi. in l. testamenta omnia. C. de testamen. & refert Tiraq. in tractat. res inter alios acta. 32. limitat. & Iaso. in l. j. in fi. quando lib. prin. da. & Hyppoli. Marsi. in d. l. de unoquoque, nu. 98. ff. de re iud.

1 *Citatio non requiritur, vbi de enormissimo delicto cō tra aliquem procedendo testes examinantur.*

2 *Iura propter enormitatem delicti transgredi licet.*

1 CX. † Non requiritur citatio, quando de enormissimo delicto contra aliquem proceditur. Nam tunc testes lite non contestata, & parte non citata recipi possunt, vt uoluit Archidia. in capitu. primo, de homicid io in 6. inquiens in casu illius c. & ex consequēti in enormi crimine, lite non contestata, & parte nō citata recipi posse. Id quod sequitur Dominicus à sancto Geminiano ibidem. in §. fina. & eos refert, & sequitur Fely. in capitu. quoniam frequenter in prin cip. colum. penultim. ut lite non contestata, & facit 2 in argumentum regula illa, quòd † propter enormitatem delicti, iura transgredi licet, vt habetur in capitu. cum omnes. de constitution. & refert idem Hyppol. Marsi. in d. l. de uno quoq;, nume. 101. ff. de re iudica.

1 *Citatio quando non requiritur, vbi in aliqua causa criminali, sententia capitalis fertur.*

2 *Reus dat licentiam iudici, in causa criminali sine citatione procedendi.*

3 *Sententiæ capitalis ferendæ consuetudo.*

1 CXI. † citatio non requiritur, quando in aliqua cā criminali sententia capitalis fertur. Subsistit namq; talis sententia, licet reus ad eam sententiam audiendam citatus non fuerit, ut inquit Angel. Aret. in tracta. maleficiorum, versi. qui iudex commisit. in princip. Id autem tunc in criminalibus locum habere di 2 cit, quando Reus † iudici in illa causa usque ad sententiam exclusiuè absque alia citatione procedendi licētiam dedit, de qua licentia habetur per Barto. in l. is qui reus, & in l. inter accusatorem. de publicis iudiciis. Addit præterea Angel. id propter iudicis subsequutam monitionem procedere, in qua reum ꝓ singulis diebus, & horis ad comparendum admonuit. Quæ quidem iudicis monitio vim peremptorii habet. l. secunda, vbi glo. & doc. tradunt. C. quomod. & quando iudex. & uoluit Bar. in l. & post edictum, & in l. ad peremptorium. ff. de iudic. Et ideo talis monitio ad ualiditatem sententiæ satis est, argumento eorum quæ uoluit Barto. in l. si finita. §. Iulianus, colū. secunda, ff. de dam. infec. Hæc autem subdit Ang. eodem in loco tunc habere, quando reus comparuit, & monitus fuit, ut supra dictum est, & iudici procedendi licentiam dedit: de qua licentia latius supra tractauimus in 57. limitatione. Secus autem si reus absens, & contumax fuerit: propterea quòd tunc eo non citato sententia non ualeret repugnante regula 3 dicta l. de unoquoque, & similium. Consuetudo † au tem quando reus est carceratus uoluit, ut personaliter coram iudice deducatur, & in eius faciē præcedente tamen sono campanæ sententia feratur, qui quidem campanæ sonus quædam tacita citatio uide tur, & si neq; tacitè, neq; expressè requiratur. Propterea quòd cum reus præsens sit, alia citatio necessaria non est, cum præsens regulariter citari non debeat, ut inquit Hyppol. Marsil. in d. l. de vno quoq;, nume. 103. ff. de re iudic.

1 *Citatio necessaria non est, vbi de futuro scandalo dubitatur.*

1 CXII. † quando de futuro scandalo dubitatur, citatio necessaria non est. vtputa cum ne ad arma partes deueniant dubitatur. Planè hoc casu præceptum iudicis sine partis citatione factum substinetur, vt uoluit Imo. in dicta l. de unoquoque. ff. de re iudica. argumento. l. de pupillo. §. siquis riuos. ff. de oper. nõti nunciatio. & l. æquissimum. ff. de usufructu, & refert idem Hyppol. Marsil. in d. l. de unoquoque, numero 102. ff. de re iudica. & Bartholome. Soc. in tracta. fallentia in uerbo citatio requiritur fallen. 10.

1 *Citatio non requiritur, vbi propter potentiam vasalli periculum esset in mora.*

1 CXIII. † Non requiritur citatio, & satis conuenit præcedenti limitationi, quando propter potentiam uasalli periculum in mora esset: nam tunc & non citato procedi, & feudum occupari potest, vt inquit Anchara. in consi. 277. ex prædicta facti narratione, & in consi. 408. & notat Fel. in c. quoniam frequenter, colum. 7. ver. similiter dicit Pet. de Anchar. extra ut lite non contestata, & refert Anton. Capic. decis. 69. nume. 27. & firmatur in decisionibus Tolosanis, decis. 475.

1 *Citatio non requiritur, ubi quis ab aliquo uiolẽtiam passus sit, et bonis suis spoliatus, res sibi ablatas suo iuramento, præmissa tamen iudicis taxatione, probare potest.*

1 CXIIII. citatio † non requiritur in casu c. fin. extra quod metus causa, & l. siquando. C. unde vi. Vbi si aliquis violẽtiam ab aliquo passus sit, & bonis suis spoliatus, res sibi ablatas proprio sacramento: præmissa tamen iudicis taxatione, probare potest. Quæ quidẽ iura licet de rebus ui ablatis loquantur; ad res etiam furto subtractas extenduntur; ut uoluit Ioan. Ana. in consilio 55. quia dubia, ante finem ver. circa quartũ, & Bal. in l. j. col. 9. ver. modo contra hoc oppono. C. de sent. quæ pro eo quod interest, & Alex. in l. 2. ff. de dam. infe. & Abb. in d. c. si. col. pe. extra quod metus causa, & aliquos inquit se retulisse Marsi. in rubr. C. de probatio. col. 29. Planè in huiusmodi iureiurãdo damnum passo deferendo partis citatio necessaria non est, ut uoluit etiam Ioan. de Imo. in d. capitu. fi. & Domini de Rota. quos refert, & sequitur Fely. in capitu. cum olim, columna septima, extra de re iudic. & Alexand. in consilio 130. difficultas huius volum. primo, & Iaso. in l. admonendi, colum. vltim. ff. de iureiurand. & in d. l. siquando, colum. 4. notab. nouo. C. unde vi, & Nicolaus Millus in suo repertorio, in versic. citatio, colum. 7. uer. 8. & Hyppol. Marsil. in d. rubri. de probatio. colum. 30. versicu. & scias quòd uiolentus, & in d. l. de unoquoque, nume. 104. ff. de re iudica.

1 *Citatio necessaria non est, cum clericus à iudice laico captus, de delicto accusatus, se esse clericum ostendere vult.*

1 CXV. † citatio non requiritur, quando clericus à iudice laico captus de delicto accusatus est: quando quidem tunc si se esse clericum ostendere, & docere velit, pars citanda necessariò non erit: ut notabiliter dixit Bal. in l. siquis per calumniam, columna. 2. versi. sed pone quòd si iste. C. de episco. & cleri. Mouet autem; quia hoc non uerẽ, & simpliciter in modũ probationis, sed instructionis sit. Vera enim clericatus probatio coràm alio quàm Episcopo fieri non potest. c. si iudex laicus. de sententia excommunicationis, lib. 6. & facit l. siquis inficiatus. ff. depositi: & voluit idem Bal. in l. tertia, in fi. C. de re iudica. & refert Tiraq. in tracta. res inter alios acta, limitatio. 38. & Hyppo. Marsil. in d. l. de uno quoq;, nume. 107. ff. de re iudic.

1 *Citatio non requiritur quando iudex partem à termino factæ sibi citationis absoluit.*

1 CXVI. † citatio non requiritur, quando iudex præsentem à factæ sibi citationis termino absoluit. Poterit namquẽ iudex id parte aduersa non citata facere: vt uoluit Speculator in ti. de contuma. §. nunc uobis videndum, in fi. Quod dictum refert & sequitur Bal. ibi in additio. 2. Id quod in practica notandum est, vt refert Hyppol. de Marsil. in d. l. de uno quoq;, nu. 108. ff. de re iudic.

1 *Citatio non requiritur, vbi aduersarius non est.*

1 CXVII. † vbi aduersarius non est, citatio non requiritur, nam quando quis aduersarium non habet, actus parte non citata subsistit, ut dixit Bal. in l. fi. colum. 3. uer. sed pone, quòd altera pars C. de re iudic. per tex. in l. 3. §. penul. ff. de bono. possessio. tit. generali, & refert Hypp. Marsi. in d. l. de unoquoq; nume. 109. ff. de re iudica. quam quidem conclusionem sequitur etiam Andreas Alci. in responso 17. in proposita quæst. nu. 10.

1 *Citatio in confirmatione sententiæ necessaria non est.*

1 CXVIII. In † confirmatione sententiæ citatio necessaria non est; vt inquit Andr. Alci. in responso 17. in proposita quæst. nu. 10. per ea quæ dixit Imo. in c. cum olim. in gl. hoc facto extra de dolo & contuma. & uoluit anteà Bal. in sua margherita in verbo confirmatio.

1 *Citatio non requiritur, quando ille, qui actum facere potest, potestatem & iurisdictionem citandi non habet.*

2 *Citatio cum est impossibilis, iure optimo non requiritur.*

1 CXIX. Citatio non requiritur, quado ille, qui actũ facere potest, iurisdictionem & potestatem citandi non habet. Etenim tunc actus parte non citata factus

ctus sustinetur: exemplum huiusmodi afferri potest.
Ex forma statuti potestas, siue arbitrium alicui ta-
bellioni instrumenta paterna transcribendi data est
nam hac in re licet fortasse primo ingressu fides tūe
huiusmodi exemplari adhibenda nō videatur: ut no
tatur in c. pastoralis. de re iudicata in clementinis. At
tamen contrarium uerius est; quia citatio ad nota-
rium, cum ip se iurisdictionem nō habeat, nullo mo
do pertinet. & ideo quæcunq; ex generali commis-
sione facit, sola tabellionis vi, nemine etiam citato
2 valent. Cum enim † impossibilis sit citatio, iure opti
mo non requiritur: ut dixit Bal. in auth. siquis in ali-
quo, co. 3. ver. sed hic quæro vnum C. de eden. & hoc
idem uoluisse Ioannem Andreæ in ca. cum P. tabel-
lio. in suis antiquis additionibus, extra de fid. instru.
refert Hyppo. Marsi. in d. l. de unoquoq;, nu. 110. ff.
de re iudic.

1 *Citatio non requiritur, quando aliquis cum commina tione, quòd si erit contumax ad ulteriora eo amplius non citato procedetur, citatus fuit.*

1 CXX. † Citatio non requiritur, quando aliquis cū
comminatione, quòd si erit contumax ad ulteriora
eo amplius non citato procedetur, citatus fuerit. Pla
nè hoc casu si in ea citatione contumax erit, ad vlte
riora eo aliter non citato procedi poterit: vt dixit
Bar. in l. impuberibus. §. item siquis. ff. de suspe. tuto.
Exemplum ponit in tutore suspecto, qui citatus non
comparet, sed contumax est. Planè à tutela sine alia
citatione, si in prima citatione, in qua fuit cōtumax,
illa comminatio apposita fuerit, remoueri poterit.
Quandoquidem talis comminatio eum rursus cita-
re uidetur, vt latius ibi tradit Barto. Id quod iterum
voluit in l. statuliberos. §. Sticus. ff. de statuliber. per
ea quæ uoluit Innoc. in cap. finem litibus de dolo &
contumacia. Et rursus idem uoluit Bar. in l. consen-
taneum, colum. pen. C. quomodo & quando iudex.
& Card. in clem. prima, quæst. 7. de foro competen-
ti. & iterum etiam idem Bart. in l. si apparitor. C. de
cohartali. princi. lib. 12. & refert Hyppo. Marsil. in d.
l. de unoquoq;, nu: 3. ff. de re iud.

1 *Citatio in collatione beneficij non requiritur.*

1 CXXI. Citatio † in collatione beneficii non requi
ritur, vt inquit Barthol. Soci. in consilio 7. reuerendi
Patres num. 23. in uolum. consiliorum feudalium, p
tex. in c. licet episcopus. de præben. lib. 6. & in consil.
164. visa bulla Bonifatii numero 19. uolu. 2. suorum
consiliorum.

1 *Citatio non est necessaria in absolutoria instātia edi cti, seu citationis, non autem totius causæ.*

1 CXXII. † Citatio non est necessaria in absoluto-
ria ab instantia edicti, seu citationis, non totius
causæ: utputa si actor, qui citari mandauit, & fuit
contumax; iterum reum citari curet, ut tradit
Paul. Castren. in l. & post edictum. §. quod si is, nu-
mero 2. ff. de iudic. per ea quæ uoluit Innoc. in c. con
suluit. extra de offi. delega. & Bart. in l. Titia ff. de ac-
cusation.

1 *Citatio in declaratione animi non requiritur.*
2 *Actus qui pendet ex eius, qui fecit uoluntate sine ci tatione fieri potest.*
3 *Bonorum possessio sine citatione peti potest.*
4 *Ratificatio parte absente fieri potest.*

1 CXXIII. † in declaratione animi citatio non reqni
ritur: quæ qnidem parte absente fieri potest. l. Pom-
ponius. ff. de neg. gest. & l. prima, & l. pro hærede, &
l. siqnis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hęredit. &
l. si auia. C. de iure deliberan. & l. prima, in si. cum l. se
quenti. ff. si mess. fals. mod. dixe. & l. si Stico. ff. de fidei
commissar. libertat. & uoluit Cardina. in c. exposita,
de arbitris, & Alex. in consilio 130. difficultas, colū.
prima, uer. secundò hoc confirmatur, & iterum Pau
2 lo ante finem lib. j. Hinc etiam est, quòd actus † qui
pendet ex eius, qui facit, uoluntate, absente parte
fieri potest: ut notatur in l. qui in aliena. §. ult. ff. de ac
quiren. hæredit. Prout etiam supra de bonorum pos
3 sessione diximus, † quæ parte non citata peti potest
ut uoluit glo. in l. 3. §. si eam. ff. de bono. pos. quam se
quitur Barto. ibi, & Bal. in l. nam ita diuus. ff. de ado
ptionibus, & in l. prima, & iterum in l. fin. C. qui ad-
mitti, & in cap. ult. colum. secunda extra de transla-
tione episcopi, & in cap. cum in iure. in fine extra de
offic. delega. & in capitu. primo, colum. penultim. ex
tra de iudic. & in ca. præterea, colum. tertia extra de
feriis, & dilationibus, & in ca. siqnis testium. in fi. ex-
tra de testibns, & in c. ult. colum. vlt. extra de fide in-
strum. & in cap. tenor, colum. prima, de re iudi. & Ro
ma. in consilio 61. licet mihi magna. post principiū,
& Barbatia in d. consilio 49. lib. secundo, & Hyppol.
Marsil. in l. si unus. §. custodiæ, colum. secunda, ff. de
quæstio. & in auth. sacramenta puber. colum. secun-
da, C. si aduersus uenditio. & Alex. in consi. 126. lib.
4 5. & in consi. 6. nu. 22. uolu. 3. Ex quibus † ratificatio
nem etiam parte absente fieri posse, optimè notat̄,
ut uoluit Bar. in l. qui enim. in fine ff. rem ratam ha-
be. & in l. Pomponius col. 2. uer. item ex eo. ff. de ne-
go. gest.

1 *Citatio ad sententiam est necessaria, quando ci- tatus in prima sententia nolle venire expressè di- xit.*

1 CXXIIII. † Citatio ad sententiam non requiritur,
quando citatus in prima sententia nolle venire exp̄s-
sè dixit: ut de hoc supra diximus in 77. limitatione,
& tradit glo. in l. tres denunciationes, & ibi Bal. An-
ge. & Sal. C. quomo. & quando iudex, & in l. ultima,
in fi. ubi Barto. & alii omnes. ff. de interrogatoriis a-
ctionibus, & in l. consentaneum. in uerb. contuma-
cia, ubi etiam Barto. & Bal. C. quomodo & quando
index. & in l. ex consensu. §. ultimo, ubi Imo. ff. de ap-
pella. & Host. in summa de contumacia, & Specula-
tor in titu. de contu. §. primo, uersic. & inqnirendum
quoque, & in titu. de citationibus. §. uiso uersic. item
po test constare, & idem Bart. in l. si finita. §. Inlianus

ff. de

ff.de dam.infec. De hoc tamen pro ueritate indagan
da vide latius per Alex.in l.contumacia,colum.secũ
da,uersicu.4.fallit,& Angel.in l.properandum,ff.de
iud & Anto.à But.in c. consuluit.de offi,delegat. &
Imo.in d.l. si finita,§. Iulianus & Nicolaus Boerius
in decis.206.numero 7.volum.j.& Corne.in l. con-
sentaneum,& in auth.qui semel nume.3.& 6.C.quo
mo.& quando iudex,& Tiraq.in tract.res inter alios
acta,limitat.9.

1 *Citatio an requiratur,quando quis primum personaliter citatus non venit.*
2 *Coniecturis in incertis non in certis locus est.*

1 CXXV. † Citatio non requiritur,quando quis pri
mùm personaliter citatus non uenit. Nam tunc etiã
vbi aliæ citationes requirerentur, citandus non est:
vt uoluit Inno.in d.cap. ad petitionem de accusatio.
quem sequuntur domini de Rota decis.33. licet in
causis profanis,& Iaco.Butrig.in l. tres denunciatio
nes,C.quomod & quando iudex. Mouentur autem
2 ea potissimum ratione,† quia in incertis non in cer-
tis locus est coniecturis.l.continuus.§.cum ita.ff.de
verborum oblig. Verùm contrarium videtur verius
prædictis non obstantibus,ut uoluit gl.quam sequi-
tur Bart.& alij omnes in l.vltima,ff.de in integrum
restitut.& Bal.in d.l.tres denunciationes.per text.in
l.præsenti.C.de his qui ad eccl.confugi.& idem Bal.
in cap.primo,colum.prima,in ti.de mili.uasallo qui
contum.est,& Ioannes Andreæ in additio.ad Specu
lum in ti.de contuma.§.primo,& Ant.à But.in d.ca.
consuluit extra de of.dele.& in cap.ultimo,de eo qui
mitti in possessio.& Doctores in d.c.ad petitionem,
& Imo.in d.l.ex consensu,§.ult.ff.de appell.& in d.§.
si finita,& Alexand.in d.l.contumacia,col.j.ff.de iu-
dic.& refert Tiraq.in tracta.res inter alios acta, limi
tat.11.

1 *Citatio in causa status necessaria non est.*
2 *Sententia in causa status lata,etiam non citatis nocet.*
3 *Intellectus l.ingenuum.ff.de statu hom.*

1 CXXVI.† Citatio in causa status necessaria nõ est.
2 Propterea quòd ea in re sententia † inter aliquos la-
ta omnibus etiam non citatis nocet.l. ingenuum.ff.
de stat.hominum,prout intelligunt Docto.in l. san-
cimus.C.de iudic.& in l.secunda,C.quibus res iudi-
cata non nocet. Vnde Ioannes Faber inquit in §.præ
iudiciales,colum.penultim.versicu.sed quid in cau-
sa nobilitatis Institu.de actionibus,sententiam,qua
quis nobilis , vel ignobilis declaratus est , inter om-
3 nes etiam non uocatos ius facere. De † intellectu ta
men dictæ.l.ingenuũ,& qualiter & quomodo pro-
cedat,tradit Panormita.in capitu.penultim.colum.
8.uersicu. sexus casus,extra de re iudi. & optimè Ale
xand.post Imo.in d.l.ultima,colum.15.uersic. addit
etiam glo.ff.eo.ubi plures ponit limitationes ad d.l.
ingenuum,ubi etiam col.19.uersic.iuxta hoc quæro
tradit,quid sit dicendum,si quis fuerit pronunciatus
clericus,ciuis,monacus,bannitus,infamis, uasallus,
adscriptitius, hermafroditus , & excommunicatus,
prout latius refert Tiraq.in trac.res inter alios acta,
limitat.18.

1 *Citari ille non debet , qui cum ei primum aliqua de re actio vel defensio competeret,sequentẽ agere passus est.*

1 CXXVII. † Citari ille non debet,qui cum primũ
aliqua de re actio,uel defensio sibi cõpeteret sequen
tem agere passus est. Quandoquidem,& si ipse uoca
tus non fuerit,sibi non secus,ac si ipse egisset,uel de-
fendisset,præiudicare intelligitur:exempli gratia; si
debitor creditorem de pignoris proprietate experi-
ri passus sit,aut maritus socerum,uel uxorem de do-
talis rei proprietate, aut emptor de proprietate rei
emptæ uenditorem;tex.est in l.vl.ff.de re iud. ubi hu
iusmodi exempla adscribuntur,& in c.pe.extra eod.
ti.vbi latè de hoc loquuntur Doctores,& præsertim
Alex.& refert Tiraq.in d.trac.res inter alios acta, li-
mitat 20.

1 *Citatio nõ requiritur,cum fiscus rem,quam cum alio communem habet,vendit.*
2 *Alienatio rei alienæ imprudentor facta à fisco ualet*

1 CXXVIII. † Citatio non requiritur in casu l.secun
dæ.C.de commu.rer.aliena.& in l.prima,C. de uen-
dition.rerum fisca.lib. 10.ubi fiscus rem quam cum
alio communem habet, eo etiam non uocato vende
re potest. Nec ille huiusmodi uenditionem retracta
re ullo modo poterit. Id quod a priuilegio fisco spe-
cialiter concesso procedere intelligitur: ut est tex.in
d.l.secunda ubi gl.id tunc locum habere arbitratur,
cum fiscus partem aliquam habet , quãdoquidem si
nullam haberet,& sciens uẽderet,domino nihil ob-
2 esset. Si verò imprudens,† quia fortasse se dominum
putaret,locum haberet lex bene à Zenone.C. de qua
drien.præscriptio,quæ uenditionem ualere vult, sed
domino à fisco precium restituendum esse. Id quod
notandum dicit Panor.in d.c.pe.col.8.uersic. primo
igitur casus,extra de re iudic.quandoquidem,ut ipse
inquit,multi in intellectu.d.l. bene a' Zenone errare
uidentur. Patet igitur ex prædictis sub hac limitatio
ne duas satis diuersas limitationes comprehẽdi, vnã
quæ prouenit à d.l.secũda,C.de commu. rerum alie
nat.& alteram quæ à d.l. bene à Zenone ; de quibus
omnibus tradit Tiraquel. in d.tracta. res inter alios
acta limitat.21.

1 *Citatio connexitatis ratione necessaria non est.*

1 CXXIX. Ratione connexitatis citatio † necessaria
non est:ut uoluit glo.in d.ca.penul.de re iudica. per
tex.in cap.tantis Daniel 81.distin.& cap.hæc quoq;
3.quæst.6.& c.ad petitionem.ubi etiam gl. in uerbo
per consequentiam,extra de accusatio.& c.penul.de
purgatione canonica,& est tex.in capitu. dilectus.il
secundo extra de simonia,ubi etiam uoluit gl.in ver
bo dantes,& tradunt Innoc.& Hostiens.& latius Pa
normi.colum.11.uersicu.septimus in d.capitu.pen.
& Imo.

& Imo.& Ant.à Butr.in cap.dudum.il secondo,extra de electione,& Alex.in l.vl.col.11.uersi. etiam iuxta hoc,& rursus colum.14.uersic. item fallit regula.ff. de re iud.& refert Tiraq.in d.trac.res inter alios acta limitat.22.

2 *Citatio in indiuiduis necessaria non est.*

1 CXXX.† Citatio in re indiuidua,in qua sententia contra unum lata alijs etiam non uocatus praeiudicat,necessaria non est.l.2.§.1.ff.de uerb. oblig. & tradit glo.in l.qui aliena.§.ultimo,in uerbo. praedio. ff. de negoc.gest.& in l.loci.§.si fundus.in uerb. proderit,ubi etiam Ange.ff.si serui.uendice.& in l. si de cõmuni.in prin.ubi Bar.ff.eo.Angel.in d.l.2.§.si tamen hominem,ubi Imo.& Roma.in uersicu. ex his. ff. de uerbo.obliga.& Anto.à Butr.in c.causam. il secondo,extra qui filii sint legitimi,& Imol.in d.l.ultima. ubi Alex.col.13.uersi.aduertendum est in hoc. ff. de re iudic.& Abb.in d.c.penul.col.3. extra de re iudi. Et si contrarium teneat Inno.in dicto c.causam. ubi tamen in glo.magna duobus in locis sibi contrarius uidetur,& Iacob.Butrigar.in d.l. si de communi, & Barto.sibi contrarius in l.ex duobus reis stipnlandi, quaest.4.ff.de duobus reis, tenendo tamen primam opinionem,ut inquit Tiraquell.in d.tracta.res inter alios acta,limitat.23.limitatur,vt in seruitute iã constituta procedat,ut loquitur dictus.§.si fundus. & dicta l.si de communi;At uero secus in constituenda: Nam sentẽtia super ea lata aliis nec prodest, nec nocet,cum facilius ius iam constitutum retineatur; q̃ de nouo inducatur.l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui uel alien.iur.prout noluit Bart. quem sequuntur recentiores in d.l.2.uer.ex his.ff.de uerb.ob.& Alex. latius in d.l.si.

1 *Citatio non requiritur sententia absolutoria semel super crimine publico lata,propterea quòd, etiã aliis de eodem crimine accusare uolentibus,nocet.*

1 CXXXI.† Citatio non requiritur in sententia absolutoria semel super crimine publico lata.Propterea quòd etiam aliis de eodem crimine accusare uolẽtib. nocet.l.si cui.§.ijsdem.ff. de accusationib. & c. de his,extra eodem ti.Hunc enim casum excipit glo. in d.l.secunda,C.quibus res iudic.non noceat.Nam limitat,nisi collusio detegatur; Quae etiam alio modo limitari potest,ut inquit Tiraq.in d.tracta.res inter alios acta,limitat 25.per ea quae habentur in di. §.iisdem.Huius autem fallẽtiae rationem reddit Alexan.in d.l.ultima,colum.10, uersi.aliam fallentiam posuit.ff.de re iudic.Est autem, quia in hoc casus fiscus, & respublica,ut quilibet ad accusandum admittatur,in causa est. Et ideo propriè per sententiã absolutoriam non alteri,sed ipsi fisco,aut reipublicae praeiudicatur.

1 *Citatio in remissione debiti non requiritur,quam facit maior pars creditorum.*

1 CXXXII.† Citatio in remissione debiti non requiritur,quam facit maior pars creditorum,iuxta l. rescriptum.ff.de pac.Ea enim caeteris creditoribus nõ citatis, & absentibus praeiudicat, ut uoluerunt ibi Ang.Raph.Fulg.Pau.Castrens.& Iaso. tum per tex. ibi in uerb.absentis;Vnde colligitur citationem necessariam non esse; alioquin absens non diceretur, tum aliis rationibus ibi per eos allegatis;etsi contrarium uoluerint Iacob.Aret.Barto.Alber.Bal.Sal.& Alexand.in d.l.rescriptum,& Bart.in l.haeredes mei §.peto ff.ad senatusconsult.Trebellia.& in l. si uni.ff. de re iudica.& Sal.iterum in l.& suum,§.ultimo,per illum text.in uerb.si conuenerit in unum.ff.de pact. & refert Tiraq.in d.tracta. res inter alios acta, limitat.34.

1 *Citatio non requiritur,quando iudex tanquam bonus uir ad informationem procedit.*

1 CXXXIII. Citatio non requiritur,quando iudex † tanquam bonus uir ad informationem procedit, ut pluribus comprobanit Anto.à But.in c.uestra.colum.38.extra de cohabit.clerico.& mulier quem sequitur Ias.in l.ultima col.antep.uers. adde etiam regulam.C.unde legi.& refert Tiraq.in d.tract.res inter alios acta,limitat 35.

1 *Citatio non requiritur in iis, quae a iudice parte non citata ordinata fuerunt.*

2 *Facto quae fiunt,de facto reuocantur.*

1 CXXXIIII. Citatio † non requiritur in his, quae à iudice parte non citata ordinata fuerunt; planè eadem alia absente parte,cuius causa facta sunt,retractari possunt: quandoquidem ea † quae de facto fiũt
2 pariter etiam de facto reuocantur;ut uoluit text. in l.prima,§.& hoc edictum.ff.si mulier uentris nomi. & tradit gloss. in l. si minor in principio.ff. de euiction. cum multis concordantibus,ut tradit Tiraquell.in dicto tractat. res inter alios acta, limitat 39.

1 *Citatio non requiritur,quando de facto spoliatus, de facto restituitur.*

1 CXXXV. † Citatio non requiritur, quãdo quis de facto spoliatus est,quia etiam de facto parte non citata restitui potest,ut tradit gl.in l.si minor.ff. de euictio.& in terminis uoluit Socin. sen.in consi.266.in fi.& Alc.in l.j.§.nunciatio.ff.de ope.no.nuncia.& Iaso.in l.si pacto quo poenam,C.de pac.& refert And. Alci.in consi.408.nu.8.

1 *Citatio in denunciatione excommunicationis necessaria non est.*

2 *Excommunicationis denunciatio non est actus iurisdictionis.*

3 *Gregorius Papa Florentinos excommunicauit.*

1 CXXXVI. † Citatio in denunciatione excommunicationis necessaria non est: ut uoluit Egidi. Bellame.

lame.deci.411.per tex.in ca.uenerabilem.in uerbo
2 obiectioni,in prin.extra de electio.Et facit † q̄ non est actus iurisdictionis,cum post appellationem per iudicem à quo fieri posset;c.pastoralis.in fi.extra de
3 appellatio.†Quod quidem capitulū allegauit Grego. undecimus Iacobo de Cena suo aduocato Fisca li ad suorum processuum roborationem Romæ in capella in Pontificalib. indutus,quos processus publicè die Veneris sanctæ.27.mensis Martii anno à natiuitate domini 1387.& Pontificatus sui anno septimo,cōtra Florentinos,& in crimine cum eis participantes,& ciuitatem & loca quæcunque,in quib. inhabitant,dictas personas,ciuitates,& loca excommunicando fecerat,& ut diximus illud potissimum allegabat,quòd super notorio procedebat:tertiò cōprobabat,quia causa suberat.c.Romana.§.pe.& ca. dilecto.de sententia excommunicationis,ut latius ibi per eum.

1 Citatio non requiritur, cum testes super filiatione examinantur.

1 CXXXVII.† Citatio non requiritur,si testes sup filiatione examinentur,ut inquit And.Alciat. in responso 786.quod est ultimum num.8.Nam citatio ad illum actum,ut uoluit Bar. & sequuntur Doc.in l.ult.C.de edic.diui Adrian.tollend. necessaria non fuit.

1 Citatio non requiritur, quando contradictio ad impediendam ex cursu temporis præscriptionem tantum modo fit.

1 CXXXVIII.† Citatio necessaria non est, quando contradictio ad impediēdam ex cursu temporis præscriptionem tantummodo fit, ut tradit Bald. in l. si quando.in fi.C.de testib.& idem Bal. & Ias.in l.j.C. quan.libel.prin.dat.& refert And.Alci. in responso. 295.nu.2.

1 Citatio cum agitur cum hostibus,necessaria non est.
2 Hostes citandi non sunt.
3 Sententia contra Regem Robertum.
4 Citationis defectus non uitiat, ubi princeps alteri inuito præiudicare potest.

1 CXXXIX.† Quando agitur cum hostib.citatio ne
2 cessaria non est.Nā hostes† citandi non sunt,ut inqt Bal.in l.executorē.ver.præterea, de executio.rei iudi.ubi et subdit,hostes ex generali consuetudine ci-
3 tādos nō esse:Vnde infert† ad sententiā, quæ contra regē Robertum lata fuit.Nā si non ualuit ut snīa,valuit tn̄(inquit ipse)ut hostis declaratio:quādoq̄ nidē
4 (vt supra sæpe uidimus in aliis limitationibus)† ubi Princeps alteri inuito præiudicare potest:defectus citationis nō uitiat,ut plenè tradit Fel.in c.cū olim. extra de re ind.& latius Alb.Brun.in consi.19.& refert Thom.Gram.in decis.65.nu.53.& 54.

1 Citatio nō requiritur in ea causa cognitione,quæ ante iudicium inchoatum fieri debet.

1 CXL.† Citatio non requiritur in ea causæ cognitione; quæ ante iudicium inchoatum fieri debet.l. sed si hac.§.Prætor.ff.de in ius uocan.& refert Corn. in consilio 46.nume.20.uolu.secundo. Et ideo inde infert, quòd cum excusatio ante iudicium cum possessore inchoandum fieri debeat, citationem non requirit.

1 Citatio non requiritur in subrogatione contutoris.
2 Rixosos socios non habere nostra interest.
3 Societati intempestiuè renunciari non potest.
4 Citata parte,uel præsente,ea omnia quæ causæ cognitionem requirunt,fieri debent.
5 Iudex in dandis tutoribus diligens esse debet, & qua facere debeat.
6 Tutor ex inquisitione datus ab onere satisdardi relevatur.

1 CXLI. Citatio † necessaria non est in subrogatione contutoris:nam tutor ille,cui substitutus adiungitur,necessariò citandus non est: ut inquit Ang.in consi.325.num.3.Nā etsi prima fronte,vt citandus sit,dicendum videatur; suadente regula generali.l. nam ita diuus.ff.de adoption.Propterea quòd, inde illi,quibus adiunguntur,facile si fortasse rixosi, aut malæ opinionis,uel consuetudinis existant,lædi possunt.Præterquam quòd ab eorum gesta, uel neglecta,saltem in subsidium tenentur,& conueniri possunt.l.prima,& per tot.titu.C. si tutor non gesserit, & l.prima,& l.quasi per totum.C.de peric. tuto.in-
2 terest præterea eorum, socios rixosos & eos qui malè negocia administrent, non habere, & presertim
3 † cum societati intempestiuè renunciari non possit. l.si conuenerit.§.fina.& l.sequenti.ff. pro soc. iuncta l.non aliter cum sua glo.ff.de usu & habitat. & l.fin. C.de sponsalibus,& l.lege.ff.de rit. nuptia.Non mo dicum ultra prædicta ex eo hęc pars confirmari ui-
4 detur,† quòd ea omnia,quæ causæ cognitionem requirunt;parte præsente,aut saltem citata, exequi & expediri debent.dic.l.in causæ.§.causa cognita.ff.de minor.& l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff. de offi.
5 proconsul.† At in dandis tutoribus,iudicem vigilātem ac diligentem esse oportere, dubium non est. Debet enim primum,an sua sit iurisdictionis,inquirere. Rursus an ei dari possit, pariterque & decretū pro tribunali imponendum est.l.naturali.ff. de confirmat.tutorum.Quinimmo talis eriam qui habilis sit, sit de moribus ac doctrina probatus.l. tertia,§. præterea cum sequenti.ff.de suspec.tuto. & l.penul. §.fina.ff.de excusatio.tuto.Accedat etiam, quòd pronunciari tutor idoneus debet, & antè decretum interponi non potest.l.tutores à patruo. ff. de confirman.tuto.&,quod plus est, tutorem uel curatorem habenti neque adiūgi, neq; in locum eiusdem alius substitui,nisi causa cognita, aut priore remoto,potest.l.curatorem.C. qui dar.tutor. poss. Si igitur,ad rem nostram redeundo, causæ cognitio requiritur, meritò tutor, cui alius adiungitur, vel alius in eius locum subrogatur,citandus erit.d.§. causa cognita. Videmus enim,ubi mater in petendis tutoribus negligēs est,magistratum,antequam de tutores, mīa negligentiam inuestigare; ac prospicere debere.l.

M quod

quod dicis.eo.ti.id quod intelligit.Barto.citata matre,ea enim ignorante dari non debet: ut notat ipſe in authen.matri & auiæ.C. quan.mulier tute.offic. fungatur,in quæſt.quæ incipit, quid ſi datus ſit tutor à iudice matre ignorante: & idem tenet in dic.l. tutor ſi petitus.in quæſt.quæ incipit,quæro,an ſi de hoc eſt facta mentio.ff.de tuto.& curato.da. ab his. Prædictis,ut uidimus primo ingreſſu,citationẽ neceſſariam eſſe dicendum uidebatur: Verùm eis nullo modo obſtantibus contrarium uerius eſſe cẽſuit Angel.ex infraſcriptis in loco ſupra adducto. Nam vt inquit ipſe,ſufficit coram iudice, omne id, quod tutorem dandi in cauſa eſt, narrare; & narrata uera eſſe, & ſi in cauſa dandi non erratur, ad tutoris dationem ſuſtinendam ſatis eſt.dict.l. tutor ſi petitus. Quod autem nulla alia cauſæ cognitio requiratur, ex eo patet,quòd abſque inquiſitione quolibet loco & tempore dari poteſt.Ergo citra omnem cauſę cognitionem.l.qui habet.§. quolibet loco.ff. de tutel. Procedunt igitur ea,quæ ſupra in contrarium deducta fuerunt, vbi inquiſitio in tutorum datione non interuenerit;ut uoluit Barto.in dicta l.tutor ſi peti-
5 tus;Nec mirum id ſanè eſt;†quia tutor ex inquiſitione datus ab onere ſatiſdandi releuatur.l.penu.C. de tutor.qui ſatiſdare non debent,& §.1.inſtit. de ſatiſda.tut.& l.bonorum.ff.de cura.furio.& ideo ſolemnis inueſtigatio neceſſaria eſt,cum contra eum ſolũ pupillus recurſum habere poſſit. Tum etiam quia, cum iudex inquirit; hanc uiam inueſtigationis elegit,& ideo legitimè & tempore iuridico, nõ autem quolibet loco,& tempore,faciẽda eſt,ut notatur in d.§.quolibet.Concludendo igitur(inquit ipſe)quòd cum tutores dati in locum abſentium,& matris tutelam recuſantis ſatisdederint,& ex inquiſitione dati non fuerint,ſed tantummodo ad matris, de iure cõmuni petẽtis poſtulationem,nec in locum mortuorum,nec in locum ſuimet uolentis ad ſecunda uota tranſire,citari tutores abſentes, aut requiri non debuerunt,ex qno in dandi cauſa nullo modo erratum fuit,ſed cum narratis neritas ex toto concurrit.l.nõ ſolum.§.ſi libertus.ff.de excuſatio.tuto.Vnde ex his infertur,qnòd ubi tutor ſine inquiſitione pupillo tutorem non habenti datur,ſiue nunquam habuerit ſiue in locum remoti, uel excuſati, uel alterius inhabilis, qui tamen habilis eſſe ſperabatur, ſiue ut adiunctus detur, dummodo in dandi cauſa non erretur, ſed ueritas cum narratis concurrat, talis datio ſine citatione ualet: Non enim pupilli de cuius fauore tractatur, citatio reqniritur. Minus etiam remotorum, uel excuſatorum: quoniam eorum, ex qno periculum tutelæ ad ipſos non pertinet, non intereſſe dicendum eſt:quia remoti & excuſati ſunt Minus etiam mortuorum citatio requiritur:cum id prorſus impoſſibile ſit, non abſentium, qui de facto non adminiſtrant,& in adminiſtratione eos rixoſos habere prætendere non poſſunt.Immo abſentia durante ab eis releuantur: cnm primo gerentes conueniri debeant, & finita abſentia eorum intereſſe non poſſit. cum ad tutelæ adminiſtrationem recuperent,& alii in eorum locum ſubrogati, ab ipſa adminiſtratione incontinenti debeant abſtinere.d. l.quęſitum,& ſic ſatis reſponſum uidetur.d.l.ſi conuenerit.in fi.cum ſuis concordantibus in contrariũ adductis.

1 *Citatio in interpretatione decreti neceſſaria non eſt.*
2 *Citatio in conceßionibus principium neceſſaria non eſt.*

1 CXLII.†Citatio in impetratione decreti neceſſaria nõ eſt:ut inquit gl.quam ſequitur Abbas, & alij in c.cum olim extra de re iud.Ratio autem eſt, ſecũdum Bal.quia huiuſmodi actus iudiciarij, & contradictorii non ſunt.Comprobatur per ea, quæ uoluit idem Bal.in l.2.C.de tempo.appella.dum uoluit,ꝙ
2 †in conceſſionib.principium citatio neceſſaria non ſit,& latè proſequitur Rimi.in conſi.425.nu.34.cũ ſeq.volu.3.

5 *Citatio in ſtatutorum creatione neceſſaria non eſt.*

1 CXLIII.†In ſtatutorum creatione citatio neceſſaria non eſt:nam illi,quib. præiudicant, citandi nõ ſunt.Ratio autem eſt: quia in tali actu cauſę cognitio contentioſa non requiritur,vt notat Inn.in ca.ꝓ illo,extra de præb.& Lapus Abb.in ca. Romana.de ſent.excommu.in 6.& refert Dominicus à S.Geminiano in conſi.62.nu.2.

1 *Citatio in exemplatione ſtatutorum per ſtatuentes commiſſa neceſſaria non eſt.*

1 CXLIIII. Citatio in exemplatione ſtatutorum: ꝑ ſtatuentes commiſſa neceſſaria non eſt,ut tradit idẽ Dominicus à ſancto Geminiano in di.conſi.62.nu. 2.per eadem iura,quibus comprobat pręcedentem limitationem.

1 *Citatio ad impetrandam veniam non requiritur, vt in ius parẽtes,patronos, & alios uocare quis poſſit.*
2 *Statutum noſtrum de officio nunciorum.*
3 *Citatio publica.*
4 *Statutum relatum.;ſi non reperiatur, quando ſtatuto referenti ſtetur.*
5 *Exemptio eccleſiæ probatur ex eo ſolùm, quòd illius eccleſiæ exẽptionis priuilegia Põtifex confirmauit.*

1 CXLV.Non requiritur citatio ad impetrãdam ueniã;ut quis poſſit parentes,patronos,& alios huiuſmodi in ius uocare: Nã eos citare non eſt neceſſe.l. quæcũq;.ff.de in ius uoc.& tradit Inn.in cle.diſpendioſam.de iud.& in l.quãuis col.2.de in ius uocã.& Bal.in l.ea quæ.col.2.uer.vl.no.C.quomo. & quan. iud.& refert Tiraq.in trac. res inter alios acta,limitat.37.expediuimus limitationes oẽs,quę ad ꝓpoſitã regulã ꝑtinere exiſtimauimus;ſupeſt,ut antequã ad alios §§.trãſeamus,quædã breuiter ꝑ tex.declaratione adnectamus.Dũ igiť dř in tex.eo caſu fiat cita
2 tio ſm formã ſtatuti poſiti†ſub rub. de officio nunciorũ:extat huiuſmodi ſtatutũ ſub rub.70. in pcedẽti lib.& ita hac de re diſponit.Si nerò talis reqrẽdus, uel cui debeat fieri pceptum, non habet domũ, nel habita-

habitationẽ in ciuitate, comitatu, vel districtu Florentiæ, sed esset uagabundus, vel maneret extra ciuitatem, comitatum, & districtum Florentiæ† citetur publicè in plateis sancti Ioannis Baptistæ, Horti sancti Michaelis, Fori noui: & veteris, & ponatur cedula similis apud portam ianuæ palatii potestatis publicè, ut omnibus innotescere ualeat. Potest præ suppositis his statutis satis notabiliter dubitari† an si statutum sub rub. 70. de officio nuncii; non extaret, hoc nostrum, ex quo ad illud se refert, subsisteret necne. Hac in re breuiter procedendo Bartol. in l. ad monendi, colum. secunda, num. 7. ver. & hoc facit ad quæstionem. ff. de iureiuran. per illum tex. absolutè uoluit, statutum de alio statuto mentionem faciens, etiam si illud, ad quod se refert, cuiusue mẽtionem facit, non reperiatur, locum habere; ex qua decisione Bart. ad aliam quæstionem infert. Priores legem promulgauerunt; ut quilibet infra decẽ dies sub pœna quanti plurimi secundùm formam statuti collectam soluat: De hac autem pœna, seu statuto nusquam apparet; unde an illa lex locũ habeat; dubitatum fuit Bartolo: enim eadem ratione locum habere existimauit, casumq; esse arbitrat in d. l. admonendi subditq; non modicum facere tex. in l. cũ qui §. Iulianus, il 2. vbi idem tradit Bar. ff. de consti. pec. ex eo quòd uerbum illud secundùm, conditione nõ facit; & in l. pe. C. de insti. & subst. sub conditio. fact. Hanc Barto. opinionem sequitur Ange. in d. l. admonendi, numero 2. versi. & hoc inducitur ad quæstionem, & ibidem etiam Sal. sub nume. 3. uersicu. opposito, quòd ineptè dicat admonendi; & Alex. num. 14. qui inquit cum Barto. decisio. omnes doctores communiter concordare. Præterea hanc conclusionem Bar. sequitur Alex. in d. l. admonendi, & in l. si donatio. per illum tex. C. de dona. & in l. inciuile. in fin. ff. de legib. & in c. j. §. fi. in tit. qualit. feu. aliena. posli. & in l. unica, super uer. omnibus, per illum tex. in uers. neqnis, qui est uer. propè. §. his ita. C. de cadnc. tollẽ. vt est etiam gl. in c. si Romanorum. in versic. desinit 19. distinctio. dum uult,† ut si Pontifex alicui ecclesiæ exemptionis priuilegia confirmet id ad ecclesiæ exemptionem probandam sufficere, & si priuilegia illa non appareant. Rursus cum Bart. concordat Ang. in l. ut liberis, qui id tamen non uidetur dicere, ubi etiam Roma. colum. fin. C. de collatio. & subdit Alex. optimè facere ea, quæ notant Ang. Bal. & Imola in l. sciendum. in prin. ff. de uerborum obligation. & Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uerbo, put, & Bal. in auth. si quis in aliquo, col. 2. C. de edend. & Ang. in §. & hoc insuper. in prin. in auth. ut sponsalit. largi. & facit etiam ad quæstionem notabilem, de qua per Bar. in d. l. cum qui. §. Iulianus il 2. ff. de consti. pecu. & per Ioan. And. in additio. ad Spec. in titu. de feu. in princ. in uersi. porrò in feudum. in uerb. instrumentum, & ad quæstio. de qua per Bal. in l. 2. C. de erro. aduoca. uer. ulterius noto argu. & ad aliam quam ponit Bald. in l. libertum. C. de nup. Præterea hanc eandem opinionem Bart. in d. l. admonendi sequuntur Fulgo. nu. 1. & Corn. nume. 6. uersi. in gl. r. iuncto tex. & Ias. num. 27. & sequen. ubi plura adducit usq; ad nu. 34. & Ripa ibidem num. 35. vbi & ipse quoque multa adducit, & hanc conclusionem aliquibus modis declarat, & Dec. in consilio 169. colum. pen. & seq. ver. ultimò nõ obstat parte prima, & rursus idem Dec. in consi. 63. nu. 5. uer. & illa dictio secundum ead. parte prima & Rom. in ea. l. admonendi, nu. 5. & ibidem Caccialu. nu. 17. & Cato Sacc. nume. 7. & Iac. Pet. de Ptolom. nu. 9. & Franc. Curt. nu. 53. & Lanfr. de Oria. nu. 6. & Io. de prate. nume. 3. & num. 27.

Verum Bal. in l. j. nu. 4. C. de episc. & cleri. distinguendo inquit. Aut in statuto referente tenor statuti inseritur, ad quod relatio sit; & cum illud scire nõ expediat, ut habetur in §. quibus autem. in prima cõstitutione. C. meritò etiam si non reperiatur statutũ ad quod fit relatio, statutum referens subsistet. Aut verò tenor non inseritur: & tunc; aut ex statuto referente certitudo dispositi apparet; & idem voluit, qđ in d. l. 1. C. de episc. & cler. aut nulla certitudo apparet, ut in casu nostro, & tunc, nisi de statuto constet, ad quod fit relatio, statutum referens non subsistere, & præsertim in pœnalib. statutis, argu. l. in testamento, la prima ff. de cond. & dem. Cum igitur Bal. in sua hac distinctione velit, ubi non reperitur statutum relatum, nisi tenor in referente sit; referens non subsistere, optimè conuenit cum conclusione Bart. quam alibi; ut supra retulimus, comprobauit. & inquit Alex. in loco supra adducto, & uidetur etiã intelligere Alber. de Rosat. in d. l. prima, nu. 3. uersi. fal. lit etiam. C. de episco. & cle. per ea quæ habentur in cle. unica, cum ibi not. de probat. & rursus idem Albe. in trac. statu quæst. 11. li. 1. Nam quòd conclusio Bar. ubi totus tenor relati in statuto referente ascribitur, intelligi debeat: uoluerunt idem Bal. in l. 1. ciuile. ff. de legib. & Sal. in d. l. admonendi. in prima positione, & Lud. Rom. col. 2. numero 6. & Iaso. nu. 28. uersic. puto in hoc passu debere sic distingui, & Ripa num. 35. uersic. sed ne erres, intelligas; & Rimi nal. in consi. 394. num. 35. uol. 2. & Caccialu. in d. l. admonendi, num. 17. qui ita declarat, & dicit hanc esse intentionem doctorum: & Cato Saccus num. 7. & Iac. Pet. de Tolome. nu. 9. & Fran. Curt. nu. 53. & Lanfran. de Oria. num. 6. & Ioan. de prat. nume. 3. & Ioan. Corra. nu. 28. & sequen. & Paul. Castr. in consi. 17. uer. sed breuiter ista lib. 2. & Are. in consi. 76. diligenter uisis in 3. dubio, & ideo si statutum relatũ aliter quàm referens disponeret, relato: non autem referenti, standum esset: ut inquit Alexand. in consi. 9. colum. fi. uer. & hoc saltem in casu nostro, uolum. 5. & Deci. in d. consi. 63. col. 3. uersic. Nam in tali casu dispositio referentis, & in consi. 360, col. 3. uersic. sed respondetur, quòd dato, & in l. edita. num. 86. C. de eden. & in l. pennl. num. 2. C. de institu. & substit. & in auth. si quis in aliquo, in fin. C. de eden. cum similibus.

DE NVNCIORVM IN CITADO OFFICIO ET STILO §.VIII.

Et copia talis petitionis dimittatur in fixa Ianuæ palatij residentiæ domini Potestatis communis Florentiæ.

1 *Citare an poßit nuncius ad instantiam partis sine iudicis mandato.*
2 *Nuncius ex se ipso nihil dicere potest.*
3 *Iudicis commissio citationis in dubio non præsumitur.*
4 *Citationis commissio ad instantiam partis, cuius interest, fieri debet.*
5 *Citationis commissio temporis diuturnitate, saltē ad instantiam partis facta præsumitur.*
6 *Statuto si disponatur, vt iudex citare debeat, & teneatur, ad partis instantiam intelligendum est.*
7 *Nuncio de mandato & commissione iudicis citasse, asserenti credendum non est, & si ei si simpliciter citasse dicat, credatur.*
8 *Tabellio, quòd nuncius quempiam ex commissione & mandato iudicis citauerit, scribere non debet.*
9 *Citatio an dicatur solemnis, & ualida, si postquàm cedula affixa est, illico auferatur.*
10 *Cautela aduersus eos, qui citationes hostijs affixas illico amoueant, uel amouendas curant.*
11 *Citationis cedulas hostiis affixas amouentes, an pœna quingentorum aureorum puniantur, & si as non habent luant in corpore.*
12 *Citationis hostio affixæ amotor pœna actionis in factum ad interesse punitur, & falsi etiam accusari poterit.*
13 *Pœna aduocatorum uel procuratorum, qui acta vel surripiunt, vel corrumpunt.*
14 *Pœna excusat error iuris, & imperitia.*
15 *Error iuris vel imperitia in aduocato non admittitur.*
16 *Iudicem & prætorem offendere graue est.*
17 *Iudices autem, vel prætores quibus modis contemnantur.*
18 *Dathan & Abiron Moisi rebelles terra viuos deglutiuit.*

CAP. I.

PRo intelligentia horum uerborum prius quæ-
1 rendum est,† an nuncius ad instantiam partis,
sine iudicis mādato, seu commissione citare possit.
Et breuiter non posse concludendum est: ut est tex.
in l.j.vbi tradit Cy.colum.2.uersi.j.requiritur iussus
iudicis.C.de dilatio.& in l.neminem, vbi tradit Bar
to.& est satis longa ibidem ad Bar.additio.& Bald.
nu.3.& Sal.nu.1.& Alb.nu.1.C.de exhiben.reis. Ra
2 tio autem est, quia nuncius† ex seipso nihil dicere po
test, ut ait Bal.in consi.63.nu.2.li.5. Præterea ꝙ sine
iudicis commissione nuncius citare non possit, tra-
dunt Doc.communiter in c.1.inter quos expressim
tradit Abb.nu.4.& Fel.num.21. & Imo.nume.4.&
Barba.sub num.13.& August.Beroi num.40. extra
de iudiciis: ut refert etiam Rui.in consi.66.in princ.
3 lib.5.subdens in dubio; iudicis† commissionem, nisi
probetur, non præsumi, per ea, quæ uoluerunt Doc.
in d.c.1.& Rom.& alij in l.sciendum.ff.de ver.ob.&
idem uoluit Bal.in l.cum clericis. in uersi.deinde,&
in §.memoria.C.de epi.& cle.& Ang.in trac.malefi.
uer.citentur, cum aliis congestis in additione ad Sa-
licetum in d.l.neminem.in princ.C.de exhiben.reis.
Immo, & plus est, quòd iudex citationem commit-
4 tere non sufficit sed etiam quòd † ad instantiam il-
lius partis, cuius interest cōmittat, necesse est, ut ha
betur in d.c.1.ubi Abb.Fel.Imo.Dec. & Barba.nu.
13.& August.Bero.num.40.& Maria.Soci.in tract.
de citationib.in 6.articu.prin.nu.2.& Barto.in l.ad
peremptorium.ff.de iudic.& Bald.in d.l.neminem.
C.de exhiben.reis & refert Rui.in d.consi.66.num.
primo, lib.5.ubi num.7.post alios, quos ibi refert, in
5 quit† citationem ad instantiam partis, saltē ex tem
pore diuturnitate, in dubio factam censeri: & ideo si
6 statuto dispositum sit, quòd iudex† citare debeat,&
teneatur, ad partis instantiam disponere intelligen-
dum esse, & ex consequenti passiuam interpretatio
nem recipere, argumento.l.ut gradatim.§.sed si
ex lege.ff.de muner.& honor. Id autem tunc locum
habet, nisi statutum in casib. in quib.iudex ex offi-
cio monere deberet, loqueretur: utputa si de publi-
ca utilitate tractetur, ut tradit Soc. in d.trac.de cita
tionib.in 6.artic.princip.nu.3.
7 Adhuc etiam sciendum est, † nuncio de commis-
sione & mandato iudicis citasse asserenti credendū
non esse, ut uoluit Ioan.And.in additione ad Spec.
in titu.de citatione.§.sequitur.in additione incipiē
te, quoniam hunc articulum, in ultimis verbis: dum
uoluit, quòd licet nuncio simpliciter citasse dicenti
credatur, attamen si dicat, iudicem sibi id commis-
sisse, ei credendum non esse. Ratio autem est; quia
eius officium ad hoc electum non est, unde subdit,
8 etiam tabellionem, quòd nuncius quempiam ex cō-
missione & mandato iudicis citauerit, scribere non
debere, & si scripserit, reprehensione non carere: ut
uoluit Bal.in l.his solis, num.2.C.de reuocan.dona-
tio.& tradit Rui.in d.consi.66.num.2.li.5.& Guid.
Papæ in singul.87.versi.non statur dicto,& latè tra-
dit Corn.in consilio 79.lib.3.& Bertran.in consilio
234.vnicuiq;,num.6.lib.3.cum aliis latè congestis
per Tiraq.in tract.de utroq; retractu ti.j.§.octauo
gl.9.nu.28.
Quoniam autē de copia ianuæ affigenda loquun
9 tur hoc loco statuentes: quærendum est † si cedula
citationis, postquam affixa erit, illico aut paulò post
amoueatur; perfecta dicatur, aut solemnis, & de iu-
re valida citatio. Qua in re legitimè factam non ui-
deri; refert Hyppolit.Marsil.in d.l.de unoquoq;,nu-
me.53.ff.de iudic.per ea quæ uoluit Fel.in ca.ex par
te decani, col.4.extra de rescri.adducens ad hoc Bal.
& alios, de quibus ibi per eum. Immo, quòd plus est
10 processum nullum esse. Quapropter annotat † cau-
telam quandam aduersus eos, qui dolo, ut aduer-
sus citatos tanquam cōtumaces agatur, amicos sup
ponere solent, qui affixam hostio citationem amo-
ueant: nam (ut dixi) in hoc casu aduersus huiusmo
di dolum cautela est, ut de inualiditate citatio-
nis ob id, quòd paulò post amota fuerit, obiiciatur.
Nam tunc citatus, etiam si non compareat, contu-
max dici non poterit, & ex consequenti contra eum
tamquam contra contumacem procedendum non
erit. Hanc eandem conclusionem tenet idem Mar-
sil.in rub.ff.de fideiussor.nume.445. ubi refert Ab-
batem in consi.53.instrumentum, col.vlt.uolu.4.&

tradit Dec.in consi. 177. quod supra, & licet prædicti Doctores de citatione, quæ domi illius, qui citatur, fit, loquantur. Attamen de ea citatione, quæ ad hostium fit domini potestatis communis Florentiæ eadem ratione dicendum uidetur. Ideo enim, ut cedula eo modo ianuæ palatii residentiæ domini potestatis affigatur, introductum est: ut eo modo, id quod agitur, ad notitiam citandi pro uiribus perueniat. Vnde si statim, uel paulò post amoueatur, cum effectus, ad quem id introductum est, non consequatur merito ut in eo casu citatio legitimè facta non sit, dicendum uidetur. Qui autem huiusmodi cedulas affixas amouent, impunes recedere nõ debent; Planè ut inquit Guihel. Mainer. in l. qui uetante. numer. 5. & 6. ff. de reg. iur. gl. in l. si quis id quod. ff. de iurisd.

11 om. iudic. uoluit, † ut de æquitate pœna illius legis, quingentorum scilicet aureorum, teneantur; sin autem in ære non habeant, luant in corpore, cum eadem sit ratio, argumento. l. illud. ff. ad l. Aquil. Verũ, quatenus pertinet ad genus pœnæ, Barto. & Alber. ibi ex sententia Iacobi Butrigarii & Iacob. de Aren. contrarium uoluerunt, id quod ex eo tex. dum inqt, non quidem prout res incidit, probari censuerunt: nam citationes, prout res incidit, fieri dicuntur. Minus etiam ex æquitate, de qua per illam, gloss. pœnæ extensionem faciendam arbitrantur. l. interpretatione. & l. pœsis. ff. de pœ. Verum ne fortasse existimes, illius citationis corruptionem impunitam remanere

12 re † actionem in factum ad interesse dari: & corrũpentem, uel amouentem extra ordinem iudicis arbitrio puniri uoluerunt. l. hodie. ff. de poen. & l. prima, §. 1. ff. de effra ctori. expilato. Poterit etiam de falso accusari. l. prima, §. qui in rationibus. ff. ad l. Cornelium de falsis. prout etiam uoluit glo. in d. l. si quis id quod, in principio in uerbo in albo. ff. de iurisdictio. om. iudic. V bi Albe. refert dominum Gabrielem de Ocellettis recitantem, quendam pœna falsi puniri uidisse, qui cuiusdam statuti folium quoddam extraxerat, uel corruperat, id quod Bal. ibi, ad illos qui cedulas citationum amouent, uel corrumpunt, accommodare solet. & Rofred. pariter ibidem contra ad-

13 uocatorum † nequitiam, ac malitiam adducit, qui quaternos, ac libellos, confessiones, acta iudiciaria, uel dicta testium immutant, prout sæpe in facto uidisse ait. Et licet dolus non præsumatur, sed probandus sit. l. quotics. §. qui dolo. ff. de probatio. Sitq; ex perspicuis indiciis probandus. l. dolum. C. de dol. Attamen si aduocatus prædicta abradat, deleat, uel corrumpat, dolo id fecisse præsumendum est, & ex consequenti contra eum, sicut vt vbi dolus præsumitur, doli præsumptio est. l. tutor qui repertorii. in principi. ff. de adminiſtra. tuto. Id quod non solùm si ipse fecerit, uerum est, sed etiam si tabellioni, ut abraderet, uel corrumperet, mandauerit, locum habet. Nã si abraserit, uel corruperit, uterque ea pœna tenet:

14 Immo quamuis † error iuris, uel imperitia à dolo excusare soleat. l. Titii. §. si quis ignorans. ff. de senatusconsul. Sillania. & notat glos. in l. plagii la secunda, C. ad l. flauiam de plag. prout latius in l. semper in dubiis. ff. de reg. iu. tradidit ipse Mainer. cũ ignorantia turis lata culpa, non autem dolus sit. l. latæ. ff. de

15 uer. sig. Attamen † talis error in aduocato, qui iuris scientiam habet, uel saltem habere debet, ferri non potest. Immo si ius, circa quod uersatur, ignoret, turpitudini & dedecori adscribendum est. l. 2. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iu. Et ideo à dolo ꝑsumpto iuris ignorantia nõ excusatur, ut uoluit ipse Rofred. quem sequitur Ang. per illum tex. in l. secunda, ff. quod quisq; iur. Nã in hoc casu, vt inquit ille text. lata culpa dolo æquiparatur. ut uoluit Flora. in d. l. idem iuris. ff. mulionem. ff. ad l. Aquil. corrumpẽtes autem, uel amouentes citationum cedulas ideo pu-

16 niendos esse dicendum uidetur, qꝛ † prætorem, uel iudicem offendere graue sit, ut uoluit Inn. in c. 1. extra de nou. ope. nunc. Habet enim prætor maiestatẽ, & ideo qui eam contemnit, impunitus recedere nõ debet. l. si familia. ff. de iurisf. om. iudic. & facit lex de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. actio. & l. pen. §. fi. ff. de iust. & iur. ibi, ubicunque prætor salua imperii sui maiestate; facit etiam tex. in l. si spadonem. §. si ciuitatis princeps, id est magistratus. ff. de excus. tuto. Con-

17 temnitur † autem prætor, seu iudex, faciẽdo sua mãdata atque citationes lacerando, aliisue quampluribus modis, qui ponuntur in l. prima, ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, ubi latius per Bal. qui ẽt in l. 1. C. quorum appellationes non recipiuntur, nullam maiorem contumaciam esse ait, quã iudicem ẽt non comparendo contemnere. Vnde legitur in lib. numerorum, c. 16. propter manifestam cõtumaciã

18 † Dathan & Abiron Moysi populi Dei rectori rebelles terram uiuos deglutisse, & ad inferos uiuos descendisse.

DE NVNCIORVM RELATIONE. §. IX.

De qua quidem citationis transmissione, & dimissione stetur & stari debeat relationi simplici alicuius ex nuncijs communis Florentiæ in actis iudicis, coram quo talis lis, vel quæstio ventilabitur, descriptæ.

1 *Citationis relato a nuncio facienda de substantiali citationis forma est.*

CAP. I.

1 Antequam ad alia descendamus, sciendum est, † nuncii relationem de forma substantia li citationis esse, ut inquit Thomas Grammatic. in consilio 152. numero 15. per ea q̃ ne. uoluit Bartol. in l. multum interest. ff. de conditionibus, & demonstrationib. & in l. hęc autem. §. primo, ff. quibus ex cauſ in possession. eatur, & Philipp. Franc. in capitu. cum parati, columna 12. uersicu. circa quartum, ubi etiam præpositus, columna 10. extra de appellation.

1 *Nuntio de citatione an credendum sit.*
2 *Tabellario soli non creditur.*
3 *Arbitro soli aut iudici non creditur.*

4 *Nuncii & apparitores sunt venales.*
5 *Nuncii his temporibus uiles. sunt, & infames.*
6 *Infames a munere nuncii repellendi non sunt.*
7 *Nuncio, quòd bona sint talia, credendum est.*
8 *Nuncio, etiam si pars contrarium dicat, credendum esse, & ideo pars onere probandi contrarium grauabitur.*
9 *Nũcio, quòd nisi negatum fuerit, credatur, tertia opinio.*
10. *Nuncio publico & iurato quòd in citationibus tantum, non in cæteris credatur, quarta opinio.*
11 *Nuncio, vt in modici tantum credendum sit, & est quarta opinio.*
12 *Nuncio solùm, cum dicit se citasse, credẽdum esse, nisi sit persona suspecta, & est quinta opinio.*
13 *Nuncii cautela, ut de eorum citationibus instrumenta confici curent.*
14 *Nuncio an credatur, iudicis arbitrio relinqui, & est sexta opinio.*

C A P. II.

POstquam vidimus, relationem nuncii de sub-
stantiali forma citationis esse, consequens est,
vt uideamus, an ei credendum sit. Qua de re cum va
riè ac latissimè loquantur Doctores, ut & nos quo-
que lõgiores, quam uellemus simus, necesse est. Pri
1 mo igitur † ut nuncio soli credendum non sit, quam-
plures uoluerunt, per tex. in l. ult. C. de bon. uacant.
lib. 10. & in l. 1. C. de curiosis & stationar. li. 12. & fa
cit, quod in simili habetur in l. 1. C. de manda. prin.
& in c. cum contingat. extra de rescri. & in c. cum in
iure. de of. iudic. delegati. propterea quòd uox unius
est, nec condemnat, nec iustificat. ca. admouere. 32.
quæst. 2. & c. licet ex quadam, extra de testibus, cum
2 similibus. Comprobatur ex eo, quòd † nec soli tabel
lario creditur. §. si uero absunt. in Auth. de hæredib.
3 & falcid. Immo, quod plus est, nec † soli arbitro, aut
iudici. l. nec in arbitris. §. pe. C. de arbi. & ca. quoniam
contra falsam, extra de probation. ergo multo mi-
nus, ut soli nuncio credatur dicendum est, cum pro
iudice aliàs præsumatur. l. secunda. C. de offi. ciuil. iu
dic. Pro nuncio autem nequaquam l. nec diu C. de
pen. quæ de praua & uenali horum apparitorũ per-
fidia loquitur. Viles † enim & uenales sunt huiusmo.
4 modi homines, ut inquit Fede. Senen. in consi. 119.
nulli. col. ul. & Bal. in l. si ut proponis. in princ. C. de
executio. rei iud. & Matth. Afflic. in constit. Sicil. in
prin. prosequẽs, col. 4. octauo notabili, & idem Bal.
in l. ultima, colum. pen. quæst. 8. C. de edic. diui Adr.
tollen. Videmus namque † his nostris temporibus
5 ad id minus uiles, & (quòd plus est) etiam infames as
sumi, ut inquit Collectaneus in c. cum dilecti, ad fi-
nem extra de dolo & contumacia, & Barto. in extra
6 uaganti ad reprimendum, in uerbo nuncium, † cum
infames ab eo munere repellendos non esse asseue-
ret. l. nec infamis. C. de decurio. lib. 10. & l. prima, C.
de infami. eodem lib. id quod uoluit etiam Angel.
Aret. in §. quadrupli. colum. 5. uersicu. quæro, an cre
datur institu. de actio. & in tracta. maleficiorum, in
uerbo Petro publico, & iurato nuncio, in principi.
post Hosti. & Ioan. Andreæ. in c. prudentiam. in uer
bo nuncium, ubi etiam Bald. qui id notandum esse
asserit, colum. 2. & Fel. in fi. principii extra de offi. de
legati. Præterea hanc conclusionem sequutus est Sa
lic. in l. tres denunciationes. C. quomo. & quando iu
dex, & Philip. Franc. in c. cum teneamur, colum. ulti
ma, extra de appellatio. & uoluit glo. in d. cap. quo-
niam cõtra falsam. in uerbo citationes, extra de pro-
bationibus, dum inquit, soli nuncio publico & iura
to in foro ciuili ex consuetudine credi; de iure uerò
communi, nisi aliter legitimè constet, credendũ nõ
esse. Id quod rursus uoluit glo. in capi. quod sicut. in
uerbo uocatos, extra de electione, ubi Vincen. cita-
tionem duobus testibus, uel publico instrumento
probandam esse, existimat. Et hac de causa Iacobus
& Bald. in suo tracta. de primo & secundo decreto,
post principium, ut duo nuncij mittantur, consiliũ
dedit.

Contrariam uerò opinionem, scilicet, ut nũcii re-
lationi credendum sit, uoluit gl. in capit. cum para
ti. extra de appellationibus, & in capit. proposuisti.
87. distin. & in capi. inter testes. 4. quæstion. 3. & in l.
magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eorum, & in l. pri-
ma, §. sanè. ff. de offi. præfec. urbis, & facit, quod latè
notatur in l. ea quidem. C. de accusationibus, & in l.
diuus. ff. de custodia reorum, & latè notat Bar. in ex
trauagan. ad reprimen. in gl. in uer. per nuncium, &
in l. Palatinus. C. de colla. fund. fisca. lib. 11. & Specu
lator ubi etiam Ioan. And. in additio. in titu. de cita-
tio. §. sequitur uer. sed nunquàm creditur, & Hostiẽ.
in summa in titu. de dolo, sub Rubr. de contumacia.
§. qualiter uersi. quid si absens, & idem Ioan. And. in
additio. in titu. de contumacia. §. contumax. in addi
tio. ne, quæ incipit, hic sequuntur uerba: & facit il-
lud, quod notat gl. in c. uenerabilibus. §. secus, super
uerbo in iudicio, de sententia excommunicationis,
lib. 6. & refert Ludouic. Roma. in consilio 497. dili-
genter perscrutatis, numero 5. Et ideo dixit Hiero.
Grat. in consilio 30. nume. 57. uol. primo, Nuncio,
& eius relationi, etiam si citatus contrarium cũ iu-
ramento dicat, standum esse: ut notatur in l. prope-
randum. §. & siquidem. C. de iudic. & tradit Bartol.
quem sequitur Alex. in l. à diuo pio. §. in uenditione
uersi. quæro qualiter. ff. de re iudic. & uoluerunt om
nes. in d. capitu. cum parati. Immo, quod plus est, di
xit Alexan. in d. l. a diuo Pio. §. si super rebus. colum.
9. nuncio, non solum quo ad tenutæ dationem cre-
7 dendum esse: † sed etiam si bona talia esse dixerit; pte
rea, quod nuncii relationi standum sit, firmat idẽ Hier.
Grat. in consi. 85. nu. 3. uolu. 2. & Rimi. in consi. 70.
nu. 19. uol. j. & Stepha. Bertran. in consi. 27. nu. j. uo
lu. 1. qui ultra ea, quæ supra deduximus, refert Ang.
Are. in §. tripli inst. de actio. & Bar. in l. 1. §. fi. de offi.
præfec. uig. & Bar. in l. stipulatio. §. habet. ff. de ope.
nou. nuncia. & Cy. in l. siquis decurio. C. de fals. Im-
8 mo uoluit Bertran. loco supra adducto, † nuncio, ẽt
si pars contrarium dicat, credendum esse, ita ut pars
contrarium probandi onere grauetur. Nam ex quo
iuratus & publicus est, fidem facere debet. c. ad au-
dientiam de præscriptionibus: eandem conclusionẽ
secutus est Inno. in d. capi. quoniam contra falsam,
colum. j. in uerbo citationes, ubi etiam Imo. & Fel.

extra

extra de proba.& Fede.Senen.in consilio 119. nulli dubium est,ante finem,& Bar.in d.extrauaganti ad reprimendum in uerb.per nuncium.in fi.ubi in practica ita inquit seruari,& in l.diuus la 2.col.2. uers. 3.quæro.ff.de custodia reorum;& Bal.in l.j.§.siquis neget.in fi.ff.quemad.testa.aperiant.Et quòd ita in practica seruetur,asserunt Philip. Franc. & Philip. Dec.in d.c.cum parati,dicentes cõmunem esse opinionem,& uoluit Ludo.Bolog.qui nonnullos alios refert,in consi.52.cor mundum &c.& in præsentia breuibus utar,colum.2.quam opinionem ubiq; seruari,ait Specula.in titul.de citatione, in loco supra adducto.

Non defuere, qui mediam uiam eligentes inter utramq; opinionē,hāc conclusionē aliter intellexe-
9 rint.Nā tertio loco uoluerunt nonnulli,† ut nūcio, nisi negatum fuerit,illud quod ipse dicit,credēdum sit.At si ille,qui citandus erat, se citatum neget,idq; iureiurando confirmet,ei potius quam nuncio credatur,ut inquit Host.glo.esse,quæ simplicem negationem requirit in d.cap.quoniam contra falsam,in uerb.citationes,la secunda in fi.extra de probatio. & Spe.qui iuramentum requirit, qui iuramentū requirit,& alios antiquiores refert, in ti.de citat.§.sequitur uer.sed nunquid credatur soli nuncio,& Ioā. Faber in l.ea quidē,col.2.C.de accusatio.Ea tamen moderatione,ut nuncio in modicis tantum credat, Et tunc etiam pars si contrarium iuret, audiatur, & Nicolaus de Neap. qui etiam de iuramento loquitur,in lectura Bar.in l.scire oportet.§.sufficit.in fin. ff.de excusat.

10 Quarta† fuit nonnullorum opinio,ut nuncio publico & iurato, in citationibus tantum , non autem in cæteris,credendum sit.uidelicet gl.in c.cum parati. extra de appellationib. & uoluerunt Ioannes de Deo,& egidius,& Guido de Suza.& Rolan.& Gandi.prout eos refert Io.And. in additione ad Speculū in d.ti.de citatione,ubi supra: & uoluit etiam Ioannes regius apud Federicum Senensem in consi.142. D.Ioanni col.pe.uersi.non obstat relatio nuncii,& Bar.in trac.de citatione,quæst.11.& Bal.in l.ut perfectius col.ul.uer.t 1.C.de anna.exceptio. ubi ita inquit,generalem consuetudinem obseruare,& Alb. in l.1.§.quies.ff.de offi.præfec.ur bis.

11 Quinta opinio est,ut† nuncio in modicis,ubi paruum aliquod præiudicium uersatur, credendum sit At secus si præiudiciū aliquod non leue inferri possit.ut uoluerunt Vber.Bob.& Albert.Gal.ut retulerūt Spe.& Io.And.in loco supra adducto,cuius opinionis fuit etiam Iac.Butrig.in d.l.prima,§.quies.ff. de offic.præfec.urbis & Bal.in l.magis puto.§.illud. ff.de reb.cred.& in d.c.cum parati.post prin.uersic. quæro,utrum credatur,& Lucas Penna in d.l.j.col. 2.uer.uel de breuitate.C.de curiosis & stationa.lib. 12.& Io.Faber in d.l. ea quidem.C. de accusatio. & Ioā.Plat.in l.apparitores in 3. notab.C. de exactor. tributo.lib.10.& idem uoluisse uidetur Speculator in tit.de remissione.§.utile versi.sed nunquid remissio,in fi.

12 Sexta est opinio eorum, † qui soli nūcio qui dicit se citasse, nisi sit persona suspecta , credi debeat , ut uoluit Ang.in d.l.ut perfectius col.ult.uer.item no-
13 ta quòd nuncio.C.de anna.exce.† & ideo inq̄t cautelam esse,ut nuncii de eorum citationibus instrumēta confici curent,ne eorum fides in dubium, uel discrimen aliquod reuocetur.

14 Septimo† uoluerunt nonnulli, id iudicis arbitrio relinquendum esse,ut uoluit Hos.in d.c. cum parati col.2.in uerbo suus nuncius,ubi etiam Collecta.in fin.& Panor.col.3.& rursus idem Host.in summa in ti.de contumacia.§. qualiter deprehendatur.qui est 2.col.uer.quid si absens est,& Archidia.in d.c.proposuisti,col.2.uer.in ea gl.in uerbo nuncii, & in ca. uenerabilis,col.2.in uerbo citatus,de sent. excōmu. li.6.& latè Pet.Iac.in ti.de actio.de consti.pec.libel. col.pe.uer.nec etiam debet credi,& Io.And.in additionib.ad Spe.in loco supra adducto,in ti.de citatione,& Collecta.in c.cum dilecti.in fi.extra de dol.& contuma.& Bal.post Iac.de Arena in l.j.§.j.in fin.ff. quemadmo.tes.aperian.in d.c.quoniam contra falsam,col.7.uer.quæro,an relationi, extra de relationib.& Ang.in l.hæc autem.§.non defendi.ff.ex quibus cauf.in pos.eatur,& Sal.in d.l.tres denunciationes,col.2.uer.sed an credatur nuncio.C.quomo.& quand.iudex,& in l.absentem,col.3. quæst.6.C. de accusationib.& latè Maria.Soc.alios referens in rubri.de dilatio.in 16.arti.& Ang.Are.in d.§. quadrupli col.5.uer.quid autem si dicat inst.de act.& in dicto trac.malefi.in uer.Petro publico, & iurato nuncio,& Guido Papę in decisionibus delfinatus decis. 628.non debet de iure,& in trac.præsumptio.col.5. uer.sed an debeat præsumi;& Ias.l.properandum.§. & siquidem col.3.uer. quid autem si nuncius.C. de iudi.& Matthe.Afflic.in constitutione Siciliæ, incipiente edictorum col.3.uer.quæro nota. & Stephanus Bertran.in consi.27.si hic esset,nu. primo,nolu. primo,& Hiero.Grat.in consilio 30.nu.58.uolum. primo.

1 *Nuncium,ut ei credatur publicum, & iuratum esse requiritur.*
2 *Nuncium in quolibet actu iurare necessariū non est.*
3 *Nuncij iuramentum quomodo interponatur.*
4 *Nuncio creditur in ijs tantum, quæ illi a iudice demandata, & commissa sunt.*
5 *Nuncio renuncianti se a citando uerberatū, uel alia iniuria affectum non creditur.*
6 *Nuncio renuncianti citatum se non uenturum respōdisse, uel alia huiusmodi uerba, an credendum sit.*
7 *Nuncius de mandato iudicis citasse referenti nō creditur.*

CAP. III.

Vidimus uarias & diuersas hac de re scribentium opiniones extare, & ideo hac de causa credendum est,ut statuentes simplici relationi alicuius ex nunciis communis Florentiæ standum esse expresse sancinerint, & si ea magis communis opinio esse uideatur, qua nuncio simpliciter credendum esse dicebamus; quæ supra satis, superque comprobata fuit. Quæ tamen conclusio, & si magis communiter a doctoribus recepta sit . Attamen

non ita absolutè vera est,quin aliqua modificatione
1 eius generalitas restringatur; Primò † enim nunciū
publicum & iuratum esse oportet, ut voluit gl.in d.
c.cum parati.& Bar.in l.prima,§.cura carnis.ff. de of
fic.præfec.vrbis,& Bal.in l.secunda,C.de sportu.vbi
inquit, propter iusiurandum nūcii relationi standū
esse:& ita ferè omnes,qui hac de re loquuntur, intel
ligunt,ut ex ijs,quos supra retulimus,facilè intelligi
2 potest. Illud tamen † animaduertendum est, nun-
cium in quolibet actu iurare necessariū non esse; sed
3 † satis esse,si in principio:cum officium assumpserit
se tale officium fideliter executurum iurauerit:pro-
ut fieri solet,& declarat Bal.in dicta l. magis puto.§.
illud.in fi.ff.de reb.eo.& in l.secunda,de sport.argu
men.authen.in isto iuramento.C.de iurament.calū.
vbi id consuetudinem seruare ait, & Ang.Are.in di-
cto tracta.malefi.in vers.nec non ad denunciationē,
numero 5.& rursus in dicto ver.Petro publico, & in
rato nuncio post principium,& Barba.in tracta. de
præstantia Cardinalium,in secunda parte, quæstio.
secunda,colum.4.ver.tu adde,quòd iura,& Ioan.de
Arnono in singu.20.numero 2.in uolum.singulariū
diuersorum,vbi inquit,nūcio siue iuramento credē-
dum non esse:vt noluit Ange.in l.si uacantia,colum.
5.C.de boni.uacantibus,lib.10.& sequitur Fel.in cō
silio 48.apud Sceuolam,nume. 17.vbi inquit, quòd
si ex forma statuti simplici uerbo accusatoris, vel nū
cii standum sit,intelligendum est, vt iurare debeat,
per tex.in l.Theopompus.ff. de dote prælegat.& se-
quitur Alex.in consilio 336. clarissimè D. Vicariæ,
colum.3.& apertissimè Card.Alex.in d.capitu. cum
parati,colum.6.versic.& ante omnia,extra de appel
latio.& Matth.Afflic.in constitut.Siciliæ incipiente,
in ciuil.in secunda notabil.in prin.Quemadmodum
è contra sufficit semel in perpetuum remissum esse:
nec per singula remittendum est.l.quæ sub cōditio-
ne.§.ultimo ff.de conditio.institutio. Et ideo in ter-
minis nostris cum nuncii,vt disponitur sub rubr.70.
de officio nuncii communis Florentiæ,li.primo hoc
modo iurare,vt dicitur in ipso statuto,teneantur va
let.Nullus possit exercere officium nunciatus tanq̃
nuncius communis Florentiæ;nisi primò iurauerit,
& satisdederit idonee coràm domino executore de
libris quinquaginta,de officio nunciatus benè & di-
ligenter faciendo,quæ satisdatio duret per unum an
num,& quindecim dies à die satisdationis computá
dos.Qui fideiussores approbari debeant saltem per
unum ex approbatoribus communis Florentiæ:Me
ritò uidetur,ut supra dictum requisitum necessariū
non sit.

4 Secundò intelligitur prædicta conclusio † vt in iis,
quæ illi à iudice demádata,vel commissa sunt, & ab
ipsius officio dependent, non autem ab aliis locum
habeat:ut noluit Cy.in l.ea quidem, colum.penulti.
versi.iuxta præmissa.C.de accusation.& in d.§. cura
carnis,vbi etiam Bal.in versic.& sanè,& rursus idem
Barto.in d.extrauaganti ad reprimendum, in loco
supra adducto,& omnes penè quos supra retulimus
& ultra eos latissimè Corn.in consilio 79.uiso pro-
5 cessu,columna secunda,lib.3.Et ideo nuncio † renun
ciauri,se à citando uerberatum, aliaue quauis iniu-
ria affectum,non creditur,vt inquit Io.And.in addi
tionibus ad Spe.in ti.de contuma.§.primo,versi.cir-
ca secundum,& Bal.in rub.de quæstio. & citationi-
bus;quæst.secunda,& Anto.Imo.& Panormit. in d.
capitu.cum parati & Paul.Castren.in consilio 165.
uisis,& ponderatis,colum.secunda,versi.cum etiam
quia licet,lib.secundo,& Cardina.Floren.in clemen
ti.prima,questio.8.de dolo,& contumacia,& Domi
nic.à S.Geminiano in c.venerabilibus.§. secus de sen
tentia excommunicationis,lib.6.& Corn.in d.consi
lio 79.lib.3.& Ang.Are.in d.§.quadrupli, colum.5.
versic.quæro,an credatur,Inst.de actio.& Gui.Pap.
in d.tract.præsumptionum,vbi supra,& in dicta de-
ci.628.vbi id de iure uerum esse ait. At aliter ex con
suetudine Franciæ delfinatus obseruari,& rursus idē
uoluit in singul.409.ver.Pet.Iacob.& Cardina. Ale
xand.in d.c.cum parati.columna penul.versic.sed po
ne,quòd nuncius,extra de appellatio. & Iaso. qui id
notandum ait,in d.l.properandum.§. & siquidē,co-
lum.2.versicu.adde,quòd conclusio,de iudic.& in l.
age.colum.pen.C.de transactio:& Hyppol.Marsi.in
singul.660.habemus,& Stephanus Bertran.in consi
lio 249.quoniam,colum.prima,libr.primo,& Mat-
theus Afflic.in constitutione Siciliæ,incipiente,in ci
uilibus,in secundo notabili ad finem,& Alcia.in tra
cta.præsumptio.in tertia regu.præsumptione 14.nu
mero 5.Et ideo Bar.& Bald.in d.§. cura carnis;tunc
nuncio credendum esse voluerunt,cum de suo facto
non autem alieno agitur:nisi alias probationes affe-
rat d.l.prima,C.de decurio.li.12.Et id ne maleficiū
eius simplici renunciatione puniatur: sed vt inquisi-
tio formari possit.d.l.diuus la secunda ff. de custod.
reor.& d.l.ea quidem.C.de accusatio.& tradit Bald.
in consilio 34.statuto seu capitulo,colum.3.versicu.
item secundùm lib.5.& Ang.Are. in loco supra pro-
ximè adducto. Eadem quoque ratione voluerunt,
6 † nuncio renuncianti,citatum se non esse venturum
respondisse,aut alia huiusmodi verba, credendū nō
esse propterea quòd ad eius officium id spectare nō
videatur,vt voluit Ioannes Andreæ in loco proximè
relato,& Bald.in d.§.cura carnis,& in l.diuus in pri
ma lectura,colum.prima,vbi etiam Ang.column.se
cunda,ff.de interrogato.actio.& Anto. à But.Imol.
& Panormi.in d.c.cum parati.extra de appellatio.&
idem Imo.in clem.prima,colum.8.versic.in quarto,
& vltimo casu,de dolo & contumacia;& Dominic.
à S.Gemina.in d.ca.venerabilibus,ver.secus,de sen-
tentia excommunicationis,lib.6.& Pau.Castrens.in
d.consilio 165.lib.secundo,& Nicolaus Mill.in re-
pertorio,in versic.Nuncius si refert,& Corn.in d.cō
silio 79.lib.3.& Ias.in d.§.& siquidem,column.3. &
Matthæus Afflic.in d.constitutione Siciliæ incipien
te,in ciuilibus,columna secunda,in fi.in secundo no
tabili.Non desunt tamen,qui nūcio quatenus refert
citatum,se non esse venturum respondisse,credendū
arbitrentur,prout uoluit Bar.in l.tres denunciatio-
nes.C.quomodo & quand.iudex,& Cardi.Florenti-
nus in dict.clem.prima,questio.8.versic. ego puto,
quòd relationi,de dolo & contumacia. & Imol.sibi
contrarius.l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.& la
tè in d.l.ex consensu.§.vltimo,colum.5.uersicu.circa
primum.ff.de appellationibus,& in ca.ad petitionē.
vbi etiam Ioānes Andreæ,extra de accusationibus,
& Philippus

& Philippus Franc.& Dec.in d.c.cum parati. & rursus voluit Bar.vt nonnulli attestantur in d.l. ex consen su.§.vlt.post gl.ibi.ff.de appellatio.& in l.ultima, ff.de interrogatio.actio. & si ibi de hoc nihil dicere videatur; Mouentur antem ea omnes potissimũ ratione, quòd hæc responsio de apendicibus & connexis citationi esse videatur, quæ cum ei commissa sit, ea etiam omnia, quæ in consequentiam veniunt, vt est huiusmodi citati responsio, commissa esse intelligantur: & ideo non minus circa ea illi credendum esse, cum ex ea, an citatus cõparere uelit, intelligi possit, argumento.l.secunda, ff. de iurisd.om.iudic.& ca. præterea.extra de offi.deleg. Et licet Iaso.in d.§.& siquidem, hanc rationem impugnare conetur; Attamen in eo omnes conueniunt, quòd nuncio in his tã tum, quæ eius officio commissa sunt, seu ad eius officium pertinent, credatur. Et ideo quando alia opinio præualeret, posset fortasse, non ita plena exactaue probatione nuncius illud comprobare, ut sentire videtur Bald.in d.§. cura carnis. Hinc quoque est, ꝙ
7 † nuncio de mandato iudicis citasse asserenti nõ credatur, nisi aliter de mãdato appareat; cum id ab eius facto seu officio pendere non uideatur; vt uoluit Io. And.in additio.ad Specu.in ti.de contumacia, vbi supra & Cy.& Bal.in l.vlt.C.de exhiben.reis.& Bart.in d.§.cura carnis, & in l.sciendum.ff.de verborum obl. & Bal.in d.l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eo.& in c.j. colum.4.ver.tertio quæro, vtrum in ti. de mil.vasallo qui contumax est, & in consilio 63. solum de subscriptione.circa medium, lib. 5.& Sal.in l.cum clericis.in secundo notabili.C.de episco.& cler.& in l.absentem, colum.2.quæst.5.C.de accusatio. & Pau.Castren.in d.consilio 165.lib.secundo, & Imo.& Phili. Fran.in d.c.cũ parati, & si ibi Imo.nisi aliter ex diutina consuetudine obseruatum esset, intelligendum arbitretur, ubi etiam Cardi.Alexandri.col.7. uersic. Sed qualiter, & Alexã.qui alios refert, in l.sciendum colum.10.nu.46.ff.de ver.ob.& Guid.Pap.in singu. 87.ver.notatur dicto, & Nicola.Milius in d.uer.nuncius si refert, & latè Corn.in d.consi.79.lib.3.& Frã. Rip.in c.j.car.penultima, ver.3.amplia, extra de iud. & Stephan.Bertran.in consilio 234. unicuique, nume.6.lib.3.& Alcia.in d.præsump.14.tertiæ regulæ num.3.

1 *Nuncio d[illegible]m diximus in ijs, quæ ad suum officium nõ pertinent, & ab eo non pendent, credendum non esse, nisi de aliquo minimo præiudicio agatur, quomodo intelligendum sit.*

CAP. IIII.

1 ILlud autem quod diximus, † Nuncio in iis, quæ ad suum officium non pertinent, & ab eo nõ pendent, credendum non esse, nisi de aliquo minimo ꝓiudicio agatur, intelligendum est: ut de omnibus officialibus inquit Inno.in capitu.primo, extra de fide instrum.& Bal.Panormita. & recentiores omnes in ca.post cessionem.extra de probationibus, & rursus idem Bal.post Cy.in l.pacta nouissima col.ult.C.de pac.& Panor.in c.cum ecclesijs, col.vl.extra de maiorita.& obedien.& in d.c.j.car.ultima, uer.an autem si appareat, extra de iud.& facit tex.in cap.j. extra de cleri.peregr.

1 *Nuntio, quòd bona sint ipsius Titij, quando credendum sit.*

CAP. V.

QVoniam antem diximus, Nuncio in iis, quæ ad eius officium pertinent, credendum esse: ad illud infertur, quando nuncio, ut creditorem in possessionẽ bonorum Titii debitoris mitteret, mandatum esset. Et id fecisse renunciasset, quandoquidẽ tunc, non solum in eo, quòd in possessionem miserit, credendum est, sed & quòd † bona sint ipsius Ti-
1 tij, nisi aliud ostendatur, ut uoluit Bald.in l.prima ꝑ gl.ibi.C.de priuileg.fisci.& in l.secunda, col.3.uersi. sed hic dubitatur.C. quando fiscus uel priuatus, & tradit Sal.in l.ob maritorum, col.1.uer. iuxta dictũ. C.ne uxor pro marito, & Imol. in l.a diuo pio.§.sic quoque.ff.de re iudic.& Alex.in d.l.§. si super rebus, colum.7.uersic.item circa hoc, & Dec. qui ita dicit Senis respondisse, in d.c.cum parati.in fin.& Alciat. in dicto tractat.præsumption. 14. regul.3. numero quarto.

1 *Nuncio referenti, se citandum reperire non potuisse, & ideo domi citasse, creditur.*
2 *Nuncio præsumendum non est, quia uilis est persona.*
3 *Nuncium referre ad domum, prout sibi mandatũ fuerat, citasse, sufficit, & quid accedere debeat.*
3 *Nuncij relatio cum sit ad id, quod facti est, in ipsa relatione pro expresso habetur, ac in mandato expressum est. secus cum sit relatio ad ea, quæ iuris sunt.*
5 *Nunciorum in sensum, ea quæ iuris sunt, non cadunt.*

CAP. VI.

1 HInc quoque est, ut † nuncio, non potuisse reperire citandum, & ideo domi citasse referenti credendum sit. d.l.properandum.§.& siquidẽ ibi, nec ita actoris pars fuerit inuenta, iunctis illis præcedentibus verbis per executorem negocii, ubi etiam Bal.colum.secunda, versic.etiam ex hoc tex.& uidetur uoluisse Bar.in l.prima, §.permittitur, in fi. in secundo notabili.ff.de liber.agnoscendum consuluit, vt nuncius eum diligenter perquisiuisse attestetur, & quia illum reperire non potuit, ad domum citasse referat, prout clarius uoluit ipse Bar.in l.si tamen. in fi.ff.de legat.secundo, & in l.quarta, §.præter colum.prima, versic.sed qualiter apparebit.ff. de dam. infec.& Bal.etiam subobscurè in l.vlt.col.j.C.de iure domi.impetran.& Abb.expressè in c.causam, col.3. uersi.quid autem si iudex, extra de dol. & contuma. & Dec.in d.c.cum parati.& Alcia.in d. præsum.14. regula 3.nu.3.
1 Id autem tunc verum est, cum nuncius perquisiuisse

uiſſe rennnciat, propterea quòd ſi ſimpliciter ad do
mum citaſſe diceret, eum perquiſiuiſſe nõ præſumi
tur, vt dicit Bar. in d. l. 4. §. prætor, columna ſecunda
verſi. ſed quod debet nũcius referre, & ſequitur An-
to. à But. in d. c. cauſam, colum. pe. & ibi Panormit.
colum. 3. extra de dolo & contuma. & idem Panor-
mita. in conſilio 84. arbitror poſt prin. lib. ſecundo.
Qui ibidem id quoque locum habere arbitratur, ſi
nuncius in fine omnia ſecundum ius commune, &
formam ſtatutorum feciſſe ſubiungat. Nam cum vi
2 lis † ſit, pro eo præſumendum non eſt, argumẽto no
tatorũ in l. prima, C. de uſur. & uoluit Imo. in l. ſciẽ-
dum vbi latius Aret. colum. 12. verſi. adde etiam in-
quantum. ff. de verborum oblig. & Roma. in conſil.
454. in re præſenti, colum. 2. & Alex. in l. hæres inſti
tutus, colum. 2. ver. refert etiam. ff. de acquir. hæredi
ta. & in conſilio 137. in cauſa & lite uertente inter
Lancelotum, colum. 3. ver. præterea in citatione, lib.
ſecundo. & in conſi. 201. in cauſa & lite uertente in-
ter magiſtrum, col. prima, ver. & licet in actis. eo. li.
2. & in conſi. ſecundo, conſideratis his. in prin. lib. 3.
& Philip. Dec. in c. quoniam contra falſam, colum.
10. uer. & prædicta concluſio, extra de probatio. Et
ſi contrarium uoluerit Bal. in l. ſcire oportet. §. mul-
tà uerò, ante finem. ff. de excuſ. tuto. ubi id in practi
ca inquit iudiciorum ſeruari, & Pau. Caſtren. in d. l.
4. §. prætor ait poſt principium. ff. de dam. infect. &
Roma. ſibi contrarius in d. l. hæres inſtitutus. ubi ẽt
Are. colum. 1. in fi. & rurſus, colum. ſecunda, uer. ſed
ad primam quæſtio. ff. de acquiren. hæred. Nam, ut
ipſi dicunt, propter facientis officium, legitimè fa-
ctum cenſetur, vt in ſimili notatur in l. acta. ff. rem
rat. haberi, & in l. 4. §. abeſſe. ff. de dam. infect. cenſe-
turq; ipſe nuncius actum validum, & efficacem fa-
cere uoluiſſe. l. pro hærede. §. Papinianus, ff. de acq.
hæredita.

Prior tamen ſententia verior, & ex prædictis ma
3 gis communis uidetur, quæ tunc uera erit, niſi † nũ
cius ad domum, prout illi mandatum fuerat, citaſſe
referat. Nam tunc perinde ualet, ac ſi expreſsè eum
reperire non potuiſſe, & ideo ad domum illum ci-
taſſe declaraſſet, ut colligitur ex dictis Baldi in di. l.
properandum. §. & ſiquidem. C. de iudic. & Pet. An-
cha. & Card. Flor. in d. cle. prima, de dolo & contu.
& in cle. prima, de iudi. & Rom. in conſi. 497. diligẽ
ter perſcrutatis, & Alex. in d. l. 4. §. prætor ait, vbi idẽ
Bar. colum. 1. ſenſiſſe uidetur. Et idem Alex. in con-
ſil. 219. ponderatis his col. 2. verſi. & ſimiliter præ-
ſuppono lib. 6.

Id autem tunc intelligendum eſt, ſi in commiſſio
ne, ſeu mandato iudicis, vt quis perſonaliter, ſi repe
riri poſſit, citetur: ſin minus ad domum, nominatim
expreſſum ſit, planè tunc cum nuncius ſimpliciter
iuxta formam ſui mandati, uel commiſſionis renun
ciat, ſatis illum perquiſiuiſſe, vt ſibi iniunctum fue-
rat, renunciare uidetur. At ſecus verò ſi id in manda
to iudicis non exprimatur. Quandoquidem licèt ſe-
cundùm iuris intellectum ita intelligatur. Attamen
ad illud, quod de iure tantum intelligitur, nec aliter
expreſſum reperitur, relatio nuncii non refertur, ut
ſatis ij, quos ſupra retulimus, declarare uidentur. Id
quod uoluit etiam Panorm. in d. conſi. 84. lib. ſecun
do, & Alex. in d. conſilio 2. lib. 3. & Soc. in conſi. 56.
viſo proceſſu, colum. 2. lib. 4. & Philip. Deci. in d. ca.
cum parati col. pe. & in d. c. quoniam contra falſam
vbi ſupra extra de probatio. Differẽtia autem vtriuſ
4 que manifeſta eſt. Primo † enim caſu ad id quod fa-
cti eſt, ſcilicet ad mandatum iudicis, relatio fit: & iõ
perinde in ipſa relatione pro expreſſo habetur ac in
ipſo mãdato expreſſum eſt. l. ait prætor. §. 1. vbi Bar.
ff. de re indic. & in l. in ſumma. in princ. eod. tit. cum
multis ſimilibus ab ipſo Tiraq. ut ipſe inquit, in legi
bus connubialibus, in uerbo experſ. verſ. ſed & ſextũ
genus collectis. Secundo uerò caſu ad ius relatio
5 fit, quod † veriſimiliter in ſenſum nunciorum iuris
omnino imperitorum non cadit: vt etiam de teſtib.
dicitur in d. l. j. C. de vſur.

1 *Nuncium cum ſimpliciter ad domum citaſſe refert, an ex quo illi à iudice nominatim in commiſſione, vel mandato iniunctum eſt, vt perſonaliter, ſi repe rire poſſit, ſin minus ad domum citet; propter uerba illa ſtatuti noſtri, quòd ſtetur & ſtari debeat ſimpli ci relationi, eum perquiſiuiſſe & non reperiſſe, & & ideo ad domum citaſſe; præſumatur.*
2 *Citationis forma ſecundum ſtatutum ſub rub. 70. de offi. nun. commu. floren.*
3 *Nuncio credendum non eſt, quando in ſua relatione ſe citaſſe domi ſolitæ habitationis non expreßit.*
4 *Nuncius in terminis ſtatuti noſtri an illam qualita tem propriæ habitationis exprimere debeat.*
5 *Nuncius, qui habuit in mandatis, vt perſonaliter, vel ad domum habitationis citet, & ſi eos non inue nerit, per publicum proclama, ſi per publicum proclama citauerit procuratorem, quatenus per- tinet ad ius commune, eos perſonaliter, prout ha- buit in mandatis, perquiſiuiſſe & non inueniſſe cen ſeatur.*
6 *Nunciorum pro uerbis an præſumatur.*
7 *Verbis pro iudicis an præſumatur.*
8 *Relatio nuncii clara & aperta eſſe debet.*

CAP. VII.

HOc loco ſatis commodè quæri poteſt, an hoc
1 caſu, quando † ſcilicet nuncius ſimpliciter ad
domum citaſſe refert, cum illi à iudice nominatim
in commiſſione, uel mandato iniunctum eſſet, vt
perſonaliter, ſi reperire poſſit, citet, ſin minus ad do
mum, cum alioquin de iure communi, vt ſupra dixi
mus, illum perſonaliter requiſiuiſſe, & non reperiſſe
non præſumatur. An propterea illa uerba ſtatuti no
ſtri, quòd ſtetur & ſtari debeat ſimplici relationi; cũ
perquiſiuiſſe, & non reperiſſe: & ideo ad domum ci-
taſſe, præſumatur. Qua in re prędictam clauſulam
non ſufficere exiſtimo: quandoquidem vult, vt ſim-
plici nuncii relationi quò ad illud ſtetur: ut illa quæ
refert ſe feciſſe, uera ſint, non autem ea, quæ non re
ferunt, ſupplere debeat. ita ut omnia, quæ habuit in
2 mandatis, à iudice feciſſe præſumatur, & ideo † cũ
in dicto ſtatuto ſub rubr. 70. de offi. nuncii commu
nis Florentiæ hunc in modum forma citationis po
natur. Et quilibet nuncius communis Florentiæ te-
neatur,

neatur, & debeat in requisitionibus, notificationib.
præceptis, quæ faciunt ex parte & mandato alicujus
rectoris, uel officialis communis Florẽtiæ, apud do
mũ habitationis requisiti, citati, notificati, uel eius,
ad cuius domum, & habitationem fecerit preceptũ
dimittere cedulam requisitionis, notificationis, &
præcepti, & scripturam continentem, ad cuius peti-
tionem, & cuius mandato, & ad quid requirat; ci-
tet, notificet, uel præcipiat, & nomen ipsius nuncii,
applicatam, uel affixam publicè hostio habitatio-
nis prædictæ, & dictã cedulam dimisisse, dictus nun
cius referat in sua relatione apud acta, ac etiam scri
bi faciat in dictis actis, diem facti præcepti, citatio-
nis, notificationis, & requisitionis. Si uerò talis req-
rendus, vel cui deberet fieri præceptum, non habe-
ret domum, uel habitationem in ciuitate, comitatu
uel districtu Florentiæ, sed esset uagabundus, uel
maneret extra ciuitatem, comitatum, & districtum
Florentiæ, citetur publicè in plateis sancti Ioannis
Baptistæ; horti sancti Michaelis, fori noui, & uete-
ris, & ponatur cedula similis apud portam Ianuę pa
latii potestatis publicè, ut omnibus innotescere ua-
leat, & stetur, & credatur relationi dictorum nũcio-
rum de his, quæ referunt se fecisse, & præcepisse pro
eorum officio exercendo, absque aliqua commissio
ne eisdem fienda. Cum igitur in statuto, de quo agi-
tur, dicatur. Et copiã talis petitionis teneatur trans-
mittere parti, contra quam litigare intendit, seu age-
re. personaliter, uel ad domum illud consequens est,
ut nuncius personaliter citasse, & alia, prout in qua-
libet citatione, secundum formam paulò ante rela-
tam, opus erit referre, alioquin pro ipso nunciò, om
nia necessaria, & citationis substantialia facta fuisse
non præsumetur, & ex consequenti (prout infra la-
tius dicetur) huiusmodi citatio, tanquam eius for-
ma omissa non ualebit. Propterea, quòd illa clausu
la, ut nuncio credatur, & soli, & simplici eius rela-
tioni stetur, tantummodo efficit, si tamen ea quæ fa
cere tenebatur, se fecisse referat, quousque cõtrariũ
probetur. Comprobatur hoc ex eo, quod in illa for-
ma relata à statuto sub dicta rub. 70. dicitur; & stet,
& credatur relationi dictorum nunciorum; de his,
quæ referrent se fecisse, & præcepisse pro eorum of-
ficio exercendo. Illud consequitur; ut si non referãt
ea, quæ referre debent, eis non credatur. Et ideo in-
quit Thom. Grammat. in consilio 152. numer. 11.
3 nuncio † credendum non esse, ex quo in sua relatio-
ne se citasse domi solitæ habitationis non expressit.
Cum ad hoc, ut citatio teneat, illam qualitatem so-
litæ habitationis exprimere teneatur; ut conchudit
Bar. in d. l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infec. Et iõ orit
ex prædictis, quatenus pertinet ad statutum nostrũ
alia dubitatio, an ex quo statuentes in formula cita
tionis faciendã de illa qualitate solitæ habitationis
mentionem non fecerunt, sed simpliciter de domo
4 loquuti sunt, an † in terminis nostris ad ualiditatem
citationis nũcius eam qualitatem exprimere tenea-
tur; an uerò in hoc statuentes à iuris communis di-
spositione recedere uoluerint. Et breuiter dicẽdum
est, quòd licet in statuto nostro de domo tantum-
modo loquantur, attamen in statuto sub rub. 70. de
officio nunciorum communis Florentiæ, de habita-
tione mentionem fecerunt, & ideo cùm ibi formula
citationis ponatᷣ, in qua id expressum est, quatenus
pertinet ad statutum nostrum, hanc quęstionẽ cessa
re dicendum est. Redeundo igitur ad ea, quæ supra
5 dicebamus, si iudex † nuncio mandauerit, quòd per
sonaliter, uel ad domum habitationis citet, & si eos
non inuenerit: per publicum proclama citet, & nun
cius per proclama procuratorem citasse, & alia, p-
ut habuit in mandatis, fecisse referat; quatenus per-
tinet ad ius cõmune, eos personaliter prout habuit
in mandatis perquisiuisse, & nõ inuenisse censetur,
ut inquit Barth. Soc. in consi. 56. numero 6. & 7. uo-
lum. 4. per ea quæ noluit Bal. in l. properandum. §.
& siquidem. C. de iudic. quem sequitur Pet. Ancha.
& Card. in clem. prima, de dolo & contumacia, ubi
dicunt, si fuerit nuncio commissum, ut reum perso-
naliter ad sententiam audiendam citet, si eum perso
naliter inuenire possit; sin autem minus ad domum
& nuncius prout habuit in mandatis fecisse referat,
huiusmodi relationem legitimam esse uoluerũt, sie
riq; interpretationem, ut ad domum citatus fuerit,
& sic in mitiorem partem, ut latius ibi per eos; Nec
quod legitima non fuerit huiusmodi relatio, ex eo
opponi posse uidetur, quòd latè scribi debeat, & ita
ut omnia requisita includantur, alioquin simplex re
6 latio non sufficiat. Propterea quòd pro † nũciorum
uerbis non præsumatur, nisi quatenus uerba ipsa p-
7 pria natura comprehendere possunt: & si † aliter de
uerbis iudicis dicendum sit, ut uoluit Bar. in d. l. 4. §.
prætor ner. quid si iudex commisit, ff. de nou. oper.
nunciat. & sequitur Anto. à But. in capitu. cum cau-
sam. de dolo & contumac. Vnde Barto. Anto. Bald.
& alij, de quibus supra, contradicere uidentur: Nã
ad hoc, prout inquiunt recentiores in d. §. prætor. re
spondere possumus, & noluit etiam Alexan. scilicet
quòd opinio Bald. & sequacium, quando nuncius,
quæ habuit in mandatis, fecisse refert, locum hẽat,
quæ quidem uerba uirtualiter, quę in mandatis ha-
buit, comprehendere dicuntur; non autem agimus
de pręsumendo, an illa fecerit: in quibus terminis
Bar. non loquitur; Ponamus enim quòd iudex, ut in
personam citaret mandauerit, & eo non reperto
ad domum, & nũcius ad domum citasse referat: for
tasse ut nuncius eum non repererit, & sic in personã
citare non potuerit, præsumendum non erit. At se-
cus uerò cum à iudice mandatum fuisse apparet, &
ille, quod habuit in mandatis fecisse refert. Quãdo-
quidem tunc, omnia quæ in mandatis habuit, in hu
iusmodi relatione expressa censentur, ut est casus, &
ibi notat Barto. in l. si ita scripsero. ff. de conditio. &
demonstra. & notat Bal. in l. si pretor. ff. solu. matr. &
habetur in l. si ita. ff. de conditio. & demonstr. Ratio
8 autem ea esse potest, quòd † relatio clara & aperta
esse debet, ut uoluit Thom. Grammat. in d. consilio
152. num. 17. per ea quę noluit Soci. in tractã. cita-
tionum, arti. 13. circa finem, numero 4. & Alexand.
in consi. 2. circa principium, uol. 3. & in consi. 85. nu
me. 23. lib. 7.

1 *Verba formulæ citationis statuti nostri declaran-
tur.*

CAP.

CAP. VIII.

1 PRosequendo † verba formulæ nostræ citationis, dum in ea dicitur, pro eorum officio exercendo. Pariter inde illud comprobatur, quod supra diccebamus, nuncijs de iure communi credendum nõ esse de ijs, quæ extra eorum officium referunt. Ita vt dispositio hæc nostra statutaria, seu ius hoc municipale, hac in re conueniat cum iure communi.

1 *Nuncio de discussione bonorum creditur in capiendis pignoribus.*

2 *Discussione alia bonorum principalis, ut ad fideiussorem deueniri posit, cum nuncius refert, nulla bona principalis reperisse, opus non est.*

3 *Nuncio, quòd aliquis repertus non sit, ad hoc ut contra reum procedi possit, creditur.*

CAP. IX.

ETiam quatenus dicebamus in ijs, quæ ad eorũ officium pertinent, nuncijs credendum esse. Il-
1 lud colligitur † ipsis de alicuius bonorum discussione credendum esse. Videlicet cum renunciant, nulla ipsius bona mobilia reperisse. ideoq; manũ ad immobilia apposuisse, iuxta ordinem. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. Itidem & si nulla omnino bona rei principalis reperisse renuncient, pariter
2 † nulla alia discussione opus erit, ad hoc ut cõtra fideiussorem agi posit, ut inquit Bar. qui id etiam ex consuetudine seruari testatur, in d. §. in uenditione, colum. secunda, uer. quæro qualiter constabit, & ibi etiam Alex. tum colum. 9. versicu. alia practica, tum in fine. Rursus idem uoluit Bart. post Iaco. de Arena in auth. hæc si debitor, quam legit cum l. persecutione, colum. secunda, versic. quæro dicitur hic, ubi etiam Sal. colum. secunda, quæstion. 9. C. de pignor. ubi tamen inquit Bart. cautius, & tutius esse, si duo nuncio in hac re adhibeantur. Rursus etiam idẽ uoluit Barto. in l. in illa stipulatione si calendis, colum. vlt. ver. quæro qualiter, ubi etiam Alex. columna. ult. & Franc. Aret. colum. penultim. uersic. & ad modos ff. de uerborum obligatio. Præterea & iterum idem uoluit Barto. in l. stipulatio. §. habet, colum. secũda. ver. formo. vbi latè Iaso. colum. prima, versi. quærit. Barto. ff. de oper. nou. nuncia. & idem Bar. in l. secũda, §. si dubitetur, colum. secunda, ff. quemad. testa. aperian. & in consilio 90. dilecto domino, columna pe. ver. item sciendum est, & si Barto. in prædictis locis, quando nuncius ad hoc nominatim, ut inquirat mittitur, expresè loquatur. Verùm quòd nũcio hac de re credatur, simpliciter tenet Signoro. qui etiam, quid nuncius facere debeat, ostendit; vt excusio legitimè facta dicatur; in consilio 57. creditur forte, per totum, & Bald. in auth. sed hodie circa medium. C. de actio. & obligatio. & in dicta l. secunda, quando fisc. vel priuat. & in l. magis puto. §. illud. in fin. ff. de reb. eor. & Alex. in l. exitus. in princ. ff. de acquirend. possess. & Masuer. in tit. de executio. ver. item quamquam de iure; & Guid. Pap. in decisionibus Delfina-
3 tus, decis. 628. non debet, & idẽ de discussione † quæ fit de persona, an scilicet inuenta sit, ad hoc vt cõtra correum procedi posit. Nam (ut credatur nuncio) voluit Bar. in l. 3. §. j. quæst. 8. eademq; penultima. ff. de duob. reis.

1 *Nuncio non creditur, cum aliquod magnum præiudicium alicuius, in his de quibus deponit, continetur.*

CAP. X.

STante illa regula, iuxta terminos supra relatos,
1 † quòd nuncio credendum sit, ea tamen tunc locum habere non potest, quando graue aliquod præiudicium alicuius in his, de quibus deponit, contineretur. Planè tunc soli nuncio credendum non est, vt uoluit Bar. in d. l. diuus. la 2. col. 3. uer. tertiò quæro. ff. de custo. reo. & Alex. in consi. 75. videtur in præsenti consultatione, col. penul. uer. & si dicatur. libr. 4. & Philip. Dec. in consi. 94. in casu ad me trãsmisso col. 2. uersi. similiter scriptura, nu. 7. & facit, quod tradit Federic. Senen. in consi. 142. domino Ioanni colum. pe. & Bal. in c. cum dilecti, colum. penultim. versicu. oppono, dicitur hic, extra de dolo & contumacia.

1 *Nuncio nunquam ita creditur, quin contrarium probari posit, & etiam cum contenta in renunciatione quomodo uera non esse apparet.*

CAP. XI.

PRo declaratione omnium eorum, quæ supra diximus, illud vltimo loco omittendum non est;
1 Nam † in omnibus casibus, in quibus nuncio ex supra dictis credendum esse diximus, illud semper exceptum intelligitur, vt contrarium probari posit, vt uoluit gl. in §. item testes. in uerbo in executorib. 4. quæst. 3. & Archidiac. in c. uenerabilibus, colum. secunda, in uerbo citatus, de sententia excommunicationis, lib. 6. & Angel. & Imol. in l. qui bona. §. quidamni. & ibi Alex. colum. prima, ff. de dam. infec. & rursus idem Imo. in cap. proposuisti. ubi etiam Feli. colum. prima, extra de probation. & tradunt quam plures in c. quoniam contra eodem tit. & in d. capit. cum parati. extra de appellatio. & ibi maximè Philip. Franc. & Card. Alexan. colum. 7. uersic. 3. quæritur hic, colum. penultim. uersi. sed quid si statuto, & Pet. Iacob. in titu. de actio. de constitu. pecu. colum. penultim. uersic. nec etiam deberet, & Guido Pap. in tracta. præsumptio. colum. 5. uersic. an debeat præsumi, & decis. Delphinatus 628. non debet de iure, & singulari 409. uersicu. Petrus Iacobus, & Stephanus Bertran. in consilio 27. si hic esset. lib. primo, & refert Andreas Tiraquellus in tracta. de utroque retractu, in ti. de retract. lignagier. §. 4. glo. 1. numer. 6. Et idem tenet Bal. in l. contra negantem. in fin. C. ad legem Aquil. ubi loquitur de damno dato, & Paul. Castren. in l. secunda, num. 8. & 9. ff. si ex noxa. cau. agatur, & Rom. in consilio 102. nu. 5. & Alex. in consi.

consi.1 14.numero 3.lib.4.& in consilio,91.num.8.
lib.6.Quinimmo non solùm relationi nuncij,stante
hoc statuto,quando contrarium probatur,non sta-
tur:sed etiam sit minus credendum,nisi iusta aliqua
causa adesset,ut inquit Ang.in l. diuus.ff. de testam.
mil.per ea,quæ uoluit Iaco.Butri3.in l.j.C.de re iu-
dic.& notat Ange.in auth.de exhiben.res.in prin.&
in l.qui restituere,ff.de rei uẽd.& in l.qui vas.in prin.
ff.de fur.& facit,quod notat Bal.in c.1.si de inuesti-
tura fuerit controuersia inter dominum,& uasallũ,
cum alijs relatis ab Alexandro in consi.114. in cau-
sa & lite inter filios,num.3.lib.4.& latius in d.consi.
91.nu.8.lib.6.vbi Alex. id etiam locum habere arbi
tratur, quando quoquo modo contenta in renun-
ciatione,uera non esse appareret, ut ibi latius per
eum.

1 *Nuncii relatio iudici facienda est.*
2 *Nuncij relatio etiam notario actuario fieri potest.*
3 *Verba statuti interpretantur,apud quem relatio nun
cii fieri debeat.*

CAP. XII.

VIdimus hucusq; quando nuncii relationi cre-
dendum,vel non credendum sit. Verùm quo
niam ad hoc,ut illi fides adhibeatur,ut alicui fiat ta
lis relatio,oportet,vt inquit Thomas Grammat. in
consilio 152.num.18.cui nam facienda sit,inspicia-
1 mus.Qua in re primo iudici † faciẽdam esse certum
est,vt inquit Thom.Grammat.in eod.consi.152.nu
mero 19.per ea quæ uoluit Ange. in l.si finita.§. Iu-
2 lianus.ff.de damn.infect.Potest præterea † notario
actuario fieri,ut inquit Barto.in d.l.si finita.§.Iulia-
nus colum.3.uersic.iuxta prædicta quæro, vbi sub-
dit Imo.hanc Barto.opinionem ueram esse,& à con
suetudine receptam,& approbatam,id quod uoluit
etiam Sal.in l.præcipimus.§.in his.C. de appellatio.
vbi tradit etiam Bal. in uersic.nota textum ibi exci-
pere,& Ange.in l.cum satis.C.de agricol.& censi.&
Abb.& Fel.in capi.quoniam contra falsam. extra de
3 probatio.Hac † igitur fortasse de causa dixerũt hic
statuentes, in actis iudicis coram quo talis lis, uel
quæstio uentilabitur,descripta,& in dic.statuto 70.
sub rub.de offic.nuncio.communis Florentiæ.Et di
ctam cedulam dimisisse dictus nũcius referat in sua
relatione apud acta,ac etiam scribi faciat.

1 *Nuncius,qui falsam relationem facit;qua pœna pu-
niendus sit.*
2 *Falsitas est mutatio ueritatis.*
3 *Iudex sententiam precio,uel gratia ferat,plurimum
interest.*

CAP. XIII.

QVoniam paulò ante diximus,in casib. in qui-
bus nuncio credendum est,contrariũ tamen
probari posse.Merito hoc loco:si fortasse ac-
1 cidat,ut † nuncium falsam relationem fecisse proba
tionibus contrariis demonstretur, qua pœna puniẽ
dus sit,inspiciendum est; Qua in re si de iure nostro
municipali loquamur,res clara & aperta est;nã dixe
runt statuentes in dicto statuto 70. Et si nuncius fa-
ceret contra prædicta,vel aliquid prædictorum,cõ-
demnetur in libris uigintiquinq;, & plus uel minus
arbitrio rectoris,uel iudicis.Si verò ad ius commu
ne respiciamus,Speculator in ti.de execut. uers. sed
quæritur qualiter,ut pœna legis Corneliæ de falsis
2 puniendus sit;tenere videtur. Propterea quòd † fal-
sitas in mutatio ueritatis sit,authen.de instr.caut.in
prin.& l.Paulus.ff.ad l.Corneliam de falsis,& proba
tur in l.prima,vers.sed si quis ob renunciandum eo.
ti.Pœna autem,de qua ipse loquitur,est in eadem.l.
§.fi.& facit lex diuus.ff.de custod.reorum.Aut uerò
subdit Speculator,distinguendum est, quòd aut pe-
cuniam, ut talem renunciationem faceret, accepit:
& tunc.l.Cornelia de falsis teneatur,ut ibi in princ.
ver.sed si quis ob renunciãdum; si uerò non pecunia
corruptus,sed alia de causa id fecit, & tunc ad inter-
esse actione in factum teneatur.l.qui nomine preto
3 ris.ff.ad l.Corneliam de falsis. Quemadmodum † &
de iudice dicere solemus,refer re plurimum, an se-
tentiam precio,uel gratia ferat.l. uenales.C. quãdo
prouoc.non est necesse & l.seruo inuito.§. cum pre-
tor.ff.ad Treb.Facit,quod uoluit Guid.Pap.in deci.
44.nu.3.

1 *Citationis forma an pro prima tantum citatione re-
quiratur.*

CAP. XIV.

1 CVm supra de forma † citationis locuti sumus,
satis commodè hoc loco quæri potest, an hæc
forma pro prima tantùm citatione,quę in principio
litis fit,introducta fuerit necne.Qua in re breuiter,
quòd pro prima citatione introducta sit,dicendum
uidetur.Et primò quia loquuntur hic statuentes de
ingressu litis,cum dicãt,quòd quilibet,qui agere uo
let contra aliquem;teneatur & debeat exhibere pe-
titionem suam coram iudice competenti, corã quo
litigare intendit,& copiam talis petitionis teneatur
transmittere parti,contra quã litigare intendit,seu
agere personaliter, uel ad domum una cum cedula
primæ citationis.Si igitur de ingressu litis, deq; pri
ma citatione loquuntur, ut hæc forma pro prima
citatione tantum introducta sit, omnino dicen-
dum est.Comprobatur: quia statuentes illud idem
prosequendo subdunt;Et si domum, uel habitatio-
nem in ciuitate,comitatu,uel districtu Florentię nõ
habent eo casu fiat citatio,secundùm formam statu
ti positi sub rub.de officio nunciorum, & copia ta-
lis petitionis dimittatur infixa ianuæ palatii residen
tiæ domini potestatis communis Florentiæ.De qua
quidem citationis transmissione, & dimissione &c.
Cum igitur relatio fiat, & de ipsa transmissione, &
dimissione cedulæ cum copia libelli stari debeat;
profecto de prima citatione intelligendum est; Nã
cum dimissio in prima tantum citatione exigatur,
meritò de ea necessario intelligendum est.& pręser
tim cum per relationem ad commissionẽ fit.l. asse
toto.

toto.ff.de hæredibus,instituen.cum paria sint vel ex se,uel ad aliud relatione certum reddi.l. si ita scripse ro.ff.de cond.& demonstra.

DE CITATIONVM COPIARVM DIMISSIONE §. X.

Qui referre debeat diem citationis & dimissionis per eum factæ.

1 *Nuncium copiam citationis dimisisse, apparere debet.*

2 *Transmissa uerba petitionis necessariò ex nuncii relatione apparere non debet.*

CAP. I.

QVoniam de die citationis, & dimissionis lo-
quuntur hic statuentes,ex quo infra dicitur,
hac forma seruata; uidetur, vt ex serie relationis,
1 † una cum citatione, Nuncium dimisisse copiam pe
titionis; apparere debeat, cum forma seruanda sit
l.cum hi.§.si prætor.ff.de transactio.cum similibus.
Verùm hac in re inquit Saluettus, formam illam ni
2 hil operari,ut scilicet † uerba ipsa petitionis in cita-
tione transmissa necessariò appareant. Alioquin,in-
quit ipse, dicendum esset, talis transmisit copiam
petitionis, quod non exigitur,& usus non obseruat:
cum nihil de transmissione, sed de dimissione tan-
tum dicatur, & ideo inquit ipse, statuentes effe-
ctum tantum considerasse; & illum esse de forma,
non autem uerba formalia describi uoluisse; argu
mento.l.si mater.C. de institution.& substitution.
sub conditione factis, & facit, quod notat Barto.
in l.si constante,columna octaua,ff.solut. matrimo.
nam ex uirtute expressa, dum dicitur; cum dimis-
sione; reum requisitum & citatum fuisse, inferri
apparet, ut uoluit Barto.in l.Gallus §.& quid si tan
tum. ff. de liber. & posthum. satis enim statuto fa-
ctum erit, si ex actis appareat;capit.sicut nobis. ex-
tra de re iudic.& l.3.ff.eodem. Et ideo concluden-
dum arbitratur, in relatione transmissionem libel
li necessariò transcribendam non esse: sed dimissio-
nem cedulæ, & citationem tantummodo, & licet
ut in sequenti.§.dicitur. forma diligenter obseruan
da sit, id pro forma datum non esse, dici potest:&
præsertim cùm vsus,& consuetudo ita interpretata
sit.l.si de consuetudine.ff.de legibus, & l.minimè.ff.
eodem titu.& tradit Soc.iun.in consilio 4. numero
27.& in consilio 7.numero 21.& in consilio 25.nu
me.51.uolum.2.per text.in ca.cum dilectus.de con
suetudine.ubi Card.Abba.& alii not. & tradit Ang.
in consi.99.uiso themate,columna 3.& Bal.in consi
lio 48.super unitate.in fi.uolum.3. & Aret.in consi.
159.uiso puncto in fi.& Socin.Senior in consi. 209.
licet nulla,colum.fi.uersi.nono comprobo,dum in-
quit ex iis quæ no.Anto.a Butrio in ca. cum contin
gat interpretationi, quam dedit consuetudo, stan-
dum,etiam si uerba statuti impropria essent: &
dixit Bal.in c.j.de feu.sine cul.non amit.in princ. ue
ram interpretationem à practica & consuetudine

.summi,& refert & sequitur Deci.in consil.11. quoniam iudicantium,col.8.Alia autem, quæ ad hunc tex.accommodari,possent, supra, cum de citationibus tractaremus,retulimus.

FORMA QVANDO INDVCTA INTELLIGATVR §. XI.

Aliàs si quis ex prædictis deficeret, lis seu causa non intelligatur initiata.

1 *Forma inde colligitur, quòd actus gestus annullatur.*

2 *Clausula annullatiua formam inducit.*

3 *Forma à statuto introducitur, cum utitur ablatiuo absoluto.*

4 *Forma à conditione inducitur.*

4 *Forma a statuto requisita in specie non in aequipollenti implenda est.*

5 *Statuto, eius solemnitate non seruata, utens illius beneficio priuatur.*

CAP. I.

1 EA quæ hucusque retulerunt statuentes; † pro
forma introducta fuisse, inde satis intelligi po
test, quòd eis non seruatis actus gestus annullatur:
natura enim huius clausulę; quam annullatiuam ap
2 pellant, ea est. † ut formam inducat: ut notatur in l.j.
ff.de liber.& posthum.& in c. cum dilecta. de rescri.
& in l.non dubium.C.de legibus, & in l.nemo pôt.
de legat.3.& refert Ludoui.Goza.in consi.73.num.
16.Præterea † forma à statuto etiam introducta in-
3 telligitur; cum utitur ablatiuo absoluto, propterea
quòd conditionem importat.l.à testatore.ff.de con
ditioni.& demonstratio.& conditio † formam indu
4 cit, ut notat Bal.in auth.matri.& auiæ.C.quand.mu
li.tutę.offi.fung.poss. Hæc autem forma, cum à sta-
tuto tradita sit, ad unguem seruanda est, alioquin
actus corruit, ut notatur in l.siquidem.C. de prædi.
mino.& tradit Pau.Castren.in l.si curatorem.C. de
in integ.resti.mino.& Alex.in consi.137.in causa &
differentia,colum.4.uolu.2.& in lectura forma,& l.
prohibitum.C.de iur.fisc.lib.10.& l.fi.C.de bo. ua-
can.cod.lib.& l.constitutionibus.ff.ad munic. & tra
dunt omnes in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.& in
l.cunctos populos.C.de sum.trinita.& fid.catho.&
canonistæ in capi.primo,de consuetud.cum aliis re-
latis per Albertum Brunum in tractatu de forma;
sub rub,quis possit dare formam,colum.3. & Bald.
in l.comparationes.in tertia oppositione.C. de fide
instrumento.& Dec.in consilio 90.colum.2.nume.
6.& in consi.262.in causa colum.prima, nume.4.&
in consilio 439.licet num.5. & in consi.434. placet,
colum.prima, Præterea, quòd actus sit nullus, non
obseruata forma à statuto introducta, ultra prædi-
cta uoluit Bal.in consilio 11.præmissis,colum.fina.
volum,primo,& in consi.434.punctus,uolumi.2.&
Ange.in consilio 88.præmitto,& in consil.126.te-
stamenti factio,& Ancha.in consilio 135. Visis col.
secunda,per tex.in l.cum hi.§.si prætor.ff. de transa-
ctio.& Bart.& alij in l.actuarios.C. de actuarijs lib.

12.&

12.& Are.in l.2.§.prius.ff.de vulg.& pup.& Alex.in
consilio 53.uolumin.3. Id quod eo magis in termi-
nis huius statuti dicendum est: cum id statuentes
cauerint.& ideo tali formæ & substantiæ aliquid ad
di uel minui non potest secundùm Bal. in l.fi. col.2.
C.de suis & legit.& in l.contractus.C.de fide instru.
& tradunt Doc.in l.prima,ff de libe.& posthu.Quæ
5 quidem forma † à statuto requisita,specifice(vt sta-
tutum requirit) implenda est:non autem in æqui-
pollenti,ut tradunt omnes in l.qui Romæ.§.Flauius
ff.de uer.ob.& Ang.Bal.& Ias.in l.j.col. pe.ver.nota
diligenter.ff.de liber.& posth. Asserens ita super sta
tuto Bononiensi consuluisse:quod cõsilium est.97.
statutum Bononiense requirit,nolum.4.& refert Pa
ris.in consi.99.nume.25.uolum.j.& in consi.12.nu.
47.& 48.& in consi.33.num.24.uolu.2. & in consi.
46.nu.6.& 14.& in consi.68.nu.17. & in consil.99.
nu.11.vol.2.
6 Id autem diligenter obseruandum est: Propterea
quòd,statuto,eius solemnitate non seruata,utèns il-
lius beneficio priuatur,ut tradit Soci. sen.in consil.
51.præstantissime col.1.uersi.8.& ultimò,& Ripa
lib.1.responsorum.c.8.nu.2.& Tiraq. latè plures re
ferens,in tract.de utroque retrac.ti.j.§.octano.glos.
7.nu.15.argumento.c.ut priuilegia. extra de priui-
legiis,quemadmodum & qui legem cõtempsit,eius
auxilio vti non potest.l.auxilium.in fi.ff.de mino.&
clarius in l.vlt.§.sinautem postquam.C.de iur. deli.
& de statuto tradit Baptista Brixiensis quæst. uene-
rabili.82.quæritur,vtrum committens.& Alb.in d.
l.auxilium.§.j.cum simil.

§. XII.

Et pars conuenta & citata modo & forma prædictis habeat & habere intelligatur ipso iure terminum quinque dierum vtilium proximè uenturorum à die citationis factæ.

1 *Tempus cum in iure certum & determinatum apparet, de continuo nõ autem de vtili & interpolato intelligitur.*

CAP. I.

IDeo hoc loco dies futuros utiles expressere sta-
1 tuentes,quia regula est generalis,† vt quoties in
iure de certo & determinato tempore apparet, de
continuo non autem de utili intermedio,seu inter-
polato intelligatur,ut uoluit Abb.in capitu.fina.cir
ca finem,extra de electione,& notat glo.& ibi Bar-
to.in rub.ff.de diuersis & temporalibus præscriptio.
& Stephan.Bertran.in consilio 83.super isto, circa
principium , uol. 2.nisi expresè, ut in terminis no-
stris,quod sit utile exprimatur,ut tradit Paris.in consil.
37.uo.3.Verùm cum de hoc supra latius dixerimus
in primo.§.textus nostri ad ea me refero;quæ ibi di-
ximus.

1 *Termino elapso quid fieri possit.*
2 *Exceptio si tempore debito non opponatur, sed post terminum à statuto præfixum, & pars prosequi patiatur, an noceat.*
3 *Probatio licet ex forma statuti per testes fieri nõ possit, si tamen admittantur, valet.*
4 *Exceptio dilatoria licet post litem contestatam opponi non possit, si tamen de illa parte non opponente discutiatur, post dictum terminum exceptio effectum habet.*
5 *Nullitas licet post tres sententias conformes opponi non possit, tamen si exceptio opposita sit, & parte nõ opponente probationes admittantur: executio impeditur.*
6 *Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, licet retractari non possit, si tamẽ probationes admissæ sint, ex quibus de iniquitate constet, ab eodem iudice retractari poterit.*
7 *Termino elapso a statuto præfixo si quis exceptione uti velit, ob id quòd recenter ad eius notitiam, an audiendus sit.*

CAP. II.

1 VErùm pro declaratione horum uerborũ † quę
ritur.si exceptio tempore debito non propo-
2 natur, † sed post terminum à statuto præfixum , &
pars prosequi patiatur,àn noceat.Rui.in consilio 3.
numero 10.lib.3.nocere arbitratur.Mouetur autẽ;
3 quia,vt uidemus;† licet ex forma statuti per testes
nihil probari possit;attamen si probatio admittatur;
ualet,ut dixerunt Bal.& Alex.in l.certi condictio.§.
quoniam.ff.si certum petatur,& Are.in d.l.si duo.ff.
de acquirend.hæredita.Comprobatur etiam ex ijs,
quæ uoluit Abb.in cap.cum contingat. extra de of-
fic.delegat.ubi is inquit glo.quòd licet post litem con
4 testatam † exceptio dilatoria opponi non possit , si
tamen de illa;parte non opponẽte, discutiatur, post
dictum terminum exceptionem effectum habere,
& magis in specie subdit Ruinus eodẽ in loco, Ale-
xandrum id uoluisse in consilio 76.in causa & lite
uertente,colũm.ultim.lib.secundo, dum inquit , quod
licet post tres sententias conformes, de nullitate di
5 ci non possit:clem.prima,de re indica.† Attamen si
exceptio opposita fuit,& parte non opponente pro
bationes admittantur,executio impeditur , per ea
quæ habentur in capitu.primo,extra de restit.spol.
6 & quia,licet † sententia,quæ transiuit in rem iudica
tam,retractari non possit:si tamen probationes ad-
missæ sint,ex quibus de iniquitate constet ,ab eodẽ
iudice retractari poterit:ut inquit Inno.in cap.cum
dilecta.extra de rescrip.& in cap.fraternitatis.extra
de frigidis & maleficiatis,& in capitu.cum Bertol-
dus.extra de re iudic.cum concordantibus, de qui-
bus latius per recentiores in ca.cum ad monasteriũ
eod.titu.
7 Secundo quæritur,† an si quis post terminum à sta
tuto præfixum exceptione uti uelit , ob id quòd re-
center ad eius notitiam peruenerit, audiendus sit.
Qua in re Soc.iun.in consi.24.nu.5.lib.1.nisi ipse di
ligentem indagationem fecerit, audiẽdum non esse
arbitratur:

arbitratur: iuxta ea, quæ notant Ant. à But. & Abb. post glo. in c. pastoralis extra de exceptio. & tradunt recentiores in l. de die. §. si seruus. ff. qui sat. cog. cum similibus.

DE EXCEPTIONIBVS, ET PRIMO DE DILATORIIS.

§. XIII.

Ad opponendum quicquid voluerit, & potuerit, contra personam, & petitionem, & ad respondendum ipsi petitioni, si voluerit: ac etiam ad opponendum omnes exceptiones declinatorias, & dilatorias, siue mixtas, quas proponere voluerit.

1 *Exceptiones quare comparatæ.*
2 *Exceptio quid sit ex Fabio Victorino*
3 *Exceptionum summa diuisio ad duo genera reducitur.*
4 *Exceptiones perpetuæ & peremptoriæ quæ sint.*
5 *Exceptiones temporales seu dilatoriæ quæ sint.*
Dilatoriæ exceptiones quare appellentur.
7 *Exceptio dilatoria translatio, & peremptoria præscriptio, apud antiquos appellata.*
8 *Exceptionum alia species a doctoribus nostris inuentæ.*
9 *Exceptionum secundum recentiores tria genera.*
10 *Exceptiones anomalas, medias, vel mixtas appellat Augustinus Beroius.*
11 *Exceptionum dilatoriarum natura.*
12 *Exceptionum dilatoriarum tres species.*
13 *Exceptiones dilatoriæ iudicem respicientes quæ sunt.*
14 *Exceptiones dilatoriæ, quæ ad litigatores referuntur, sunt hæ.*
15 *Exceptiones quæ totam causam, seu negocium amplectuntur.*
16 *Exceptio, malè agis, etiam post litem contestatam opponi potest, & quæ differentia sit, si ante, uel post opponatur.*
17 *Exceptiones dilatoriæ ante ingressum & contestationem litis opponi debent.*
18 *Exceptionibus dilatorijs post litem contestatam renunciatum uidetur.*
19 *Iudex si super dilatoria & principali procedat, processus erit nullus, aut saltem propter repugnantiam appellari poterit.*
20 *Exceptiones dilatoriæ, non solum opponi, sed etiã probari antè litem contestatam debent.*
21 *Obiectio sine probatione nihil operatur.*

CAP. I.

QVoniam hoc loco statuentes de tempore ad excipiendum concesso loquuntur: satis oportunum erit de ipsis exceptionibus, pro faciliori statuti nostri interpretatione, aliquid referre. Quandoquidem uerborum deinde clarus, & apertus sensus apparebit. Dicebat igitur, vt ad rem nostrã redeamus Imperator Iustinianus in titulo suarum institutionum, de exceptionibus, in principio, eorũ defen-
1 dendorum gratia quibus cum agitur,† exceptiones comparatas esse. Propterea quòd sæpè accidit: ut li cet ipsa persequutio, qua actor experitur, iusta sit: aduersus tamen eum, cum quo agitur, iniqua habeatur: Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti Titio, quod promittere non debueras, promisisti. Palàm est iure ciuili te obligatum esse, & actionem, qua intenditur dare te oportere, efficacem esse. At iniquum est, te condemnari, & ideo datur tibi exceptio; quod metus causa, aut doli mali, siue in factum ad impugnãdam actionem competit. Idem præterea iuris est, si quis quasi credendi causa pecuniam à te stipulatus fuerit, neque numerauit. Nam eam pecuniam à te petere posse eum, certum est. Dare enim te oportet cum ex stipulatione tenearis, sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari: placuit, exceptione pecuniæ non numeratæ, te defendi debere. Et ideo Fabius Victorinus in secundo Rethoricorum Cicero nis libro de actionibus translationis, aut commuta-
2 tionis uerba faciens inquit.† In iure autem præscriptionem dici ipsum propositum ius, exceptionẽ autem, cum ius ipsum propositum, aduersus se actor
3 alius excipit interposita aliqua conditione.† Summam autem exceptionem diuisionem Caius iureconsultus in l. tertia, ff. de exceptionibus, ad duo genera reduci uoluit, quem sequutus est Imperator in §. appellantur, institutionibus, de exceptionib⁹, dũ
4 inquit. Appellantur autem exceptiones,† aliæ perpetuæ, & peremptoriæ aliæ temporales, & dilatoriæ; perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper agentibus obstant, & de qua agitur, rem semper perimunt qualis est exceptio doli mali, & quod metus causa factum est, & pacti conuenti, cum ita cõuenerit, ne
5 omnino pecunia peteretur.† Temporales ucrò atq; dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt, qualis est pacti conuenti; cum ita conuenerit, ne intra certum tempus ageretur: veluti intra quinquennium, nam finito eo tempore, actor rem exequi non impeditur. ergo ij: quibus intra certum tempus agere uolentibus obiicitur exceptio, pacti conuenti, aut alia similis, actionem differ
6 re debent, & post tempus agere. Ideo enim † & dilatoriæ huiusmodi exceptiones appellãtur. Alioquin si intra tempus egerint, obiectaque sit exceptio, eo iudicio quicquam non consequentur propter exceptionem: neque post tempus olim agere poterant, cum temerè rem in iudicium deducebant. Has duas exceptiones primæuo iure solas extitisse, & aliis nominibus,† Videlicet, dilatorias translationes; pere-
7 mptorias uero præscriptiones fuisse appellatas, tã ex Fabi. Victorino supra citato, quàm ex Andrea Alciato in libro de singulari certamine, capite. 17. nu-
mero primo, liquido apparet. Verùm doctores nostri bimembri hac antiquorum iureconsultorum, & Imperatoriis Iustiniani exceptionum distinctione non acquiescentes, sed ut plerisque alijs iuris articulis

xulis paſſim toto iuris ciuilis corpore fecerunt;can-
8 doremillum antiquorum inculcant es, † prædictis
aliàs exceptionum ſpecies addiderunt. Etenim Ioã-
nes Petrus Ferrarius in ſua practica Papienſi,in rub.
9 form.reſponſio rei.§.ſaluis,nu.3.†tria eſſe exceptio-
num genera arbitratus eſt. Aliud ſcilicet dilatoria-
10 rum peremptoriarum aliud, † & aliud anomalarũ.
At Auguſtinus Beroius anomalarum loco medias,
vel mixtas poſuit,in c.ſuper literis,numero 75.verſ.
Nam ſciẽdum eſt,extra de reſcriptis auctoritate gl.
in ca.2.3.quæſt.6.& in ca.paſtoralis.§. perpetuæ, &
in ca.exceptionem.extra de exceptionibus,cum l.3.
ff.eo.ti.Nos autem,& ſi tertium hoc genus anoma
larum,vt voluit Ferrarius,vel mediarum, aut mixta
rum,ut inquit Bero.ſub bimembri antiquorum iu
reconſultorum diuiſione comprehendi procomper
to habeamus:eaq; & perfectiorem & iuri ciuili ma
gis accommodatam cenſeamus. Attamen ne diui-
ſionem hanc tamdiu inter iureconſultos noſtros re
cẽtiores peruagatam,cum multorum dictis peruer
tendo,tenebras potius & obſcuritatem, contra no-
ſtrum inſtitutum infundere videamur.præſertim ꝙ
eam quoque ſequuti ſunt ſtatuentes noſtri, ea rece-
pta ad exceptionum quodque genus declarandam
accedamus. Et primo loco ad dilatorias exceptio-
11 nes deſcendendo, † eius naturæ eas eſſe ſciendũ eſt,
vt negocium principale non perimant, ſed cauſam,
ſeu iudicium differant in aliud tẽpus:ut inquit Gui-
do.Papæ in conſilio 24 numero 4.verſi.illa autem,
& Bartholomeus à Caſſaneo in conſilio 11.nu.73.
12 Sunt † autem harum dilatoriarum exceptionũ tres
ſpecies.Quædam enim iudicem reſpiciũt, quædam
ad litigatores referuntur, quædam etiam libellum
13 cauſamque ipſam amplectuntur. † Ea autem exce-
ptio,quæ iudicem reſpicit,fori declinatoria, ſeu in-
competentiæ,aut recuſationis appellatur,de qua in
14 fra ſuo loco dicendum erit.† Quæ verò ad litigato-
res referuntur,legitimationis perſonæ exceptio ap-
pellatur, exempli gratia,ſi pupillus ſine tutore, &
minor ſine curatore in iudicium compareant, ut to
to tit.C.qui legit.perſo. habe.ſtan,in iudic. vel non.
Itidem & filiusfamil.ſine conſenſu fratris,l.fin.§.ne-
ceſſitate.C.de bon.quæ liber.vbi Bar.& Bald.decla
rant.Vel procurator ſine mandato.l.3.§.defendi.&
ibi Bart.ff. ex quibus cauſ.in poſſeſſion. catur,idem
quoque dicendum eſt,ſi ſubſtitutus aliquis à procu
ratore, qui facultatem ſubſtituendi non habeat, &
præſertim ante litem conteſtatam, compareat.c.1.
de procuratoribus, in 6. & habetur in l. quod quis.
C.de procurato.Vel procurator cum dubio & incer
to mandato, quo caſu de rato ſatisdare tenetur.l.1.
vbi Bar. & Doc. notant.C.de procuratoribus, non
minus etiam ſi quiſpiam; vt tutor in iudiciũ veniat:
ei vt ſe iuridicè eſſe in tutorem electum oſtendat;
obijci poteſt.l.legitimos.C.de legit.tutor.& de hoc
plenè cognoſci oportet:ut inquit Bal. in l.fi.col.11.
nu.43.C.de edic.diui Adria.tollen. & Alex.in conſi
lio 52.col.1.lib.2.& Iaſ.in rub.C.qui admit.col.1.
15 & ſecunda.† Quæ autem totam cauſam, ſeu nego-
cium amplectuntur, ſunt libelli inepti, uel obſcuri,
vel malè agis, quòd ante diem agis; exceptiones.l.
prima,in fin.ff.quand.dies lega. ced.Illud tamẽ hoc
16 loco animaduertendum eſt:† quòd exceptio illa,
malè agis, poſt litem quoque conteſtatam opponi
poteſt,ſed in eo differentia eſt,quòd ſi antè litẽ con-
teſtatã opponatur, reus ab obſeruatione iudicii ab-
ſoluitur,& induciæ duplicantur.ſi uerò poſt litẽ cõ-
teſtatam; reus definitiuè abſolui debet, & induciæ
pariter duplicari:vt declarat Bal. in l. exceptionem.
colum.prima,num.1.C.de probatio.redeundo mo
17 dò ad dilatorias † exceptiones;ſciendum eſt:eas an-
tè ingreſſum,& conteſtationem litis opponendas eſ
ſe.l.exceptionem.C.de probatio. & cum ſimilibus;
18 quibus omiſſis, poſt litem conteſtatam † eis renun
ciatum videtur.c.inter monaſterium.extra de re iu-
dicata.& c.cum cauſam.extra de appellationib.& l.
ita demum.C. de procuratoribus, & l.ſancimus.in
fin.C. de iudic.& l.ſiquidem.C. de exception.Et ꝙ
tales dilatoriæ exceptiones poſt litem conteſtatam
opponi nõ poſſint,vltra text.ſupra adductos de hac
regula meminit Iaſ.in l.ſi arrogator, numero 59.ff.
de adoption.& Ruin.in conſi.71.num.3.vol.quinto
& in conſi.98.nume.4.volum.5. & notat Mattheus
Afflic.in conſtitu.Neapoli.lib.2.Rubr.18. numero
primo,& Pariſ.in d.cap. exceptionem.num.4.cum
ſequen.extra de exception. & Felin. in capitul. inſi-
nuante,num.primo,extra de officio delegati,& So-
ci.in reg.167.& in regu.171.& Bernard. Diaz in re-
gu.256.& Fel.in d.c.exceptionem, numero 11.ex-
tra de exceptionibus,& Ale.in l.ita demum, & poſt
eum Iaſ.num.2.C.de procurato.ubi etiam Iacobus
à S.Georgio num.1.& Anto.de Tremoli in additio
ne ad practicam Vberti de Bonaccurſijs in rubr.de
impedi.ſine exceptio.quæ contra reſcrip. & iud.de-
lega,pronun.colum.3.in additione incipiente, antè
litem conteſtatam; & Roma.in l.ſi mulier,numero
13.ff.ſolu.matrimo.vt refert Petr.Duenas in regu-
la 263.& Lancelottus in ſua practi.lib.j.capite 9.de
prætore.§.2.de offi.præto.in cauſis ciuilibus,nume.
10.& Aym.Crau.in conſi.50.num.44.lib.1.& Hie-
ron.Grat.in conſi.156.num.10.libro 2.& Ioannes
Bapt.Ferretus in conſi.128.nume.4.ubi communẽ
opinionem eſſe ait,& Cor.in conſi.247.num.18.li.
ſecundo,& Azo.in ſumma,C.de exceptio.nume.7.
& Corneus in l.peremptorias,num.6.C.ſententiam
reſcindi non poſſe,& Bertrand.in conſi.338. nume.
7.lib.3.& Alber.in tracta.ſtatutorum,parte 2.queſ.
149.nume.1.& Rober.Maran.in ſuo ſpeculo aureo
par.6.membr.9.num.6.& Sigiſmundus. in vol.con
ſiliorum feudalium diuerſorum,conſilio 12.nu.31.
& Bartholomeus Cepolla in conſil.64.num.4.& 8.
in ciuilib.ubi nonnulla tradit de ratione huius regu
læ,& Paul.Caſtren.in dicta l. peremptorias.C. ſen-
tentiam reſcind.non poſſ.& Auguſt.Bero. in rubri.
extra de appellatio.nu.42.& in c.j.nu.65.de iudi.&
Hoſtien.in ſumma de exceptio.num.3.& Io. Anto.
Rubeus Alexand.in l.naturaliter.§.nihil commune,
nume.110.ff.de acquiren.poſſeſ. & Hormannotius
Detus in l.4.§.Cato.nume.467.ff.de uerbo.obliga.
& Iaco.de Nigris in l.ſi inſulam,num.125.ff.de ver.
obligatio.& Guid.Pap.in conſi.24.nume.4.& Eue
rardus in ſua centuria in loco ab ordine, in litera F.
& Guid.Pap.in deciſ.275.nume.4.& Alex.in cõſil.
34.nu.2.lib.4.& Marcus Anton. Blanc.in ſua prac.

criminaln l.pen.§.ad crimen.num.76.& 81.ff.de pu
blicis iudicijs,& Ioacchin Mysſingier.in §.appellant
nu.2.Instit.de exception.& Parisi.in consi.50.nu.44.
& in consi.156.nu.10.lib.1.& Andreas de Iser. sup
constitutionib. regni Siciliæ in rub. de dilationib. &
exceptionib.in tit.de processi.iudic.nu 40.& Prosperus Carauita super ritibus magnæ Curiæ,ritu. 294.
19 nu.3.Hæc regula ita uera est; † ut si Iudex simul super dilatoria,& principali procedere uelit,processus
sit nullus,uel saltē pp repugnantiā appellari poterit
c.exhibita.extra de iudicijs,ubi latè tradit Fel. & So
cin.in regula 171.& Io de Anania in c.j.in principio
20 extra de accusationib.cum similib. Præterea† nō solùm opponi,sed etiam probari debent exceptiones
21 dilatoriæ antē litē cōtestatā. & rō est: quia † obiectio sine probatione nihil operatur,ut inquit Bal.in
d.l.exceptionem,col.2.C.de probation. & refert Ce
pol. in d. consi.64.num.4.Id quod (ut ipse inquit)
manifestè probatur alia doctrina Bald. in d. l. exceptionem.col.2.in fin.& Salic.in d.l. exceptionem.
in ult.col.in prin.in uersi.ad cognitionem autem. C.
de probatio.

1 *Exempla plurimum possunt,& oculis rem ipsam subijciunt.*
2 *Exceptiounm dilatoriarum exempla.*
3 *Exceptio litis pendentis dilatoria est.*
4 *Exceptio litis pendentis aliàs similes non excludit.*
5 *Exceptio intensionis & facti, quando scilicet quis sine actione experitur,dilatoriæ vim habet, & litē cōtestari impedit,& antè litem contestatam opponenda est.*
6 *Exceptione etiam quòd agat sine actione non opposita potest Iudex in qualibet iudicij parte agentem sine actione repellere.*
7 *Exceptio excussionis, ut scilicet quis ante excusrionē in carcerem duci non possit, dilatoria est.*
8 *Exceptiones dilatoria antè litem contestatam opponi debent,& hæc etiam excussionis, & in illis causis, inquibus litis contestatio,ut supra uidimus,necessaria non est,ante illū actum opponenda sunt,qui primò in causis ordinariis post litem cōtestatam fieri solet,uel in litis contestatione.*
9 *Exceptio,tu non es procurator,dilatoria est.*
10 *Exceptio,tu non es procurator,ob id,quòd reddit iudicium actum nullum,si omittatur antè litis contestationem,quandocunq; opponi potest.*
11 *Exceptiones etiam,quæ obligationibus ad tempus, & in diem constitutis obiiciuntur,dilatoriæ sunt.*
12 *Exceptio,tu es filiusfamilias,dilatoria est;tamē quia reddit iudicium actum nullum,quandocunque opponi potest.*

CAP. II.

1 VEerùm quia † exempla plurimum possunt, &
oculis rem ipsam subijciunt; ideo ipsarū di-
2 latoriarum † exceptionē exempla aliquot, antequā
3 ad alia descēdamus,referemus † Exceptio igitur litis
pēdētis dilatoria est,& antè litē cōtestatā opponi debet ut inquit Bal.in l. perēptorias. in fi.nu. 51.C.sen
tētiā rescin.non poss.& Fel.in c.exceptione.num.32.
extra de exceptionib.& Afflic.decis.354.num.9. &
latè Socin.sen.in consi.38.nume. 7.cum sequentib.
4 lib.1.Illud tamen animaduertendum est, † exceptionem hanc litis pēdentis alias similes non excludere,
ut est glos. singularis in l. 1. C. de cōdiction. indebi.
quam pro singulari allegat Alex.in consi.130. nu.5.
lib.4.& tradit Affl.deci.354.num.11.Immo alias similes includit, ut inquit uoluisse Abbatem in c. quā
5 frequenter, ut lite non contestata † Itidem exceptio
intētionis & facti, quando uidelicet quis sine actione experitur,dilatoriæ uim obtinet, litemque impedit contestari, & antè litem contestatam opponēda
est,ut inquit Barto.in l.mater decedens.num.2.ff.de
inoffic.testam.& in l. Papinianus.§. siquis impubes
num.2.cod.tit.& Guiliel.Mainer.in l. non solet. nu.
26.ff.de reg.iur. & Bellon.in cōsi.26.nu.j.post Dec.
in consi.302. & pro tenui. col.1.nu.4. & 5.uolu. 2.
6 † At si hæc exceptio opposita non sit ,poterit Iudex
in qualibet iudicij parte agentem sine actione repellere,ut est glo.& ibi communiter tradunt Doctores
in l.ubi pactum.C.de transaction.& gl.in l.2.§.quod
si actor.uers.rei.C.de iuramen.calum.& uoluit Pau.
Castren.in consi.250.col.1.num.1.uol.2.& est etiā
tex.in l.si pupilli. §.uideamus. ubi Barto. & docto-
7 res notant.ff.de negoc.gest. Rursus † exceptio excussionis, ut quis uidelicet antè excussionem in carcerē
duci non possit; dilatoria est; ut uoluit Bart.in l.3.
nu.6.ff.de exception. & Alber.in auth.præsente. nu.
4.uersi.item quæritur,numquid ista exceptio. C. de
fideiuss.ubi etiam Bal.num. 2. & Sali. nume. 7. ubi
Alber.& alij dicunt idem uoluisse Iacobum de Rauena,& Petrum,& idem Sali.in l.exceptionem , col.
7.num.22.C.de probationib. Etsi eam esse peremptoriam uoluerit Iacob.Butrig. in authen. hoc si debitor.C.de pignor.& refert Guid. Papæ in deci.432.
nu.10.Qui quidem Guido ibi pedes firmare non vſ
& se referi ad ea,quæ notauit in decis.94. ubi expressè reprobat prædictum Iacob.Butrigar. & hanc opinionē,q sit dilatoria,firmat,quam tenuit etiam Parisi.in cōs.103.nu.6.& 7.lib.3.per ea quæ uoluerunt
Cyn.Bal.& alij in d.l.exceptionē.C. de probationib.
et Alex.in consi.73.col.1.num.1.uol.6. et in consil.
29.clarissime,num.28.vol.7.et in cōsi.78.nume.9.
lib.1.& in consi.33.nume.1.2.& 3.libr.4. & Ioann.
Bapt.Ferret.in consi.228.num.4. ubi hanc ueriorē
esse ait,& magis communem opinionem. Cum igi
igitur secundum magis communem opinionem,di
8 latoria non peremptoria sit,antè litem contestatam
opponi debet. Verum si ea causa, uel iudicium agatur,in quo litem,ut supra uidimus, contestari necessariò non oporteat,antè illum actum opponēda est,
qui primò in causis ordinarijs post litem cōtestatā
fieri solet,uel in litis contestatione. Quādoquidē tales actus illud idem efficiunt , quod litis contestatio
efficere,aut inducere solet , ut est gloss.notab.in c.1.
in uerbo absentia,de electione:lib.6. & uoluit Antoni. à Butr.in cap.cum M.extra de constitutionibus:
& habetur in l.nulla.ubi notat Bart. & alij sequuntur;& præsertim Imol.& Alex.num. 2. C. de procu-
9 ratori. Præterea est etiam dilatoria exceptio , tu nō

es

es procurator. Et ideo pariter antè litem contestatam opponenda est.c.1.ubi Abb.& alii:& præsertim August.Beroius num.11.extra de accusationibus,& Bart.in l.1.§.accusationē.nu. 2.ff.ad senatuscōs.Tur pil.& in l.is qui reus. colu.4.ff. de accusation. & Bellon.in consi.26. num.8. qui refert Guidonem Papæ in consil.24.colu.4.& Docto,omnes in l.licet.C.de procurato. & de communi opinione attestatur
10 Bellon.in lo co supra adducto † Quāquam si omitta tur,ob id,quod reddit iudicium actum nullum,quādocumq; opponi posit, ut dicemus in regula, quæ uult,ut exceptio dilatoria antè litis contestationem opponatur, limitat. 8. & tradit Ioan.Petr.Ferrarius in sua practi. Papien. in rubr.form. responsio.rei.§.
11 Simonius.nu.3.Sunt † etiam exceptiones, quæ obligationibus ad tempus, & in diem constitutis obiiciuntur dilatoriæ,ut inquit Ioann.Igne.in l.1.§.serui appellatione,num.9.ff.ad senatus consul.sillania. & habetur in §.tempore.Instit. de action. ibi, ueluti quis antè diem, uel antè conditionem petierit. De utraq; eadem ratione concludens:ut præmaturè petatur,si antè diē,uel cōditionē. petatur.Itidem & de cōditionali est tex.expressus in l.1.§.annus, ff. quād. de pecu.actio anna.sit ibi,sed ex quo peti potuit cōditione existente.l.bonē,§.si sub cōditione, ff.de ædi lit.edic.ibi ante cōditionē existētē inutiliter agitur: & si illa uerba malè agit, posita in d.l.unica. §.1. ff. quād. dies usufructus cedit, necessariò obligationē statim, & actionē induci inferent.Idē de obligatione cōditionali,sicut de obligatione in diē dicendum est.d.§.si sub conditione, dum inquit, inutiliter agitur:quod idē est,ac si diceret, malè agitur, & tamen ipsi ex obligatione conditionali nō antè nasci obligationem, quàm conditio extiterit, expressè faten-
12 tur. Præterea est etiam † dilatoria exceptio illa, tu es filiusfamilias, ut tradit Hypp. Marsil. in l, si quis nec quæstio.nu.47.ff.de quæstion.per ea quæ uoluit Castren.Licet, quoniam reddit iudicium actum nullum, quandocumque opponi posit, ibidem tradit Hyppol. nume. 49. Possent plura exempla proponi, Verùm ne modum excedamus,hæc sufficiant.

1 *Exceptionis dilatorias antè litis contestationem opponendas esse, pluribus modis ampliatur, & primò quòd non possint etiam in causa appellationis oponi si in causa principali antè litem cōtestatam opposita non fuerint.*

Constituta itaq; hac regula, exemplisq; comprobata,quòd exceptiones dilatoriæ antè litē contestatā opponi debeant;ad ipsius ampliationes descenda
1 mus. Primò igitur † ampliatur:ut exceptio dilatoria,quæ,ut uidimus,si omissa fuerit, in causa principali,post litis contestationem opponi non potest, non posit etiam deinde in causa appellationis ullo modo opponi:ut est tex.quem doctores alibi nota. esse attestantur:in l.ita demum.ubi Bald.Alexan.& Salic.nume.3.& cæteri notant.C. de procurato.& Ias.in d.l. si arrogator. nume. 59. ff. de adoption. & Feli. in c.ad audientiam. il secundo, nu.26. extra de rescriptis, ubi communem opinionem esse attestatur,& Petr. Duenas in regula 48. limita.3. & Afflic. super constitu.regni,rubr.18.num.8. lib.2. & Abb. in c.in nostra. numer.8.extra de procurator. & Roman.in consi.384.nume.1.in casu proposito, & Hieron.Grat.in cōsi.150.num.32.lib.2.& Angel. Aret. in §.appellatur.nu.43.Instit. de exception. & Salic. in l.per hanc.num.7. C. de temporib. appellationū, & August.Bero.in rubr.extra de appellatinn.nu.24. & Petr. Foller. in pract.censua. uersic. quæ quidem executio,nume.27.& Alex.in consi.34.nume. 2.lib. 4. & Baptista à Villalobos in tracta. commun. opinionum,num.103.ubi ait communem esse opinionem.Verùm ut nihil omittatur, sciendum est: hanc primam ampliationem aliquibus casibus limitari.

1 *Exceptionis dilatorias,quod non opposita antè litem cōtestatam in causa principali, in causa appellationis opponi non possint,limitatur primò in termino à Iudice ad opponendum dilatorias præfixo.*

2 *Terminus oppositus ab homine loco termini à lege appositi est.*

1 Primò † ut termino à Iudice ad opponendum dilatorias præfixo locum nō habeat. Propterea quòd etiam si pars dilatorias exceptiones in causa principali,siue (ut rectius dicamus) in prima instantia, infra terminum à Iudice præfixum nō opponat;poterit tamen in causa appellationis opponere per regulam l.per hanc. C. de tempori, appellarion. & si aliter in termino à l.introducto dicēdum sit; ut inquit Anton.a Butr.in c.pastoralis,colu.5.uersi.quæro,an post lapsum, extra de exceptionibus. ut refert Ias. in d.l.si arrogator.num.59.uersi.istud ultimum.ff.de adoption.& idem tenet Angel. in l.2.nume.4.C.de consorti. eiusdem litis. Contrariam tamen opinionem firmauit Abb.Panorm.in d.c.Pastoralis.nume.
2 29.& 30.& monetur potissimū ea ratione, † quòd terminus hominis,loco termini legalis succedat, & ad allegata per Anton.Butrio in exceptionibus peremptoriis procedere respondet, ut latius ibi per Abbatem, cuius opinionem sequutus est etiā Alex. in d.l.ita demum.col. penult.nu. 12. & 13.C.de procurator. Quandoquidem, licet quis non ui termini à iudice præfixi excluderetur,erit tamen litis contestatione in prima instantia facta exclusus; d.l.ita demum,ut refert Felin.in c.ad audientiam, il secundo num.29. extra de rescript. Verùm licet magna sit Abbatis,& Alexandri authoritas,aliam tamen opinionem ueriorem & magis communem arbitror

1 *Exceptio dilatoria in causa principali antè litis contestationem non opposita,licet in causa apellationis opponi regulariter non posit, fallit tamen quādo in causa apellationis aliqua dilatoria exceptio opponitur, quæ iudicium retrò agitatum nullum reddat.*

1 Secundò limitatur prędicta ampliatio,ut † locū non habeat, quando in causa appellationis aliqua dilatoria exceptio opponirur, quæ iudicium retrò agitatum nullum reddat. Etenim in hac specie,licet exceptio dilatoria in prima instantia obiecta nō sit; poterit tamen in causa appellationis opponi,ut no

luit Bald.in d.l.ita demum. col.1, nu.3. per tex.in c. fin. de appellation. in 6. Id quod voluit etiam satis eleganter Filipp.Franc.in c.cum cessante. nume.29. extra de appellationibus, vbi specialiter, id ad intellectum d.l.ita demum reducere conatur; & refert & sequitur Felin.in d. c. ad audientiam. il secundo nu. 17.extra de rescript.& Afflic.super constitution. regni Neapolitani, rubr.18.nu.8.lib.2.

1 *Item poterit opponi exceptio dilatoria antè litem cõtestatam in causa principali non opposita, quando per ignorantiam probata non fuit.*

1 Tertiò locum nõ habet pdicta prima ampliatio, vbicumq; talis exceptio dilatoria in prima instantiã opposita per ignorantiam probata non fuerit; propterea quòd in causa appellationis eius probatio admittetur; vt probare videtur tex. in c. venerabilibus §.secus, de sententia excõmunicationis, in 6.quẽ ibi Dominicus à sancto Geminiano in notabilibus notandum esse existimat, & refert & sequitur Felin. in d.c.ad audientiam.il secundo, num.28. extra de rescriptis; & Afflic.super constitutionibus regni Neapolitani eadem rubr.18.num.8.lib.2.

1 *Exceptio in principali causa antè litis contestationem non opposita potest in causa appellationis opponi, quando in causa principali per ignorantiam omissa fuit: & sit ignorantia iuris, ut infra num. 3.*
2 *Opponi quicquid potest post litem contestatam in primo iudicio, potest etiam in causa appellationis opponi.*
4 *Et præcedens limitatio non procedit, si culpa ignoranti imputari potest.*
5 *Ignorantia, quòd exceptio dilatoria omissa sit, iureiurando probare sufficit.*

1 Quartò limitatur † eadem prima ampliatio, vt locum non habeat, quando exceptio dilatoria in prima instantia per ignorantiam omissa esset. Nam tũc in causa appellationis opponi poterit: vt inquit Feli.in d.c.ad audientiam.il secondo, num.30. extra de rescriptis, auctoritate glo. ibi, quam optimè loqui arbitratur; & antea voluit Abb. eod.in loco num.8. Quandoquidem ob id quod per ignorantiam omissa fuerit, poterat in prima instantia post litem contestatã opponi.c.pastoralis.extra de exceptionibus, & notat glo.in c.exceptio.3. quæst.6. & dicemus infra in limitat.14.Ita etiam in causa appellationis op
2 poni posse dicendum est. Quia regulariter, † quicquid poterat opponi in primo iudicio post litem cõtestatam, potest etiam in causa appellationis opponi d.l.per hanc. C. de temporib. appellation. & tradit Afflic.in constitut. Neapolita.lib.2. rub.18.nu. 8.Dicit tamen Felin.in d.c.ad audientiã.il secondo, num.30.Innocen.ibi illam glossam, & ex consequen
3 ti hãc † limitationem intelligere, si exceptio dilatoria in prima instantia, seu (vt ipse ait) in principali iudicio errore facti omissa fuerit, per ea quæ voluit glo.in l.error. C. de iuris & fact. ignoran. Secus autem errore iuris, per tex. in l. non fatetur.ff. de confess. Rursus & secundo loco declarat eod. in loco il
4 lam limitationem, vt locum non habet, † si culpa ignorãti imputari possit: vt puta, quia antè litem cõtestatam, an sibi exceptio competeret, non perquisierit: vt voluit Abb.in c.pastoralis.colum.10. versi. sed adde, de exception. Si igitur hoc modo, inquit eod.in loco Felin. hanc limitationem intelligamus, omnes facilè opiniones, quæ cõtra eam obijciũtur, accomodari & ad concordiam reduci poterunt: secundùm Alex. eas oportunè extendentem in d. l. ita demum colu.1.ubi quilibet uidere poterit. Verùm illud etiam, quod vltimo loco inquit ibidem Felin. auctoritate Dominici à Sancto Geminiano omittẽ
5 dum non videtur, de ignorantia videlicet † talis exceptionis iureiurando standum, & acquiescendum esse: vt voluit ẽt glo. in dic.c. ad audientiã. il secõdo,

1 *Item fallit in exceptione dilationis solutionis, quia licet non fuerit in prima instantia opposita, poterit nihilominus in appellatione opponi.*

1 Quintò adhuc limitatur † prædicta prima ampliatio; vt in dilatione solutionis locum non habeat. Propterea quòd licet non fuerit in prima instantia opposita, poterit nihilominus appellatione opponi: vt voluit Afflict. in eisdem constitutionibus Neapolitanis, in rubr.18.nume.8.lib.2.per ea quæ tradit Abb. antiquus in c. cum Ioannes Eremita. de fid. instrumentorum, & refert Bald.in margharita sua super Inno. in versic. exceptio, & Innocen. in c. pastoralis. extra de exceptionibus, licet contrarium velit Salic. in l.exceptionem.C.de probationibus, & tradit Feli.in d.c.exceptionem, colum.9. extra de exceptionibus.

1 *Exceptio dilatoria in causa principali antè litis contestationem non opposita non potest in causa appellationis opponi, etiam si ob publicam utilitatem inuenta sit.*

Primæ hucusq; ampliationis limitationibus absolutis ad subsequentes ampliationes accedamus.

1 Ampliatur igitur † secundo loco regula prædicta principalis, etiam si talis exceptio ob publicam vtilitatem inuenta esset: vt puta exceptio militię, d.l.ita demum.iuncta.l.militem. C. de procurato. & tradit Ias.in d.l.ita demũ nu.2. & Planè & hoc quoque casu post litem contestatam exceptio dilatoria tam in prima instantia, quàm in instantia appellationis opponi non potest.

1 *Exceptio fori declinatoria antè litem contestatam in principali causa non opposita non potest etiam in causa appelationis opponi.*

1 Tertio loco ampliatur † eadem regula ita, vt etiã in exceptione fori declinatoria locum habeat: vt est tex.in c.inter monasterium. extra de re iudic. & tradit Ias.in d.l.ita demum.num.2.versi.3.pro ampliatione.C.de procurato. Et de hoc infra, cum de declinatorijs exceptionibus tractabimus, latius dicetur.

Exceptio

1 *Exceptio litis pendentis antè litis contestationem in principali causa non opposita, etiam in causa appellationis opponi non potest.*

1 Quarto loco ampliatur, † vt etiam in exceptione litis pendentis eadem regula procedat, & post litem contestatam opponi non posit: vt voluit Bald. in l. peremptorias. in vlt. quæst. nu. 51. C. senten. rescin. non posse. & tradit Ias. in d. l. ita demum. nu. 2. vers. 4. adde.. C. de procurato.

1 *Exceptio preuentionis antè litem contestatam in causa principali non opposita in causa appellationis opponi non potest.*

1 Quinto loco pariter† ampliatur, vt ẽt in exceptione præuentionis idem dicendum sit, quæ quidẽ declinatoria fori est, & antè litem contestatam opponi debet, vt inquit Bal. in auth. sed de nouo iure. col. penul. nume. 9. versi. sed pone in Ciuitate Perusij. C. de seru. fugiti. & Ias. in d. l. ita demum. num. 2. vers. 5. adde idem esse. C. de procurator.

1 *Exceptio etiam delegationis omissa ante litem contestatam in causa principali non potest opponi in causa appellationis.*

1 Sexto loco ampliatur† diciturq; prædicta regula etiam in exceptione delegationis vltra dictam factæ locum obtinere: vt inquit Anton. à Butr. quem alij sequũtur in c. dilectus filius Sarracenus. extra de rescriptis: eã tamen intelligendo & limitando, vt ibi per dictum Antonium à Butr. & Franc. Aret. in cõs. 58. diligenter cõsideratis, col. 2. versi. præterea ista exceptio, & refert Ias. in d. l. ita demum. nu. 2. versic. 6. adde idem in exceptione. C. de procurato..

1 *Exceptio dilatoria non solùm coram iudice ordinario, sed etiam coram arbitro post litem contestatam opponi non potest.*

2 *Aduocati qui exceptionem dilatoriam antè litem contestatam non opponunt, si postea opponant, auri libra multantur.*

1 Septimo & vltimo loco ampliatur prędicta regula, vt non solùm coràm Iudice ordinario, sed etiam coràm arbitro post litem contestatam opponi non posit, vt tradit Ludoui. Roma. in l. 1. ff. de arbitr. per tex. in l. si quis in conscribendo. in fin. C. de pac. & per glo. in d. l. 1. & tradunt Salic. & recentiores & præsertim Franc. Curt. in d. l. si quis in conscribẽdo. nu. 11. vbi vltra prædictos refert eundem Ludouicũ Romanum in singulari 356. Nec temerè, & sine ratione has ampliationes omnes hoc loco à nobis sigillatim relatas fuisse, quisquã arbitretur. Proterea ꝙ cũ nõ leue aduocatis, & causarũ patronis, ꝑiudiciũ afferre posint, debet ipsorũ quilibet eas diligẽter memorię mãdare: ac fideliter retinere. Planè ad-
2 uocatos, † qui exceptionem dilatoriam antè litem contestatam non opposuerunt, si postea opponant, auri libra mulctari iure constitutũ est. l. penul. C. de exceptio. & tradit Speculator ĩ tit. de aduocatis. §. 1. versi. item quod post, nu. 11. & in tit. de exception. §. 2. nu. 30. & Ias. in d. l. ita demum. nu. 2. C. de procur. & Azo in summa. C. de exceptio. nu. 8. & Rober. Maran. in tracta. de ordine iudiciorũ, part. 6. memb. 9. nu. 10. De ampliationibus hactenus.

1 *Exceptio dilatoria post litem contestatam opponi potest, si post litem contestatam superuenit.*

1 † Superest modo, vt ad limitationes descẽdamus & ideo primo loco limitatur regula, vt in ea dilatoria exceptione nõ procedat, quę post litem contestatã superuenit. Ea enim etiã lite iam cõtestata opponi potest, tex. est & gl. ibi declarat, quã sequũtur scribentes in c. insinuante. extra de offi. delegati, vbi Felin. n. 7. & ĩ c. pastoralis. eo. ti. vbi intelligit hãc limitationẽ, vt ibi per eũ, & in l. 2. & ibi Doctores. C. de cõso. eiusdem litis, & Soc. in reg. 160. & in reg. 167. limitatione 3. & in reg. 171. in vlt. lim. Alex. ĩ d. l. ita demũ. nu. 10. C. de procu. vbi eã intelligit vt per eũ, idem Alex. in cõsil. 100. nu. 13. lib. 5. & Bar. in l. Põponius. §. rati. in prima oppositione. ff. de procura. cũ alijs vt per Ias. in d. l. ita demũ. nu. 3. & Ang. Are. in §. appellantur. nu. 36. Instit. de exceptio. & Alber. in l. hos accusare. nu. 1. ff. de accusation. & in l. expletis. nu. 1. C. de consort. eiusd. litis, & Iacob. Butr. in l. principales. C. de iure iuran. propter calumniã dando, & Curt. iun. in l. 2. §. 1. nu. 19. ff. de iudic. vbi hanc esse communem opinionem attestatur, & Alex. in l. si mulier. nu. 4. 5. 6. 7. & 8. ff. solu. matr. vbi eã limitat etiam. Barba. in c. cũ M. nu. 35. extra de constitutio. & in tracta. de præstan. Cardinaliũ: in 2. part. quæst. 5. nu. 3. & Mar. in l. 1. §. fi. nu. 17. de quæstio. & in l. si qs nec q̃stio, nu. 52. eo. tit. & in rub. ff. de fideiussor. nu. 25. & Rober. Maran. in tract. de ordi. Iud. par. 6. memb. 9. nu. 8. & Cumã. in l. naturaliter. §. nihil cõe, nu. 20. ff. de acqui. pos. & Riminal. in cõsi. 66. nu. 17. lib. 1. & Philip. Franc. in c. 1. §. si verò postmodũ, nu. 3. de exceptioni. in 6. & August. Bero. in c. sicut. nu. 57. extra de probatio. & Ludo. Roman. in l. si verò. §. de viro. nu. 267. ff. solut. matrim. & Horman. Detus in d. l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 100. ff. de acquiren. possess. vbi etiam Ludouicus Bologn. nume. 87. & sequenti, & Claud. Marmer. num. 180. & Ioan. Rube. Alexan. num. 314. & Ioan. Corrasius nu. 130. & Lanfranc. Balb. decis. 40. & Roma. singula. 356. & Lapus allegatio. 112. nu. 1. & idem Ioan. Corrasi. in d. l. naturaliter. §. nihil commune, nume. 36. ff. de acquiren. possess. Quoniam autem pro viribus nostris metodum aliquam obseruare proposuimus. Ideo antequã ad alias limitationes descendamus, huic limitationi nonnullæ sublimitationes, adnectendæ sunt.

1 *Limitatur in superuenienti, de quo per modum agendi prouisum sit, ut puta in spolio.*

2 *Actionem cui damus; multo magis exceptionem concedere debemus.*

1 Primò igitur sublimitatur† vt non procedat in superuenienti, de quo per modum agendi prouisum sit, vt puta in spolio: tunc enim si de eo exciperetur,

excipiens audiendus non esset, sed agere debet, ut dixit Innocen. in c. cum dilectus. per illum tex. numer. 5. extra de ordine cognitio. & sequitur Archidiac. in c. primo, in si. secunda, quæstio. secunda, & Anton. à Butr. in c. cum M. Ferrariensis, col. 9. extra de constitutionibus, & Angel. in l. si mulier. ff. soln. matrimo. & in l. secunda, nume. quarto. C. de consort. eiusd. litis: & in l. innasor. in fin. C. unde ui, & Felin. in d. ca. insinuante. numero. septimo, uersi. fallit primo, extra de offic. iud. delega. & Barbatia latè disputans in d. c. cum M. Ferrarien. nume. 36. uersi. 9. extra de constitution. His iuribus & auctoritatibus comprobatur hæc prima sublimitatio: Contrarium tamen uerius censuerunt Imol. in d. c. cum M. Ferrarien. num. 15. & in c. pastoralis, extra de exception. & Dominicus a Sancto Geminiano in c. 1. §. illum autem, numer. 12. de restitution. spolia. in 6. ubi ait, hanc esse communem opinionem, & idem Imo. in d. l. si mulier. ff. solut. matrimo. & Ludouic. Roman. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. colu. 1 t. ff. de acquirend. possess. & Abb. in d. cap. dilectus, numer. 54. extra de ordin. cognition. & Fel. hos referens in d. ca. insinu nte, num. 7. uersi. fallit primò, extra de offic. & potesta. iudicis delegati: Ubi Abbatis auctoritate huius
2 dicti eā esse rationem ait: † quia, cui damus actionē; multo magis exceptionem concedere debemus. ca. qui ad agendū. de reg. iur. lib. 6. At quicquid dicant posterius relati, ut ad aliam limitationem sublimitatio sit, dicendum uidetur, quam plurimis comprobare possemus, uerùm ne uolumē crescat in immēsum, de his hactenus.

1 *Exceptio dilatoria, quæ post litem contestatam superuenit, quòd possit post contestationem opponi, fallit si culpa opponere debentis superuenit.*

1 Secundo loco sublimitatur † non procedere, ubi cunque facto & culpa excipere uolentis, exceptio dilatoria post litem contestatam superuenit: ut uoluit Nicolaus Neapolitanus in l. excusatur. §. numerum, ff. de excusatione tuto. ubi Barto. expresè refert num. 1. & Soci. Regula. 160. in prima limitatione. & Docto. omnes in d. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acquir. possess. & præsertim Ludoui. Bologn. nu. 82. & sequent. & Claud. Marmer. num. 170. & Ioan. Rube. Alexand. nu. 314 Verùm aduersantur Bar. in l. 1. col. 1. nu. 9. uersi. primus est casus. ff. de exceptione. qui eam quandocumque superueniat, post litem contestatam opponi posse arbitratur. & ad iura in contrarium allegata respondet, limitat uno modo, & Felin. in d. c. insinuante. nume. 7. uersien. 2. fallit, extra, de offic. delegat. At quicquid dicant, ab illa opinione recedendum non uidetur.

1 *Exceptio dilatoria, quæ post litem contestatam superuenit, potest post contestationem opponi, nisi probetur, partem aduersam in perquirendo negligentem fuisse.*

2 *Negligentia non excipiendi à quo probari debeat.*

1 Tertiò † sublimitatur prædicta prima limitatio, quando probatur, partem aduersam in perquirendo antè litem contestatam eam exceptionem; quam de inde opponere uult, negligentem fuisse: ut uoluit Calder. in c. fina. extra de ordin. cognitionum, & Aret. in c. cum dilectus. eod. titul. & Abb. in c. cum speciali. in prin. col. 3. prout eum allegat Felin. in d. c. insinnante. num. 7. uersi. tertiò fallit, extra de offic. delegat. & si Abb. in d. c. cum speciali, nihil dicere (ni fallor) uideatur. Verùm quia diximus, talem sublimitationem, in negligentia, eam opponere uolentis, si probetur uersari. cōuenit, quibus hoc onus probandi incumbat, hoc loco adnotare.
2 † Dicendum itaque est; eum qui uult post litem contestatam in hac specie exceptionem opponere: se diligentiam adhibuisse probare oportere, prout deducit ex rationibus Felin. in d. c. insinuante, num. 7. uersi. & onus probandi non negligentiam, extra de offic. & potesta. Iudic. delega.

1 *Exceptio dilatoria, quæ post litem contestatam superuenit, opponi non potest, si pars id sciens, litigio sequatur, unum saltem actum circa merita causæ faciens.*

Quartò sublimitatur, ut non procedat, quando
1 post superuenientem † exceptionem dilatoriam pars id sciens, in litigio sequitur, unum saltem actum circa merita causæ faciendo. Etenim post illum actum amplius opponi non poterit, tex. est in d. c. insinuante. extra de offic. & potesta. indic. delegat. ubi Felin. nu. 8. uersi. 4. limitatur, ubi citat Ioan. Andreæ in ca. cum. M. Ferrariensis. extra de constitution. & Anto. à Butrig. ibidem, & rursus eundem Antonium in c. exceptionem, colum. 5. extra de exceptionibus, & Socin. in Regul. 160. limitat. 2. & Nicola. Bellon. in consi. 26. numero. 8. & sequen. & Felin. in d. c. cum M. Ferrarien. uersi. hic incidenter, ubi quam plures eiusdem sententiæ fautores refert, quos breuitatis causa non recenseo: poterit quilibet ibi reperire.

1 *Exceptio dilatoria, quæ post conclusum in causa superuenit, opponi non potest.*

1 Quintò sublimitatur † prędicta prima limitatio: ut non procedat, quando exceptio post conclusum in causa superuenit: Planè tunc opponi non poterit. Ratio autem est: quia post cōclusum in causa iudex amplius nō cognoscit. At sup exceptione causæ cognitio requiritur; Ergo exceptio amplius opponi non potest. Ita dixit Ioā. Andr. in dicto. c. cum dilectus. extra de ordine cognitionum per tex. in c. auditis. extra de procurat. & in c. pastoralis. extra de causa possessionis & proprietatis, quos sequitur Ludoui. Roman. in singu. 356. incipiente tu scis, quòd exceptio declinatoria; & Anton. à Butr. in d. ca. pastoralis. colum. 11. extra de exception. ubi etiam Abb. colum. 4. numer. 11. & rursus Anton. à Butr. & Abb. in d. c. cum dilectus. numer. 15. extra de ordine cognitionum, & Felin. in dicto. c. insinuante. numer. 9. ubi hanc opinionem comprobat, quatuor mediis, extra de offic. & potestate iudicis delegati, & Soci. in d. Regu. 160. limitat. 3. & Ruin. in consilio 98. nume.

nume.4.lib.5.& Alex.in d.Lita demnm.nu.11.C.de probatio.& Barbatia in d.c.cum M. Ferrariensis.nu me.36.versicu. decimo,extra de constitutioni.Et si aliter in exceptione excommunicationis dicendum sit,vt infra latius in 10.ampliatione secundæ limitationis principalis huius regulæ, & hic in proxima subsequenti limitatione dicetur. Verùm vt res, quæ agitur pro viribus distinguatur,nihilue inculcetur, antequàm ad alias sublimitationes descendamus: quædã aliæ huius sublimitationis sublimitationes referendæ sunt.

Exceptio excommunicationis quandocunque superueniat, etiam post conclusum in causa opponi potest.

1 Primò sublimitatur hæc quinta sublimitatio, † vt in exceptione excõmunicationis non procedat,propterea q̃ hæc quandocunque superueniat,etiã post conclusum in causa,opponi potest. tex.est in c.j.ver. quandocunq; in fi.de exceptio. in 6.& notat Speculator in ti.de renunciatio.§.j.col.j.versi.& scias post conclusionem,nu.3.& Fel.in d.c.insinuante, nu.10. extra de of.& potesta.iudic.deleg.& in c. exceptionem.nu.13.ver.10.etiam; vbi refert alios contrariũ tenentes,& ad partes disputat, & talem in practica concludit Speculatoris opinionem præualere. Præterea idem uoluit Fel.in c.exceptionem,nu.13.ver. 10.etiam,vbi latè ipse quoque ad partes disputat,& transit cum hac opinione.Idem quoq, voluit Rota in decis.26.nota,q̃ in sententia,in antiquis, secũdũ vltimas impressiones,& dicemus in 10. ampliatione ad secundam limitationem regulæ principalis.

1 *Exceptio dilatoria notoria iuris & facti post conclusum in causa opponi potest.*
2 *Exceptio etiam declinatoria notoria iuris, & facti post conclusum in causa opponi potest.*

1 Secundò sublimitatur † ut nõ procedat quinta sublimitatio in exceptione notoria inris, vel facti,quãdoquidem & hæc post conclusum in cã opponi potest; Ratio antem est:quia cessat causæ cognitio , ex quo in notorio examen nõ requiritur,sed allegatio sufficit,vt inquit Ant.à But.in c.dudum.il j.colũ.2. ver.4.notatur extra de electione. & Lapus in ca.in-
2 dex de of.iud.delc.lib.6.idem quoq; † de exceptione declinatoria esse affirmans vt refert Fel.in d.c.in sinnante,nu.10.versi.secundus in exceptione, extra de of.& poteſtate indi.deleg.

1 *Exceptionem declinatoriam superuenientem post litis contestationẽ potest iudex post conclusum in causa,si uelit,ex suo officio admittere.*

1 Tertiò sublimitat † prędicta quinta sublimitatio, vt non procedat, quando iudex ex suo officio admittere uoluit. Planè tunc ẽt si sit conclusum in cã admittere potest:vt inqnit Spe.in ti.de renunciatione §.1.col.j.nu.3.ver.& nisi iudex ex officio suo,p tex. in c.cum Ioannes extra de fid.instru.& per tex.in l. vbicunq;.ff.de interrogat.actio.prout tradit Fel.in d.c.insinuante,nu.10.versi.tertius casus est, ibi allegans in simili Baldum,vt ibi per eum.

1 *Exceptio dilatoria superueniẽs coram Pontifice,etiã post conclusum in causa opponi potest.*

1 Quartò sublimitatur † eadem quinta sublimitatio, vt in Pontifice locum non habeat, quandoquidem post conclusum in causa coram ipso talis dilatoria exceptio superueniens opponi potest, vt inquit idẽ Speculator in eo.ti.de renunciatione.§.j.col.j.nu.3. & Fel.in d.c.insinnante versi.quartus est in Papa extra de offi.& potestate iudicis delegati.

1 *Exceptio dilatoria post litem contestatam superueniens in causa appellationis, etiam post conclusum in causa obijci potest.*

1 Quintò sublimitatur † dicta qninta sublimitatio,vt non procedat in cã appellationis. Rõ autem est: qa appellatio cãm in eundem statum, in quo versabat in prima instãtia,seu principali cã,reducit, vt ait gl. in c.ad audientiã.il secũdo,in gl.mag.ver.tn dicis,q̃ tales literæ,cũ ibi notatis per Fel.extra de rescr.& p eundem Fel.in d.c.insinuante. sub num.10.ver.quintus casus.extra de of.& potestate iud.deleg.

1 *Exceptio excommunicationis dilatoria post litem cõtestatam opponi potest.*
2 *Limitatur,si in uim peremptoriæ opponatur.*

1 Secundò loco principaliter limitat † regula supra firmata,q̃ exceptio dilatoria post litem contestatã opponi nõ possit in exceptione excõicationis; quæ quidem nõ solùm post li.cont.sed ẽt post cõclusum
2 in cã opponi põt.dummõ † tñ prędicta excõicationis exceptio,in vim dilatoriæ, non aũt in vim peręptorię opponat,vt tradit Fel.in d.ca.exceptionẽ,nu.13. extra de except.& diximus supra in prima sublimitatione secũdæ sublimitationis ad primã,& est text.in d.c.exceptionẽ,vbi per doc.& refert Soc.in reg.171. limit.j.& Imo.in d.c.exceptionẽ,nu.2.& 8.& Ang. in d.l.exceptionẽ,nu.9.C.de prob.& Barb.in trac.de præstã.Cardinaliũ,par.2.q.5.nu.5.& August.Bero. in c.j.nu.61.& 64.extra de iudic.& Io.de Lignanus in trac.de censura ecclesiastica.§.14.nu.13.& Lãfr. in trac.de exceptio.nu.14.& Io.à Grassis in trac.de substan.procuratorij,ver.concludendum,num.3.& Rodericus Suarez allegat.13.nu.13.& Prosper. Carauita super ritibus magnæ Curię, ritu.236.numero sexto.

1 *Exceptio excommunicationis dilatoria opponi potest etiam,si lapsus sit terminus peremptoriẽ ad omnes dilatorias proponendas constitutus.*

Quoniam hæc secũda limitatio pluribus modis ampliatur,ideo antequàm ad aliàs principales limitationes descendamus, eas sic sigillatim referemus.

1 Primò igitur ampliatur, † vt procedat etiam si lapsus sit terminus peremptoriè ad omnes dilatorias proponendas constitutus. text.est expressus in clement.unica,de exception.& tradit Felin.in d.c.exceptionem,num.13.versi.primò igitur amplia, extra de exceptionibus.

1 Fxceptio excommunicationis dilatoria opponi potest, etiam si lapsus sit terminus ad opponendam exceptionem excommunicationis datus.

1 Secundò ampliatur,† si esset specialiter ad opponēdum exceptionem excommunicationis datus, vt notat glos.penul.in d.clement.vnica, de exception. quæ est singularis secundùm Cardinalem ibidem in quæstio.16.& Ratio est;quia merè ius partis non concernit:sed duplicum; & ideo partis factum non attenditur.c.si diligenti.extra de foro competenti, cum similibus, & tradit Felin. in d. c. exceptionem numero 13. uersicu. secundò etiam. extra de exceptionibus.

1 Exceptio excommunicationis post litem contestatam opponi potest, non solùm si parti opponatur, sed etiā iudici uel procuratori.

1 Tertiò ampliatur † non solùm si excommunicatio opponitur parti,sed etiam iudici,uel procuratori, vt est glos.secunda,in fin.in dicta clement.vnica, de exception.& tradit Abba.post Ioannem Andreę & alios in c.nostra.col.vlti.extra de procurat. & refert Feli.in d.c.exceptionem.nu.13.versi.3.nedum, extra de excèptionibus, & Ioannes Monacus in suo defensorio iuris.§.nunc contra.nu.1.

1 Exceptio excommunicationis dilatoria post litem cōtestatam opponi potest, etiam si pars iurauerit se dilatoriam non esse oppositurum.
2 Necessitas à periurio excusat.
3 Peccati periculum à periurio excusat.

1 Quartò ampliatur etiam; † si pars iuraret dilato-
riam se non oppositurum:vt inquit Domi. à Sancto
Geminia.post Ioann.Andreæ numero 3. in cap.1.§.
1.numero 11.in fin.de exceptio.lib.6.vbi ita tenuis-
se referunt Ioannem de Montemurlo in quadā sua
disputatione, & ea potissimum ratione mouetur;
2 quòd † quemadmodum necessitas à periurio excu-
3 sat.c.breui.& c.querelam.extra de iuriuran.† ita etiā
peccati periculum, vt tradit Felin. in d.c. exceptio-
nem.numero 13.versic.quartò etiam,extra de exce
ptionibus.

1 Exceptio excommunicationis post litem contestatam opponi potest, etiam si specialiter exceptionem excommunicationis non opponere iureiurando promissum esset.

1 Quintò pariter ampliatur,† si specialiter exceptionem excommunicationis non opponere iureiurando promissum esset:vt voluit Ioann. Andreæ in dicto c.pia.sub nume.3.versicu.& prædictam concludunt, de exceptionibus,in 6.argumento,glo.penul. in d. clemen. vnica. & facit optimè tex.in c.1. de iureiuran.in 6.prout ait Felin.in d.c.exceptionem.nu.13.versi.quintò etiam, extra de exceptionibus: vbi huius dicti rationem affert.

1 Exceptio excommunicationis post litem contestatam opponi potest, etiam si dolosè omissa sit.
2 Expensas reficere an debeat, qui scienter excommunicationis exceptionem omittit.
3 Exceptio excommunicationis si omittatur, an acta facta nulla reddat.

1 Sextò ampliatur † etiam si dolosè omissa sit ipsa
excommunicationis exceptio: vt est tex.in dicto c.
exceptionem.& ibi glos.quæ(vt inquit)ibi Bald.con
tra omnem dolo cunctantem locum habet, quem-
admodum tradit etiā Feli.in d.c.exceptionē,nu.13.
vers.6.etiam si malitiosè,extra de exceptionibus, &
Prosperus Carauita super ritibus magnæ Curiæ,
ritu.236.num.8.vbi inquit per illum tex. in c. exce-
2 ptionem, † licet eam excommunicationis exceptio
nē, siquis scienter omittat, ad expensas teneatur ob
id,quòd processus per ipsam exceptionē nullus red
datur, vt notat ibi glos.in uersi.condemnandus:ho-
die tamen secundùm eandem glos.expensarum con
2 demnationem non fieri:† quia acta facta retro nulla
non sunt.c.1.de exceptionibus, lib.6. vbi etiam gl.
notat in vers.duraturis,& latius glo. in c.1. de exce-
ptionibus.in 6.

1 Exceptio excommunicationis etiam si sententia lata sit, & executio iam immineat, opponi potest.

1 Septimò ampliatur, † vt exceptio excommunicationis, non solùm post litem contestatam modis prædictis opponi possit: sed etiam si sententia lata sit,& iam executio immineat. dicto cap. pia. in fin. de exception.in 6.& tradit Felin.in dict.c.exceptionem.num.13.versi.7.etiam si esset lata, extra de exception.

1 Exceptio excommunicationis post litem contestatam opponi potest, etiam si tertius, cuius non interesset, eam alicui contra alium agenti, opponeret.

1 Octauò ampliatur,† etiam si tertius,cuius non interesset, talem excommunicationis exceptionem alicui contra alium agenti opponeret,vt voluit Cardina.in dicto c. exceptionem,& refert Felin.ibidem num.13.versic.8. etiam si tertius, & in fin.extra de exception.

1 Exceptio excommunicationis opponi potest, etiam si tres sententiæ super alicuius commißionis validitate latæ sint.

1 Nonò etiam ampliatur, † si tres sententiæ super alicuius commisionis validitate latæ sint. Planè

adhuc

adhuc contra eum, qui talem commißionem impetrauit, quòd esset excommunicatus, opponi potest: non obstante clemen. 1. de re iudic. vt tradit Rota decis. 17. notat causa fuit pronunciata, in antiquis, secundùm nouas impreßiones, & tradit Felin. in d. c. exceptionem, num. 13. versi. 9. etiam si fuisset, extra de exceptionibus.

1 *Exceptio excommunicationis, etiam si sit conclusum in causa opponi potest.*

1 Decimò ampliatur † etiam si esset conclusum in causa, vt diximus supra in prima sub limitatione. 5. sublimitationis primæ limitationis ad regulã principalem, & latè disputat Felin. in d. c. exceptionem. numero 13. vers. decimò etiam, vbi cum hac residet opinione.

1 *Exceptio excommunicationis, etiam si aliæ omnes exclusæ essent, opponi potest.*

1 Vndecimò ampliatur † etiam, si expositiones omnes aliæ exclusæ essent, nam exceptio excommunicationis sublata non intelligitur; vt inquit August. Bero. in c. item cum quis. nume. 28. extra de restitutio. spoliat. per ea quæ notat Bar. in l. 1. §. deniq; ff. quod vi aut clam: & voluit Felin. in c. ex parte, il secundo in quarta fallentia, extra de offic. delega. & facit, quod notat Bart. in l. 2. in fin. C. de edic. diui Adria. tollen. & in l. 3. §. ibidem ff. ad exhiben. De ampliationibus secundæ principalis limitationis hactenus; ad alias modò principales limitationes redeamus.

1 *Exceptio dilatoria post litem contestatam opponi potest, ubi pars impeditur.*

Tertiò igitur cõclusio supra firmata, vt exceptio dilatoria post litem contestatam opponi non posit
1 † limitatur, si pars impedita sit, &, vt inquiũt doctores nostri, per Iudicem supplantata, ita vt antè litis contestationem exceptiones dilatorias opponere non potuerit. Equidem hoc casu etiam post litis cõtestationem opponi poterunt: vt voluit glo. in c. ex conquestione. in verbo ingressum, extra de restitut. spoliat. quam Bal. ibi num. 3. singularem ait; & Socin. in regu. 171. limitat. 2. & Ludouic. Roma. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. antepenult. vt etiam Alex. nu. 86. ff. de acquiren. possess. & sequitur Anton. à Butr. in c. dilectus. il secundo, colu. 2. extra de rescript. & in c. tàm literis. colu. j. de testib. cum alijs relatis per Felin. in d. c. exceptionem, nume. 14. vbi hanc conclusionem pluribus medijs comprobare conatur, & refert Domin. à sancto Geminiano contrarium tenuisse, & num. 15. duobus modis hanc limitationem sustinet. Præterea hanc eandem limitationem sequitur Alex. in d. l. ita demum, nu. 8. C. de procurato. & Barbat. in c. cum M. Ferrariensis num. 36. versi. 7. extra de constitution.

1 *Exceptio dilatoria post litem contestatam opponi potest; quando causam successiuam, ex qua quotidie oritur ius excipiendi, continet.*

1 Quarto loco † principaliter limitatur d. reg. principalis, quando exceptio dilatoria causam successiuam; ex qua quotidie oritur ius excipiendi, contineret. Nam tunc etiam post litem contestatam exceptio dilatoria opponi potest: vt inquit Imo. in d. c. exceptionem. num. 2. post Bur. ibidem; extra de exception. & Soci. in d. regu. 171. limitat. 3. & Iacob. Butrig. in l. adultera. C. de adulter. & Ioann. Andr. & Vincen. in c. dilectus. il secundo, extra de rescrip. & notat Archidiac. in c. hortamur. 3. quæst. 9. & Speculator. in tit. de appellation. §. restat. num. 5. vers. & nota secundùm Vincentium, & Dominicum à Sancto Geminiano post Archidiaconũ in c. statuimus. il secundo, nu. 5. vers. quid si iste citatus, extra de offic. & potesta. iudic. delega. & Ludou. Roman. in l. recusare. §. si quis alio. ff. ad Trebell. & Felin. in d. c. exceptionem. nume. 16. ff. de exception. & in c. accedens. il secundo, nume. 29. & sequenti extra vt lite non contestata; vbi Felin. latè disputat, & ad loci nõ tuti exceptionem infert, & hanc tamquam communem & veriorem opinionem sustinere conatur: vt per eum num. 24. Præterea hanc eandem opinionẽ sequitur Ias. alios referens, & simile adducit in l. ita demum. num. 4. versi. vndecimò notabiliter limita. C. de procuratoribus, & Andreas Barba. in d. c. cum M. Ferrariensis. num. 35. extra de constitutionibus, & Sigismundus in vol. consilior. feudalium diuersorum, consil. 12. nume. 35. & Ioachinus Mynsiger. in secunda centuria singula. obseruatio. obseruatione 73.

1 *Exceptiones dilatoriæ post litem contestatam opponi poßunt; quando iudex parti exceptiones dilatorias reseruauit.*

1 Quintò limitatur, † vt non procedat, quando Iudex parti dilatorias exceptiones reseruauit; nam tunc post litem contestatam opponi poterunt. c. ad dissoluendum, & ibi Abb. notat num. 4. vbi est satis ampla additio; extra de desponsatione impuberum: & Socin. in d. regu. 171. limit. 4. & Archidiac. in c. exceptio. circa principium. 3. quæst. 6. & in c. 1. 27. distin. & Bald. in l. criminis. num. 4. C. qui accusa. nõ poss. vbi infert ad statutum, & in l. exceptionem. nu. 14. C. de probation. & in l. nam & postea. in princ. ff. de iureiuran. & in l. peremptorias. nume. 3. C. sentent. rescin. non poss. & alibi pasim, & Ias. in d. l. ita demum. sub num. 5. uersi. quarto decimò limitatur. C. de procurat. & Imo. in l. ille à quo. §. 1. col. 1. uers. item nota, quòd exceptio. ff. ad Trebellia. post Bart. ibi nu 5. & Angel. Perusi. num. 2. & Anton. à Butr. Hostien. & Imo. nume. 16. & 19. in c. cum contigat. extra de offic. & potesta. Iudicis delegati, & Ioan. de Anania in c. 1. in princ. uersi. nota, quòd hoc uerbũ fatigetur, extra de accusation. & Felin. in d. c. exceptionem. nu. 16. & Bal. in consi. 96. nu. 4. lib. 1.

1 *Exceptiones etiam litis ingressum impedientes post litem contestatam opponi possunt, quando Iudex eas parti reseruat.*

1 Ampliatur primò huiusmodi limitatio † ut etiam in exceptionibus impedientibus litis ingressum locum habeat, ut tradunt Doctores omnes in locis supra adductis, & Felin.in d.c.exceptionem, nu. 16. in fin.

1 Exceptiones reseruari etiã ab arbitro possunt, & tũc post litem contestatam opponi quoq; possunt.

2 A reseruatione exceptionum appellari potest, præter quàm in duobus casibus.

1 Secundò ampliatur, ut huiusmodi reseruatio ẽt
ab arbitro fieri possit; ut uoluit Ludou. Rom.in l. j.
col.penul.ff.de arbitr.& Fel.in d.c.exceptionem,nu.
2 16.in fin.extra de exceptionibus † Potest tamen ab
hac reseruatione appellari,ut tradit Fel. in d. c. exce-
ptionem,nu.17.preterquàm in duobus casibus ibi-
dem eodem nu.17.copiosè ab relatis,ubi quilibet vi
dere poterit.

1 Exceptiones dilatoriæ post litem contestatam opponi possunt quãdo tertius pro suo interesse cõparens eas opponit.

1 Sexto loco † principaliter limitatur conclusio supra firmata,ut non procedat, quãdo tertius pro suo comparens interesse dilatorias exceptiones opponit propterea quòd tunc, etiam post litis contestationẽ eas opponere poterit: ut inquit Angel. in l. siquis libertatem.in principio,colu.3. num. 2.uersi.sed Bar. hic mirabiliter errat.ff.de petition.heredita. & in l. uenditor.num.primo,ff. de iudic. & in l. quidam. in ultim. uerbis.ff.de re indic.& Ruin. in consi.98. nu. 4.in fin.lib.5.& Soc.in d.regu.171.limita. 5.& Feli. in d.c.exceptionem.nume.18.ubi pluribus compro bat hanc opinionem, & ad alia quamplura referrt, & Ias.in d.l.ita demum.num.5.uersicu.decimoquin tò limitatur. C. de procurato. & rursus idem Felin. in consi.49.num.11.& Andr. Barbatia in d.c. cũ M. Ferrariensis. nume.39. extra de constitutionibus, & in c.super eo.num.3.extra de offic. & potesta. iudic. delega.

1 Exceptionem declinatoriam nõ potest tertius, qui pro suo interesse comparet, post litem contestatam opponere.

1 Hanc † autem limitationem sublimitãt,dummodo declinatoriam non opponat: ut uoluit Ange. in d.l.siquis libertatem,& Ancha.in consi.333.num.2. & Felin.in d.c.exceptionem. num. 18.

1 Exceptio dilatoria si antè litis contestationem opposita non sit, ecclesia mulier & minor in integrum restituuntur.

2 Restitutio nõ datur aduersus interlocutoriam, qua iudex se competentem pronuntiat.

3 Minor si dilatoriam suo tempore non opposuerit, eam per imperitiam omisisse credendum est.

4 Exceptio dilatoria per imperitiam antè litis contestationem non opposita, post opponi potest

1 Septimo † principaliter eadem supra firmata cõclusio limitatur; ut in Ecclesia, muliere, & minore, qui ad dilatoriam omissam restituuntur, non procedat. ut notat Specula.in titul.de restitur. in integr.§. quis autem,numero 35.in ultimis uerbis, & Soci.in d.regu.171.limit.6.ubi refert se ad Innocentium in c.coràm. extra de restitut. in integrum, & mouetur per tex. in c.constitutus,eod.tit.& per tex.in l.minor 25.annis omissam.cum glo.ff. de minor. & Felin. in d.cap.exceptionem,numero 19.& Pau. Castr.in d.l. ita demum.num.3.C. de procurato. qui allegat tex. in l.de dic.§.mulierem secũdùm unà lecturam Ioannis ibi relatam à glo.iuncto.§.præcedenti, cũ glo. ff. qui satisda. cogan. & refert & seqtur Alex.in d.l. ita demum. nu.6.& idem Castren.in d.l.de dic. §.si seruus, num.3. ff. qui satisda. cogan.& Andr. Barba.in dicto c.cum M.Ferrariensis.num.36.extra de consti
tut. Verùm prædictis non obstantibus contrariam
opinionem tenuit Innocen.in d.c.coràm.nu.1.extra
de restitution.in integr. ferè ad finem usq;, & sequi-
tur.Bald.in d.l.peremptorias,col.4. num.28.C.sen-
tent.rescin.non poss. & Archidiaco. in c.religiosum
87.distinc.& rursus Bal.in l.scio.ff.de in integr.resti-
tu.minor.& Imo.in clemen. prima,super glo.in uer-
bo lesam.de in integr.restitut.ubi etiam tradit Car-
dina.quęst.16.& Capicius decisi.13.num. 10.Præte
rea idem uoluit Lapus allegat.53.col.4. num.8.uer.
item,ut præfertur,hic est exceptio,& Ange. in l.qui-
2 dam nu.5.ff.de re iudic. Vbi dicit † aduersus interlo
cutoriam qua Iudex se competẽtem pronunciat, re-
stitutionem non dari,per ea quæ uoluit Inno.in d.c.
coram.Ratio autem,qua ij mouentur, qui hanc con
clusionem ueriorem arbitrantur,ea est, quòd modi-
ca sit huiusmodi læsio;& ideo non detur restitutio l.
scio.ff.de restitut.in integr. In tanto autem doctorũ
nostrorum conflictu Innocen.post Hostien.eos inui
cem conciliare in d.c.coram.in fine nu.8. uers. Nam
si Ecclesia esset debitrix, usque in finem, aggressus
est, quem sequitur Dominicus à sancto Geminia-
no post Ioannem Andreæ in c.1.num.5.uersi.quæro
an quod hic dicitur, de in integr. restitut.lib.6. Am-
plexi igitur rationem vltimo loco relatam, qua mo
uenturilli,qui posteriorem opinionem tutantur, ita
inquiunt; Aut dilatoria est parui præiudicij, & resti-
tutio tunc concedenda non est; aut uerò magni; &
concedatur; Et ideo naturam dilatoriæ inspicien-
dam esse, & ab ea;an concedenda sit, uel non, acci-
piendum esse uoluerunt. Posset enim fortasse talis
esse,ut eius omissio nõ modicum pręiudicium affer
ret,ut ex exemplis à doctoribus supra relatis, mani-
festè apparet. Vnum tamen hoc loco, ut nihil pro
maiori omnium declaratione omittatur; adnecten
3 dum est; nec longè à superioribus recedit † Videli-
cet si minor dilatoriam non opposuerit, eam per im
4 peritiam omisisse existimandum esse. Quo fit, † ut
post litem contestatam,etiam sine ope restitutionis
audiatur,ut uoluit Bald.in d.l.de dic.§.si seruus. in le
ctura antiqua.ff.qui satisda. cogan. & sequitur ibi-
dem Castren.numero tertio, & Felin. id referens in
d.c.exceptionem. nu. 19. in fin. extra de exception.

&

& Alex.in d.l.de die.§.si seruus.num.4. & in d.l. ita demum.num.6.

1 *Exceptio etiam à rustico non opposita antè litis contestationem post opponi poterit; uel quia id per ignorantiam fecisse intelligatur, uel quia restituatur.*

1 Ampliatur autem † prædicta limitatio, vt etiã in rustico locum habeat: vt inquit Paul. Castren. in d. l.de die.§.si seruus.nu.3.ff. q satisda. cogan. argum. tex.in l.cum de indebito.§.sin autem is qui.ff.de probation.

1 *Exceptio dilatoria post litem contestatam opposita iudicium retro nullum reddit.*

2 *exceptiones quæ iudicium retro nullum reddant.*

1 Octauò principaliter † limitatur prædicta regula supra firmata; vt locum non habeat, quando dilatoria iudicium retro nullum reddit. quandoquidẽ tunc & post litem contestatam opponi potest: vt ait Socin.in d.regu.171.limita.7.vbi alios refert, & Anton.à Butr.& Imol.nume.8.& versi.item falli.3. & Abb.in d.c.exceptionem; vbi Felin.latè num.21.extra de exception. Exemplum enim ponunt in iudicis incompetentiæ exceptione, quando iurisdictio prorogata nõ fuit, nam ex quo litis contestationi nulla est, obstare non potest. vt latius per eos; Idem etiã
2 dicunt in exceptione procuratoria. † Præterea hãc eandem conclusionem sequitur Salic. in l.1. nume. 4.versi.concludamus igitur.C.de iurisdic.omni. iudic.& in l.exceptionem.colu m.1. num.3.C. de probation.& est tex.& glo.in c. in nostra. extra de procurator.vbi Abb.colu.2.num.7.& Domin.à sancto Gemenia.in c.exceptionem 3. quæst. 7. vbi ad hoc dicit esse optimum tex.in c.ad petitionem.extra de accusation.& est etiam tex.& ibi glo.in l.licet C. de procurator.& facit id, quod inquit Innocen.in c.sciscitatus.nume.2.extra de resc.vbi inquit, exceptionem dilatoriam iudicium retro nullum reddẽtem, videlicet quòd Iudex est furiosus, vel impubes, post litem contestatam opponi posse. Idem sequitur Ange.in l.cum prætor.§.non autem.num.1.ff.de iudic. & Ludoui.Roman.in rubr.de arbitr.col.6.cum concordantibus adductis per Felin. d. c. sciscitatus, & rursus per eũdem Felin.in d.c.exceptionem.nu.21. extra de exceptionib. ubi declarat, quomodo illud exemplum Doctorum in competentiæ iudicis intelligendum sit. Præterea in exceptione etiam procuratoria ratione defectus mandati in tribus casibus poni potest. quos refert Alex. pro tribus limitationibus in d.l.ita demũ.nu.2.3.& 4.C. de procura. & facit optimẽ tex.in l.licet.vbi Doctoribus, & præsertim Sali.nu.1.& Ang.nu.1.de procu.& Aret.in §.appellantur.nu.36.Insti. de exceptio. & Alber. in l.in cõdemnatione.§.vnicuiq;.nu.9.ff.de reg.iur.& Bal. in consi.275.nu.2.lib.5.& Corn.in d.l.licet nu.1.C.de procurato. Præterea hunc limitationem firmat Rober.Maran.in suo tracta.de ordin.iudic.par.6.mẽb. 9.num.9.& Fulgo.in l.ex quacunq;.nu.12.ff.si quis in ius vocat.non ier. & August. Bero.in c.1.nu.13. extra de accusation.& Sebastian. Vantius in tracta. nullitatum, in tit.quib.modis sententiæ nullæ reparen.nume.57.& Prosper Caraui. super ritib.magn. curi.ritu.294.num.3.versic.licet.

1 *Exceptio dilatoria post litem contestatam in continenti opponi potest.*
2 *Incontinenti quæ fiunt inesse dicuntur.*
3 *Sententia definitiua incontinenti reuocari potest.*
4 *Incontinenti, uel in ipso actu aliquid facere pro eodem habetur.*
5 *Incontinenti quid fieri dicitur, cum ad alios extraneos actus non diuertitur.*

1 Nonò limitatur † supradicta conclusio, vt nõ procedat; quando dilatoria incontinenti post litem cõtestatam opponitur. Quoniam tunc opponi potest, glo.est singularis in d.l.peremptorias.§. ratihabitionem.in verb.constitutionem.ff.de procurato.& tradit Innoc.in c.pastoralis.num.1.versi.& appello initium litis, extra de exceptionibus, & Socin. in d. regu.171.limit.8.& Imol.in l.2.§.prius.in glo. in verbo comprobata, versi. præterea quæ in continenti. ff.de vulg.& pupilla. argumento l.lecta.versi.dice-
2 bam.ff. si cert. peta. vbi colligit regulam † quòd ea quæ incontinenti fiunt, videntur inesse, & idem voluit Anto.à Bu.in c.cum dilectus.col.3. extra de ordin.cognition.per text.ibi secundùm vnam lecturã, in versi.circa idem, vt refert Felin.in d.c.exceptionẽ. numero 22.versic.adde Butrium, & Ange.in d.l.ex consensu.§.cum qui.col. 13.d.vers. sed iuxta prædictam in fin. de appellation. & facit glo. in c. prædica-
3 tor, in vers.imno verò.16. quæst.1. Inquiens † definitiuam sententiam incontinenti reuocari posse, quam glossam laudibus extollit Bal.in l.non dubiũ col.6.num.12. versi.quia dicit glo.C.de legib. & in l.1.col.6.nume.8.versi.iuxta prædicta quæro. C. de furt.& Petr.de Ancha.in consil. 208. Iudex de iure iudicaturus.col.4.num.10.vers.probatur. quia quãdo instantia, & Cardin.in consi.31.punctus, & plerique alij: & facit glo. in c. apud misericordem, in verb.reuertitur 32.quęst.1.& in c.si.in verbo iuxta: de iureiurando in 6.& gl.in §.tutor.in verbo post tẽpus Insti.de actor. tuto. & facit tex. in c. præterea. extra de testibus cogẽdis. Quibus in locis habetur,
4 idem † esse aliquid in ipso actu facere, vel incontinenti facere, vt refert Felin. in d.c.num.22. versic. facit glo.in vers.imo.& in c.qualiter.il primo, col.15.nu. 33.vers.facit, quod notat glo. singularis extra de accusationibus. Id quod idẽ Felin. in d.c. exceptionẽ.
5 intelligit † incontinenti fieri, si ad alios extraneos actus non diuerterit.l.1.§.1.cum materia.ff. de verbor.obligation. Præterea hanc limitationem tenet Alexand.in d.l.ita demum.num.9.C. de procurato. vbi Ias.num.3. versi. 2.limitatur, qui allegat aliam glo.in dict.l.2.in princ.in ver. post narrationem.C. de iuramen. calum. & Speculator in tit. de satisdatio.§.viso. vers.debet autem præstari.num.10.& tradit Ias.in d.l.ædita.C.de æden.& Hyp. Marsi.in l.1. in princ.nu.25.ff.de quæstio.& in l.2.num.31.C.de sica.& August.Bero.in c.1.num.18.extra de accusation.

tion.& Hiero.Butrie.in d.l.lecta, num. 28.ff.si certū peta.& Annibal.de Canonicis in l. post contractum. nnm. 173. ff. de donation. & Tiraq. more suo pend omnes cumulans in tracta.de utro. retrac.tit.2.§. 1. glo.5.num.3.& 4.cum sequentibus.

Hæc autem limitatio, & si ita communiter recepta sit; non defuere tamen: qui contrarium uerius esse crediderint, uidelicet Bald.& Ange.in d.§. ratihabitionem, colum. 1.uersi.sequitur in glo. si post in continenti, quos refert & sequitur Imo.in d.l. ex consensu.§.eum qui.col. 13.uersi. sed iuxta prędicta etiā occurrit.ff.de appellation. uerùm his non obstantib. ab illa limitatione recedendum nō est, quam magis communiter sequūtur Doctores. Debet tamen intelligi declarari, ut per Bald. in §. quibus. colum. secunda, nume.7.uersicu.deinde nota, in prima constitutione.C.cum alijs cōcordantibus adductis per Felin.c.qualiter & quando.il primo, colum. 15.nu. 33. ubi latè, extra de iureiurand. Vidimus quemadmodum procedat hæc limitatio, superest ut limitationem quandam, quam ponunt plures doctores, non omittamus.

1 *Exceptio dilatoria licet in continenti post litem contestatam opponi possit, fallit tamen, cum quæstio de momento ageretur.*
2 *Instrumenta ad sententiam usque exclusiuè produci possunt.*

1 Sublimitatur igitur † prædicta limitatio; cum quęstio de momento ageretur. Quandoquidem tunc incontinenti post litem contestatam exceptio opponi non potest: ut notat Bal.in c.cum dilectus.col.1. n.
2 4.extra de fid.instrumen.† Nam certum est, instrumenta exclusiuè ad sententiam usque produci posse ut est ibi text. Incontinenti autem post sententiam produci non posse, tradit eo in loco Bald. & mouetur potissimum ea ratione, quòd quando est quæstio de momento, ea quæ post fiunt, incontinenti inesse non uideantur, l. Thais.§.intra.ff.de fideicommiss.libertatibus, uoluit Ias.in dicta l.ita demum.nume.quarto.

1 *Exceptio dilatoria post litem contestatam opponi potest, quādo pars tacitè, ut opponatur, & discutiatur promisit.*

1 Redeundo † modò ad alias principales limitationes, decimò principaliter limitatur regula supra firmata, quando pars tacitè, ut opponatur, & discutiatur promisit, Etenim tunc opponi poterit post litem contestatam, nt uoluit Abb. in c.cum contingat nu. 11.uersi.idem putarem, extra de offic.& potesta.Iudicis delegati, & tradit Socin.in d.reg. 171. limitat. 9.& optimè faciunt ea quæ latè tradit Socin. in c.inter monasterium, num.29.uers.limitatur octauò, extra de senten.& re iudicata, ubi latissimè, & sequitur idem Felin. in dicto c. exceptionem, num. 24. extra de exception.

1 *Exceptio dilatoria animarū periculum continens post litem contestatam opponi potest.*

1 Vndecimò limitatur † in dilatoria animarum periculum continente, ut generaliter limitat Felin. in d. c.exceptionem.num.20.motus illius textus ratione & alia, de quibus ibi per eum, & facit illud, quod uoluit Zabarella in consi. 23. nu. 4. in fin.& August. Bero.in c.item cum quis.num. 28.extra de restituti. spolia.

1 *Exceptio dilatoria post litis contestationem opponi potest, si contestatio fuit nulla.*

1 Duodecimò limitatur † quando litis contestatio nulla fuit, ut inquit Pau. Castren.in d.l.ita demum. num. 1.uers.item intelligit istum tex. C. de procurato.auctoritate Guiliel.de Cunio in l.cū qui.in princ. ff.de constitu. pecun. argumento l. hos accusare, §. hoc beneficio.ff.de accusatiou. Melius autem facit tex.in l.licet.cū glo. magna in uerbo inueniatur. C. de procurato. & glo. in l. si pater. in uerb.status. C. ne de statu defunc.& est tex.& glo.in auth. offeratur in uerbo pro nihilo.C.de litis contesta. & tradit Alexan.in d.l.ità demum.num.7.C. de procurato.& Felin.in d.c.exceptionem, num.21.uersi.fallit nonò, extra de exceptionibus.

1 *Exceptio dilationis solutionis post litis contestationē opponi potest.*
2 *Exceptiones dilatoriæ, quæ ad merita causæ opponuntur, post litem contestatam opponi possunt.*

1 Decimotertiò † limitatur in dilatoria solutionis. Hæc enim etiam post litem contestatam opponi potest: ut tradit Abb.in d.c. exceptionem. col. 2. num. 12.extra de exception. & Innocen. in c. pastoralis. num.3.eod.titit.ubi Bntriga.colu.7.& Bar. in l.exceptionem.in utraque lectura: ubi etiam Sauc.num.6. C.de probation.& tradit Felin.latè in d. c. exceptionem.nu.23.extra de exception.ubi eos etiam refert, qui contrarium uerius esse censuerunt. Fœdere tamen distinctionis in concordiam reduci ita possunt. Ant enim, iuquiunt, huiusmodi dilatoriæ ad processum opponuntur, & tunc antè litem cōtestatam op-
2 ponendæ sunt; † aut uerò ad merita causæ, & tunc post litem quoq; contestatam opponi possunt; Et ita magis communiter distingunt doctores, ut inquit Abb.in d.c.exceptionem.nume. 12.uersi. & alij dicunt, quòd satis est; & idem Felin. idem sentit, licet latius explicet num.23.extra de exception. Quibus in locis doctores huius distinctionis exempla referunt, quæ, qui uidere uoluerit, eos adeat, Præterea idem uoluit Ange.Aret.in §.appellantur.nu.35. Instit.de exception.& Barba.in d.c. cum M. Ferrariensis.nu.36.uersic.octauò.extra de cōstitut. & Cappella Tholosana quæst.279.ubi distinctionem, de qua diximus, communiter à doctoribus recipi attestantur.

1 *Exceptio dilatoria, quando per ignorantiam facti antè litis contestationem, opposita non fuit, post oppon potest,*

potest, dummodo in culpa opponendi non fuerit.

1 Decimoquarto limitatur, † vt nõ procedat regula supra firmata, quando per ignorantiam facti exceptio dilatoria antè litem contestatam opposita non fuit. glo. est notabilis in l. error. in verbo facti C. de iur. & fact. ignoran. & eam ibi sequuntur Bar. nu. 13. & Iaſ. nu. 16. ubi de communi opinione attestatur, & magis communiter Docto. prout etiam de communi attestatur. Alex. in d. l. ita demum, num. 5. C. de procurator. vbi Salic. nu. 6. & Iaſo. nu 4. ad vtramq; partem hãc limitationem disputantes, qui Iaſo. eam defendend ab impugnatione doctorum, distinguẽdoque; vt ibi per eum, ad concordiã opiniones reducit. Aut enim inquit ipſe, ille, qui opponit fuit in culpa in opponendo, aut vero non. Posteriore hoc casu opponi poterit; Primo autem nequaquã, & ad hanc conclusionem omnes adducunt tex. in d. c. pastoralis. extra de exceptionibus; & eam sequitur etiã Angel. Aret. in §. appellãtur. nu. 36. Institu. de exception. & Andreas Barbatia in. d. c. cum M. Ferrariensis. nu. 36. extra de constitution. & Iaſ. in l. quamdiu. nu. 4. C. qui admitti, & Salic. in. d. l. error. nume. 10. C. de iure & fact. ignoran. & August. Bero. in c. i. nu. 18. extra de accusation. & in c. i. nu. 65. extra de iudic. & Ludouicus Romanus in l. si verò. §. de viro numer. 277. ff. solut. matri. & optimè faciunt ea, quę tradit Cardina. Zaberella in consi. 23. nu. 4.

1 *Exceptio dilatoria si antè litis contestationem à dubitante de facto omissa fuerit, poterit post litem contestatam opponi.*

1 Hæc limitatio ampliatur, † vt non solùm in ignorante, sed etiam in dubitãte; cum æquiparentur, locum habeat, prout decidunt in hismet terminis Iacob. de Arena, Cyn. & Bald. in l. manifestissimi. §. sin autem nesciens. per illum tex. C. de fur. & Sali. in l. licet. num. 3. C. de procurato. & Alex. qui prædictos refert, in d. l. ita demum. nu. 5. in fine. C. de procura. & Iaſ. in d. l. quamdiu. nu. 4. C. qui admitti.

1 *Exceptio dilatoria, quæ impedit, vt deinde procedi non poßit, post litem contestatam opponi potest.*

Decimoquintò limitatur generaliter conclusio
1 supra firmata, † quando est talis exceptio, quę si op
ponatur post litem contestatam, & si processum an-
tea factum non annullet, impedit tamen, vt deinde
procedi posit; vt de exceptione excommunicatio-
nis habetur in c. 1. de exception. in 6. & diximus satis
copiosè suprà in secunda limitatione. Etenim hæc
post litem contestatam contra Procuratorem excõ-
municatum ad impediendum, ne in futurum vltra
procedat, opponi potest, vt voluit Pau. Castren. in d.
l. ita demum; nu. 1. versi. sed quid in exceptione excõ
municationis. C. de procurato. allegans Bar. in l. ele
ganter. §. si quis post. ff. de cõdiction. indebit. & Iaſo.
in d. l. ita demum. nu. 4. versi. vltra tamen limitatur
decimò, & rursus copiosius tradit idem Iaſo. in d. l.
eleganter. §. si quis post, nu. 6. ff. de condictio. indeb.
vbi plura cumulat.

1 *Exceptio feriarum, etiam post litem contestatam opponi potest.*

1 Decimosextò † limitatur in exceptione feriarum, quæ si antè litem contestatam opposita non fuerit; postea tamen ad impediendum futuros actus; quasi successiuum grauamen cõtineat, opponi potest, per ea quæ diximus supra in 6. limitat. & ita tenet Angel. in l. prima. in prin. nu. 4. vbi etiam Alexan. in §. 1. num. 3. ff. de feri. cum alijs adductis per Iaſ. in d. l. ita demum. nu. 2. versi. duodecimò limitatur. C. de procuratoribus, & Lancellotus in sua practi. lib. 1. c. 9. de prætore. §. secundo, de offic. prætoris in causis ciuilibus, nu. 10. & Andreas Barbat. in d. c. cum M. Ferrariensis, nu. 35. extra de constitution. & Fulgo. in l. nequis. nu. 13. ff. de feri.

1 *Exceptionem dilatoriam potest iudex antè litem contestatam & post opponere, & quomodo*
2 *Iudex quòd in exceptionibus dilatorijs ultra tempus parti limitatum supplere non poßit.*
3 *Exceptione, quæ cum actione nascitur, si non opponatur à parte, à Iudice suppleri potest.*

1 Decimoseptimò limitatur, vt quò ad iudicem nõ
procedat; Nam ipse potest antè, & post talem exce-
ptionem opponere: vt inquit Paul. Castren. in d. l.
ita demum. sub nu. 3. vers. in gl. 1. ibi &c. C. de procu
rato, per tex. in l. quos prohibet. ff. de pact. Verũ ani-
maduertendũ est, Pau. Cast. magis cõiter reprobari,
vt valdè copiosè ostendit Iaſo. in d. l. ita demum. sub
2 num. 5. uersi. 13. limita. Ea potissimum ratione, † ꝙ
Iudex in huiusmodi exceptionibus, vltra tempus li-
mitatum parti, supplere non possit, vt est glo. nota-
bilis in d. l. Pomponius. §. ratihabitionem. in verbo
vt per Iaſo. ibidem, & plurimum faciunt ea, quæ vo-
luit Ioã. Amic. in consi. 112. num. 4. vbi inquit, exce-
3 ptionem † quæ cum actione nascitur, si non oppona
tur à parte, per iudicẽ suppleri posse. At dicta Cast.
vt inquit Iaſ. in d. l. ita demum. sustineri possunt in ca
su posito à Bal. in d. l. exceptionem. col. 1. nu. 2. versi.
sed reuocatur in dubium. C. de probatio. Quando vi
delicet res iudici ex actis constat, tunc enim iudex ex
officio quandocunque opponere potest, distinguen
do vt ibidem per eundem Iaſo.

1 *Exceptio dilatoria, cuius resistit, vt puta, ne continentia causæ diuidatur, post litis contestationem opponi potest.*

1 Decimooctauo † limitatur, quando est exceptio dilatoria, cui ius resistit, ut puta exceptio, ne continentia causæ diuidatur. Planè tunc etiam post litem contestatam opponi potest, ut uoluerunt Iacob. de Beluisio & Alber. sub nu. 2. uer. sed nunquid ista exceptio, & Alexand. num. 6. in l. nulli. C. de iudic. Etsi Fulgosius ibi contrarium tenuerit, prout hos omnes refert Iaſ. in d. l. ita demum. sub nume. 5. uersi. 16. limitatur. C. de procurator.

1 *Exceptio dilatoria in causa criminali post litis conte-*
sta-

testationem opponi potest.

1 Decimonono limitatur † prædicta conclusio in
causa criminali; quia exceptio dilatoria post litem
contestatam opponi potest: ut inquit Innocen. in c.
secundo. extra de causa possessionis, & proprieta. &
refert Barba. in d. c. cum M. Farriensis. num. 36. versi.
non habet locum. extra, de constitution.

1 *Exceptiones dilatoriæ pacto & conuentione coarctatæ post litem contestatam opponi possunt.*

1 . Vigesimò & ultimò limitatur † præcedens conclu
sio, quando exceptiones dilatoriæ pacto, uel conuē
tione coarctatæ, uel alteratæ essent. Quandoquidē
tunc post litem contestatam opponi possunt; ut uo
luit Guido Papæ in decis. 275. nu. 5. argumento tex.
in l. qui futurum. ff. de pact. & in l. commissoriæ. C.
de pact. inter emptorem & uenditorem; Harum au
tem dilatoriarum pacto uel conuentione coarctata-
rum, & alteratarum, exemplum posuit Guido Papę
in loco supra adducto.

1 *Perēptoriæ exceptiones dicūtur, quòd ius omne actoris perimant.*
2 *Exceptionum peremptoriarum tres litis finitæ appellantur, ob id quòd litis ingressum impediant, & quæ sint.*
3 *Exceptio præscriptionis, litis finitæ exceptio est.*
4 *Exceptiones sex litis finitæ addit Bal.*
5 *Exceptiones litis finitæ dupliciter opponi consueuerūt scilicet ut dilatoriæ & peremptoriæ.*
6 *Exceptiones peremptoriæ, quando altiorem requirunt indaginem, ad merita causæ reseruantur.*

DE EXCEPTIONIBVS PEREMPTORIIS.

CAP. III.

EXposuimus (ni fallor) satis expressè exceptio-
nes dilatorias, modò, ut propositum ordinē
obseruemus, ad peremptorias accedamus. Dicun-
1 tur † igitur peremptoriæ, quòd, ut inquiunt Docto.
ius omne actoris perimant, ut ait Guid. Papæ in di-
cto consilio 24. numero 4. & Bartholomeus Cassa-
neus in consil. 11. num. 73. & Lancelotus in sua pra-
ctic. libro primo, c. 9. de prætore. §. secundo, de offi.
prætoris in causis ciuilibus, in rubr. de exceptionib.
numero 11. & Rober. Maranta in suo tracta. de or-
2 din. Iudiciorum, membro. 9. part. 6. nume. 11. † Ha-
rum exceptionum, tres litis finitæ appellantur; ob
id quòd litis ingressum impediant; Videlicet. Exce
ptio iurisiurandi, transactionis, & rei iudicatæ. Ea
enim de causa introducta sunt, ut litibus finem im-
ponant, ut communiter declarant doctores in l. fra-
tris. ubi Riminal. nume. 1. C. de trasaction. Planè de
iurisiurandi exceptione habetur in l. prima, ff. de iu
reiurand. De transactionis uerò exceptione in dicta
l. fratris. ubi Doctores omnes, & præsertim Dec. nu
me. primo, declarat. Pariter etiam & de exceptione
rei iudicatæ habetur in l. 1. ff. de re iudicat. & te-
net Bar. in l. nam & postea. in prin. ff. de iureiurand.
& notant Docto. in c. 1. de litis contestat. in 6. & De-
ci. in consil. 436. num. 21. lib. 3. His tribus litis finitæ
exceptionibus Rober. Marant. in loco supra addu-
3 cto † quartam præscriptionis scilicet exceptionē ad
dit, ut habetur in l. fi. ubi Bar. ff. pro suo, & in l. em-
ptor, C. de præscription. long. temp. & tenet expres-
sè Barto. in dicta l. fratris. & Riminald. in consi. 430.
4 nu. 9. uolu. 3. Præterea † sex alias prædictis omnibus
addit Bal. in l. postquàm liti, col. 2. C. de pact. quas
breuitatis causa non esse referendas censuimus: Po-
5 terit quilibet, cum opus fuerit, ibi perquirere. † Ve-
rùm ad alia magis necessaria pertranseundo, scien-
dum est. Has litis finitæ exceptiones, ut inquit Ro
ber. Maran. in d. 9. memb. 6. part. nume. 11. duplici-
ter opponi consueuisse. Propterea quòd declinato-
riæ, & peremptoriæ sunt, quò fit, ut aliquando in
uim dilatoriarum opponantur, utputa cum antè li-
tem contestatam opponuntur: & tunc litis ingres-
sum, & iudicij processum impediūt. c. primo, ubi om
nes Canonistæ de litis cōtestatione, in 6. & tradit Io.
de Amic. in consi. 48. nu. 1. 6. 8. & 12. & in consi. 63.
nu. 2. & in consi. 333. num. 3. & Cuman. in consi. 39.
nu. 5. Quandoque uerò in uim peremptoriarum, ut
puta cum post litem contestatam opponuntur. Pla-
nè tunc ad merita causæ opponi censentur, ius peri-
munt agētis, & iudex de hoc cognoscit in definitiua
sententia, ut declarat Bal. in dicta l. postquā liti. col.
2. C. de pact. & in d. l. exceptionem. in fin. C. de pro-
bation. & Bal. & Alex. & communiter omnes alij in
l. nam & postea. in principio. ff. de iureiurand. & in l.
eleganter. §. siquis post transactionem. ff. de condi-
ctio. indebi. & Bal. in l. diffamari. colu. 2. uersi. modò
hic quæro unum. C. de ingen. manumiss. & Bar. in d.
l. fin. ff. pro suo, & Ripa in l. si insulam. num. 79. ff. de
uerb. oblig. Huiusmodi autem exceptiones perem-
6 ptoriæ, † quando altiorem requirunt indaginem, ad
merita causæ reseruari, & quid inducat illa reseruari
tradit Maran. in dicto suo tracta. de ordin. iudicio-
rum, part. 6. num. 9. & nu. 13.

1 *Exceptiones peremptoriæ post libellum & petitionē actoris, & litis contestationem usque ad sententiam non autem post, opponuntur.*

CAP. IIII.

HIs ita in iure existentibus, quando huiusmodi
exceptiones peremptoriæ opponantur, inspi
ciendum est: Qua in re regula præcedenti contraria
1 constituenda est; † ut scilicet post libellum, seu peti-
tionem actoris, & litis contestationem, usque ad sen
tentiam; non autem post opponantur, ut inquit Lā
cellotus in sua practica lib. 1. capite. 9. de prætore. §.
secundo, de off. preto. in causis ciuilibus: in rub. de ex
ception. num. 1. & Bertrand. in consil. 75. nu. 4. uol.
1. per tex. in l. peremptorias, ubi Bal. & alii Doct. C.
sentent. rescindi non poss. & Guid. Pap. in consi. 24.
nu. 4. uersi. si enim fuisset, & Rober. Maran. in suo tra
cta. de

cta.de ordine iudiciorum,in 6.par.principali membr.9.nume.16. & Pau. Castren. in consi. 166. colu. 3.nume.3.uersicu.sed si quæritur,& Dec. in rubr.C. de edend.num.6.

1 *Exceptiones peremptoriæ quæ sententiam penitus nō tollunt,sed modificant, tantum post sententiam opponi possunt.*

2 *Exceptiones peremptoriæ,quæ sententiam penitus nō tollunt,sed modificat tantùm, licet regulariter post sententiam opponi possint,attamen limitatur,si antè hæredi ad dicendum, & opponendum suas exceptiones,tam dilatorias & peremptorias,quàm anomalas terminus assignatus sit.*

3 *Exceptiones peremptoriæ in quibus casibus post sententiam opponi possint.*

CAP. V.

1 QVoniam autem diximus,†exceptiones peremptorias, post sententiam opponi non posse, ne quicquam omittatur;id in illis exceptionibus locum non habere animaduertendum est,quæ sententiam penitus non tollunt, sed modificant tantum: Exempli gratia in exceptione,ne quis conuenitatur: aut ab eo exigatur, ultra quam facere possit,ut tradit Robert.Maran.in suo tracta. de ordine iudiciorum,in 6.par.principali, membro nono, nume.17. Item in exceptione inuentarii hæreditatis facti: ut notat Bart.in l.1.nu.1.C.de iuris & fact.ignorant,& rursus idem Bar.in l. ex diuerso.§. fi. nu.8.ubi etiam Alex.nu.3.& 4. quos sequuntur alii, ff.solu.matrim. & Bald.in d.l.exceptionem.col. fin.numer.11.uersi. sunt quædam.C. de probationibus.& Pau. Castren. in consi. 166. colum 3.numer.3. uersi. sed si quæritur.lib.2.& Boer.decis. 53. nume.3. part.1.& Bald. in l.ab executione.colum.2.C.quor. appellatio.non recipiuntur.

2 Hanc† autem conclusionem limitant ibi Docto. si antè hæredi, ad dicendum & opponendum suas exceptiones, tàm dilatorias & peremptorias, quàm anomalas terminus assignatus esset, ut per Boer.in loco supra adducto,Præterea sunt & aliis casus quã plures,quos cōnumerat Accursius in d.l.j.in uerbo. uti.C.de iur.& fact.ignorā. in quibus perēptoria exceptio, etiam post sententiam opponi potest, quos ibi sequuntur Bal.& alii,inter quos illæ connumera-

3 tur,† quādo scilicet exceptio peremptoria post conclusum in causa superuenit. Planè tunc conclusione in causa nō obstante; opponi potest:ut tradit.Hyp. Marsil.in l.1.§.fin.nu.18.ff.de quæstio.

1 *Exceptio illa,tua,non interest,an inter dilatorias,uel peremptorias referenda sit.*

2 *Exceptio,tu non es hæres, peremptoria est.*

3 *Exceptio,ut quis non conueniatur,nisi in quantum facere potest,an sit dilatoria, uel peremptoria.*

4 *Exceptio,quòd actor non sit audiendus,sit ne dilatoria,uel peremptoria.*

5 *Exceptio rei iudicatæ peremptoria est.*

6 *Exceptio rei iudicatæ exceptio litis finitæ appellatur.*

7 *Exceptio rei iudicatæ, licet rei finitæ exceptio dicatur,quando tamen non finiat.*

8 *Iudex de qua re cognouit,iudicare debet.*

9 *Sententia contra sententiam quando ualeat.*

CAP. VI.

POstquàm uidimus; peremptoriæ exceptiones quando regulariter opponi soleant:earumque limitationes,ut hic excēpla subnectamus, satis opor-

1 tunum uidetur.† Sciēdum igitur primo loco est.exceptionem illam,tua non interest,an inter dilatorias uel peremptorias referenda sit,fuisse apud antiquos diu dubitatum. Planè Innocentius in cap.super his, num.2. & 3. extra de accusatiou. per text.in l. posthumus.§.si quis ex his, ff.de inoffi.testam.dilatoriā esse,& antè litis contestationem, prout de aliis dilatoriis supra regulariter dictum est,obiiciendam esse existimauit.Id quod uoluit etiam Dec.in l.ex cōuentione.nu.2.C.de pact. & Laucellotus Galia.in l.2.§. item si in facto.nu.16.ff. de uerb.obliga.& Cardin. Zabare.in consi.7.nu.1.& refert Inno. ubi supra,& August.Bero.in c.primo, numer.11. in fin. extra de accusatio. At uerò Angel.Perus.in d.l.posthumus §. si quis ex his numer.2. ff. de inoffic. testament. & peremptoriam esse, & optimè probari ex eo text. ob id,quòd respiciat merita causæ,arbitratur,quò fit ut usque ad sententiam opponi posit. l.1. de inof. testamen.& l.ideo,& l.siue manifestus §. tamdiu.ff. de condit. furtiua, & l. loci.§. competit. ff.si seruit. uendice. Ad tex. autem in d.§. si quis ex his, inquit: sententiam ibi latam fuisse, & ideo de eo post sententiam quærendum non esse, ut in l.cum putarem ff. famil. ercis. Verùm Paul. Castren. in d.§.si quis ex his, nume.4. fœdere distinctionis prædictas contrarias opiniones concordare conatus est. Aut enim;inquit ipse,huiusmodi exceptio ad impediendam sententiam super eo, quod petitur, pro eo, qui petit,ferri,opponitur,exempli gratia; si aliquid petis,quod habere tua non interest, ut in d.§. si quis ex his; ubi agebatur querela, & agentis,in cuius fauorē sententiam ferri non intererat. propterea quòd, ob id hæreditatem non obtinebat, & tunc peremptoriam esse,& quandocumque opponi posse, arbitratus est. Aut uerò si obtinuisset, commodum aliquod consequuturus erat.Quoniam autem ad illud agi sua non intererat, repellendus erat:& tunc dilatoriam esse:& dictum Innocentii locum habere,credit. Hac tamen distinctione non obstante Cur.Iun. in l.1.nu.8.ff.de inoffi.testamen.opinionem Angel. contra Innocentium amplexus est: omninoque esse perēptoriā arbitratu, prout etiam firmare uidetur Alciat.in consi. 100.nu.8.& Dec.in consi.302.nu.4.

2 Itidem† exceptio,tu nō es hæres,peremptoria est utinquit Zaberella in consi.72.num.11.auctoritate Speculatoris in titulo de actore, in uersi.item qui se dicit hæredem, & in uersi.sed pone, quidam dicens se episcopum,num.72.& num.75. Et ideo his est super ea contestanda, ut inquit Challaneus in consil. 11.nu.72.& 73.

Rursus † exceptio, ut quis non conueniatur, nisi in quantum facere potest, dicatur ne dilatoria, uel peremptoria,

peremptoria, uariæ sunt opiniones, de quibus in l. 3. ff. de exception. & in c. inter eos. extra de re iudic. Verùm cum uariis modis considerari posit, potest etiam ad utrâque accômodari: unde uariç in eadem re oriuntur opiniones. Planè Mainerius in l. diuus Pius rescripsit. nu. 3. ff. de reg. iur. inquit, secundùm glo. & docto. dilatoriam solutionis dici posse. Propterea quòd lex accipientem ditiorem posse euâdere præsumit. l. circa. §. 1. ff. de muner. & honor. & l. si defunctus C. de arbitr. tute. Id quod inde manifestè apparet, q actionem non perimit. Nam si peruenerit ad pinguiorem fortunam, conueniri poterit. & ideo hac in re temporalem (ut inquiunt Doctor.) & delatoriam dici posse, ambigendum non uidetur. Præterea & quò ad impediendam, & inducendam receptionem soluti, non minus etiam dilatoria dici uidetur. l. in diem & l. quod nomine, & l. nam maritus. ff. de condit. indebi. Verùm è contra, ob id quòd post sententiam in executione obiici potest. l. Nesenninus. ff. da re iudic. & l. ex diuerso. §. 1. ff. sol. matrimo. Pariter etiam, quòd litis contestationem non impedit, quemadmodum & regulariter de peremptoria dictũ est. c. 1. de litis contestatione, in 6. peremptoria dici potest, ut inquit Imo. in c. inter eos. extra de re iudi. & si dictum. c. & Imolam nõ inuenerim: sed citatur idem Imo. in c. Odoardus. extra de solution. ubi pariter Imol. non inueni; Attamen idem declarat Pau. Castr. in d. l. maritum. nu. 1. ff. sol. matrim. Hanc exceptionem inquiens cõdẽnationi congruere, & ipsam moderari, si antè condemnationem opponatur, ita ut ultra quam facere posit, nõ condemnetur. At si anteà non opponatur, sed post ipsam condemnationem, eius executionem moderare, ita ut in solidum non exigatur, sed eatenus, quatenus ille facere potest, qui multatus est d. l. ex diuerso, §. fin. ff. solu. matri. At obligationem non moderari, quia in solidum obligatus est, & in solidum agi potest, l. penul. ff. quod cum eo, notat Barto. in l. si dubitetur. de fideiuss. & Salic. in l. 1. nu. 3. C. de iuri. & fact. ignoran. Quoniam igitur hæc exceptio post sñiam opponi põt: nec eã ullo modo impugnat, sed modificat tantùm, executio perẽptoria appellatur.

† Preterea fuit etiam apud antiquos non parum
4 dubitatum, an exceptio, quòd actor non sit audiendus, esset dilatoria uel peremptoria. Qua de re meminit. Fran. Aret. in consil. 136. clarissimè. dubio. 4. in fin. & esse dilatoriam exceptionẽ arbitratus est. Verùm eius opinioni obstare satis uidetur tex. ĩ c. exceptionem, extra de exceptio. ubi expressè habetur, in quacumque parte litis contra excommunicatum talem exceptionem opponi posse: ergo peremptoria dici debet. Hanc opinionem post longam disceptationem firmat Ioan. de Anan. in c. quia frustra, col. 2. & 9. uersi. nota quòd aliquando probetur, extra de usuris subdens aliàs Florentiæ plurimum dubitari audisse; & ideo de ea ualdè disputat; & contrariis respondet; & tandem concludit. hanc opinionem pluribus iuribus & rationibus confirmare Bart. in l. eleganter. §. siquis post. ff. de condit. indebit. & Sali. in d. §. siquis. & Florian. de S. Petro ibidem: qui refert idem tenere Butriga. & rursus idem Florian. in l. nulli, & in l. sancimus. C. de indic. cum aliis, ut per Ioan. de Anan. in loco supra adducto. Has contrarias opiniones conciliat Franc. Ripa. in l. 1. §. sublata, nu. 13. ff. ad Trebel. Etenim causam inquit, propter quam lex denegat audientiam, inspiciendam esse, quandoquidem si temporalis sit causa, & processum respiciat, antè litis contestationem opponenda erit: Si uerò causa perpetua, & continua sit, uel merita causæ respiciat, & tunc in quacũque parte iudicii opponi poterit. Hanc autem distinctionem colligi inquit ex doctrina Bart. in d. l. eleganter. §. siquis post. ff. de condi. indebit. quam etiã sequutus est Sebastia. Vantius in suo tracta. de nullitat. in titu. de nullitate sententiæ ex inhabili. seu defec. manda. n. 137. dum uult, huiusmodi exceptionẽ in quacunq; iudicii parte opponi posse. Vnde utrãq; naturam retinere uariis de causis expressè apparet.
† Præterea exceptio rei iudicatæ, ut supra uidimus in
5 diuisione exceptionũ peremptoriarũ perẽptoria ẽ. Eius tamen naturæ est, ut perẽptoriè & dilatoriè opponi posit, ut inquit Feder. Senen. in cõsi. 133. nu. 3. Exempla autem utriusque naturæ sunt hæc: Primò igitur, quòd peremptoriè opponatur, text. est in c. Romana. §. si uerò uocatis de appellation. in 6. Rursus quòd dilatoriè opponatur, text. est in c. 1. de litis contestatione, in 6. & utrobique tradit Archidiaco. post Innocen. & Hostiensem, & facit tex. in l. impetrata, C. sententiam rescindi non posse.
6 † Sciendum præterea est, exceptionẽ rei iudicatę, exceptionem litis finitę appellari, ut inquit Dec. in consi. 436, num. 31. & notat Bar, in l. nam & postea. in principio. ff. de iureiuran. & notatur in c. 1. de lit.
7 contesta. in 6. Non est etiam omittendum † pro declaratione huius exceptionis rei iudicatę: ut inquit Ioan. Amicus in cõsi. 33. nu. 3. quòd licet exceptio rei iudicatæ, uti pacti, & iurisiurandi litis finitæ exceptio sit; ut habetur in l. 1. & 2. ff. de iureiuran. & in l. fin. C. de exception. & processum impediat, ut uoluit Bart. in l. fratris. C. de transaction. & uoluit Bal. in l. postquam liti. C. de pact. Attamen quando ad impediendum litis ingressum secundùm formam c. 1. de litis contestatione in 6. non opponitur. Exempli gratia, quando pars aduersa libello respõdendo, litem fuerit contestata, nullam tunc, uel quouis alio tempore exceptionem rei iudicatę opponendo. Sed ad merita tunc, & iustificationem suorum iuriũ cõpromissum, & sententiam allegauerit, & presentauerit, Immo in processu postea cum fuerit ad terminum probatorium reintegratus, pars ipsa acta omnia ratificauit, & ex consequenti nouæ liti acquieuit, super iniustitia, & iniquitate sententiæ, & melius reformandæ diuisionis, ualuit & ualet sine dubio processus, & probationes inde factæ: & iudex iudicare debet, & sententiam reuocare, cum de prædictis manifestè constet; Ita elegantissimè uoluit Innocen. & sequuntur alii in c. cum dilecti. in fin. glo. magnæ extra de rescrip. & in c. fraternitatis. extra de frigidis, & maleficiatis, & in c. cum Bertoldus
8 extra de re iudic. † Nam de qua re cognouit Iudex, iudicare debet, uulgata. l. de qua re. ff. de re iudica. & c. cum super. extra de causa possessionis & proprietatis; prout etiam consuluit Alex. in consil. 63. stantibus his. col. penul. uol. 4. & idem sequitur Lu-

do-

do.Roma.in l. admonendi, versic. nonò fallit.ff. de
iureiuran. & in l.si duo. ff.de acquir. hæredita. & in
consi.174.in fin.& Aret. in consi.73. col.2. versicu.
præterea; de eo loquens, qui de sententiæ iniustitia
disceptari passus est,& deinde rei iudicatæ exceptio
nem opposuit, vt voluit Rota decis. 84. incipiente
exequutoria impetrata, & Imo.in clem. appellatio-
nem.versi.sed diceres,de appellation.in 6.& Bald.in
l.illicitas.§.ueritas,ff.de offic.præsidis,& Abb.in c.in
ter cæteras,col.4.vbi Fel.extra de testib.& Innocen.
in cap. cum Bertold. extra de re iudicata, vbi etiam
Abb.col.15. uersic. sexta lectura confirmat dictum
Baldi in l.1.col.2.versic. quæro, an in compromisso
generali, C. quand. prouocare non est necess. dum
vult, quòd licet in generali compromisso ratificatio per
rem iudicatam a iudice decisorũ non veniat, ob id quòd
super sentẽtia liquida trãsigi non potest. Attamen si
de partium voluntate, iterum cognoscatur, valet tũc
9 sine dubio † sententia contra sententiam. l. duobus,
ff. de exception. rei indic. Id quod uoluit etiam Ca-
stren. in l. post rem. circa finem, ibi ego dico, ff. de
transac.& Bal.Sal.& Alex.in l.fratris. C. eod.titu.de
transac.& Angel.in consil.218. visa narratione. col.
2.versic. præterea est, quia in puncto, & Petr. An-
charan.in consi.183.versic.3. principaliter, & Paul.
Castren.in consi.63.consideratis omnibus. ad finẽ,
& Fel.qui hos refert,in c.inter monasterium.nu.30.
extra de re iudica. & Bal.in l.pen. ff. de his, qui sunt
sui vel alien.iur. Inquiens, quicquid obstat litis in-
gressui, compromissi quoq; ingressui obstare sole-
re. Hæc enim omnia, vt vidimus, limitantur, quãdo
quis tutus re iudicata, compromissum fieri patitur.
Concordat Ant. a Butr. ibi, & latè dicit in d. c. cum
dilecta. col.4. & in c. quoniam contra falsam. extra
de probation.dum voluit, non obstare, quòd prima
sententia notoriũ iuris præsumptione inducat, quia
secunda notorium probationis habet, quòd validius
est, & præsumptionem iuris & de iure, qua sustine-
batur prima sententia, extinguit. Cõuenit etiã Imo.
in d.c.inter monasterium,extra de re iudica. & Ant.
a Butr.in c.super literis,col.25. versi. quintò quia li-
cet, extra de rescript. vbi etiam col. 18. dicit, com-
munem esse opinionem, & facit, quod voluit Bald.
& sequitur Salic. in l.fi. C. de non numerata pecun.
dum inquiunt, si pecuniam sibi mutuò datam fuisse
quispiam iureiurando asseruerit, & deinde ad pro-
bandum contrarium admissus fuerit, perfectè, quòd il-
lud probauerit, huiusmodi probationibus, eum nõ
obstante iureiurando releuari. Quia quando periu-
rium iam detectum est, turpitudinis allegatio nõ ha
betur.l.alias,cum ibi notatis, ff. de iureiur.& firmat
Alex.in l. iudex postquam, col.7. versi. quintò fallit,
& versi.6.fallit, ff.de re iudica. & Innocen. in c. quia
pleriq;. extra de immunita. eccles.& Bal.in l.1.circa
finem.C.sententiam rescin.non posse,;& in auth. sed
hæc col.8.C.de vsur.& Bal.& Imol. in l.si quis insti
tuatur hæres.ff.de hæred.instituẽ.& rursus idẽ Imo.
in l.nemo potest.ff.de lega.1.& in c.is qui fidẽ,extra
de spons.& in c.quanto,extra de presumpt.& Ludo.
Rom.in l.stipulatio ista.§.1.col.4.ff.de verbo. oblig.
& Abb.in c.1.extra de concess.præben. & Dominic.
a santo Gemin.in d.c.in presentia,& Abb. iterum in
d.c.inter monasterium. extra de sentent. & re indic.
& Bal.quẽ sequitur Ludoui.Roman.in l.si constante
§.quoties col.pen.ff.solu.matrimon.& iterum idem
Abb.in d.c.cum Bertoldus, & Cepoll. in caute.23.
Multa alia ponit Felin. in d. c. inter monasteriũ,nu.
10 30.31.& 32.extra de re iudica. † Item exceptio di-
uisionis peremptoria est. vt tenet Bart.in l.si dubite-
tur num.3.ff.de fideiusso. & Ioan. Petr. Ferrarius in
sua pract.Papien. in forma libell. contra plures reos
deben.in versi.beneficio nouarum constitutionum,
nu.2.de peremptorijs exceptionibus hactenus.

1 *Exceptiones anomalæ seu mixtæ, quæ sint, & an sint perpetuæ vel temporales.*

2 *Exceptio excommunicationis nõ numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis an sint perpetuæ uel temporales.*

3 *Exceptio proprietatis, seu quæ concernit petitorium; concludit agentem interdicto recuperandæ non possidere, semper opponi potest in iudicio possessorio, & impedit, ne spoliatus antè omnia restituatur.*

4 *Exceptiones præterea mixtas esse rei iudicatæ iurisiurandi & transactionis nonnulli uoluerunt.*

5 *Exceptio anomala etiam ea est, quæ quandoq; etiam post sententiam opponi potest.*

6 *Exceptio subreptionis mixta vel media inter peremptoriam & dilatoriam dici, & si simpliciter etiam dilatoria dici possit.*

7 *Exceptio exclusionis an sit anomala.*

DE ANOMALIS ET MIXTIS exceptionibus. Cap.VII.

AD tertiam tunc anomalarum, seu mixtarum
1 exceptionum speciem descẽdamus. † Anoma-
læ igitur seu mixte, vt appellant statuentes nostri,
illę sunt, quę naturam aliarum exceptionum non se-
quuntur, propterea quòd & antè & post litem con-
testatam opponi possunt. † Et an sint perpetuę vel
2 temporales dubitatur, vtputa exceptio excommu-
nicationis, non numeratę pecunię, & non nume-
ratæ dotis. Hę enim peremptorię & dilatorię seu
temporales sunt, vt voluit Speculator in titu. de ex-
ceptionibus, in princ.num.7.versicu. anomalę verò.
& Rober.Maran. in tracta. de ordin. indic. parte 6.
membr.9.num.4.in fi.& Prosper Carauita super ri-
tibus magnæ curię ritu 236. num.7. & ideo dixit
Alcia.in consi.256.num.16.tradere cõmuniter Do
3 ctores † quòd quoties exceptio proprietatis, seu quę
concernat petitorium, concludit, agentem interdi-
cto recuperandę non possidere, semper opponi
possit in iudicio possessorio, & impediat, ne spolia-
tus antè omnia restituatur, vt voluit Bald. & sequi-
tur Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune,in 1.intel
lectu.ff.de acquir.possessi.& rursus idem Bal.de pac.
Cõstant.in verb.restituitur,& in l.1.C.si de momen.
possess.& iterum Bal.& Angel.in l.2. C.de edic.diui
Adrian.tollen.& Ang. in l.dolo.ff. de dol.exceptio.
Et appellatur (vt inquit Alciat. in loco supra addu-
cto) anomala exceptio; quia tam ad petitorium,

quàm ad possessoriũ opponi potest, ut uoluit Abb.
Panormita.in c.ex parte. extra de restitutio. spolia-
to. Inquit præterea ibidem Alcia. mixtam etiam ex
eo appellari posse, quòd ad utrumq; iudicium perti-
neat, & ut possessoriu m mixtum efficiatur inducat.
Præterea Salic. in l. 1. num. 11. C. de ordi. iudicio. in
4 quit † Exceptiones mixtas esse, rei iudicatæ. iusiurã
di & transactionis exceptiones: propterea ꝙ etiam
ad processum opponi possint; & ideo, dixit ipse, si in
uim peremptoriarum opponantur, incidentes dici
consueuisse: si verò in uim dilatoriarum, & sic ad
processum emergentes, & ex consequenti à modo
opponendi diiudicandas esse: ut refert Lancellotus
Corradus in sua pract. libr. 1. c. 9. de prætore. §. 2. de
offic. præto. in caus. ciuilibus, in titu. de inciden. &
emergen. num. 2. Pariter etiam August. Bero. in c. su
per literis. num. 76. extra de rescr. de his anomalis ex-
ceptionibus mentionẽ faciens, inquit. Quando subre
ptio literarum rescriptum & ad lites penitus uitiat,
illius exceptionem anomalã appellari. Propterea
5 quòd, ut ipse inquit, ea † anomala est, quãdoque ẽt
post sententiam opponi potest, ut est exceptio excõ
municationis, rursus & falsi procuratoris, ut inquit
glo. in d. c. exceptionem. in uerb. dilatorijs, in fin. &
6 ideo uult, † ut illa subreptionis, exceptio, mixta, uel
media, inter peremptoriam & dilatoriam dicatur.
Et si simpliciter etiã dilatoria dici possit, quãdo sub
reptio ex simplicitate & ignorantia prouenit; & re-
scribens aliàs etiam saltem in forma cõmuni rescri-
ptum concessurus fuisset: ut latius eo in loco prose-
quitur August. Bero. Præterea de exceptione excõ-
municationis, quòd sit mixta, ultra prædicta uoluit
Speculator in titu. de exceptio. in princ. nu. 7. & in §.
nunc uidendum. num. 8. & Prosper Carauita super
riti. magnæ curiæ, ritu. 236. nu. 7. Non est etiam hoc
loco omittẽdum, quod licet supra, & maximè in exẽ
7 plis dilatoriarum † exceptionum, exceptionem ex-
clusionis, inter dilatorias connumerandam esse, fir
mauerimus. Nihilominus, quòd sit anomala, uoluit
Corn. in consi. 85. nu. 3. uol. 4. per ea quæ tradit Bar.
in consi. incipiente, an si tutoris.

1 *Exceptiones declinatoriæ fori & in competentiæ, uel recusationis primo loco ante omnes alias exceptiones opponendæ sunt.*
2 *Exceptio in competentiæ cum opponitur, ut super ea iudicetur, necesse est.*
3 *Exceptio in competentia omnibus exceptionibus à statuto sublatis sublata non intelligitur.*
4 *Exceptiones declinatoriæ antè litem contestatam, nõ autem post opponi debent.*
5 *Exceptiones declinatorias in quacunq; iudicii parte etiam post sententiam opponi posse, quando uerum sit.*
6 *Exceptio declinatoria, quæ principali cõpetit; fideiussori, seu tessionario non competit.*
7 *Priuilegium personale personam non egreditur.*
8 *Exceptio competens principali, quando fideiussori prosit.*
9 *Exceptio præuentionis declinatoria est.*

DE EXCEPTIONIBVS DECLI-natorijs. CAP. VIII.

POstquam statuentes hic de declinatoriis exce
ptionibus mentionem faciunt, non erit fortas-
sè extra rem propositam; si & nos quoq; de eis non
1 nulla dixerimus. † Primò igitur sciendum est, exce-
ptionem declinaroriam fori, seu incompetentiæ,
uel recusationis primo loco antè omnes alias exce-
ptiones opponendam esse l. fin. C. de exception. Ra-
tio autem est, quia si alia prius opponatur, uidetur
opponens, iudicem, ut super illa pronunciet, inter-
pellare, & ex consequenti consensus in iudicem, seu
prorogatio induceretur. Vnde post modum declina
ri, seu recusari non posset, ut uoluit Barto. sequun-
tur Doctores in l. quidam consulebat. ff. de re iudica.
& præsertim Imol. & Alexand. ibi, & rursus idẽ Bar.
in l. si conuenerit. ff. de iurisdic. omnium iudic. & est
tex. de hoc in l. sed & si susceperit. ff. de iudic. & ha-
betur in c. inter monasterium, extr. de iudic. Præte-
2 rea, quando opponitur † exceptio in competentiæ;
ut super ea pronũcietur, necesse est, alioquin nisi pro
nuncietur, processus tanquam à iudice suam iurisdi
ctionem ignorante factus, non subsisteret, ut inquit
Calcan. in consilio 115. num. 4. & uoluit Barto. in l.
multum. ff. de condition. & demonstrat. & Innocen.
in c. præterea extra de dilation. & Paul. Castren. in
l. 1. in fin. ff. de ordin. cognitio. & faciunt ea, quæ ha-
bentur in l. 1. C. de litis contestat. ubi Bart. & in l. 1.
de iudic. & in c. cum venisset. extra de restitut. in in-
3 teg. Accedat etiam prædictis † quòd exceptionibus
omnibus à statuto sublatis exceptio iudicis in com-
petentiæ semper superest; ut inquit Mainer. in l. non
uidetur §. qui iussu. num. 16. ff. de reg. iur. per ea quæ
uoluit Bald. in l. 1. C. si à non competenti iudic. & in
l. generaliter. C. de episco. & cler. & in l. scire oportet
§. fin. et in l. qui testamento. ff. de excusat. tuto. & no
tat glo. quam omnes communiter sequuntur, in cle
4 mẽ. unica. de sequestra. posses. & fruct. Rursus † omit
tendum non est; prædictas exceptiones declinato-
rias antè litem contestatam. non autem post, oppo-
ni debere. l. fin. C. de exception. et l. peremptorias.
cum ibi notatis. C. senten. rescind. non posse: Guid.
Pap. quæst. 275. num. 4. et Corn. in consi. 247. num.
18. libro 2. et Sebastian. Vanti. in tract. suo de nulli-
tat. in tit. de nullita. ex defectu in habilitatis, nu. 57.
et Rober. Maran. in suo tracta. de ordi. iudicio. di-
stinct. principali. 1. 2. nu. 6. et in 6. par. memb. 9. nu.
7. et sequenti, et in 6. par. uersi. appellatur. nu. 24. et
Ioan. Petr. de Ferrariis in sua practica Papiẽsi, in tit.
de declin. uers. alien. iud. in uerb. nec fuisse, nu. 1. Ra
tio autẽ huius conclusionis est; quia si illa non op-
ponatur. Reus iudicẽ approbare censetur, et in eũ cõ
sentire. l. sed et si susceperit, ubi Bal. ff. de iudic. cũ si
mil. eãdem sentẽtiã sequitur Roman. in consi. 269. in
fine, et Cor. in consi. 209. nu. 5. uol. 2. et Lancellot-
tus Corradus in sua practica lib. 1. capite 9. de præ-
tore. §. 2. de offic. præto. in causis ciuilibus, num. 3. et
August. Bero. in c. quoniam contra falsam. nu. 171.
et num. 173. extra de probation. ubi exceptionem
hanc triplicem esse ait, ut latius ibi per eum, et idem
tenet Bartholom. Brixiensis in suis quæstio. ueneria

lit

ß:quęst.5. nu.2.& Lranfranc. ab Oria. in tracta. de
arbitr.quæst.52.nume.104. & Ioannes à Grasſis in
tractatu de ſubſtan.procurat.in uerſi.declinatorias.
nume.1.& 2. Verùm unum hoc loco omittendum
nō eſt;ſcilicet,quòd in prędictis obſeruari uidcatur,
5 † huiuſmodi exceptionem in quacūq; iudicii parte,
ėtiam poſt ſententiam, opponi poſſe:ut uoluit Al
ba in conſi.62.num.5. poſt glo.in clemen.unica, de
ſequeſtratio.poſſeſſ.& fructuum,& Alexā.in conſil.
77.col.3.uol.2.& glo.Inſtitut. dc obligat. in princ.
in uerbo ſecundùm, in fin. Id quod ſequitur etiam
Mainer.in l.omnia quæcumq; cauſæ nu.72.ff.de re-
gu.iur. Verum prædictæ obiectioni reſpondendo,
dicendum eſt:eam tunc locum habere; quando op-
poni, ignoranter fuit omiſſa;ut uoluit glo.& ſequun
tur Docto. & refert Lancellottus Corrad.in ſua
pract.lib.1.capite 9.de prætore.§.2.de offic. præto-
ris in cauſis ciuilibus,in tit.de exception.nume.3.in
6 fin. & Paul. Caſtren. in conſil. 267. Rurſus † etiam
omittendum non eſt, exceptionē declinatoriā, quæ
principali competit, fideiuſſori, ſeu ceſsionario,
non competere.l. ſi reus. ff. iudica.ſolu.& l. ſed ſi re-
ſtituatur.§.1.ff.de iudic. & l.exceptiones, quæ perſo
7 nę.ff.de exception. Id † enim cum ſit priuilegiū per
ſonale, perſonam non agreditur.l. priuilegia.& l.in
omnibus. ff. de reg. iur. prout uoluit Speculator in
tit.de competen.iudi.aditi.§.1.num. 26.uerſi.ſed po
ne clericus,& Bal.in rubr.C.de priuileg.dotis,num.
18.& Ioann. de Arno. problem. 79. & Cagno. in l.
uenditorem,nu.10.ff.de iudic.& Hyppol.Marſil. in
rubr.de fideiuſſo. quæſt.42.num.311.& Roman.
8 ſing.633. Quando autē † exceptio competens prin
cipali fideiuſſori proſit, tradit idem Hippolitus la-
tè in d.rubr.ff.de fideiuſſo.nu. 267. quæſt.36. & idē
tenet dicendo Afflic. deciſ. 206. nume. 2. & Tho-
9 mas Gramm.in conſi.34.nu.2.in ciuilib.† Præterea
exceptio præuentionis declinatoria eſt, qua citantis
iuriſdictio.uti incompetentis, declinatur, ut inquit
Bal.in auth.ſed nouo iure.num. 9. uerſi.ſed pone in
Ciuitate.Peruſ. C. de ſeru. fugit.& ſequitur Thom,
Grammat.in conſi.95.num. 29. in ciuilibus.

1 *Exceptio tranſactionis litis finitæ exceptio eſt; & litis ingreſſum impedit.*
2 *Exceptio, quem de euictione tenet actio, litis ingreßū impedit.*
3 *Exceptio præſcriptionis an litis ingreſſum, & ex conſequenti etiam compromiſſum impedlat.*
4 *Exceptio omnis, quæ litis ingreſſum impedit, compromiſſum quoque impedit.*
5 *Exceptio, quòd res non eſt communis, litis ingreſſum impedit.*
6 *Exceptio ne quis contra factum proprium, uel defuncti ueniat, litis ingreſſum impedit.*
7 *Exceptio, dolo facis petendo quod reſtituturus es: litis ingreſſum impedit.*
8 *Exceptio iuriſiurandi, quòd non contraueniet, ad impediendum litis ingreſſum opponi poteſt, nec obſtat, quòd in iureiurando deciſorio, quod à parte parti defertur, locum non habeat.*
9 *Exceptiones ad tollendum periculum animæ litis ingreſſum impediunt.*
E10 *xceptio litis deciſione, uel alio modo finitæ, impedit compromiſſum.*
11 *Exceptio litis finitæ eſt ſententia, quæ tranſiuit in rē iudicatam.*
12 *Exceptio, quæ impedit litis ingreſſum, etiam ex pacto nudo oritur.*
13 *Exceptio periurii exceptio litis finitæ eſt.*
14 *Exceptio longiſſimi temporis eſt exceptio litis finitæ.*
15 *Exceptiones litis finitæ quatenus ad proceſſum opponuntur, antè litis conteſtationem opponi debent.*
16 *Exceptio ex ſtatuto proueniens, proceſſus impeditiua dicitur, & litis ingreſſum impedit.*
17 *Exceptio, quòd ex ſtatuto affinis ad compromiſſum cogi poſſit, proceſſus impeditiua eſt.*
18 *Exceptio doli petenti aliquid ſine cauſa obijcitur.*
19 *Doli quinque ſpecies.*
20 *Exceptio, quòd non adimpleuerit ex parte ſua, litis ingreſſum impedit.*
21 *Exceptio omnis, qua actori ius nō competere apparet, litis ingreſſum impedit.*
22 *Contractibus ex innominatis utrinque alterum alteri adimplere compellentibus, ex ſtipulatu actio competit.*
23 *Exceptio, quæ altiorem indaginem requirit, poſt litis conteſtationem reſeruatur.*
24 *Exceptio, tibi non competit actio, litis ingreſſum impedit.*
25 *Exceptio, tua non intereſt, impedit litis ingreſſum.*
26 *Exceptio dilatoria, libelli impedimentum allegans, litis ingreſſum impedit.*
27 *Exceptiones dilatoriæ antè litis conteſtationem oppoſitæ litis ingreſſum impediunt.*
28 *Statutum exceptiones litis ingreſſum impedientes repellens exceptionem periurij non comprehendit.*
29 *Iuramentum etiam ſi ab hebræis præſtetur, dicitur de iure diuino.*
30 *Hebræi etiam ſi ſecundùm eorum legem & religionē iurent, iuriſiurandum ſeruare compellendi ſunt.*
31 *Exceptiones proceſſum ad ulteriora impedientes quæ ſint.*
32 *Exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuò opponi poteſt.*
33 *Exceptio non numeratæ dotis perpetuò opponi poteſt.*
34 *Exceptio non numeratæ dotis à marito uel eius heredibus an poſt decem annos opponi poſſit.*

CAP. IX.

SVpereſt modo illud, an exceptio dilatoria litis
ingreſſum impediat; Verùm cum hoc loco de
exceptionibus litis ingreſſum impedientibus dicen
dum ſit; de ea quoque eodem tempore apparebit,
1 Sciendum igitur eſt, tranſactionis † exceptionē,
litis finitæ exceptionem eſſe: & litis ingreſſum im-
pedire, ut tradit Dec.in l. fratris tui.nu.10.C.de trā
ſact.ubi Riminal.num.1. etiam de exceptione iuriſ-
2 dictionis loquitur, Itidem exceptio † quem de eui-
ctione tenet actio, impedit litis ingreſſum, ut inquit

Socin.Sen.in conſi.38.nu.22.uol.1.per text.in l.uen
dicantẽ.ff.de euiction. prout uoluerunt Bart.Bal.&
Angel.in l.3. C.de fid. inſtrumen. & iur.hoſt. fiſca.
lib.10.& Hieron. Grat.in conſi. 91. nume.7. uol. 1.
3 † Præterea an exceptio præſcriptionis litis ingreſ-
ſum,& ex conſequenti etiam compromiſſum impe
diat,Socin.ſen.in d. conſil.38.num.6. uol.1.inquit,
quamplures.ut litis ingreſſum non impediat,exiſti-
maſſe, de quibus in c.1. de lit.conteſtat. in 6. prout
uoluit Rainer.in l.1.in fin.ff.ad ſenat.conſ. Tertu-
lian.& in l.emptor.de præſcript. longi tempo. Vbi
etiam nonnulli alii hanc opinionem tenuerunt. Et
licet alii aliter diſtinguant, ut inquit Bart. in l.fin.
ff.pro ſuo,& tradunt Docto.in l. exceptionem.C.de
probation. Attamen. Socin. ſen.in d. conſi.209.nu.
5.uol.2.inquit,prædictam preſcriptionis exceptio-
nem per ſtatutum inductam,ne fiat compromiſſum
impedire. Ratio autem eſt: quia omnis exceptio,
4 †quę impedit litis ingreſſum,compromiſſum quoq;.
impedit:ut inquit Bal.in l.pen. ff.de his qui ſunt ſui
uel alie. iur. Bald. Salie.Ang. & recentiores in d.l.
fratris.C.de tranſaction.& Alcia.in conſi.394.num.
3.& 11.& Aret. in conſi.99. Idem quoq; dicendum
5 eſt † de exceptione illa, quod res non eſt communis;
nam,ea quoq; litis ingreſſum,& ex conſequenti com
promiſſum impedit,ut inquit idẽ Socin. ſen. in cõſi.
300.num.4. uolu.2. Quia ex quo poſsidet reus,&
cõmunionem negat, iudicio diuiſorio agi non po-
tuit.Sed potius rei uendicatione, uel publiciana agẽ
dum erat;& ideo talis exceptio à limine iudicii re-
pellit. Et ſi forte ſuper iudicio diuiſorio proceda-
tur;proceſſus erit nullus; vt in l.1.ubi glo. & Docto
res. C. famil.herciſc. & in l.2. & ibi Bart. & Docto.
C.commun.diui. Si ergo talis exceptio litis ingreſ-
ſum impedit: meritò & compromiſſum impedire
debet: ut uoluit Bal. in d.l. fratris,& clarius hoc de
cidit in d.l.pen.ff.de his qui ſunt ſui uel alien.iur.Et
rurſus idem Bal.in l. edita in repetitione paduana.
C.de eden.ubi ita apud Ianuæ ciuitatem conſuluiſ-
ſe teſtatur.
6 Rurſus † etiam,& exceptio nequis contra factum
proprium,uel defuncti ueniat,ſuapte natura impe-
dit litis ingreſſum:ut tradit Hieron.Grat.in conſilio
91.num.7. uol.1. per ea quę uoluerunt Docto.in l.
eleganter.§.ſi poſt.ff. de condictio.indebit.
7 Item exceptio† dolo facis, petendo, quod reſti-
tuturus es, litis ingreſſum impedit: ut uoluit Bal.in
d.l.emptor.C.de hæredit.uel action. uendi. per tex.
in l.apud.§.ſi is qui.ff.de exceptio.dol. & refert Bar-
tholo.Socin.in conſi.38. num. 23. lib.1.& ex conſe-
quenti compromiſſum prout ſequitur Socin. iun.
in conſi.80.num.7.lib.3.& in conſi.69. num.11.28.
29.89.90.& 106.eod.uol.3.
8 Pariter etiam exceptio † iuriſiurandi, quòd non
contraueniet, ad impediendum litis ingreſſum op-
poni poteſt,ut traditur in clemen.1.de litis cõteſtat.
lib.6.& in l.eleganter.§.ſi quis poſt.de condictio. in
debiti, & in l.nam & poſtea. in principio. ff. de iure-
iura.& in l. conquerebatur. ff.iudica.ſolui. & refert
Maria.Soci.ſen.in conſi.30. nu.21. uol.1.Nec quic-
quam obſtat, ſi dicatur, talem exceptionem in iure
iurando deciſorio,quod à parte parti defertur,locũ
non habere per ea, quæ notantur in l.2.ff.de iureiu-
ran.& in c.& ſi Chriſtus.eod. titu.Ibi,omnis contro-
9 uerſiæ finis:† Nam ad hoc reſpondetur, talem exce-
ptionem ad tollendum periurium propter pericu-
lum animæ litis ingreſſum impedire c. uerùm de iu
reiura.prout notauerunt Innocen. Hoſtien.& Ioan.
Andre.in d.c.1. de litis conteſtatione, lib.6.& idem
Bal.in l. poſtquàm liti.C. de pact.& in l.perempto
rias.uerſi.quæro,quod uult dicere Innoc. C.ſenten.
reſcin. non poſſe, & Ioan. à Monte ſperello in d.l.
eleganter.§.ſi poſt. ff.de condictio.indeb.& Domini
de Rota in decis.401.item ſi agat, ubi uolunt, agen
ti interdicto unde ui, prædictam iuriſiurandi, quòd
non cõtraueniet in iudicio, uel extra, exceptionem
obſtare.& Maria.Soci. Seni. in d. conſi.38.num.21.
uol.1.hanc exceptionem compromiſſum impedire
pariter exiſtimauit per ea,quæ hucuſque diximus,&
Marſil.conſi.107.nu.8.& 9.uol.2.Pariter uoluit, ꝙ
exceptio litis finitæ ſit, & litis ingreſſum impediat.
10 Pręterea † exceptio litis deciſione uel alio mo-
do finitæ, ex quo impedit litis ingreſſum, impedit
pariter etiam compromiſſum, ut uoluit eleganter
Bal.& ſequũtur recentiores in d.l. fratris.C.de tran-
ſaction. & clarius idem Bald. in d.l.penul. ff. de his
qui ſunt ſui uel alien.iur. & in d.l. edita.in repetitio-
ne paduana.C. de eden. & refert Bartol. Soc. in d.
conſi.300.nu.3.& 4.uol.2.
11 Eſt etiam § exceptio litis finitæ ſentẽtia, quę tran-
ſiuit in rem iudicatam, ut inquit Alcia.in conſil.394
nu.1.per tex.in d.c.1.de lit. conteſtat.in 6. & rurſus
idem Alcia.in l.creditori.num.11.C. de pact.inquit
12 etiam ex pacto nudo exceptionem huiuſmodi, quæ
impedit litis ingreſſum, oriri: ut ſi liti pacto renun-
ciatum ſit, d.l.poſtquã liti.C.de pact. & tradit Guid.
Papæ in conſi.74.nu.2.& Riminal. in d.l. poſtquàm
liti,nu.1.C.de pact. fauore enim extinguẽdarum li-
tium inſtar tranſactionis habet huiuſmodi conuen-
tio.l.tranſact. ff. de uerb. ſigni. item ſi manifeſte de
eo cõſtet, ut puta de documẽto publico, cõtra quod
nihil probabile aduerſarius allegat.c. quoniam. ex-
tra de filiis presbiterorum,& tradit Barto. in l. cum
quærebatur.ff.iudicat.ſolu.Alias cõnumerat Alcia.
in d.l.creditori.nu.11.
13 Præterea † exceptio periurii litis quoque finitæ exce
ptio eſt, ut tradit Hippol. Marſil. in d.conſil.107.
nu.9.lib.2.per ea quæ uoluerunt doctores in d.c.pri
mo, de lit.conteſtat. in 6.& in l.1.& in l.non erit.§.da
to.ff.de iureiurand.cum multis ſimilibus.
14 Item eſt etiam † litis finitæ exceptio, longiſſimi tẽ
poris exceptio, ut inquit idem Riminal.in conſ.430.
nu.9.uol.3.per text.in eod.c.1.de l.t.conteſt. in 6.
15 Huiuſmodi † autem litis finitæ exceptiones, qua
tenus ad proceſſum opponuntur, antè litis conteſta-
tionem opponi debent, ut uoluit Cuma. in conſil.
39.num.5.
16 Adhuc † etiã exceptio ex ſtatuto proueniens pro
ceſſus impeditiua dicitur,& impedit litis ingreſſum
ut Ait.Curt.in l.ſiquis in conſcribendo.nu.43.C. de
pact.per ea quæ uoluit Bal.in l. poſtquam liti.nu.7.
& 8.C.eod.titu.
17 Et ideo animaduertendũ eſt, † illam exceptionẽ,
quòd uirtute ſtatuti affinis ad compromittendum

cogi posſit,proceſſus impeditiuam eſſe. Quo caſu ſubintrat alia regula, quòd omnis exceptio, quæ eſt impeditiua proceſſus, dicitur etiam impeditiua cõpromiſsi:vt voluit Bal. quem ſequuntur communiter ſcribentes ibi, & præſertim Iaſ. in d. l. fratris. C. de tranſactio. De hac autem ſtatutaria exceptione affines ad compromiſſum cogente,in eo ſtatuto vbi de compromiſsis inter coniunctos faciendis tracta-
18 tur: Deo dante latius dicemus † Rurſus etiam exceptio doli petenti aliquid ſine cauſa obijcitur. l. 2. §. circa.ff. de exception. & refert Socin. Iun. in conſil.
19 80. numero 7. lib.3. † Doli autem quinque ſpecies declarat Cagno.in l.qui cum alio.§.non debet.num.
20 ſecũdo.ff.de reg.iur. † Præterea exceptio, quòd non adimpleuit ex parte ſua; ergo non poteſt exigere: quia non ſeruãti fidẽ ſeruanda non eſt.l. cum proponas.la ſecõda.C.de pact.& l.Iulianus.§.offerri. ff. de actio.empti.litis ingreſſum impedire videtur.Quandoquidem cum lex antè implementum actionẽ non concedat,ut talis exceptio proceſſum impediat, ex conſequenti dicendum eſt,cum ſine actione agatur, vt dixit Bal.in l.mater.ff.de inoffic. teſtament. & facit illud,quod notat Barto.in l. cum quærebatur. ff.
21 iudica. ſolu. dum ait, omnem exceptionem, † qua actori ius agendi non competere apparet, litis ingreſſum impedire,quem ſequũtur etiam alij, in l.nã & poſtea.in prin.ff.de iureiurand.Quod comprobatur ex ijs,quæ notat Bald.in l.poſthumo.C.de collation. Verùm his non obſtantibus, quòd huiuſmodi exceptio litis ingreſſum nõ impediat:firmat Alcia. in d.conſi.394.num.9.ob id, quòd in hac exceptione ſtipulatio hinc inde,& iuramentum cum clauſulis efficacibus interuenit,& ideo quòd actio nõ competat,dicendam non eſt, vt tradit Barto. in l. ex pluribus. in fin. C de rer. permutat. Et licet in contractibus innominatis,niſi ei, qui ex parte ſua adimple
22 uerit, actio non detur.d.l.cum proponas.† Attamen in contractibus innominatis vtrinque alterum alteri adimplere compellentibus ex ſtipulatione actio competit.l.in ciuile.vbi Bal. C. de rei vendicat.& licet in effectu non competat, ſatis tamen eſt, quòd ipſo iure ad hoc,vt lis conteſtetur, competat.d.§. offerri.vbi id notatur.

23 Præterea ex quo illa exceptio altiorem indaginẽ requirit, poſt litis conteſtationem reſeruatur, vt dicit Bar.in d.l.cum quærebatur,& Guid. de ſuzar. C. de iur.& fact.ignor.& Alexand.in l.vir bonus.in additionibus ad Bartol.ff.iudica.ſolut.& ita inquit Alciat. ſemper in practica obſeruari; & iudicari vidiſſe.

24 Item exceptio,vbi nõ competit actio;litis ingreſſum impedit:vt tradit Mainer.in l.non ſolet, nu. 26. ff.de reg.iur.quia(vt ſupra diximus) nemo ſine actione audiri debet.d.l.ſi pupilli.§.uideamus.ff.de nego. geſt. vbi hoc notat Bart. & facit l. quoties.§. item ſi pro temporali.ff.de adminiſtrat.tuto.& Nicol. Bellon.in conſi.25.num.1. & Dec.in conſi. 302.pro tenui.col.1.

25 Item exceptio † tua non intereſt, impedit litis ingreſſum; vt voluit Bar.in l. ſi pupilli.§. videamus.ff. de nego.geſt.& in l.ſi vnus.§. ante omnia.ff. de pact. & in l.Papinianus.§.ſi quis impubes.ff.de inoffic.teſtam.vbi Ange.idem dicit.

26 Item exceptio † dilatoria libelli impedimẽtũ allegans litis ingreſſum impedit: vt voluit Bertran.in conſil.129.nu.2.lib.1.per ea quæ notant Bal. & Felin.in c. exceptionem. de exception. & eſt gloſ. optima,Inſtit.de oblig.in prin.Id quod voluit etiam Ange.Aret.in §.æque.col.10.Inſtit.de exception.

27 Præterea † etiam exceptiones declinatoriæ, antè litis conteſtationem oppoſitæ litis ingreſſum ita impediunt,vt in cauſa procedi non poſsit, vt poſt longam diſceptationem,multaſque auctoritates voluit Bartol. Cepol.in conſi.64.nu.1.2.3.4.& ſequen. de his autem exceptionibus litis ingreſſum impedientibus tradit etiam latè Felin.in d.c.exceptionem. extra de exceptionibus, & quod opponi debeant in exordio litis;voluit Hipol.Marſil.in l. ſi quis ne quæſtio. nu.16.ff.de quæſtion.

28 Addendum etiam prædictis cenſuimus, † ſtatutũ exceptiones litis ingreſſum impedientes repellens, exceptionem periurij non comprehendere,vt tradit Soci.iun.in conſil.125.numero 2. & 6.lib.3. per ea quæ voluerunt Docto. in l. ſiquis maior. C. de tranſaction.& uoluit Speculator in titu.de acto. colu.5. verſi.itẽ quòd eſt periurius, & quòd etiam hebræis
29 noceat,tradit ead.in l.Soci.† quia iuramentum generaliter loquendo,etiam ſi ab hebræis præſtetur, dicitur de iure diuino.c.& ſi Chriſtus. extra de iuriuran. & illud omnino ſeruare debent,vt poſt Innoc.quem & allegat,voluit Imol.in conſi.1.col.4.verſ.item nõ videtur bona reſponſio.

30 Intelligitur autem hoc, † dummodo hæbrei ſecũdũ eorũ legẽ,ſuamue religionem iurent.c.monet 1. c. 22.quæſt.1.prout etiam refert & ſequitur Dec.in l. pactum quod dotali, nu.13.C. de collatio. vbi alios refert;Si igitur iuramentum de iure diuino habetur, immo & naturale:vt inquit Imol.in loco præallegato,vt etiam hebrei iurantes iuramentum ſeruare debeant ex conſequenti dicendum eſt,& ſi periuri poſtea fuerint; iure optimo à ſummo Pontifice, & ſuis miniſtris, tamquã ſuæ legis tranſgreſſores puniendi erunt.quemadmodum etiam, ſi circa eorum legem præuaricatores, ſeu Hæretici eſſent, vt ſingulariter dicit Inno.in c.quod ſuper his. col.2. verſ.itẽ video.
31 extra de voto.† Quæ autem ſint exceptiones, quæ proceſſum ad vlteriora impediunt, tradit Robert. Maran.in ſuo tract.de ordiu.iudic.par.4. diſtin. 20. per totum,& Signoro.de Homod. in conſil. 79. numero octauo.

32 Præterea † vt ſupra etiam diximus, exceptionẽ nõ numeratæ pecuniæ perpetuò opponi poteſt: vt voluit Dn.in c.locupletari.de reg.iur.in 6. & referunt Canoniſtæ in c.fin.extra de ſolution.& Ludoui. Roman.in conſi.445.nu.6.& in conſi. 44.nu.2.

33 De exceptione † non numeratę dotis idem tradit Ludoui. Roman. cum eadem ſit ratio l. illud. ff. ad lega.aquil.& l.à Titio.ff. de verb. obligation. Id autem canonica æquitate procedit: Rurſus etiam, quòd creditores ſemper exceptionem non numeratę dotis opponere poſsint,firmat Guid. Pap.in conſi.47.nu.4.verſic. & hæc dicuntur per ea, quę valdè copioſè voluit Bar.in auth.ſed iam neceſsè C.de donation. ante nupt. vbi Ioann. Fab. Illud tamen animaduer-

maduertendum est, quòd idem Guid. Pap. in consi.
34 204. nu. 2. uoluit, huiusmodi † exceptionem post de
cem annos à marito, uel eius hæredibus opponi non
posse, per tex. in authē. quòd locum, circa medium,
ibi si decenniū transierit. C. de dot. caut. non numera. ubi etiam Azo idem tradit.

1 *Exceptiones peremptorias quare statuentes reliquerint.*

2 *Exceptiones mixtas cur potius quam peremptorias posuerint.*

3 *Exceptiones post terminum à Statuto præfixum opponi non possunt.*

4 *Exceptione post terminum à statuto uel lege præfixū, an quis uti possit, dicens nuper causam ad eius notitiam peruenisse.*

5 *Exceptiones peremptoriæ & mixtæ quatenus naturā peremptoriarum assumūt; an possint post litem contestatam de iure communi, ut earum est natura, opponi.*

6 *Exceptiones mixtas summa ratione statuentes expresserunt.*

7 *Exceptiones mixtæ appellatione declinatoriarum & dilatoriarum non ueniunt.*

8 *Statutum si terminum ad opponendum omnes exceptiones peremptorias statuat, eas, quæ ad processum in uim dilatoriarum opponuntur, non comprahendi.*

9 *Mixtum in iudiciis sub simplici nō comprahenditur.*

CAP. X.

POstquam ea, quæ ad intelligentiam ipsarū exce-
ptionum facere uidentur, exposuimus: superest
modò, ut breuiter nōnullas obiectiones, quę subori
ri uidentur, amoueamus. Primò igitur, cū supra dixe
rimus, exceptionū tres esse species, dilatorias scili-
1 cet, perēptorias, mixtas, si fortassè quæratur † quare
statuentes de dilatoriis declinatoriis, & mixtis tan-
tum, peremptoriis relictis, mentionem fecerint,
respondendum uidetur, id à statuentibus non sine
magna ratione factum esse. Præterea quòd, cum de
termino quinque dierum, post citationem parti ad-
uersæ antè litis contestationem concesso, loquerentur;
merito illas exceptiones eo in loco retulerunt,
quæ antè litem contestatam opponuntur. Omnes
nāque alias, præter exceptiones perēptorias, antè li-
tis cōtestationē opponi, supra satis superq; uisum ē.
2 Verùm si rursus instetur † de anomalis, & mixtis,
quæ etiam secundùm prædicta post litem contesta-
tam opponi possunt, à statuentibus tractatum esse.
Respondetur, eam ipsarum naturam esse, ut & antè,
& post opponi posśint, & ideo ut hoc loco statuen-
tes, de illis casibus, in quibus antè litem contestatam
opponuntur, senserint, intelligendum est. Nam exce
3 ptiones † post terminum à statuto præfixum opponi
nō posśūt, ut uoluit Anton. à Butr. in cap. pastoralis,
extra de exception. & sequitur ibi Abb. col. 8. uersi.
ego melius, & refert Bartholo. Socin. in consi. 83. nu.
28. uolu. 4.
4 Si uerò † quæratur, an posśit quis post terminū à
lege uel statuto præfixum, dicens nuper eam ad eius
notitiam peruenisse, uti exceptione. Respondendum
est, id ei concedendum non esse, nisi quā diligentis-
simè, an sibi cōpeteret, perscrutatus sit: ut uoluerūt
Anto. à Butri. & Abb. post glo. in d. c. pastoralis. ex-
tra de exception. & tradunt recentiores in l. de die
§. si seruus. ff. qui satisdat. coga. & refert Marian. So
cin. iun. in consi. 24. nu. 5. uolu. 1.
5 Rursus si adhuc quæratur, † quid de exceptionibus
peremptoriis, & mixtis, quatenus naturam perem-
ptoriam assumunt, an posśint post litem contesta-
tam de iure cōmuni: ut earum est natura, opponi. In
hoc iuri communi, cum fuerit id à statuto omissum,
inhærendum arbitror. Regula namque est uulgatisśi
ma, ut in casibus à statuto ommisśis ad ius cōmune
recuratur. l. commodisśimè. ff. de liber. & posthum.
& l. si extraneus. ff. de condictio. ob causam: & l. si ue
rò. §. de uiro, & l. si cum dotem. ff. solut. motrimo. &
tradit Soci. Iunio. in consi. 9. nu. 3. & in consi. 95. nu.
10. & in consi. 170. nu. 5. uolu. secundo. Et Alexan-
drin. in consi. 16. nu. 4. & Ias. in d. l. si extraneus. in pri
mo nota. Potest optimè ex eo comprobari, quòd si
rectè animaduertatur, statuentes hoc loco, etiā quò
ad alias exceptiones ius commune non corrigunt,
sed tantummodo tempus ad litem contestandam cō
stituūt, & iterim quando exceptiones, quę etiā secū
dum ius commune antè litis contestationem oppo-
nuntur; opponi debeant. Verùm de hoc infra dicetur,
cum de litis contestatione tractabimus.
6 Pręterea etiam animaduertendum est; statuentes †
hoc loco optimè de mixtis exceptionibus expresśè
mentionem fecisse. Nam licet diclinatorias, & dila-
7 torias exprępsissent, ob id tamen † mixtæ non com-
præhēdebantur, quemadmodum etiam dici solet: si
iudex terminū ad opponendum omnes exceptiones
8 peremptorias statuat, eas † quę ad processum in uim
dilatoriarum peremptoriè opponuntur, non com-
præhēdi, de quibus habetur in c. 1. de litis cōtestatio
ne lib. 6. & si mixtæ exceptiones dicantur, ut inquit
Abb. 1. c. pastoralis. extra de exceptionibus. Accedat
etiā, ꝙ materia iudicii stricta est. l. j. ubi notatur. C. si
9 res una senté. Vnde † mixtum sub simplici nō conti
netur, ut uoluerunt ibi docto. & tradit Alcia. in l. 2.
nu. 25. uersi. 3. infertur. ff. de uerb. obl. Et si in termi-
nis statuti nostri hanc quæstionē superuacuā esse cē
seamus, cum nō uim faciant statuentes in generibus
exceptionum, nec quænā opponi posśint hoc loco
perquirāt: sed tantūmodo tēpus proponere, quo op
poni debeant, quę antè litē contestatam opponi so-
leāt, circūscribere proposuerint, quæ etiā si expres-
sæ nō fuissent, nō minus cōpræhēsę essent. At eas ad
maiorē ac faciliorē declarationē exprimere, & no-
minare uoluerunt.

DE ACTIS IVDICIARIIS. §. XIIII.

Quas exceptiones iudex recipere, & in actis scribi, & proponi facere teneatur.

1 *Acta apud iudicem in publicā formam, ad perpetuā fi*
dem

dem faciendam redigi debent.
2 *Acta coram iudice facienda coram tabellione exequi non posse.*
3 *Instrumenta coram tabellione non producunt, nec testes iurant.*
4 *Confessio coram tabellione facta in criminalibus ad torturam sufficit.*
5 *Confessione facta coram tabellione potest quis beneficio iam adepto priuari.*
6 *Confessione corã tabellione facta, potest quis ad com parendum coram iudice competenti compelli.*
7 *Confessio clerici coram tabellione laico, uel iudice lai co ei non nocet.*
8 *Confessio facta coram iudice prohibito non ualet.*
9 *Acta coram consultore fieri non possunt.*
10 *Consultor dilationẽ ad aliquid probandum, uel indu cendum dare non potest.*

CAP. I.

PRo clariori horũ uerborũ declaratione, sigillatim de uno quoq; : quid nobis opportunũ uide bitur, tractabimus. Primò igitur ibi iudex, sciendum
1 est, † acta apud iudicẽ in publicã formã ad perpetuã fidem faciendam ac firmitatẽ cõstituendã redigi de bere l. gesta. iuncta gl. C. de re iudi. & l. in donationi bus. C. de donation. & refert Io. Milleus in sua praxi criminali, informnla accusationis num. 64. Et ideo dixit Ange. in aut. hoc inter libros §. si quis autẽ. n. 2.
2 C. quẽadmodũ test. ordinen. † acta coram iudice fa ciẽda corã tabellione expediri nõ posse. Vnde factũ
3 est ut † corã eo instrumẽta nõ producãtur, & testes nõ iurent, ut uoluit; glo. in dicto §. si quis autẽ, in uer bo hic nota. & concordat tex. in l. iubemus, ubi glos. & in l. interrogatã. C. de libera. cau. Pariter etiã nec defenditnr, ut inquit prædicta gl. facit tex. in l. instar, cum glo. C. de iur. fisc. lib. 10. nisi fortasse confessio coram tabellione mandato & iussu iudicis facta fue rit; ut notat egregiè Innoc. in c. quoniam contra fal-
4 sam. extra de probatio. Illa tamen † confessio in criminalibus coram notario facta ad torturam sufficit ut tradit idem Inno. in c. sicut. extra de testibus, quia etiam extraordinariè inferẽda est infamibus l. ictus fustium. cum glo. etiam ut confessus. ff. de custod.
5 reorum. Potest etiam † quis ex tali confessione beneficio iam adepto priuari. capit. per inquisitionem
6 in uerb. ecclesiasticis, extra de electione, † item ob illam ad comparendum coram iudice competenti urgeri, ut tradit Inno. in dicto c. per inquisitionem; & Archidiac. in capit. fin. de iureiurand. in 6. Id tamen
7 de clerico † corãm tabellione laico, uel laico iudice confitente, intelligendum non est. Propterea ꝙ
8 illa confessio corãm † iudice prohibito facta est, & ideo non ualet, ut uoluit rursus Innocentius in d. ca. per inquisitionem. Hæc igitur acta licet coram iu-
9 dice fieri debeant, secus tamen erit † coram consulto re. ut tradit Angel. in l. si quis iudex, nu. 2. C. de relatio. propterea quòd apud eum acta fieri nõ debent. Sed causa plene instructa ad eum transmittenda
10 ex; Vnde etiam est, nt † consultor dilationem ad aliquid probandum, uel inducendum dare non sit. l. cũ à nobis. ubi uidetur casus. C. de dilation.

1 *Exceptionem non uerosimilem iudex recipere non debet.*

CAP. II.

PRæterea ibi recipere sciendum est, iudicem ex
1 ceptionem † non uerisimilem recipere non debere. cap. super hoc. extra de renunciation. ibi not. Anto. à Butr. & habetur in l. satis apertè. C. de falsis, & uoluit Ioan. And. in addition. ad Specu. in titu. de lega. §. nunc dicendum, in additione incipiente iam ponit uerba Rofredi, & Cassaneus in consilio 54. nu mero 45.

1 *Acta quæ dicantur.*
2 *Acta sunt quæ sunt in iudicio.*
3 *Facta sunt; quæ fiunt extra iudicium.*
4 *Gesta sunt quæ fiunt sine uerbis.*
5 *Acta duplicia sunt alia acta litis, alia iudicii.*
6 *Acta litis quæ sint.*
7 *Acta iudicii quæ sint.*
8 *Acta iudicii etiam ea sunt, quæ litis contestationem tendunt.*
9 *Acta iudicii non causa, seu litis, pereunt perempta instantia.*
10 *Actorum & gestorum alia Bellameræ differentia.*
11 *Actorum & gestorum alia Io. Corra. differentia & Ioan. de uicomerca.*
12 *Act. s de omnib. statuentes intellexerunt. & infra nu mero 16.*
13 *Actorum appellatione omnia comprehenduntur, quæ in iudicio fiunt.*
14 *Acta aliquando propriè antè litem contestatam non dicuntur.*
15 *Præparatoria iudicii dicuntur, quæ fiunt antè litem contestatam, non autem de actis.*
17 *Citatio propriè appellatione actorum non comprahen ditur.*

CAP. III.

RVrsus ibi actis, notandũ est: ut declarat Guid.
1 Papæ in decis. 516. num. 2. † Acta propriè di ci scripturas de ijs confectas, quæ in iudicio apud iudicem acta, uel dicta sunt: ut inquit gloss. in l. acta in prin. ff. de re iudic. & parte aduersa præsente, ut probat tex. in c. quoniã contra falsam, extra de pro-
2 batio. inde habemus acta gesta & facta; † Acta sunt
3 quæ fiunt in iudicio. † facta quæ fiunt extra iudiciũ
4 & gesta † quæ fiunt sine uerbis: utputa scribere, uel fodere, ut habetur in l. 2. circa principium, ibi acta facta & gesta. ff. de curato. bonis dan. iuncta. l. Labeo la secunda. ff. de uerb. signi. & alibi dicit Archidiac.
5 in c. indemnitatibus. de electione lib. 6. † acta dupplicia esse, uidelicet acta litis, et alia acta iudicii. Nam testium attestationes, confessiones, ac tandem om-
6 nia factum respicientia; † litis acta potius; quàm iu
7 dicij appellari debent. † Alia uerò, ut cautiones, satisdationes, & consilia, iudicij tantum acta censeri uidentur, prout etiam, ut inquit ibidẽ Guid. Pap. intelligere uoluerunt Inno. & Hostien. in c. cum cau

ſa.il primo,circa fin. extra'de teſtibus.Pręterea acta
8 † iudicij ea ſunt,quæ ad litis ordinationem tendnnt
vtputa libellus,litis conteſtatio,& ſimilia,vt volue-
runt Canoniſtę in c.cauſamque.il primo,extra de te
ſtibus,& legiſtæ in l.ſecunda,C. de eden. & Alexan.
in conſilio 58.per totum,& in conſi.61.col.2. & 3.
lib.primo,& Afflic.deciſ.148.& Maran.in ſuo Spe-
cul.aureo,in quinta parte principali,nu.41. Illud ēt
9 animaduertendum eſt,† ꝙ perempta inſtantia acta
iudicij non cauſæ ſeu litis pereunt, vt de hoc latè tra
dit Ronca Gallus olim concurrens meus in almo Pi
ſano Gymnaſio,in l.ex duobus reis ſtipulandi,num.
10 17.ff.de duobus reis.† Præterea aliam quandam in-
ter acta & geſta differentiam ponit Egidius Bella-
mera in deciſio.67.ex intentione ſancti Thomæ &
11 Philoſophorum,† & aliam Ioan.Corraſius in l.quę
acta nu.1.ff.de offi.procurato.Cæſar.& Ioan.de Vi
comercato,in l.2.nnmero 20.& ſeq.C.de eden.ani-
12 maduertendum tamen eſt,† ſtatuentes in terminis
noſtris de omnibus actis tam iudicij, quàm litis, &
13 cauſę,intellexiſſe. † cum actorum appellatione om-
nia comprehandantur, quæ in iudicio ſiunt.d.l.ge-
ſta C.de re iud.& tradit Alex.& ſequuntur alij in l.is
apud quem.C.de eden.ubi Ioannes Purpuratus nu.
4.& eſt gl.in l.2.ff.de cura.bon.dan. ſiue ſint in for-
ma iudicij ſiue non,ſecundùm Bal.in dict.l. is apud
quem col.2.ver.extra quęritur,& prędictá,l.is apud
quem;ampliat Inno.in c.1.extra de probationibus,
& eandem declarationem poſuit idem Bal.in l.ſecū
da,C.ut lit.pend.vbi de emancipatione, cura, & de-
creto iudicis loquitur.& latè Fel.in c.quoniam con
tra falſam.in 5.notabili,extra de probatio. & Alex.
in l.lecta colum.prima,ff.de re iudi. Propriè tamen
14 loqnendo † acta antè litem conteſtatam non dicun
tur,vt voluit Bald.in auth.clericus,colum.ſecunda,
ver.deinde quæritur.C.de epiſco.& cler.& compro
bat Dec.in rub.extra de iudicijs in prima lect.col.
6.ver.iuditium propriè,& idem voluit Franc. Curt.
iunior in d.l.is apud quem, numero ſecundo,vbi &
Ioan.de Vicomerca.numero 21. Præterea,quòd ſit
ea differentia,an latè vel ſtrictè acta accipiantur, pa
tet;nam,vt inquit Iaſ.in conſilio 31.numero 2.vol.
15 primo.Ea quæ ſiunt ante litis cōteſtationem, vt eſt
citatio,& oblatio libelli,proęmia,vel præparatoria
iudicij dicuntur,non autem de actis,vel proceſſu;vt
eſt gl.nota.in §.ſi.ſuper verbo ex proęmijs,in Auth.
in med.lit.non fier. ſacras iuſſio:& Bal.in d.auth.cle
ricus.C.de epiſc.& cler.& in l.prima,§.ſimiliq; mo-
do ſecundo.C.de lati.liber.tollen.& Ang.in l.prima
circa principium.C.de pręſcriptio.long.temp.dum
ait,actus,qui ſiunt ante litem conteſtatam pręludia
litis futuræ appellare;latè etiam declarat Dec.in d.
l.is apud quem,num.1.C.de edend.Verùm,vt ſupra
16 diximus,† ſtatuentes hoc loco de omnibus quæ co-
ràm iudice ſiunt,intellexerunt; non autem de actis
propriè:vt eſt poſt litem conteſtatam,cum ſupra vi-
ſum ſit,eos primam citationem in actis iudicis de-
ſcribi voluiſſe:coràm quo talis lis, vel quęſtio venti
17 labitur,& tamē vt vidimus † citatio propriè appel
latione actorum non comprehenditur.

1 *Sententia an appellatione actorum comprehendatur.*
2 *Sententia ab eo notario ſcribenda eſt, vt valeat, qui à ſtatuto introductus eſt, & ſecundum formam ſtatuti electus.*
3 *Sententia à iudice coram aliis fertur, non à tabellione coram iudice.*
4 *Sententia ſcriptura à tabellione actorum coràm iudice fit.*
5 *Statutum noſtrum etiam de ſententia intelligendum eſt.*

CAP. IIII.

VNVM tamen antequàm ad alia trāſeamus,
1 perquirendum eſt,an,† ſcilicet ſententia acto
rum appellatione comprehendatur;quia in re, & ſi
non nulli comprehendi noluerint,per tex.in l.à pro
conſulibus.C.de appellatio.Propterea quòd ſenten
tia pro diuerſa ſpecie ab ipſis actis ponatur.l. ſecun-
da,vbi notatur.C.vt lit.pend.Id quod & nominis di
uerſitate ſuadetur,argumento.l.ſi idem.C.de codi-
cil.Attamen contrarium verius eſt,vt notat gloſſ.in
l.in fraudem.§.neque inſtrumenta.ff. de iur. fiſc. ubi
inquit acta,ideſt definitiuam ſententiam;& hāc opi
nionem glo.ſequuti ſunt Guid. de Suza. & Oldrad.
Lau.Cyn.& Alber.in l.ſecnnda, C.vt lit. pendent. &
Guilhel.à Cuneo in l.ędita.C.de eden. & latè reſpon
dendo contrariis tenet Ioannes de Vicomercato in
d.l.is apud quem,num.ſecundo,C.de eden.pręterea
banc eandem opinionem ſequitur Iaſ.in d.l.ſecūda,
num.5.C.ut lit.pend.per tex.in l.acta,& in l.actorū
vbi Doctores,& præſertim Alex.num.5.ff.de re iu-
dic.& Canoniſtæ in c.quoniam contra falſam.extra
de probatio.& in c.in pręſentia. extra de renuncia-
tio.& in c.prudentiam. in prin. extra de offi.delega.
& Corn.in l.geſta.numero 6.C.de re iudic.& Augu
ſti.Bero.in ca.quoniam contra falſam,nu.56.& 58.
extra de probatio.& Iaſ.in d.l.actorum,col.3.verſi.
tandem,& ideo dixit Bal.in conſilio 137.numer.1.
vol.3.ſi à ſtatuto modus eligendi notarium, qui ea,
quæ ſiunt coram iudice,deſcribat,pro forma tradi-
2 tus ſit:ita vt alij credendum non ſit, ſententiam quo
que ad hoc,vt fides ei adhibeatur,ab eodem, eo mo
3 do,& forma electo,deſcribendam eſſe:† & ſi ſenten
tia coram iudice non feratur,ſed à iudice corā aliis.
Mouetur autem ratione in ſtatuto deſcripta; nā ea
dem ratio in ſententia eſt,cum licet ſententia à iudi
4 ce feratur,† ſcriptura tamen de ea a tabellione acto
rum coram iudice fit.l.ne in arbitris. C. de arbitris:
& notatur in l.iubemus.C.de libera. cauſ.Secundò
pręterea mouetur;quia actorum nomine ſententia
continetur,vt inquit Cyn.in l.penulti.C.quan.libel.
princip.datur,& ideo dixit Bal.in d.conſil.exiſtima-
te, ſi aliter electus notarius ſententiam deſcribat,
5 ei ſtandum non eſſe. Intelligendum igitur erit † ſta-
tutum noſtrum etiam de ſententia, ut infra latius
dicetur.

1 *Acta an omnino in ſcripturam redigenda ſint, ita vt aliter fidem non faciant.*
2 *Documenta legitima quæ dicantur.*
3 *Conteſtatio litis partium confeſſione apparere potiſt.*
4 *Acta iudiciaria quæ per teſtes probari poſſint.*

Acta

5 *Acta omissa testibus probari posse.*
6 *Error actorum testibus probari potest.*
7 *Acta iudiciaria quæ scripturam requirunt.*
8 *Acta iudiciaria quæ scripturam non requirunt.*
9 *Aacta ex usu & consuetudine in scripturam rediguntur.*
10 *Acta in parua causa scribere necesse non est.*
11 *Nuncij relationi de re modica statur, & supra in §.9. cap.2.nu.11.*
12 *Acta scripta non dicuntur, quando quis ad tribunal accedit verba solummodo proferens, nihil in scriptis producendo, sed notario tantummodo mandat, ut illud, quod ipse dicit, describat, sed per notarium in scriptura redacta.*

CAP. V.

PRæterea in verbo scribi, pro ipsius faciliori declaratione nõnulla adnotanda sunt, & primò,
1 ex quo statuentes in actis describi voluerũt, an† acta in scripturam redigi omnino oporteat, ita vt aliter fidem non faciant. Qua de re Egidius Bellamera in decis. 67. inquit, licet c. quoniam contra falsam, satis clarè acta in scripturam redigenda esse appareat. Arbitrari tamen, vt sine scriptis fieri possint: probariq; per testes, præterquàm in definitiua sententia: vt legitur à contrario, & notatur etiam in c. fin. de re iudica. in 6. & Salic. in l. litigatoribus. C. de appellation. Rursus etiam Alexand. de Neuo in consi. 39. nu. 15. in 1. volum. consiliorum matrimonialium diuersorum, inquit, acta iudiciaria regulariter scripturam non requirere, licet in scripturam redigi debeant d. c. quoniam contra falsam: extra de probation. vbi in fin. probatur: acta, etiam si in scripturam redacta non sint, per testes, vel alias probationes probari posse: vt patet ex fine d. c. quoniam contra falsam, dum dicitur, quòd si Iudex acta iudiciaria in scriptis redigi non curat, à superiore puniendus est; nec pro ipso processu præsumitur nisi quatenus legitimis documentis constiterit; & sic vult ille tex. etiam si acta iudiciaria in scriptis redacta non sint, legitimis documentis probari posse:
2 † legitima autem documenta dicuntur testes, vel instrumenta: vt inquit glo. in c. pia. in verbo documentis, in 6. & pro hac conclusione est optimus tex. in c.
3 fin. extra de probation. vbi litis † cõtestationem confessione partium probari posse apparet. Præterea hanc conclusionem, quòd acta scilicet iudiciaria,
4 etiã si nulla sit de eis facta scriptura, testibus † probari possint firmant Innocen. Ioann And. Anton. à Butr. & Abb. in d. c. quoniã contra falsam, & Paul. Castren. in cõsi. 2. in Christi nomine amen, pro euidentia, quod quæritur.

Contrariam vero opinionem tenuerũt Innocẽt. in c. 2. in fin. extra de libell. oblation. scilicet, omnia acta iudiciaria necessariò scripturam requirere prout voluit glo. ordinaria in d. c. quoniam contra falsam. in verbo præsumitur. in princ. extra de probatio. & Cyn. in l. 2. C. de emancipat. libero. & in l. emancipatione. C. de fid. instrument. & in l. errore. C. de testament. & idem notat Bart. in l. ne in arbitris. C. de arbitris, & ideo in hac doctorum contra-
5 rietate Cy. hunc in modum distinguebat, Aut † acta amissa sunt, & testibus probari possunt; alioquin scriptura necessaria sit, vt ipse ait in d. l. 2. cuius opinionis videtur glo. ordinaria in d. c. quoniam contra falsam. in verbo præsumitur. Hanc distinctionem sequitur etiam Ange. & Innoc. qui in hoc variauit: vt ex locis supra adductis liquidò apparet. Idem voluit Cyn. in d. l. errore, quando in actis erratum esset
6 † nam tunc error ille testibus probari poterit, & ita intelligere videtur illud, quod notat Innocen. in d. c. quoniam contra falsam. in fin. Verùm Bald. in d. l.
7 ne in arbitris. aliter distinguendo dicit † quædã sunt acta, quæ suapte natura scripturam requirunt, vt puta libellus, & sententia definitiua; Item actus iuramenti; & illa scriptura, vel testibus, qui ita actum & scriptum fuisse deponant. probanda sunt, & ita pro-
8 cedat vna opinio. † Alia verò acta iudiciaria sunt, quæ scripturam non requirunt, vt puta exceptio, sententia interlocutoria, & similia, & illa testibus probari possint, vt in auth. nisi breuiores; & ita declarãdo veritatem esse attestatur Vitalis de Cambanis in tracta. clausularum, in clausula an reductioni ad arbitrium boni viri posit renunciari nu. 55. & 56. Verùm quicquid dicant, vsus & consuetudo inua-
9 luit, † vt acta in scripturam redigantur, quæ non solùm in Italia; sed extra quoque Italiam communiter obseruatur. At in terminis statuti nostri; cum vt in actis describantur à statuentibus sancitum sit: Meritò talis dispositio ad hoc vt fidem faciant, vt supra vidimus, obseruanda est.
10 Hæc tamen conclusio in parua † causa limitari solet: nam in ea si iudicis simplex verbum sufficit, cui standum est, pariter etiam si acta non scribantur, standum videtur, vt est tex. in auth. nisi. C. de sententex breui. recitand. vbi Bart. & in §. si tibi. in Authen. de manda. Principium. & in §. necessitatẽ. in Auth. vt Iudic. sine quoquo suffragio, & habetur in auth. si verò. C. vt omn. iudic. & in c. si quis cũ clerico 11. quæst. 1. iunctã glo. ibi, in quibus iuribus propter rei modicitatem, sine scriptis proceditur. Comproba-
11 tur ex eo, quòd nuncij de re modica relationi creditur. l. ea quidem. C. de accusation. & c. cum parati. de appellation. & tenet Cyn. in l. si quis decurio. colu. 1. C. ad leg. Cornel. de fals. & l. magis puto. §. eadem ratione. ff. de reb. eorum, & l. 1. §. sanè aliàs. & §. pen. ff. de offic. præfect. vrbis, & l. diuus Adrianus. aliàs diuus, la secõda. ff. de custo. reor. & l. 2. aliàs, palatinos C. de collat. fun. fisca. & glo. in verb. in iudicio. in c. venerabilibus. §. secus. de sentent. excommunicationis in 6. & glo. in verbo non probatur in c. proposuisti 82. distinc. & glo. in verbo in executionibus, in c. si testes. §. testes quos. 4. quæst. 3. & Bald. in c. ex parte, col. 4. versi. quæro quid de confessione. quæ fit corãm, extra de confessis, & Lapus in allegat 77. tabellio publico sub responsione. colum. 1. in fin. & Bald. in c. præterea. col. penul. in fin. versi. extra quæro, de testibus cogendis, & Gandinus in tracta. maleficiorum sub rubr. quomodo de maleficijs cognoscatur-post principiũ versi. non numquam ponũtur, & Bar, in extrauag. ad reprimen. in versi. pro nunc. in fin. & Hostien. in summa in tit. de dolo, sub rubr. de contumacia.

tumacia.§.qualiter ver.quid si absens, & Roman.in consilio 497.diligenter perscrutatis singulis. col.t. ver.obligatur il secondo.& Bal.in d.c.quoniam cōtra falsam, colum.7.ver.quæro, quid est exceptio,& Barbatia.in l.si dari, colum.4.ff. de verborum oblig. & Soc.in regu.89.denunciantibus, limitat 4.& rursus Barbat.in l.sciendum, colum.57.in prin.ff.eo.de verb.obli.& recentiores Hispani in l.Gallus col.18. in princip.ff.de libe.& posthum.& Iaso. in l. sanum mente.post principium.C. de transaction. & in l.senium ætatis post principium.C.qui testamē.facere possunt,& Bal.in c.venerabilis, colum.1. versic. vbi & ipse,extra de dolo & contumacia,& Gandinus in tractatu maleficiorum sub rub.de citation. in fine, & iterum Barbatia in l.in illa colum.14. in fin. ff.de verb.oblig.sed iudex est persona magis digna,ergo à fortiori ei credi debet.Preterea pro hac cōclusione addncitnr tex.in authen.vt clerici apud proprios Episcopos,in prin.aliàs.§.primo,& in l.leuia.ubi notatur.ff.de accusatio.& in l.3.§.fi.C.de priuile.schola.lib.11.& hanc quoque limitationē sequitur Bar. in l.iubemus.§.fanè.in fi.C.de sacrosan.ecclesi.& Mathesilanus singul.1.& Soc.in reg.5. incipiente acta. & Abba.in capi.primo, colum.17. extra de liberali causa & Bar.in d.l.leuia.in fi.ff. de accusatio.& Anto.à But.in consilio 33.quæsita prædicto. pōst medium;& Bal.in cap.in præsentia.versicu.quæro nun quid ille extra de renunciationibus, post Ioannem Andreæ in c.in genesi.extra de electione, & Bald.in c.de appellatione,extra de appellationibus:& Old. in consilio 244.ad obiecta que fiunt.post principiū & Soc.in regula 233.libellus,fallentia 4. & Speculator in ti.de senten.§.iusta,colum.3.uersicu.non valet,& rursus in ti.de libellorum conceptione.§. nūc dicendum,post principium,versi.3. & latissimè pro sequitur Franciscus Niconitius in dic.capitu. quoniam contra falsam.in 3.notab.nume.1.& 2. cum sequentibus,extra de probationibus,& latius Vitalis de Cambanis in tracta.clausularum, in clausula, an reductioni ad arbitrium boni viri possit renunciari,num.55.& 56,& si practicam Florentinam refe rendo,dicat Florentiæ in vsu esse,& practicari,vt in omnibus causis summariis acta in scriptis fiat. Propterea quòd procurator ea prius in thalamo describit,& iudici producit,notariumque rogat,vt in scri
12 pturam reducat,† Quando autem quis ad tribunal accedit, uerba solummodo proferens, nihil in scriptis producendo, sed notario tantummodo mādat, vt illud, quod ipse dicit, describat, tunc huiusmodi actus sine scriptis dicitur. At per notariū in scripturam redactus.

1 *Acta aliquando uerbotenus in iudicio fiunt,licet iudex in acta redigat,& tamen in scriptis fieri non dicuntur.*

2 *Acta quando domi describuntur,& iudicibus ita descripta traduntur,& deinde apud acta rediguntur, in scriptis fieri dicuntur.*

3 *Acta quotiescunque secundum iuris communis dispositionem in scripturam non rediguntur,probari possunt testibus.*

CAP. VI.

Ntequam ad vlteriora transeamus,quædam pro verborum huius statuti declaratione recēsenda sunt. Primò igitur,dum in eo dicitur. Quas exceptiones iudex recipere & in actis scribi,q̄ poni
1 facere teneatur.† Sciendum est,aliquando verbotenus acta in iudicio fieri, licet iudex in acta redigat, & tunc acta in scriptis fieri non dicūtur; prout mul
2 tis in locis obseruatur. Aliquando verò † domi describuntur, iudicibusque ita descripta traduntur,ac postmodum apud acta rediguntur, vt Florentiæ in vsu esse,& practicari attestatur, & tunc acta in scriptis fieri dicuntur. De hac igitur Florentina practica uidentur hic statuentes intelligere; dum inquiūt; Et iudex recipere.Planc acta si in scriptis confecta non essent;vtique iudex recipere non posset; ita igitur statutum hoc nostrum,& intelligendum est, & practicatur; pront quotidie obseruatur. Quando
3 autem † secundum iuris communis dispositionem in scripturam non rediguntur, probari possunt. hoc est, quando neque in scriptis facta, neque verbotenus dicta in scripturam à tabellione redacta essent.Quod autem testibus acta probari possint uoluit glo.parua in l.si prætor.§.Marcellus.ff.de iudic. & rursus gl.in l.quoniam.C.de hæretic.& in l. quoties.§.fina.& in l.curent.de testibus,per quam idem notat expresè Innocent.in dicto capitu. quoniam contra falsam,extra de probation.& ibidem Ioann. And.in nouella,& Salic.in l.litigatoribus,numero 3.C.de appellatio. & Alexand. de Neuo in consilio 39.numero 15.inter consilia matrimonialia diuersorum,lib.j.

1 *Acta non solùm in scripturam redigi,sed etiam fieri ex postulare videtur statutum nostram,& an pro forma introductum sit.*

2 *Acta si secundùm formam statuti descripta in actis sint,si amittantur,an per testes probari poßint,scilicet in scriptis gesta fuisse.*

CAP. VII.

St etiam hoc loco pro intelligentia huius sta-
1 tuti nostri animaduertendum: † Quatenns nō solum,ut acta in scripturam redigentur,sed etiam (vt diximus) fiant,exigere vr̄; an id pro forma à statuto introductum sit. Quandoquidem si pro forma id à statuentib.introductum dicamus,acta,de quib. agitur,per testes probari non poterunt,vt notat Sal. in d.l.litigatorib.nu.3.C.de appellatio.dū ibi inquit posito etiam q̄ notarius acta, quæ suapte natura à principio scripturam non requirunt, non scripserit; & tunc per testes probari poterunt. At uerò si sint acta,quæ ab initio legis dispositione in scriptis fieri debent,& tunc per testes probari non poterunt.
1 Vnum tamen † non omisero: planè si forma conscribendorum actorū seruata sit,ob id,quòd in scriptis facta,vel redacta fuerint, si tamen deinde fortè amittantur,per testes tunc probari poterunt, uidelicet in scriptis gesta fuisse,vt tradit Salic. in dic.l.litigatoribus,num.3.C.de appellat.per text.in l.quoniam

niam,ubi notatur.C.de hæretic.& uoluit Innocen. in d.c.quoniam contra falsam.in fin.extra de probation.& Andr.Barbat.in consilio 71.illud afferam.co lum.ult.lib.4.& Tiraquel.in tracta.de utroq; retrac. titu.1.§.7.gloss.2.num.1.& Bal.in consi.150.nu.4. lib.2.& Soc.sen.in consi.46.nu.45.libr.3.& Ancha. in consilio 276.nu.3.& Ioan. de Amic.in consil.93. num.6.& Ruin. in consi.16.nu.5. & Paul. Castren. in consilio 60.num.2.lib.1.& Bal.in c.Albericus. nu mero 2. extra de testibus. & Angel. in l.si prætor.§. Marcellus.numero 6.ff. de iudic. & in l.emancipatio ne,numer.1.C.de fid.instrumen.& Salic.in l.quoniã num.3.C.de hæretic. & manicheis & Paul.Castren. in l.ambiguitates,num.3.de testamen.& in l.1.§. sed consultò.nu.2.ff.de his quæ in testam.delent.& Fran cus in c.& si sententia.num.3.de re iudic. in 6. & Fe lin.in dic.c.quoniam contra falsam,uers. nonò quæ ro,extra de probation.& Bar.in l.ne in arbitris, nu. 3.& 7. C.de arbit.& Fulgos.in l. si autem. num. 1.ff. de re.uendicat.& Alex.de Neuo in consilio 39.num. 15.inter consilia matrimonialia diuersorum, uol. 1. & Ludouic.Roman.in singula.6.nu. 1.& Lranfranc. in d.c.quoniam cõtra. num.21.de testibus, & in suo tracta.de appellationibus,nume. 122. & Hyppolit. Marsil.in rubr.C.de probation.num.361. Redeundo itaq; ad statutum nostrum, arbitror ego, ut si forma statuti adimpleta acta fortassè amitterentur, possent etiã in terminis statuti nostri testibus, uel aliis legitimis probationibus probari, & si Thomas Grãmat.in consil.86.num. 28.in ciuilibus, acta testib. probari non posse, omnino uoluerit.

1 *Acta a quibus describi debeant stante statuto quòd iudex describi faciat.*
2 *Tabelliones & nuncios, ubi electi non sunt, eligere possunt, iudices, & quid in casu necessitatis.*
3 *Notarij duo si sunt deputati, & unus acta describere incipiat, alter, nisi accidat, ut pra ægritudine, uel ab sentia impediatur, se intromittere non poterit.*
4 *Consultor communi partium consensu si sit electus, alter se intromittere non poterit.*
5 *Tabellio partium cõsensu electus, tanquam suspectus nisi noua suspitionis causa superueniat, remouendus non est.*

CAP. VIII.

1 Rursus ad uerba statuti nostri redeundo, cũ in eo dicitur, describi faciat, † Quæritur, à quib. describi debeant. Qua in re breuiter. à tabellione, seu eo deficiente à duobus aliis, ad illa acta conficien da deputatis, respondendum est d.c. quoniam cõtra falsam, extra de probation. & tradit Alexan. in con sil.120.nu.4.lib.7.& Alber.in d.l.is apud quem. nu. 1.C.de æden.ubi Dec.num.7.& August. Bero. in d. c.quoniam contra.num.19. & Ioan. de Vicomercato in d.l.is apud quem, num. 25.C. de eden.

2 Illud etiam hoc loco † adnotandum est, Iudices et sibi tabelliones, qui acta conficiant, & nuncios ubi à Republica electi non essent, eligere posse. Qui quidem à iudice ita electi, sine rationabili causa, usq; ad finem totius causæ remoueri non possunt; ut uoluit Bal.in d.l.2.C.quomo. & quand. Iudex, & in l. gesta.C.de re iudic.& in l.1.& 2.ubi notant Docto. C.de sportul.& tradit gl.in §.sin uerò absint. in uerbo inuentarium, in Auth.de hæredib.& falcid.& notant Doctor.in l.1.ff.de offic.procons. & per illum tex.quem ad hoc ibi ponderant Iacob. Butrigar. & Bal.etiam rursus notat Barto.in l.cum sententiã. C. de sentent.& interlocution.omni.iudic.& Bald. in l. fin.C.de iure del ibran.Id autem in casu necessitatis limitatur, ut inquit Affli.in c.licet Vannellus num. 24.in tit.si de feud.fuerit controuersia inter dominũ et agnatum, in uerbo feudum; Immo inquiunt, si
3 duo † tabelliones electi sint, & unus acta describere inceperit: alter deinde, nisi fortasse accidat, ut primus ægritudine, uel absentia impediatur, se intromittere non poterit. ut tradit Bald.in l.prima, C.de sportul.et in auth.sed iudex.C.de Epis. & cleri.Quē
4 admodum enim † consultor communi partium con sensu, communibusq; impensis eligitur. ut tradit Bart.in l. 1. C. de relation. Ita etiam & tabellio ex partium confidentium consensu et communibus ex
5 pensis eligendus est. Qui † quidē postquam electus fuerit, ut suspectus recusari non potest, nisi noua su spitionis causa accedat, ut inquit Bald. in locis allegatis, et est tex.notabilis cum glo. prout ibi Angel. ponderat.in §.et quod sæpe.in authent.de trien.& se miss.et Bart.in l.cum sententiam. C.de sentent. Florentiæ autem huiusmodi tabelliones, qui acta describant, sorte extrauntur. Quibusdam uerò in locis ad omnes causas eliguntur; Alibi autem in qualibet mutantur, prout moris et consuetudinis est.

1 *Acta a iudice an describi possint.*
2 *Intellectus tex. in l. 1. C. defensò. ciuit.*
3 *Tabellio quando aliquid ex mandato iudicis in actis describit, id protestari debet.*
4 *Facit qui per alium, quando ipse facere uideatur.*

CAP. XI.

1 Posset preterea hoc loco dubitari, † an huiusmodi acta à iudice describi. possint, ut puta si fortassè Iudex de tabellione dubitet, exempli gra-
2 tia; quia Iudex in aliqua causa, uel arduo maleficio sit, uelitq;, ut res secretò tractetur, uel, ut diximus causæ tabellioni fidem non adhibeat: an ipse Iudex acta describere, ut probent & fidem faciant; posit. Qua in re eum posse dicendum uidebatur per tex. in l.2.C.de Magistrat. conuenien. et in l. prima, C. de defensor.ciuitat.ubi Imperator cum iudici loquere tur, et acta, inquit, conficias, ergo quòd Iudex acta describere posit, dicendum uidetur. Contrarium tamen, his non obstantibus, determinarunt Iacob. ab Aren.& Alber.in d.l.is apud quē. C. de edend. et Innocen.in d.c.quoniam cõtra falsam. extra de probation.ubi expressè indicem, siue de causa ciuili, sinè criminali loquamur, acta describere nõ posse, uolue runt, ut probent, ut uidetur casus apertus & clarus in dic.c.quoniam contra falsam, ubi inquit summus Pontifex. iudici credendum non esse, nisi quatenus ex publico documento appareat; Disponit igitur ibi tex.

tex.ad hoc,ut scriptura probet,ut manu publici notarij non autem iudicis descripta sit oportere, ut uoluit etiã Iacob.ab Aren.in §. ex prouincia. & ibi glo. in auth.de defensoribus Ciuitat. Præterea hanc sententiam sequitur Speculator in titu.de instru. edit.§. satis uidetur . uersi. 1.& Ioan. à Vicomercato in d. l.is apud quem,nu. 26. C.de eden. His uerò quæ in
2 cõtrariũ deducebantur † de tex.in l.1.C.de defensor. ciuitat.dum ibi dicitur,acta conficias, respondet,ut corã se cõfisci faciat,intelligendum esse. Pro quo ac cedant, quæ notat Speculator in uersi. supra allegato. Et ideo dixit singulariter Innoc.in d.c. quoniam
3 contra falsam, † quando iudex tabellioni præcipit ut aliquid in actis describat, ut puta, quòd testis uacillauerit,uel quid simile,tabellionem : quando hoc in actis describit, ꝙ hoc mandato iudicis facit, pro testari debere. Id quod satis uidetur comprobari ex ijs,quæ notant Docto. & præsertim Alber. in l.quoniam iudices. C.de appellatio. Rursus ille tex. dum in eo dicitur, acta conficias, scilicet per tabellionem intelligi potest. Propterea quòd qui per alium facit ipse facere uidetur,& ideo Vlpian.in l.2.§. qui mortuum.ff.de religios. & sumpt.funer. Qui mortuũ, inquit, in locum alienum intulerit, uel inferri curauerit,tenebitur in factum actione. Planè pro uno & eodem,quod intulerit,uel inferri curauerit, eodem in loco habere uidetur Vlpia. adhoc, ut tali actione teneatur. Pariter igitur in d.l.uerba illa, acta conficias ad tabellionem referenda uidetur. Hoc est, ut iudex per tabellionem cõficiat,& præsertim cum coràm
4 eo,& ad eius instantiam fiant. Quando † autem qui per alium facit, ipse facere intelligatur, latè diximus in d.l.2.§.qui mortuum.ff.de religios.& sumpt.fune. Hæc autem conclusio in terminis statuti nostri locũ habet; cum in eo dicatur, iudex recipere, & in actis scribi, & proponi facere ten atur. Videtur enim statuentes descriptionem ipsorum iudicum excludere.

1 *Tabellio non tenetur quicquam edere, nisi mandato iudicis & sua mercede recepta.*

CAP. X.

POstquam in ipsos tabelliones acta describẽtes incidimus, nonnulla alia de eis, antequàm ad ulteriora transeamus,referenda erunt. Primò igitur
1 sciendum est,actorum † tabellionem, nihil nisi mandato iudicis,& sua mercede recepta, scribere, uel ędere, teneri.l.prætor.in principio, ubi tradit glo.ff. de eden. & uoluit Bar.in l.1.C. de tabu. libro 10. & in l.1.§.ff.fur.aduers.naut.caup.stabu.& Bal.in l.prouidendum. C. de postulan.& tradit Ioan. de Amic. in consi.147.super dubio quæstionis, nu.20. prædictos referens.

1 *Tabellia originalem et scripturam, seu,ut aiũt, matricem dare non debet.*

CAP. XI.

1 SEcundũ etiam notandum est,actorum† tabellionem,nemini matricem,ut aiunt, siue originalẽ scripturam dare debere,ut est tex.expressus in c.quoniam contra falsam,extra de probation. & tenet Speculator in titul.de testibus.§.publicatis,uersi.quid si tabellio. de fide instrumentorum,& refert & sequitur Io.de Amic.in consi.106.nu.7.

1 *Tabellia quæ per iudicẽ expedienda sunt, ipse nisi mãdato iudicis expedire non potest.*

CAP. XII.

1 TErtiò actorum tabellio,quæ † per iudicem expedienda sunt, ipse nisi mandato iudicis expedire non potest, ut uoluit Ang.in l.uideamus §.deferre autem,nu.2.ff.de in litem iurand. per ea quæ uoluit glo.notab.in l.instar.in uerbo computatio, in fi. C.de iur.fisc.lib.10.

1 *Actorum,quæ scripturam non requirunt, tabellio quẽlibet rogatus esse potest.*

CAP. XIII.

1 QVartò omittendũ nõ est, actorum,quæ † scripturam non requirunt, tabellionem quemlibet,etiã ꝙ non sit ipsius causæ,rogari posse: ut noluit Riminal.in consi 66.nu.13.lib.1.per ea quæ uoluit Salic.in l.post sententiam.C.de sentent.

1 *Notarius actorũ absque iudicis præsentia, partis cõfessionẽ in iudicio, absque eo quòd a iudice sibi iniũctum fuerit, an recipere & instrumẽtorũ productionet, uel etiam testibus de ueritatem dicenda iusiurãdum deferra posit.*

2 *Notarius testes de consensu partium sine iudicis iussu recipere non potest.*

3 *Notarius an sine iudice petitionum responsiones recipere posit.*

CAP. XIIII.

1 QVintò quæri potest, an † Notarius actorum, absque iudicis præsentia partis confessionẽ in iudicio absque eò, quòd à iudice sibi iniunctum fuerit,recipere: itidem & instrumentorum productiones,uel etiam testibus de ueritate dicenda iusiurandum deferre possit. Qua de re Bald. in §.inter sacramenta, quem refert ibi Afflic.in glo. quarta, numero 67 in titul.de pac.iuramant. firman.in usib. feud.ut Notarius causa huiusmodi confessiones,nisi mandato iudicis recipere non possit, arbitratur; per ea quæ uoluit glos. in l. iubemus. C. de libera. caus.& ideo dixit idem Bald.in l. præcipimus. C. de
2 appellation. quòd licet† scripturas recipere possit testes tamen etiam partium consensu, & uoluntate non poterit, ut rursus dicit idem Bal.in titul. de pace Cõstan.in uerb.causis.Illud tamen animaduertendum est, quòd idem Bald. sibi contrarius anth. quæ supplicatio.C.de præcibus. Imper. offeren. cũ de scripturis presentandis,uel exhibẽdis loqueretur contrarium uoluit. Propterea quòd fides iudici nõ autem actorum, notario facienda est, & Ludouic. Roman.in consilio 518.in casu propositæ cõsulta

fistrationis voluit, vt instrumenti productio, parte absente, & non citata, iudici fieri possit, per ea quæ voluit Bal. in l. si quando. C. de testamen. & in l. fin. C. qui admit. Hanc tamen instrumētorū productionem eo modo factam parti non citatæ præiudiciū non parere arbitratur, per tex. in l. fin. C. de fid. instrum. & tradit Bar. in extranag. ad reprimen. in verbo de plano. Præterea, an testium iuriiurandum recipere possit, tradit Afflic. in titu. quæ sint regalia, in versi. potestas. nu. 43. in vsibus feu. Rursus etiam an sine iudice petitionum responsiones recipere pos-
3 sit, † tradit remissiuè Hippol. Marsil. in l. de minore. §. plur. mum quoque. num. 23. ff. de quæst. Quicquid autem sit de iure communi, ex stilo & consuetudine huius Ciuitatis notarij actuarij iuramenta testium, & responsiones positionum recipiunt.

1 *Notarius licet aliquo particulari officio priuetur, ut puta ut apud Iudicem actorum magister esse non possit: instrumenta conficere non impeditur.*

CAP. XV.

1 Sexto hoc loco adnotandum est, † Notarium aliquo particulari officio priuatum; vt puta, vt apud iudicem actorum magister esse non possit, instrumenta tamen facere non impediri: vt voluit Afflic. in c. imperialem. 13. notab. nume. 44. de prohib. feud. alienat. per Federic. per tex. in §. fin. in Authen. de tabellion. & in l. secūda. C. de numerar. & actuar. libr. 12.

1 *Notarius vnius banci, seu curiæ se in causis alterius intromittere non potest.*
2 *Prorogatio coram notario alterius curiæ fieri non potest.*

CAP. XVI.

1 Septimò præterea non est omittendum, † notarium vnius (vt dicunt) banci, seu curiæ, seu in causis alterius intromittere non posse; vt voluerūt Bald. & Fulgos. in l. repetitæ. C. de episcop. & cleric. per ea quæ voluit glo. singularis in l. quicūq;. C.
2 de execur. & exactoribus, lib. 12. & ideo † coràm eis prorogatio fieri nō posset, cōprobant prædicta per ea, quæ dixit Ias. in l. si per errorē. col. 1. & 2. & præsertim nu. 6. ff. de iurisd. om. iud. & refert Hipp. Marsil. in l. fin. nu. 105. ff. eod. titu.

1 *Notarius in his, quæ ut priuata persona deponit, fidem non facit.*

CAP. XVII.

1 Octanò sciendum est, † Notarium actorum in his, quæ vt publica persona deponit, fidē facere, secus verò si vt priuata. Id quod etiā de qualibet alia persona publica dicendū est, vt tradit Ias. in cōsi. 62. col. 2. nu. 3. vers. & quāuis notario, lib. 1. per tex. in c. ad audientiā. extra de præscri. ita intelligens notata p Bal. & Sal. in l. si quis decurio. C. de fal. vbi expressè inquiunt. Notario publico in his, quæ scripsit, quia testis iuris est, credendum esse, ut ibi latius per Ias.

1 *Notarius actorum quando instrumentum mandati recipit procuratorem mandatum habere, verbo certificare potest.*

CAP. XVIII.

1 Nonò ultra prædicta sciendum est, † notarium actorum, quando instrumentum mādati recipit, procuratorem mandatum habere uerbo certificare posse, ut inquit Raphael Fulgosius in consil. 195. quidam procuratorio nomine, ubi hác opinionem pluribus confirmat, quā refert & sequitur Ias. in l. 1. nu. 4. C. de procuratoribus.

1 *Notarius qui aliquo in loco iudex est, acta coram se facta saltem in causis minoribus scribere potest.*
2 *Duplici officio an quis fungi possit.*

CAP. XIX.

1 Decimò satis ad propositā materiam facere ni detur, † notarium, qui (ut sepe accidit) aliquo in loco iudex est, acta coràm se facta, saltem in causis minoribus scribere posse, & ex consequenti duplici persona, iudicis scilicet, & notarij fungi: ut uoluit gl. quam sequuntur Doct. in l. iubemus. §. sanè. il primo, in fin. siue in uers. bis quoq;. C. de sacrosan. eccle. & præsertim Bar. nu. 14. 15. & 16. Inquiens, ita ex consuetudine in Thuscia seruari, & Bal. col. 2. nu. 3. versic. modò potest intelligi. Id in notarijs & officialibus comitatus exēplificās, & Sal. ibidē nu. 1. & Pau. Cast. nu. 10. in fin. & alij oēs vno ordine. Præterea idem tenet Egidius Bellamera in c. cū à nobis, n. 11. extra de testibus: dum inquit, tabelliones quorūdā locorū moribus receptos iudices esse, & Mattheo Silanus in notab. 1. cum additione, quæ plures cumulat, & ad contraria respōdet. Hác quoq; conclusionē tenuit Saluettus super statuto Florentino; sub rubr. 95. in fin. lib. 2. inquiens, id in officialibus comitatus Florētiæ obseruari, q iudices & notarij sunt, actaq; scribunt, & Feli. in c. quoniā cōtra. n. 2. & n. 85. vers. 8. quæro. extra de probationibus, dum inquit, regulariter Iudicē, qui est Notarius, acta coràm se facta scri-
2 bere non posse; † cum nemo duplici officio fungatur, vt est glo. quam sequitur ibi Feli. in c. tertio, eod. titu. extra de probation. prout notat Innocent. & sequuntur alij in d. c. cum à nobis. extra de testibus. Id autem, inquit ipse, in causis minoribus, & in potestatibus castrorum locum non habere, qui acta scribere coràm se facta, & officium iudicis exercere possunt: vt tradit Felin. in d. c. quoniam contra. num. 85.

1 *Notarius ab initio causæ semper ad scribenda acta adhibendus est.*
2 *Notarium ad scribenda acta non solum ordinarius,*

sed

sed etiam iudex delegatus deputare debet, & quod possit.

3 *Notarium ad scribenda acta partes, si communi consensu eligant, nihil agunt.*

4 *Notariorum actorum subrogatio in locum impedit quomodo facienda sit.*

CAP. XX.

VNdecimo pro maiori prædictorum declaratione animaduertendum est. ab initio causę,
1 † Notarium semper ad scribenda acta adhibendum
esse, argumento. l. primæ. cum ibi notatis. ff. solnto.
2 matrimo. & l. semper. ff. de iur. immunitat. † Quam
quidem notarij deputationem non solùm ordinarius, sed etiam iudex delegatus facere tenetur, vt est
tex. in d. c. quoniam contra. ibi, extraordinario, de
probationibus, & in c. statutum §. notarium. vbi Dominicus à Sancto Geminiano, de rescript. in 6. Vbi
etiam non solùm vnum, sed etiam duos notarios iudicem eligere posse, manifestè apparet, vt inquit Aug
ust. Bero. in d. c. quoniam contra falsam. nume. 46.
3 Hæc autem notariorum † deputatio ita à Iudice facienda est, vt litigatores, quando etiam de quopiam
notario eligendo conuenirent, eum sine iudice eligendo nihil agant; tum quia iurisdictionem dare nō
possunt, tàm etiam quia ipse notarius, non partes,
sed ipsum tantum iudicem recognoscere tenetur, vt
inquit Bal. in d. c. quoniam contra falsam. post Cyn.
in l. repetita. C. de Episco. & cleric. & rursus idem
Bal. in l. testamenta. col. 1. C. de testamen. Possent tamen, vt inquit Beroius in eodem c. quoniam contra
4 falsam. numer. 49. casu quo actorum † Notarius impeditus esset, alium, qui officiū impediti fungatur,
donec impedimentum adsit, subrogare, vt voluit
Bald. in l. prima. C. de sportul. & in l. 1. ff. de offic.
consul. & in l. fin. colum. 2. versic. quæro, si notarius.
C. de re iudica. Arbitratur tamen eodem loco Beroius, huiusmodi subrogationem consensu & voluntate iudicis faciendam esse, argumento. l. priuatorū.
C. de iurisdict. omn. iudic. Id quod ex eo comprobari videtur, quòd subrogatio cum ijsdem qualitatibus fieri debet, vt probare videtur tex. in d. c. quoniam contra falsam, cum de subrogando in defectū
notari duos viros loquens, iudicis factum expresserit. Alioquin scripturis notarij fides non adhiberetur, argumento text. in dicto. c. quoniam contra falsam, & facit text. in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iur.
fisc. & voluit Bald. expresse in l. præcipimus §. in his.
C. de appellatio. & in auth. sed iudex C. de episcop.
& cleric. & tradit in simili Bar. in l. penult. C. si ex
fals. instrumen. & Innocent. in c. cum à nobis. extra
de testibus.

1 *Notarius, vt de commissione sibi facta instrumentum conficiat, rogari non potest, nec si conficiat, fidem facit.*

CAP. XXI.

1 ILlud præterea adnotandum est, † Notarium, vt
de commissione sibi facta instrumentum conficiat rogari non posse, nec si conficeret, fidem vllam
faceret, quandoquidem quodāmodo in suo negocio testis esset, contra tex. in l. in omnibus. C. de testibus. & in l. nullus. ff. eo. Sed alius Notarius adhibendus est, vel prædicta notarij deputatio coram duobus, vel tribus testibus facienda est, qui de gestis à iudice fidem faciant, vt habetur in c. Albericus. extra
de testibus, & in d. c. quoniam cōtra falsam. in fin. &
facit, quod voluit Ioan. de Anan. in consil. 49. dubiū
de quo quæritur, & Bald. in l. si nihil. ff. de adopt. &
Bero. in d. c. quoniam contra falsam. nu. 47.

1 *Notarius postquàm à iudice electus & constitutus est, debet semper acta, prout illi à iudice iniunctū fuerit, describere.*

2 *Actorum scriptura licet manu notarij fieri debeat, attamen coram iudice, & eius mandato fieri debet.*

3 *Notarius quando de mandato iudicis scribere attestari debeat.*

CAP. XXII.

1 POstquā igitur † notarius ita à iudice constitutus
ac deputatus fuerit, acta semper, prout illi à iudice iniunctum fuerit, describere debet, vt est tex. in
dict. c. quoniam contra falsam, ibi. Iudex semper
adhibeat, & tradit Abb. in d. c. quoniā cōtra falsam,
in 6. notab. & videtur voluisse Bal. in auth. quæ sup-
2 plicatio. C. de diuersis rescript. dum ait, † quòd licet
actorum scriptura manu notarij fieri debeat. Attamen coràm iudice: & eius mandato ea scribere debere. Dicit tamen August. Beroius ibidem nu. 45. si
rectè animaduertatur, verba illius tex. ad tempus,
quo singula acta describuntur, referenda non esse:
sed ad illud tempus tantum, quo ipse iudex, ante tamen causæ cognitionem, notarium adhibere vult.
Quando quidē si singula acta mādato iudicis describenda essent, indemnitati innocentis litigatoris, aduersus iniquitatem iudicis prouisum non videretur
prout prouidere voluit tex. in d. c. quoniam contra
falsam; cum nulla esset differentia, vel quod ipse iudex
actorum fidē facere vellet, quod quidē prohibitū est,
vel quòd notarius, prout iudici videtur, describeret.
Vtroque. n. casu iudici delinquendi occasio daretur.
Vnde concludit ibidem Bero. nu. 46. prout latius su-
3 pra diximus, † Notarium nō in quolibet particulari
actu mandato iudicis scribere attestari debere, sed
in principio cuiuslibet causæ, & ita in practica obseruari asseuerat. Postquàm igitur notarius ab initio deputatus fuerit, acta partium de mandato iudicis, scribere debet, scilicet vt scribat, non autem vt
sic scribat; alioquin (vt diximus) indemnitati litigatoris prouisum non esset, & ita declarat text. in d. c.
quoniam contra, & ea quæ dixit Bal. in d. auth. quæ
supplicatio, & Bero. in d. c. quoniā cōtra falsam. nu.
46. in fin. subdens idem voluisse Angelum in consil.
266. multorum actorum.

1 *Notarius actis confectis exempla extrahere, & partibus tradere debet.*

2 *Notarius copiam dare parti non petenti non debet.*

Acto-

3 *Actorum editio petentibus tantum fit actione, uel officio iudicis implorato.*

CAP. XXIII.

1 NOtarius autem prædictus actis confessis† exempla extrahere, & partibus tradere debet, ut inquit Dec. in d. c. quoniam contra; ad ea se referens, quæ dixit in c. primo, eod. tit. Abbas autem ut notarius id suo mero officio, etiam non implorato facere debeat, seu possit, ut inquit August. Bero. in d. c. quoniam contra falsam. nu. 51. innuere. uidetur.
2 † Verum ipse id inconueniens arbitratur, partem scilicet scripturarum expensis, etiam si tunc prędicta
3 exempla habere non expediat, grauare. † Propterea, quòd actorum editiones petentibus tantum fiunt actione, officiove iudicis implorato. l. 1. in principio, & l. prætor ait. §. 1. & l. ne quisquam, cum gloss. & l. quædam. in princ. & in fin. ff. de edend. iuncta gl. in l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. eod. titul. & est gloss. in l. 2. §. diuus. in fin. ff. de iur. fisc. & l. secunda. C. de edend.

1 *Notarius originalia apud se retinere debet.*
2 *Originali magis quam exemplo, etiam si sit authenticum credi debet.*
3 *Notarij interest semper originalia apud se habere.*
4 *Acta originalia apud quos deponenda sint.*

CAP. XXIIII.

1 DEbet præterea † Notarius originalia apud se retinere, ut noluit Abb. in d. c. quoniam contra falsam. ubi tradit etiam August. Bero. num. 52.
2 Cum enim ulla oritur ambiguitas;† originali magis quàm exemplo, etiam si sit authenticum, creditur, ut habetur in d. c. quoniam contra falsam, & uoluit glo. in §. fin. in uerbo protocollum, ubi Ange. declarat, in authen. de Tabellionibus; & Barto. in l. Sempronius. ff. de lega. secundo, & in l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden. & Abb. in c. cum ex literis. per il-
3 lum tex. extra de restitutione in integrum. † Interest enim notarij, ut originalia potius apud se, quàm apud alium remaneant. Posset enim fortasse in pœnam incidere, si fortè aliquid falsitatis reperiretur. Custodia enim publicarum scripturarum ad scribentem pertinet. l. argentarios, in fine principij, ubi glo. tradit. ff. de eden. Id quod ex eo comprobari uidetur, quòd notarius iusiurandum præstat, vt inquit Ioan. And. in d. c. quoniam contra falsam. Quoniam
4 autem (ut inquit Bero.) plura iura, quòd † apud iudicem, uel archiuum publicum originalia deponenda sint, probare uidentur, ut est tex. in c. fin. extra de probatio. Meritò, omissis multis responsionibus, ad illum tex. respondendum uidetur, aut iudex Archiuum publicum habet, & tunc penes iudicem in archiuo deponentur. d. c. fin. & d. c. ad audientiam. extra de pæscription. Aut est iudex, qui archiuum publicum non habet; ut sunt iudices delegati, & or dinarij quandoque nonnullis in locis, & tunc notarius apud se originalia habere debet. quoniam sua magis quā alterius interest: ut habetur in d. c. quoniam contra falsam. Si verò notarius actorum decesserit, acta sua, seu instrumenta apud hæredes esse debent: & si plures sint heredes apud antiquiorem, uel digniorem, & potius apud masculum, quàm pœnā. l. fi. ff. de fid. instrumen.

1 *Notarij actorum scripturis sine sigillo an credatur.*

CAP. XXV.

1 DVodecimò † an notarij actorum scripturis sine sigillo fides adhibenda sit. si quæratur, quòd adhibenda non sit, respondēdum uidetur, per text. in c. secundo, extra de fid. instrument. & in c. præsentata extra de testibus. Verum August. Bero. in d. cap. quoniam contra falsam. nu. 73. extra de probation. distinguendo inquit. Aut notarius instrumenti sui extraiudicialis exemplar sumit, & tunc sigillum suum omnino apponere debet, ut est tex. in dicto c. 2. Aut uero ex originali actorum exemplum sumit & tunc eius sigillum necessarium non erit. Ratio autem diuersitatis esse potest; quia in hoc secundo casu maior concurrit authoritas, quam in primo, ut latius ibi per eum.

1 *Notarius actorum & testium examinatorum ut suspectus recusari potest.*

CAP. XXVI.

1 DEcimotertiò † sciendum est, notarios actorū & testium examinatorū ut suspectos recusari posse, ut uidetur tex. singularis in §. & quòd sæpe. in anth. de trien. & semisse, & tradit idem August. Bero. in dicto c. quoniam contra falsam. sub numero 154. uersiculo similiter notarius. extra de probationibus.

1 *Exceptiones in actis describi quare statuentes uoluerint.*
2 *Acta an sine scriptis subsistant.*
3 *Acta quare describi solita.*
4 *Actis singula capitula contēta quare exprimere necesse non sit.*
5 *Notarij actorum in principio fidem facere solent.*
6 *Acta perpetuam firmitatem & stabilitatem habent.*
7 *Acta sunt publica, & nu. 9.*
8 *Plenè sine aliquo adminiculo fidem faciunt.*
10 *Acta quibus ex causis publica dicantur.*
11 *Acta notorium faciunt.*
12 *Acta in una causa facta, an in alia fidem faciant.*
13 *Acta in una causa gesta factum in alio & inter diuersos probant.*
14 *Acta inter easdem personas an probent.*
15 *Acta iudicio summario facta, in plenario etiā inter easdem*

easdem personas non nocent.
16 *Acta facta in una instantia, in alia etiam inter diuersas personas, non proban:.*

CAP. XXVII.

HIS ita expositis ad rationem accedẽdum est,
1 quare statuentes† exceptiones in actis descri
2 bi uoluerint, † paritérq; an acta sine scriptis subsistant. Cur ue usus inoleuerit, ut acta, præterquam apud quosdam Magistratus, apud quos iuris ordo non seruatur, acta describantur. Dicebat igitur Lanfrancus iu sua practica in c.quoniam contra falsam.
3 num.t 2.extra de probation. acta† describi ideo cõsueuisse, ut ueritas locum habeat, & falsitas aboleatur, cum in iudiciis ueritati locus esse debeat.l.fin.ff. de probation. Rursus etiam, ne iniqui iudicis asser- tione innocens litigator lædatur. Huiusmodi enim acta ueritatis fidem faciunt propterea quòd instrumentorum appellatione continentur.l.1.ff.de fid.instrum.& c.peruenerit. il secondo, extra de testib. & tradit Laurent.Calcaneus in consi. 8.nu.39.Inquiẽs acta facta & à notario attestata, instrumentum verè ac iure dici posse, & ideo, qui huiusmodi acta falsa redderet, quoquo modo instrumẽtum falsificare diceretur. Vtile etiam est, ut tales exceptiones in actis describantur, ut notitia, quando lis fuerit contestata habeatur, & sic adhuc ut sciamus, quando instantia iudicij inchoata fuerit.l.properandũ.§.1.C. de iudi. Itidem etiam ad hoc, ut partes sciant, an possint exceptiones dilatoriæ seu declinatoriæ opponi, cum post litem contestatam non admittantur.c.pastoralis & c.exceptionem.extra de exceptionibus. Itẽ ut partes sciant, quoniam probationes super negocio principali fieri debeant, cum antè litem contestatam fieri non possint; ut in rubr.& c.quoniam contra falsam.nu.185.circa medium extra de probationibus tradit August. Beroius. Quemadmodum igitur instrumentum a notario inter partes confectum suffi-
4 cit † nec capitula in dicto instrumento contenta exprimere, uel narrare necessè est. Pariter etiam nec in processu contenta, ut puta litis contestationem, testes, instrumenta, & positiones. Propterea, quòd hæc omnia processus, & actorum appellatione continentur, & de processu, ex quo confectum est instru-
5 mentum, fit fides à tebellione. Vnde est, † ut actorũ notarii in principio processus actorum fidem facere
6 consueuerint. Habent † præterea acta stabilitatem ac firmitatem perpetuam, ut inquit Salic.in l. gesta. num.secundo, C.de re iudic.& Ioann.Igne.in l.3.§. si quis tabulas, num.80.ff. ad senat. consul. sillania.
7 † Publica quòd esse intelliguntur, ut inquit August. Bero.in d.c.quoniam cõtra falsam.nu.220. extra de probation.per tex. in l. in fraudem.§. quoties. cum præcedenti, ubi glo.ff.de his quæ in fraud.credito. & tradit glo.in c.Abbas.§.prælatus. uersi. censetur, de
8 re iudicata, in 6.† Et plene sine aliquo adminiculo fidem faciunt; ut latè tradit Felin.in c.2.in princ.nu.j. uersic.secundo, quia in ratur, extra de probation. Dũ modo tamen in causa conclusum sit, uoluit idem Felin.in d.c.quoniam contra falsam.uersi.nonò quæro
9 post Bart.in l.nec in arbitris.C.de arbitris. † Præterea, quòd acta publica dicantur, uoluit Dec.in d.l. is apud quem.nu.m.9.C.de eden.ubi tradit latè Alcia. num. 9. Et quare dicantur publica, ibidem docet Pau.Castren.num.13.& Bar.in l.fin.num.2. C.de re iudic.& Ias.in d.l.is apud quem.num.4.uersic. nonò nora.& Lancelottus Corradus in sua practica lib.1. capite nono, de prætore.§.2.de offic.prætoris in causis ciuilibus in titu.de publicatioue, num.6.& Rota. decisi. 5. nume. 2. de litis contestatione in nouis, & decis. 2.in princ. de appellation.in nouis. Quibus
10 † autem ex causis publica dicantur, refert Purpuratus in d.l.is apud quem. num. 6. ubi etiam Ioannes de Vicomercato num. 3. & Franciscus Curtius nu.
11 14.† Acta prætereæ notorium faciunt, c. fin. ubi plene notatur, extra de cohabitatione clericorũ & mulierum, & c.cum olim, de uerborum significatione, & tradit Innoc.in c.ex insinuatione. in fin.ubi etiam Hostien.Panormit.Cardin.Alexand.& alij, qui plures referunt, & optimè declarant, extra de appellation.& Roma.in l.si duo fint.col. ult. ff. de acquiren. hæredit. & refert Tiraq. iu tracta. de utroq; retractu, in titu.t.§.36.glo.2.nu.44.& Bald. in consil.21. num.4.libr.5.& Socin.sen.in consi.96.num. 16.lib. 3.ubi declarat, quando huiusmodi conclusio locum habeat, & in consi.38.nu.15.lib.1.& Socin.iun.iu cõsil.16.numero 18.lib.1.& Ioann.de Amic.in consilio 124.num.3.& Hieron.Grat. in consi. 25. nume.13. & in consi.51.nu.2.& in consil.76.num.14. libro 2. & in consil.15.num.4.& iu consi.37.nume. 32.& iu consi.81.num.16.& in consi.83.num.5.& in consi. 104.num.3.& iu consil.136.num.12.& Rimiual. in consi.17.num.16.lib.1.& in consi.260.nu.20.lib. 2. & Barbatia in consil. 18.num. 25.lib.1.& Abb.in c. significauerint.num.4.ubi Feli.uersi. in glossa super uerbo liquere, num.3.cum sequentibus, extra de testibus, & Ias.in l.ait prætor.la seconda.§. si damnetur numero 2.ff.de iureiuran.& in l. eius qui in prouincia. nume.tertio, ff.si certum petatur, & in l. si unus. nume.39.ff.de pact.& Curt.in l.admonendi.sub nu. 51.ff. de iureiurand.& Corn.in consil. 232. num.2. lib.3.
12 His ita in iure subsistentibus, dubitatur, † an acta eo modo, quo supra diximus, in una causa gesta, ac ualida, in alia fidem faciant. Qua in re Bald.in consi. 492.num.8.uol.5.uoluit, ut inter diuersos fidem nõ faciant, per ea quæ notantur in l.2.C.de edendo, & tradit Angel.in d.l.is apud quem.5. C. eodem titul. ubi etiam Ioannes à Vicomercato num. 52. Et si aliqualem probationem seu præsumptionem faciant l.hæredes.§.idem scribit.ff.famil.ercisc.& l.hæreditarias.ff.de crimin.expilatæ hæreditatis, & l. si duo patroni.in princ.ff.de iureiuran.
Limitatur autem hæc conclusio, si de facto loqua
13 mur, quando quidem cũ factum probandũ est † acta in una causa gesta, in alia etiã inter diuersos probant l.gesta.cum ibi notatis. C. de re iudic. & l. cum res. C.de probation. & capit. quoniam contra falsam. extra eod. titul. Exempla autem hac de re ponit Ioann.à Vicomercato in d.l.is apud quem. num.52. C.de eden. Quatenus igitur pertinet ad effectum sa cti latè distinguit prædictus Ioannes a Vicomercato

ibidem

ibidem num.53.ad quem breuitatis causa me refe-
14 ro. Si uerò qnæratur † an inter easdem personas pro bent & tunc regulariter probare dicendum est licet multis modis declaretur ab Angel. in d. l. is apud quem nu.5. ubi Dec. etiam nu.62. & Abb. in c. causam quæ il primo, num.7. extra de testibus.

15 Illud tamen omittendum non est, † acta in iudicio summario facta, in plenario etiam inter easdem personas non nocere, vt uoluerunt Anton. à Butr. Abb. Imol. & alii in d. c. causam quæ il primo, extra de testibus, & in c. ueniens. eod. tit. & est tex. in l. pen. ubi glo. & Bal. declarant. ff. de his qui sūt sui uel alien. iur. & rursus idem Bal. in d. l. is apud quē. C. de æden. & Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver bo. obligatio. & in l. 2. §. hoc interdicto. ff. vi bono. rapto. & in l. si quis à liberis. §. si vel parēs. ff. de libe. agnoscen. & in l. 1. C. de ord. iudic. & iterum Bald. & Cyn. in l. quo tempore. C. de restitut. militi. & refert Ioann. à Vicomerca. in d. l. is apud quem. nu. 58. & Abb. in consi. 50. num. 1. lib. 1. & Riminal. in consil. 99. num. 23. lib. 1. & in consi. 258. nu. 33. & 34. lib. 2. Abb. in c. si Christus. nu. 15. extra de foro competenti, & Felin. in d. c. causam quæ. nu. 11. extra de testibus. Limitatur tamen & declaratur per Doctores in locis supra adductis, & pſertim à Ioann. à Vicomercato in d. l. is apud quem. nu. 58. C. de æden.

16 Acta præterea † facta in una instantia in aliā etiā inter easdem personas non probant: vt tradit Ioannes de Amic. in consi. 137. num. 10. per ea quæ uoluit gl. & sequutus est Bart. ibi in vers. transferat, & vers. sed numquid, in auth. item possessor. C. qui potior in pignor. habeantur, & Socin. in regu. 11. ubi limitat, ut ibi per eum, & Maran. in tracta. de ordin. iudic. parte quinta, nu. 41. & 42. & latè tradit Purpuratus in d. l. is apud quem. nu. 9. & num. 97. cum sequentibus, ubi etiam tradit Curt. iun. num. 93. C. de æden.

1 Statutum de instrumentis loquens an in actis locum habeat.

CAP. XVIII.

DVm autem dicitur in tex. nostro, in actis scribi & proponi facere teneatur, quæri potest, an
1 † statutum de instrumentis loquens in actis locum habeat. & breuiter tanquam diuersa sint, locum nō habere dicendum est: vt voluit Alber. in l. in fraudem. §. neque instrumenta. ff. de iur. fisc. Verùm quia hoc ab illa quæstione pendet, an appellatione instrumentorum acta comprehendantur, & è contra; quæ in materia actorum tractanda est, meritò ad eam me refero.

1 Si statutum formam eligendi notarium, qui acta coram iudice describat, dederit, an eadem forma in notario sententiam scribente seruanda sit.

CAP. XIX.

1 INde etiam sumpta occasione † quærendum uidetur, si statutum formam eligendi notarium, qui acta corām iudice describat, dederit, an eadem for ma in notario, qui sententiam scribit, seruanda sit. Quia in re Bald. in consi. 137. num. 2. lib. 3. seruandā esse arbitratur. Verùm quia hæc quæstio ab alia quęstione, vtrum scilicet appellatione actorum sententia comprehendatur, pendere videtur quam latè examinauimus, meritò ad ea, quæ ibi diximus, breuitatis causa nos referimus.

DE TERMINO A STATVTO CONSTITVTO. §.XV.

Et ex aduerso actor habeat ipso iure terminum trium dierum utilium immediatè sequentium post dictos quinque dies ad sumendum copiam, replicandum, & obiiciēdum contra personam rei, & propositas exceptiones per eum, & quicquid allegare & dicere uoluerit, contra producta, & proposita pro parte rei.

1 Iudex adeundus non est ad impetrandum tempus à statuto concessum.

2 Terminus à statuto limitatus à iudice prorogari non potest.

CAP. I.

HVnc trium dierum utiliū terminum ipso iure à statuto præfixum esse, ex uerbis ipsius liquidò apparet. & ideo † Iudex ob id adeundus non est:
1 ut inquit Roma. in consi. 176. num. 4. & latè Tiraq. in l. si unquam. in glo. reuertatur. num. 446. C. de re uoca. donatio. Nam licet in cæteris rebus Iudex adeundus sit: tunc tamen eum adire necesse non est. l. 1. §. hoc autem senatus. ff. de seru. fugit. ut ibi latius per eum, ad quem me refero.

2 Præterea animaduertendum est † huiusmodi terminum à statuto limitatum à iudice prorogari nō posse; & eo elapso moræ purgationem non admitti: ut inquit Alberi. à Rosate lib. 1. statuto. q. 18. nu. 5. & ratio est: quia ob fauorem publicum introductum est, per ea quæ not. in l. properādum. in prin. C. de iudi. & subdit etiam notari in ca. de causis. extra de offic. deleg. & tradit Salic. in d. l. properandum. in princ. nu. 6. C. de iudi. uerum. de his latè supra diximus in materia instantiarum, & ideo ad ea, quæ ibi dixi, me refero.

1 Termino generaliter ad omnia contra Rei exceptiones probandas constituto, an ea exceptio, ad quam probandam ante à specialis dilatio data fuit, probari possit.

CAP. II.

RVrsus in hoc tex. dum in eo dicitur, quicquid allegare & dicere uoluerit: dubitari potest, an
1 huiusmodi † termino generaliter ad omnia contra rei exceptiones probandas constituto; ea exceptio, ad quam probādam anteà specialis dilatio data fuit; probari possit. Qua in re Roma. in singul.

313. licet. inquit, vt possit, primo ingressu videatur propter æquitatem iudicii. l. siquis intentione. ff. de iudic. & l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. obliga. Attamen singulariter cõtrarium decidere Bald. in l. peremptorias. col. 3. versi. quæro, Iudex statuit. C. sẽten. rescin. non poss. post Specul. in tit. de dilationi. §. videndum. versi. & attende per tex. in l. doli clausula, & l. stipulationes commodissimè. ff. de verb. obliga. & inquit facere. l. cohæredi. §. qui patrem. ff. de vulga. & pupilla. & l. Stichus nutricis, & l. Alimẽta. §. 1. ff. de alimen. legat. & tradunt Doct. in rub. extra de dilatio. vbi Bart. contrarium probare conatur.

1 *Terminus à statuto datus tolli non potest.*
2 *Termino ad probandum, uel aliquid aliud faciendũ dato; si non fuerit probatum, uel præsentatum tempore constituto, quis non auditur.*
3 *Terminus à statuto datus substantialis est.*
4 *Termino à iudice parti ad opponendum non aßignato nulliter proceditur.*
5 *Termini substantiales, quibus omissis sententia est ipso iure nulla, sunt tres.*
6 *Terminus à statuto, uel à lege constitutus quando currat.*
7 *Terminus, qui fit à lege, magis excludit, quàm ab homine.*

C A P. III.

1 ITerum sciendum est† terminũ hunc à statuto datum, tolli non posse; vt iniquit Roma. in singul. 465. num. 1. & mouetur per ca. in dultum. cum is quæ ibi notat Diuus, extra de regul. iur.

2 Termino præterea ad † probandum, vel aliquid aliud faciendum dato, si non fuerit probatũ, vel præsentatum, tempore constituto quis non auditur, vt est tex. in l. scire oportet. §. 1. in fin. ff. de excusatio. tuto. & ratio est: quia elapso huiusmodi termino ius parti acquisitum est; scilicet vt deinde quis nou audiatur: vt est tex. in l. 1. de dilatio. vbi id expressè firmat Paul. Castren. & tradit Angel. in l. fin. ff. de feri. & de hoc tradit Ioan. de Amici. in consi. 28. num. 1. & 3. supra latè tractauimus in materia instantiarũ & dilationum.

3 †Terminus namque prædictus substãtialis est &
ideo de iure seruandus est, vt inquit esse notoriũ Ioãnes Baptista Ferrettus in cõsi. 95. nu. 2. & inquit tradere Bellamer. decis. Rotæ 22. & Guiliel. Cassa. decis. octaua, de restit. fuit dubitatum, & Roma. in consil. 59. & ideo Bart. in extrauaganti ad riplimendũ. in verbo de plano, & Roma. in d. consi. 59. in casu propositæ consultationis, & alii quàm plures, in-
4 quiunt: si Iudex parti † terminum ad opponendum
non assignat, nulliter procedi. & tradit idem Ferret-
5 tus in consil. 219. nu. 3. Termini †autem substantiales quibus omissis sententia est ipso iure nulla, vt inquit Bellamer. in decis. 27. sunt tres scilicet ad ponẽdum, articulandum, & ad probandum omnia, & sententiam audiendum, alii uerò termini scilicet ad dicendum contra, ad libellandum, ad iurandum de calumnia ad declarandum, & ad concludendum, substantiales nõ sunt. subdit tamen, terminos ad dicendũ contra producta esse substantiales; quò ad effectũ productionis de iure validãdũ, arg. ca. 2. de testib. Itẽ & ad effectũ tollẽdæ exceptionis, ut c. pastoralis. de except. & idem intelligit de terminis proximè dictis, præter tres primo loco relatos. Illi nãq; quò ad illud substantiales non sunt; quia eorum omissione processus non efficitur ipso iure nullus; sunt tamen quò ad illud substantiales, quòd si ob eorum omissionem appelletur, appellatio legitima est, & in stilo palatii, saltem quò ad terminum declarandũ operatur, postquam stilus habet, quòd seruetur, si iudex eos omittat; grauatur. c. indultum. de reg. iur.

6 Terminus †autem à statuto vel à lege cõstitutus, quãdo currat, tradit Bal. in l. quamdiu. C. q. admit. vbi etiam Salic. ad statuta infert, & Riminal. ibidem num. 4. ad quos & alios ibi scribentes me refero.

7 Non est †etiam omittendum, quòd multo magis excludit termini assignatio, quæ fit à lege, quàm ab homine, ut habetur in l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procur. & in l. 2. §. quod obseruari. C. de iuramẽ. calum. & tradit Bal. in l. diffamari. C. de ingen. manum. & refert Riminal. in l. 1. nu. 3. qui admit. & de hac materia terminorum multa tradit Bartolom. Blarerius in d. l. diffamari.

DE REPLICATIONIBVS. §. XVI.

Et ex aduerso actor habeat ipso iure terminum trium dierum vtilium immediatè sequentiũ post dictos quinque dies ad sumendum copiam, replicandum, & obiiciendum contra personam rei, & pro positas exceptiones per eum, & quicquid allegare & dicere voluerit contra producta, & proposita pro parte rei.

1 *Verba, ipso iure, quomodo intelligantur.*
2 *Replicatio quid sit.*
3 *Replicans pro actore habetur.*
4 *Duplicatio & triplicatio & deinceps.*

C A P. I.

1 DE his verbis † ipso iure, tradit latissimè Tiraquel. in l. si unquam. in glo. reuertatur. num. 266. usq; ad num. 463. & ad finem glo. ubi 104. differentias cumulat, quibus distinguitur, an quid ipso iure, uel per gratiam fiat. Quoniam autem ponit hoc loco statuentes materiam replicationum; non nulla pro earum declaratione dicenda erunt.

2 Primò igitur loco replicatio † quid sit inspiciamus. Speculator in tit. de exceptio. & replica. §. fin. in princ. Replicationem, inquit, exceptionem actori competentem contra rei exceptionem esse. pertinet enim replicatio semper ad actorẽ, propterea
3 quòd †replicans pro actore habetur: ut tradit Paris. in consi. 95. nu. 3. lib. 1. contra autem hanc replica-
4 tionem reo duplicatio datur, † & rursus actori contra duplicationẽ rei triplicatio. l. 2. ff. de exceptio.

& l. non

& l.non exceptionibus. C.eod.& inst.de replicatio. in princip. At quoniam exemplis res magis apparet ita exemplificat Speculator. Peto a te centum quæ tibi mutuaui; Tu uerò de pacto excipis de non petendo, uel te absolutum ab obligatione per acceptilationem dicis, quo probato absolueris, ut inquit idem Specul.in princ.illius tit. de exceptio.& replica. Verùm aduersus talem exceptionem possum ego replicare. Tale pactum dolo, uel metu, aut contra leges extortum fuisse; uel altero pacto ultimo loco illi renuntiatum; Quo quidem ostenso, me obtentu rum certum est l.aduersus fratrem.C.de exceptio.& l.licet,& l.pacta nouissima.C.de pact.& cap.fin. extra de pact.& Instit.de replic.in princip. Adhuc aduersus meam replicationē potes tu de alio pacto ter tio; uel quod dolus me sciente, uel uolente interuenit.l.cum donationis.C.de transactio.& l. nemo uidetur.ff.de regul.iur. Vel quòd post metuum consen sus accessit. c. fin.extra qui cleri. uel uouen.matr.& c.ad id quod. extra de sponsa. Præterea poteris tu iterum triplicare, contra meam duplicationem de alio ultimo pacto, item & quadruplicare, & deinceps, prout res ipsa, quæ agitur, expostulat, dicta l.2. & de his habetur Inst.de replicat.& in d.l. pacta nouissima. Dixit igitur, ut uidimus, Speculator, repli cationem esse exceptionem exceptionis, uel potius exceptionis exclusionem, & exceptionem actoris esse; ut uoluit etiam Abba.in c.à nobis.num.14.extra de exceptio.ubi inquit replicationem actoris allega tionē esse, qua exceptio soluitur, & Cor. in consi.98. quamquam uidcatur, num.6.libr.3. replicationē nihil aliud quàm exceptionem esse uoluit, & Angelus Arct.instit.de replica.in princi.nu. 5. replicationem exceptionis exclusionem appellat; & Bertra.in consi. 293.etiam si uerum esset, num.3.libr.2.replicationē exceptionem contra exceptionem dicit, & Dec. in d.c.à nobis.num.8. extra de exceptio replicationem exceptionis exclusionem uerè esse ait, et Egid. Bellamera in c.à nobis.nu.6. allegationem actoris, qua exceptio rei soluitur, uel contrariam exceptionem esse asserit: & Ioachi. Mysing. Instit. de replicat. in princip.nume.2.inquit. Replicationem nihil aliud esse, quàm à parte actoris proficiscentem exceptionem; Id quod inquit etiam ibidem Ioann. Frra.in princip. Patet igitur ex prædictis relatas descriptio nes, licet paululum inter se uerbis differant; re uerò ipsam idem continere.

1 *Replicatio unde dicta sit.*

CAP. II.

Secundo loco, replicatio unde dicta sit, quærendum est; qua in re Mysing.Instit. de replicat. in
1 rub. nume.2. replicationem inde dictam esse ait, quod exceptionem replicet, atque resoluat. Sicut enim exceptio exclusoria est, ita & replicatio. Excludit.n. reum à defensionibus atq; allegationibus obiectis. Vnde Paulus in l.exceptio.la seconda, ff.de exceptio. replicationem contrariam exceptioni; & qua si exceptionis exceptionem appellat.

1 *Replicatio quare inuenta.*

CAP. III.

1 Quæritur, replicatio quare † inuenta & introducta sit, Angel. Arct.instit.eod.in princip.replicationem ad actoris intentionem adiuuandam inuentam esse ait; Paulus uerò Castrensis in l.sub præ textu.num.3.C. de transactio.ad coadiuuandam elisam non autem prorsus sublatam intentionem arbi tratur, Planè ubi prorsus sublata est, replicatio nihil operatur, & ad hoc sæpe illam legem legasse eodem in loco subdit Castrensis.

1 *Replicatio cui competat.*

CAP. IIII.

1 Quæritur cui competat † replicatio: Id autem ex ijs, quæ supra diximus in prima quæstione satis apparet. Quandoquidem, ut inquit Abba.in di cto cap.à nobis.num.15.extra de exceptio.actori cō petit replicatio, & ideo inquit tex.in l.non exceptionem.C.eodem titulo, actores suam intētionem nō exceptionibus, quæ sunt rei; sed replicationibus mu nire, Id quod retulit Dec.ut in d.c.à nobis. num.8. uersi.2.conclude, quòd replicatio; & Angel.Aret.in stit.de replicat.in princip.num.6.& Egidi. Bellamera in eodem.c.à nobis.num.7.Eodem enim modo se habet replicatio ad exceptionem, quo exceptio ad actionem, ut tradit Imperator Institu.de replicatio, in prin.& Hiero.Butrig.in l.lecta.nume.93.ff.si cer. petat.

1 *Replicatio an detur excommunicato, sicut exceptio.*
2 *Replicatio ad oppugnandum tendit.*

CAP. V.

Postquam, ut uidimus replicatio exceptionis na
1 turam imitatur, inspiciendum est, † an replicatio sicut exceptio excommunicato detur; Decius in d.c.à nobis.num.7.primò dari arbitratus, sed pau
2 lò post contrarium inquit suaderi ex eo, quòd † replicatio ad oppugnandum tendeat: c. cum inter. extra de exceptio. Verum quicquid sit, subdit postmodū pro communi opinione illud facere, quòd actor excommunicatus appellationem prosequitur.c.significauit.extra de exceptioni. De hoc tradit Specula. in titulo de excep.et replic.§. fi.num. 3.

1 *Replicatio quando competat.*
2 *Resolui non potest, quod obiectum non est.*
3 *Replicatio omissa contra reum ob exceptionem absolutum opponi non potest.*

CAP. VI.

1 Quintò quæritur, quando † competat replicatio. Abba.in d.c.à nobis.nu.16.extra de exceptio.ex supradictis satis apparere inquit, Planè cum exceptioni resistat, cum reus excipit, nō an-

2 teà competere poteſt. † quandoquidem expugnari & reſolui id, quod obiectum non eſt, minimè poteſt c. ad diſſoluendum. extra de deſponſatio. impuber. cum concordantibus. Subdit igitur eodem loco Abba. ubicumque excipitur, replicationem competere cum replicatio exceptio ſit, Vnde eſt, ut replica-
3 tio † omiſſa, reo abſoluto ob exceptionem ab eo oppoſitam opponi nõ poſſit. l. ſi cum tibi. ubi Bald. C. de indic.

1 *Replicatio an ſit perpetua.*
2 *Replicatio inſtar actionis habet.*
3 *Replicatio actionem extitiſſe præſupponit.*
4 *Replicatio actioni commenſuratur.*
5 *Replicationes in actione, ſeu libello deducta intelliguntur.*

CAP. VII.

1 Sextò quæritur, an † replicatio ſicut actio perpetua ſit, an uero temporalis; & hac in re breuiter replicationem, & præſertim in tempore actionis naturam ſequi, reſpondendum eſt; ut inquit Curt. Iunior in l. fin. num. 14. C. de edend. per tex. in l. quæſitum. §. in dolo. ff. de pecul. & tradit Decius in c. ſi autem. nu. 8. extra de reſcrip. & Alber. in d. l. quæſitum. §. in dolo. num. 1. ff. de pecul. & ideo inquit Alcia. in l. uerbum oportebit. §. actionis. nu. 3. ff. de uerb. ſig.
2 replicantem actione intendere; † propterea quòd inſtar actionis habet, & idem Alciat. in l. fi. num. 8. C. de eden. inquit ibi actionem non uideri, ubi replicatio eſſe non poteſt, & Bald. in l. petens. nume. 13. C. de pact. & licet replicatio petitionis principiũ & originem non inducat, eã tamen adiuuat, ut uoluit Bal.
3 eod. in loco, † Præſupponit igitur replicatio actionem extitiſſe, ut uoluit idem Bal. in l. ſi unus. §. quod & in ſpecie. num. 5. ff. de pact. & ideo replicationem
4 in quæſtione falſi † actioni commenſurari, dixit Egid. Bellamer. poſt alios in c. licet cauſam. num. 21. extra de probatio. Vnde eſt, quòd ſi actio ſit perpetua, ſit quoquè perpetua replicatio; & è contra, ſi temporalis actio, temporalis replicatio. Hanc concluſionem probat tex. & ibi Bar. tradit in ſummario, in d. l. quæſitum. §. in dolo. ff. de pecul. & tenet Decius in ca. ſi autem. de reſcript. & Alexand. in d. l. ſi. num. 25. uerſi. & ad allegata in contrarium reſpondetur. C. de edend. Idem firmat Salic. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. nu. 8. & ibi Caſtrenſis Alex. Iaſ. & alij. ff. de iureiuran. & Ang. Inſtit. de replica. num. 7. & Egid. Bellame. In d. c. à nobis. numer. 8. uerſic. ex quo infertur, ꝙ erit perpetua, & Ioan. de plate. Inſtit. eodem in principio. uerſi. an autem replicatio. Sequitur igitur prorſus replicatio naturam actionis. Illud præterea hoc
5 loco adnotandũ eſt, quòd † replicationes in actione ſeu libello deductæ uidentur, libellumque adiuuant ut uoluit Bald. in l. fina. quæſtio. 17. C. de hæredi. inſtitut.

1 *Replicatio an ſit probanda, & quando.*
2 *Replicatio an probari debeat, priuſquàm exceptio.*
3 *Peremptoriam ſibi competere, quando reus probare debeat.*

CAP. VIII.

1 Septimò quæritur, an † replicatio ſit probanda, item quando, & an prius exceptio, quàm replicatio. Quò ad primum, ꝙ replicatio probari debeat, dubiũ non eſt, & ut habetur in l. in exceptionibus. ff. de probatio. & uoluit Bald. in l. ſed & ſi quis. §. ſi. uer ſicu. extra quæritur, utrum. ff. ſi quis cautio. An ue-
2 rò prius † replicatio quàm exceptio probanda ſit, Specul. in titulo de except. & replica. §. fin. poſt princip. & melius in §. ſecundo, uerſic. ſed de qua, & in §. hoc quoque, eodem titulo, poſt exceptionem probandam eſſe ait, & Speculatorem refert & ſequitur, & latè diſputat Aret. Inſtitu. de replica. in princip. numero 10. Moueturque potiſſimum ea ratione; Nã
3 † ſicut reus peremptoriam ſibi competentem probare non tenetur, niſi quatenus actoris actio, quam exceptione elidere intendit, fundata eſt. l. exceptionem. C. de probation. & l. ſiquidem. C. de exception. & c. de teſtibus. extra de teſtib. & ibi gloſ. fin. Pariter nec actor replicationem probare cogitur, niſi prius rei exceptio probata ſit, quam actor replicatione elidere intendit. Talis autem replicationis probatio ut inquit Angel. eodem loco, tunc admitti debet, cum exceptionem elidit, ſecus uero ſi nihil releuet. Tunc enim nec admitti, nec probari debet, ut inquit Deci. per illum tex. in c. debiti. numero quarto. extra de exceptio. Poteſt tamen actor, ſi uult, ubi idẽ ſubdit Angel. replicationem prius probare, quàm reus exceptionem ut uoluit Abb. in dicto cap. à nobis nu me. 2. ubi refert ſe ad ea, quæ alibi dicit, & Egidius Bellamer. ibidem nume. 13. 14. & 15. & Imol. in eodem cap. à nobis, num. 6. ubi inquit ueris exiſtentib. ambabus, exceptionem prius probandam eſſe; Niſi excipiens ſuam intentionem fundatã habeat, ut ibi per eum.

1 *Replicationis effectus.*
2 *Replicatio peremptoria quæ.*
3 *Replicatio impertinens reijcitur.*
4 *Replicatio ad exceptionem ualidius, ſe habet, quàm exceptio ad actione.*
5 *Replicationes quæ contra exceptionem rei iudicatæ, tranſactionis, uel præſcriptionis obijciantur.*
6 *Replicatio rei iudicatæ, tollit exceptionem quæ alicquin obſtaret.*

CAP. IX.

1 Octauò quæritur, † quis ſit replicationis effectus. & breuiter, ꝙ exceptionẽ reſoluat, & impugnet, ut ſupra uidimus in prima quæſtione huius. §. dicendum eſt. Vt igitur exceptionem impediat
2 pertinentem eſſe oportet, † Tunc enim peremptoria replicatio dicitur, quia totam rei defenſionem eneruat, ut uoluit Bald. in l. ſecunda, nume. 1. C. de
3 precibus impera. offer. † Impertinens autem replicatio reijcitur, ut probat tex. & ibi Bald. numero 9. & alij

alii post eum in cap. dilecti filij. de exceptio.& Specul.in titulo de exceptio.& replica. §. fin.numero 4. & Abba.in d.c.à nobis.nume.13. de except.& Egidi.Bella.in c.super spoliatione. nume. 19. de ordin.
4 cogni. Ex his itaque infertur, † ualidius se replicationem ad exceptionem, quam exceptionem ad actionem habere; Nam exceptio quandoque reum à re petita tuetur; Personam quandoque actoris afficit quandoque iudicis, sæpe testis; nonnunquam procuraris interdum libellum; Aliquando rescriptum, ut latius dixit Ang. Aret.in §.fina.Institu.de exception. At replicatio ipsam semper exceptionem, ut excipiēti non profit, uel replicanti non noceat, afficit, ut est text.& ibi tradit.Idem Aret. Instit. eod. in princ. nume.octauo, his hanc conclusionem comprobans quæ notantur in c.fin.de ordi.cognit. Et in summa ultra prædicta effectus ipsius replicationis est, ut exceptio rei proposita expugnetur. ut uoluit Abba. in dicto capit.à nobis.num.18.extra de exceptio.ubi etiam Belllame.num.10.& Decius nume.8.uersicu. quartus effectus, & Abba.in d.c.dilecti filij.num.9. extra de exceptio.
5 Quæ autem† replicantes contra exceptionem rei iudicatæ transationis, uel præscriptionis obijci possint, tradit Specul.in titul.de exceptio.& replica. in d.§.numer.46.uersic.hoc quoque notandum est.
6 † Rursus replicatio rei iudicatæ tollit exceptionem, quæ alioquin obstaret, ut inquit Ruin. in consil. 59. num.2 .& 3.uolu.1.

1 *Replicatio quomodo tollatur.*

CAP. X.

1 NOnò quæritur, † quomodo tollatur replicatio & breuiter respondetur, replicationem rei duplicatione, quæ replicatione, afficit, subuerti, exemplum est in capit. dudum. de conuer. coniuga. duplicatio per triplicationem & sic successiuè Instit. eodem tit.ubi Aret. nummero nono. qui hęc omnia latius prosequitur, & exemplis comprobat nonnullis, rursus etiam habetur in l. 2. ff. de exceptio. & tradit Abba.in d.c.à nobis.nu.19.extra de exceptio. quem sequitur Egidius Bellamera ibidem num. 11. & 12.

1 *Replicatione super an necessariò pronunciandum sit.*

CAP. XI.

1 DEcimò quæritur, an super replicatione necessariò pronunciandum sit. Hac in re Angel. Aret.Instit.eod.de replica. in princ. num. 11.uersi. ad septimum, quo quæritur, ex intentione Ioann. Andre.in c.a nobis.in nouell. extra de exception. naturam exceptionis contra quam replicatur, inspiciē dam & obseruandam esse arbitratur, Aut enim inquit ipse, emergens est, aut incidens exceptio, si enim emergens sit, quantuncunque sequatur replicatio, duplicatio, triplicatio, & deinceps, quotquot sequantur, satis est, si super exceptione pronunciētur, text.est in capi.primo, extra de ordin. cognit. Exemplum huiusmodi afferri potest, excipiendo dico testem esse excommunicatum, Replicatur ipsum fuisse absolutum, duplico absoluentem potestatem absoluendi non habuisse, Hoc enim ipso quòd iudex testem admittendum, uel non admittendum pronuntiat, satis super replicatione & duplicatione pronunciasse intelligendum est. At si specialiter prædictis iudex, & separatim interloqui uelit non esse absurdum subdit. Aret.in loco supra relato, Si uero incidens sit exceptio; super qua pronū ciandum non est; pariter etiam, ut super replicatione pronuncietur necessarium non est. Exempli gratia excipio de pacto de non petendo. Replicatur de renunciatione, uel de contrario pacto de petendo, ut habetur Instit. de replica. in princip. Tunc enim satis est, quòd iudex super principali pronunciet. Erit enim ea pronunciatione tam exceptio quàm replicatio expedita, Et si nelit particulariter super his interloqui, ut supra diximus, non sit ei denegandum.

Quemadmodum enim quantumcunque multiplicentur affinitatis genera, semper inspiciendus est à quo emanauit affinitas, & consanguinitas affinitatis gradus.c.non debet. extra de consangu. & affini. ita etiam quantumcunque multiplicentur hæ cōtrariæ exceptiones per replicationes, & duplicationes semper primus gradus inspiciendus est; idest exceptionis natura à qua prædicta emanarunt.; Verum quia eius respectu, omnia quæ subsequuta sunt; incidentia dicuntur, poterit iudex, si uelit, licet non compellatur, interloqui super ipsis, l.prima. C.de ordin.iudicio. Hæc eadem ad uerbum refert Bellamera in dicto.c.a nobis.nume.17.extra de exceptio. ubi prius dixerat Abba.num.21. Ex his igitur generalis conclusio elicitur, super replicatione specialiter pronunciare necessarium non esse; quia sufficit tacita pronunciatio, quæ ex pronunciatione ad exceptionem, uel ad factum principale oritur, & ad hoc faciunt notata per Abba.& alios in dicto c. primo, de ordin.cognit.& Imol.in d.c.à nobis.in fin. nume. 6.uersicul.an autem sit pronunciandum. Ea autem quæ hucusque diximus, ad ius commune pertinet Verum ne id omittamus, quod præcipuum nostræ intentionis esse uidetur, interpretatio scilicet statu-
2 ti nostri, sciendum est, nihil prædictorum ad statutum nostrum pertinere, cum hoc iure municipali, ut omnes exceptiones & replicationes in fine litis decidendæ reseruentur, constitutum sit, ut infra in §.& exceptiones & replicationes, dicetur.

1 *Replicatio doli an contra exceptionem doli admitta tur.*

2 *Replicatio doli contra exceptionem doli permittitur, quando quis excipit, quòd petens habet plura beneficia.*

3 *Item quando quis sine titulo ab Episcopo ad sacra ordinatur.*
4 *Item quando replicans, dolum abesse ostendere uult.*
5 *Minori restitutionem petenti conceditur replicatio, etiam quòd excipiēs de damno uitando tractet, et infra num.* 10.
6 *Item contra usurarium.*
7 *Sublimitatur hac limitatio, quòd actor contra inhabilitatem personæ replicare non possit, quando actor rei familiaris, uel domesticus esset.*
8 *Item limitatur, quando idem in replicatione; quod excipiens in exceptione allegaret.*
9 *Item limitatur, ubi ex interuallo post primum dolū alius, qui primum, uel eius effectum extinguat, commissus est.*

CAP. XII.

PRopiùs ad rem ipsam accedendo, vndecimo lo
1 co quæritur: † An replicatio doli contra exce-
ptionem doli admittatur. Hac de re uariè uariis in
locis loquūtur Doctores, & ita obscurè & perplexè
ut uix vera ac determinata conclusio colligi posit:
& præsertim in l. cū mulier. la prima, & in l. uiro. ff.
solut. matri. & in c. dilecti. & in c. cum ecclesiasticæ.
extra de exceptio. post Iacob. de Aren. & alios anti-
quos ibidem, & in d. l. uiro. & in c. intelleximus. ubi
Innocen. extra de adulter. & in l. apud Celsum. §. Mar
cellus. ff. de doli exceptio. & in l. is qui reus. ff. de pu-
bli. iud. & in l. neganda. C. qui accusa. non possun. &
Spec. in titulo de exceptio. & replica. §. fin. in fi. His
enim in locis Doctores uarias distinctiones referūt.
Vnam enim ponit glo. in l. si duo. ff. de dolo, secundā
alia glo. in c. dilecti. extra de exceptio. & replica. §. fi.
in fin. Tertiam Iacob. ab Arena in d. l. uiro. ff. solut.
matrim. Quartam Bald. in dicta l. cum mulier. ff. so-
lut. matrimon. Quintam Innocent. in c. intelleximus
extra de adulter. Sextam Ioann. de Imol. & Roman.
in d. l. cum mulier; Septimam Abb. in c. dilecti. extra
de exceptio. Octauam Enrich. Boic. in dicto capit.
dilecti. Stantibus igitur tot tamquè diuersis senē
tijs, Bartol. in dicta l. cum mulier. numero tertio,
ita distinguebat; Aut ille, qui excipit, de lucro cer-
tat, & tunc exceptio doli per doli replicationem
tollatur, ut habetur in dicta l. si mulier. la prima, &
l. uiro. ff. solut. matrimo. Aut excipiens ipse certat de
damno, uel uterque, tam excipiens, quàm replicans
sunt in pari causa, & in pari causa melior est condi-
tio posidentis, idest rei c. in pari. de regul. iur. in 6.
& l. cum par delictum. ff. eodem, & tunc, inquit, do-
li replicationem contra exceptionem de dolo non
admitti, ut uidetur text. expressus in l. apud Celsum
§. Marcellus. ff. de dolo malo, & met. except. Ita di-
stinguit Barto. ibi, respondendo obiectioni, l. fin. in
princip. uel penult. secundum Alexand. C. si minor
se maio. dixerit. ubi declarando illum text. nec non
prædictæ distinctionis secundum caput; inquit,
licet replicatio doli contra doli exceptionem non
admittatur, admitti tamen eam replicationem, qua
replicans dolum non adfuisse, ostendere uult. Ean-
dem Barto. distinctionem sequitur Imol. in d. l. uiro
col. 1. in prin. uersi. extra glos. adde. ff. solut. matrim.
licet & ipse etiam aliam faciat distinctionem in d. l.
cum mulier. col. fin. uersicu. & licet super hoc satis sit
dictum. Hanc eandem Iacob. Butri. & Barto. distin
ctionem sequitur Angel. Perusin. in d. l. cum mulier.
nu. 2. & Paul. Castren. in d. l. viro. nu. 5. ff. solu. matr.
& in d. l. cum mulier. num. 2. uersicu. secundò nota,
quòd exceptio doli, & Rapha. Cuma. in d. l. cum mu-
lier. num. 12. uersi. oppono quòd contra; At Angel.
Aret. Instit. de exceptio. in prin. num. 21. & sequen. la
tè hanc materiam prosequendo, plures refert opinio
nes, & tandem hac Bar. distinctione reprobata, cū
quadam Imol. distinctione residere uidetur. Abbas
uero in d. c. dilecti. num. 7. extra de exceptio. referens
distinctionem Barto. eamque latius prosequens, di-
cens esse distinctionem legistarum, ipse quoque aliā
distinctionem facit, Præterea distinctionem Bart.
tenet Deci. in d. c. dilecti. num. 6. et 7. & Abba. in ca.
cum ecclesiasticæ. num. 10. extra de exceptio. eandē
distinctionem refert. Idem Barto. etiam in l. apud
Celsum. §. Marcellus. ibi benè addendo ad eum, ff. de
dolo mal. & met. exceptio. & eandem distinctionem
consulendo sequuntur est Ruin. consi. 38. nume. 10.
in fi. lib. 4.

Quoniam distinctio. Barto. est magis communis ut uera perfecta cognitio habeatur, infrascriptis limitationibus declaranda est.

Primum igitur membrum; dum Bar. dicebat, quòd
quando replicans tractat. de lucro; eius doli replica
tio contra doli exceptionem non admittitur. Pri-
mò limitatur in specie, de qua in in c. cū ecclesiasticę
2 de exceptio † ubi si contra petentem beneficium quod
est, pluralis, excipiatur, id est quòd habet plura bene
ficia; replicari potest quòd excipiens non potest au-
diri, quia & ipse quoque pluralis est. Hanc limita-
tionem refert, et sequitur Imol. in d. l. uiro. uersicul.
extra glo. adde dictis Bart. ff. solut. matrimo. & com-
probant Docto. omnes in dicto c. cum ecclesiasticæ
et in d. l. cum mulier. ff. solu. matrim. & in d. c. dilecti.
de exceptio.

3 Secundò limitatur, † quando quis ab Episcopo sine titulo ad sacra, idest sine beneficio, ordinatus est. Nam si agat contra Episcopum, ut sibi prouideat, & Episcopus excipiat, quòd fuit, in dolo, petendo se sine titulo ordinari; potest Episcopo replicari, quòd & ipse quoque ordinando, in dolo fuit, ut inquit Innocen. in c. intelleximus. de adult. & facit tex. in cap. cum secundum Apostolum. extra de præbend. Hanc limitationem refert & sequitur Imol. in dicta l. uiro. colum. 2. uersi. extra glo. adde dictis Bar. ff. solut. matrim.

4 Tertiò limitatur, † quando replicans sua replicatione dolum abfuisse ostendere vult; Tunc enim licet de lucro tractet, replicatio tamen admittenda est; exemplum est in l. fin. C. si minor se maior. dixeri. Vbi minori restitutionem petenti, quæ competit etiam in lucro l. ait prætor. §. hodie. ff. de minoribus, conceditur replicatio, etiam quòd de damno euitando excipiens tractet, Barto. enim ideo id ibi locum habere ait, quia minor dolum abfuisse ostendere uolebat. Ita limitat Barto. in dicta l. cum mulier. nu. 3. uersicul. contra hoc uidetur. ff. solut. matri. & post

cum

eum Rapha. Cuma.ibidem nume.12.uersi.oppono quòd contra,& ibidem etiam Castren. nume.secundò.& Imol.colum.8.uersicu. item aduerte in quantum.

Secundum autem membrum distinctionis Bart. dum inquit,quando replicans tractat de damno;excipiens verò de lucro,doli replicationem, contra exceptionem doli admittendam esse, pariter infrascriptis limitationibus declaratur.

6 Prima igitur limitatio † fœneratorum odio introducta est.c.quia frustra,extra de usur. ubi usuras repetens,licet tractet de damno uitando; potest tamē etiam contra ipsum replicari, quòd sit usurarius, & usuras ab alijs extorserit, & sic potior excipientis, quàm de lucro tractantis conditio erit. Ratio autē huius limitationis ea est: quia reum ad iudicium prouocans: ipsum eo actu,ad litigandum habilem reputare uidetur,& ideo deinde eius personam impugnare non potest,ut not.Innocent.in c.cum contra, extra de exceptio. Hæc autem ratio inspecta actoris persona cessat; quandoquidem cum reus actorem in iudicium non trahat, quòd eius personam probauerit, dici non potest, & ideo opponendo declinatoriam contra personam, contra eum excipere potest; At actor non potuit declinatoriam opponēdo replicare. Hanc limitationem posuit Innocen. in c. cum inter. extra de exceptionibus, ut refert & sequitur Barto.in dicta l.cum mulier. colum. secūda, uersicu. præterea quando opponitur ad personam ff.solut.matri.& Imol.ibidem colum.6.uer.secundo fallit,quando exceptio, & idem Imol.in d. l.uiro. in fin.uersicu.item adde dictis Bart. ubi etiam Cuma. in fin.ff.solu.matr.& Felin. latè in d.c. cum inter.nu. 20.& sequen.extra de exceptio.& Paul. Castren. in consil.c 2.in princ.libro 1. & Angel. Perus. in d.l.cū mulier.num.2.uersi.item quod dixi replicantem: & Angel.Aret.insti.de except.in princ.sub nu.22.uersi. secundo fallit,quando exceptio,& Abba.in d.c. dilecti.nume.8.uersi.hæc dicit Barto. extra de exceptio. ubi etiam Decius nu.6. uersi. prædictam conclusionem,& Felin.in d.c.dilecti.num.4. uersi. limitatur secundo attenta,& Socin.in regul.421. limitatione.1.

7 Sublimitant † tamen hanc limitationem, dum in ea dicitur, actorem contra in habilitatem personæ replicare non posse; quando actor rei familiaris, uel domesticus esset; per tex. in ca.nulli.& ibi id notant glo.& Inno.extra de accusatio. Vbi si quispiam Episcopum de aliquo crimine accusat; & Episcopus declinatoriam opponendo excipiat, quòd audiendus nō sit,quia non sciat,iuxta c.1.eod.titu. Reus, quòd Episcopus contra se audiendus non sit,replicare poterit ob id,quòd eius fuit familiaris, & eius mores approbauit; Hanc sublimitationem refert & sequitur Bar.in d.l.cum mulier.col.2.uer. præterea quando opponitur.in fin.ubi etiam Imol.colu.6.uersi.secundo fallit.in fin.& Angel.Perusi.in d.l.cum mulier num.2.uersi.item quod dixi replicandū.in fin.& Deci.in dicto c.dilecti.num.6.uersic.2.prædicta conclusio. Verùm hanc sublimitationem reprobat Aret. Instit.de exceptio.in prin.num.22. uersic. hæc tamē fallit iuribus & rationibus, de quibus ibi relatis, & Abb.in d.c.cum dilecti.nu.8.uersi.sed aduerte, quia glo.extra de exceptio. ubi illud in episcopo speciale esse ait, quod comprobat etiam ibidem latius Fell. num.4.uer.& ipsum reprobant.

8 Limitatur secundò † quādo idem in replicatione quod excipiens in exceptione replicans allegarat l.j. & 2.C. de cond. ob turp. caus. ubi colligitur, quòd quando actor contra reū ad repetendū datū ob turpem causam agit,& reus de pari turpitudine excipit; Tunc licet replicans tractet de damno uitando, attamen replicatio non admittitur; Ratio autem est, quia replicatio idem quòd actio cōtinet; secus autem si idem, quod actio non contineret, ut in specie in d.l.cum mulier.habetur. Hanc limitationē ponit Bar.in d.l.cū mulier.in secūda oppositione.ff.sol. matr.quem refert & sequitur Imol.ibidem colum. 6.uersi.Nam primò hoc fallit, quando, licet eam Bald.ibi impugnare conetur,& sequatur Deci.in d. c.dilecti.num.7.& Angel.Aret.Instit.de exceptio.in princip.num. 22. & Alex.tamen in d. l. cum mulier. eam cōprobat,quam ēt refert & sequitur Felin.in d. c.dilecti.num. 4. extra de exceptio. & Soc. in Regul. 421.in 2. limitatione.

9 Tertio limitat Imol.in d.l.cum mulier. col. 6.uersi.potest dici † quotiescunque ex interuallo, post primum dolum; alius,qui primū, seu eius effectum extinguat; commissus est. Exemplū est in l.si quis ad se fundū.C.ad l.iuliam de ui. Vbi si ego te fundo expoliaui; & tu postea aliquo tamen interuallo fundo me eodem spoliaueris; si agam contra te interdicto unde ui,licet tu de damno, ego uero de lucro tractem; Attamen ego obtinebo; Nec tu de prima uiolentia replicare poteris; quia illa iuris dispositione euanuit & secunda ui,ut ibi patet,eius effectus per ipsam niolētia expulsiuam expirauit. alioquin secus dicendū esset.l.si alius.§.est & alia. & §. bellissimè. ff. quod ui aut clam.

Tertium & ultimum membrū distinctionis Bartoli loquitur in pari causa,cum scilicet uterq; de dāno,aut de lucro tractat. Tunc enim in pari causa doli replicationem non admitti uoluit; Vnde tunc rei excipientis potior conditio est,d.l. cum par.ff. de regul.iur.& c. in pari.de regul.iur. in 6.

10 Possunt limitare hoc ultimum membrum ea,quę diximus,† in 3.limitatione primi membri: ubi si minor tractat de lucro,optimè procedit illa limitatio, si uerò minor sic in pari causa, commodè hic aducitur illa limitatio.

1 *Replicatio doli ei,qui dolum cōmisit,& eius uniuersali successori nocet,non autem particulari.*

2 *Statuto stante,quòd bannitus possit offendi,si bannitus bānitum offendat,& offensus accuset, & accusatus excipiat eum non esse audiendum,quia est bannitus offensus replicet,quòd non potest opponere: quia & ipse est bannitus,talem replicationem non esse admittendam.*

CAP. XIII.

HIS ita existentibus, quatenus supra doli replicationem admitti diximus, unum omittēdum non est † eiusmodi scilicet replicationē

1 ei;qui dolum commisit,uel eius uniuersali successo

ri nocere; non autem singulari; Planè singulari suc
cessori doli replicatio non nocet; ut uoluit per illũ
tex. Fulgo. in l. sicut. §. superuacuum, nu. 5. ff. quibus
mod. pign. uel hypo. solua.

Ex prædictis nonnullæ oriuntur quæstiones; quas
maioris declarationis gratiæ non esse omittendas
duximus. Primam igitur posuit Iacob. ab Aren. in
d. l. cum mulier. ff. solut. matr. quam deinde alij, ut in
fra uidebimus, latius prosecuti sunt; Quæstio autẽ
3 est huiusmodi † Extat statutum, quòd bannitus in ꝑ
sona possit offendi; Accidit quòd bannitus bannitũ
offendit; Offensus accusat. Accusatus excipit eum
non esse audiendum, quia est bannitus; Offensus re
plicat quòd non potest oponere; quia & ipse quoque
bannitus est: Queritur, an talis replicatio admitta-
tur: Iacob. de Aren. & post eum Barto. in dicta l. cũ
mulier. ff. solut. matrim. non esse admittendam cen-
suerunt; Mouentur ea potissimum ratione. Nam
cùm ille accusatus reus sit necessarius: quamlibet ex
ceptionem accusatorem in habilem reddentem pro
ponere potest; ipse autem per replicationem repel-
li non potest: cum ea replicatio contra exceptionem
4 inhabilitatem personæ concernentem admitti non
possit, nec debeat: per ea quæ latè diximus in secun-
da limitatione secundi membri distinctionis Barto.
supra relatæ. Hanc eandem opinionem post longam
altercationem tenuit Bal. in dicta l. cũ mulier. col. 4.
num. 4. uersi. statuto cauetur, quòd banniti possunt,
ubi etiam Alber. num. 4. & Raph. Cuma. nume. 13.
& Ange. Perus. nume. 3. uersi. secundò facit ad aliam
quęstionem, & Paul. Castr. num. 3. uersicu. & ex istis
arguunt; & Ioan. de Imol. ibidem col. fin. uersi. sed
aduertendum est, quòd materia huius legis, & ibidẽ
etiam Alex. col. 3. nu. 8. uersi. pro intelligentia quæ-
stionis Bart. Prætèrea eandem opinionionem tenuit
idem Bart. in l. seruos. per illum text. ff. de accusa. &
idem Bal. in l. j. §. Ofilius. ff. nequis eum qui in ius vo
ca. est. & Ant. à Butrio in d. c. dilecti. de exceptio. ubi
etiam Abb. num. 10. & Felin. colu. 2. num. 5. uersic.
ad secundum caput de exemptis, & Decius ibidem
num. 9. uersi. ex supradictis etiam Alb. Idem uoluit
Ioan. de Anan. in d. c. intelleximus. colum. 10. uersic.
& prædicta adducuntur ad quæstionem, extrà de
adult. & Fel. in rub. extra de exceptio. col. fi. nu. 8. uer
demum scias, quòd Doct.

1 *Statuto disponente, bannitum agendo, siue excipiendo*
non audiri, si actori, quòd sit bannitus opponatur,
& reo etiam de banno replicetur, an uterque repel-
latur.

C A P. XIIII.

SEcundò post Iacob. de Aren. quærit Bart. si sta-
1 tuto † caueatur Bannitum agendo, siue excipiẽ
do audiendum non esse; si actori, quòd sit bannitus
opponatur, & reo etiam de báno replicetur; An uter
que ob tale statutum repellatur. Iaco. Butr. in qua-
dam sua disputatione reum exceptionem opponen-
tem audiendum non esse, arbitratur. At Bart. in d.
l. cũ mulier. post multa iudiciũ non procedere cõclu
dit quia eadem ratione, qua reus excipiens audiri nõ
debet; actor quoq; agens audiendus non est, cum
uterque bannitus sit; Iudex enim banni causa am-
bos repellet, cum actor officio iudicis repelli possit
l. quos prohibet. ff. de postula. Vnde licet reus ban-
nitus stante illo statuto non audiatur, Attamen of-
ficium iudicis, qui illum admittere, & actorem exclu
dere potest, non silet, prout notasse uidetur Inno. in
c. intimauit de testibus Bal. uero in d. l. cum mulier.
Bar. opinionem reprobat, & sequitur opinionem Ia
cob. Butr. Verùm Bart. sequitur Angel. Are. & Pau.
Castr. ibidẽ, & Raph. Cuma. ibidẽ nu. 15. & 16. uult,
ut iudex ex officio utrũq; repellere possit, per text.
in d. l. quos prohibet. & per tex. in l. filiusfamilias. §.
ueterani. de procu. & in hoc omnes cõueniunt; quòd
iudex ex officio repellere possit, & ex consequẽti ue
ra cõclusio uidetur, prout inquit Alex. in d. l. cũ mu-
lier. à nu. 12. usq; ad num. 17. & cõprobat prædictã
cõclusionẽ per ea, quę uoluit glo. in c. 1. in uerbo ab-
sentat. de elect. in 6. & per ea quæ uoluit Bar in l. ubi
pactum. col. penul. nu. 8. de transactio. & quòd iudex
hoc casu suo officio actorem repellere possit, uoluit
expressè Bal. in l. 1. col. 2. num. 6. C. ut quæ desu. ad-
uoca. & idem Bald. in d. l. quos prohibet; Prætèrea
pro hac conclusione inquit Alex. in loco supra addu
cto esse glo. in c. nulli Episcoporum. in glo. a. iuncto
tex. de accus. quam ibi sequitur Inno. & alii & glo.
in l. querela. C. de fals. Facit etiam id, quod uoluit
Bald. in l. fin. §. penult. ff. de eo per quem fact. est, &
idem Bald. in l. creditori. ad fin. C. de seru. pign. dat.
manu. Prętèrea comprobatur ex his, quę uoluit Bar.
in d. l. cũ mulier. dũ inquit, actori plus licere, quam
reo nõ debere. l. fin. C. de fruct. & liti. expẽs. & l. non
debet. ff. de regul. iur. Hanc eandem opinionem fir-
mat Abba. in d. c. dilecti. num. 11. de exceptio. & An
ge. Aret. Instit. de except. in princ. nu. 23. uersi. Hęc
materia inducitur per Bar. & Felin. post alios relatos
ibi per eum, in d. c. dilecti. num. 7. ubi etiam Deci.
num. 10. & Cagno. in d. l. cum par delictum. nu. 2. ff.
de regul. iur.

1 *Replicatio gabellæ non solutæ an detur, stante statuto*
quòd de quolibet contractu certa gabella soluatur,
alioquin contractus ipso iure non ualeat.
2 *Dominium, si contractus est nullus, non transfertur.*

C A P. XV.

TErtiò quęrit Bart. post Butrig. in quadã eius
disputatione de huiusmodi alteratione; Statu
1 to † cauetur, quod de quolibet contractu certa ga-
bella soluatur; alioquin contractus ipso iure non
ualeat, Stante huiusmodi statuto fundum emi cen-
tum à te, tu deinde à me petis talem fundum, & in
telligendum est, ut condictione sine causa petas, ut
inquiunt Bal. Cuma. Alex. & alii in d. l. cum mulier
ff. solut. matrim. Non autem rei uendicatione; quia
2 † dominium in emptorem ob contractus nullitatem
translatum non fuit, ut declarat Alex. ibidem nu. 17.
uersi. sed non intelligatis, quod Bart. & notant om-
nes in d. cap. dilecti. extra de exceptio. ego excipio

te

te vendidisse, & ideo petere non posit; tu replicas, me non soluisse gabellam; ego replico te etiã gabellam non soluisse. An talis replicatio admittenda sit Bar.in d.l.cum mulier, num.7.distinguit an reus, vel replicans de damno tractent, an non, & decidendo inquit, vt supra diximus in distinctione principalis quæstionis. An contra exceptionem doli doli replicatio detur, adeo vt si in hac quęstione actoc, & sic replicans tractet de lucro, excipiens verò de damno, ceplicatio non admittatuc. Si verò è contra replicãs de damno, ceus verò de lucro admittatur. At si in pari causa sint, non admittatur; Hanc distinctionẽ Bart.sequitur ibidem Angel.num.4.& idem ibidem videtur concludere Bal.vt inquit ibi Alex. num. 17. & Paul.Castren.qui se ad ibidem dicta per Bart. refert. Prętecea eandem declarationem Bart.tenet ibi Romanus, & Angel. in auth. vt iudic. sine quoquo suffra.in §.itaque Deo.Limitãndo tamen vt ibi;Quã limitationem refert,& reprobat Alex.in d. l.cũ mulier,num.17.versi.item adde, quòd Angel. Eandem opinionem sequituc Abb.in d.c.dilecti,num.8.vers. & per hoc dicit Bart. & Fcanc. Aret. in consil. 101. in casu Georgij de Tomasis in fi.versicu. 6. & Ioan. de Anan.in d.c.intelleximus,col.12.versi. faciũt etiã prędicta, extra de adulte.& Bertha. in tracta. de gabel.quęst.13.num.27.vbi plures citat. Est tamen animaduertendum, quòd Decius in d.c.dilecti, pro clariori huius conclusionis declaratione tres casus ponit; Primus est, quando contractus venditionis fuit vndequaque perfectus, ita vt venditor preciũ; emptor verò rem fuerit consequutus; Hoc enim casus si venditor rem venditam ab emptore ob id, quòd gabella soluta non sit, repetat, cepellendus sit; quia tunc venditor de lucro, emptor verò de damno tractare intelligitur, & ita loquatur Bart. in d. l.cũ mulier, & Abb.in d.c.dilecti, & Angel. Aret. qui inquit, hoc esse verissimum, instit.de exceptio. in princ. col. 25.versi.quò ad tertiam quæstionem.

Secundus verò, vt inquit Decius, casus est, cũ res tradita non fuit, nec precium solutum, sed simplici quodam cõsensu res vendita, & tunc pariter agentem ad rem vel precium repellendum esse exceptione non solutę gabellę ait, nec dari agenti replicationem; quia in pari causa rei conditio melior est; vt supra diximus, & in hoc etiam casu procedit illud, quod dixit Bartol.in d. l.cum mulier, & Abba. in d.c.dilecti.

Tertius autem casua est, subdit Decius, cum agẽs ex parte sua contcactum impleuerit, vtputa quia emptor soluto precio ad rei traditionem agit; vel econtra venditor re tradita precium petit; & hoc casu inquit Decius agenti exceptionem gabellę non solutę non obstare; Propterea, quòd actori, qui tractat de damno vitando, replicatio datuc, & in hoc ca u loquitur Bartol.in l.fin.§.penult. de eo per quem factum erit, ita inquit Decius, & latius ibidem in vers. modò in pręd ictis declarat, vnde breuiter cum eo transeundum arbitror.

1 *Replicatio, quòd ipse quoque est infamis, an concedatur reo, cui obijcitur ccimen cum infamia.*

CAP. XVI.

1 QVarto loco † quærit Bart.in d. l. cum mulier. si foctassè testis, cui crimen cum infamia obijcitur, contra opponentem; quòd ipse quoq; est infamis, replicet, nunquid replicario admitti debeat, glo.in l.3.§.lege Iulia.ff.de testi.in verbo pactum, q admittenda sit, sentire videtur. At contrarium voluit Bartol.in d.l.cum mulier, num.8.& 9. 2 Ratio autem huius decisionis, vt inquit Abb.in dicto cap. dilecti ea est, quòd excipiens tractet de damno vitando, ergo criminis replicatione repelli non debet. Præterea hæc replicatio exceptionem non tollit; quia testis: vt iudici fides fiat, producitur. Sed iudex magis credere non debet, ex eo quòd excipiens infamis sit, ergo. Et licet Bart.in l.in arenam. C. de inoffic.testa.contrarium tenere videatuc; Attamen eodem loco, quòd iudex suo officio testem repellere posit, fatetur; & opinio, quam in d.l.cum mulier.firmauit, est magis communis, quam etiam in verbo in hoc casu in c.testimonium, extra de testib.cõprobat. & Bal.in d.l.cum mulier, in 10.col.nu.6.vers.circa testem vecò videtur, quòd infamis, & Roman. ibidem idem tenent, & Angel.Perusi.nu.5.& 6.& Raphael. Cuma.ibidem in vltimis verbis, & Specul. in titu. de testib.§.1.num.32.versi. sed nunquam excommunicatus, & in versicu. quid si omnes de vniuersitate, & Bald.in c.domino guerram, in princ. num.4. in titu. hic finitur lex, deind.incip.consue.reg. in vsibus feudo.cum multis aliis concocdantibũs relatis per Anto.de Butr.in d.c.testimonium; & idem tenet Alex. in d.l.cum mulier, num.18.& glo. in c.notificamus, ib verbo bonæ famæ.35.quęst.6.& Abb.in d.c.dilecti, num.16.extra de exceptio, vbi Felin. num.13. & facit glo.in clemen. 1. in verbo christianos, de testi. & Decius in d.c.dilecti, num.13. vbi adducit Albec. de Rosa.qui latè hoc declarat in tract.de testib.in 3. parte, primæ partis principalis. §. consequenter, nu. 3.4.& 5.& idem Abb.in d.c.testimonium, num.16. de testib.vbi etiam Imol.nu.17.& Felin. nu.37.

5 *Replicans an rei exceptionem fateri videatur.*
2 *Excipiens, omnia uera esse non fatetur, sed solùm actorem ius non habere.*

CAP. XVII.

1 DVodecimò prosequẽdo hanc materiã replicationis quæritur, an ceplicans rei exceptionẽ fateri videatur. Bal.in auth.si dicatur, aliàs incipit, si testis productus, col.1. vers.quæro, quę est ratio differentię, replicantem eã nõ fateri arbitratur; Mouetur autẽ ea ratione; Quẽadmodũ enim, inquit ipse,
2 † ille, qui exceptionẽ opponit; omnia in eo vera esse fateri nõ videtur, sed solummodo actorem ius non habere.l.non vtique, vbi Doct. ff. de except. & c. exceptionem obijciens, de reg.iur.in 6. & in c.cum venerabilis, de exceptio. Paritec etiam in replicatione, quæ exceptionis elisio est, ceplicans exceptionem non fateri dicendum est; sed eam declinace & impugnare. Hanc conclusionem firmanit glo. in d. c.exceptionem, de regu.iur.in 6.vbi eam in fine sequitur

Ioan.

Ioan. Andr. & Philipp. Franc.in 1.col.& Abb.in d. c.cum uenerabilis.n. 27.de exceptio. ubi etiã Felin. col.3.num.9.uerſ.an & quando ſecus excipiens,qui hanc communem opinionem eſſe atteſtatur,& generalem regulam, prout ibidem inquit à Pluribus doctoribus, uariis in locis eam approbari, & præſertim à Ludou.Rom.qui eam in d.l.cum mulier.ff. ſolut.matr.latiſsimè proſequitur, Felin. autem in d. c.cum uenerabilis. nu.9. cum ſequenti hanc regulã & communem concluſionem ſex modis notabiliter limitat;quos ego breuitatis cauſa, & quia ibi quilibet perquirere poteſt, conſultò, ad ea, quæ ibi dicit Felinus,me referens prætermitto.

1 *Exceptiones plures diuerſas quis proponere poteſt.*
2 *Replicationes plures diuerſas quis opponere poteſt.*
3 *Actionibus pluribus & diuerſis actor contra eundem uti non poteſt.*

C A P. XVIII.

Decimotertiò pro clariori, & faciliori ſtatuti noſtri interpretatione præſuppoſito, ut ſupra latius diximus;quòd replicatio ſe ad inſtar exceptionis habeat,& exceptiones & replicationes æqui
1 parentur.l.2.ff.eod.Inferunt Doct.quòd † quemadmodum quia regulariter plures exceptiones diuerſas proponere poteſt.l.nemo prohibetur,& ibi Bar-
2 to. & alij omnes.ff. de exception. † Ita & plures replicationes diuerſas opponere poſsit. Licet actor cu
3 mulare † & ſimul pluribus & diuerſis actionibus contra eundem uti nón poſsit.l.quòd in hæredem.§. eligere.ff.de tributo.& c.ut quis duas.de electio in6. &c. nullus pluribus. ubi Dinus latè, de regul.iur.in 6.Illam concluſionem firmauit Barto. in d. l.nemo prohibetur.in fin.per tex.in l.interpoſitas.C.de tranſactio.& tenet Rapha. Cuma.poſt Barto. in d.l. nemo.in ultimis uerbis, & alii recentiores Doct. Præterea idem uoluit Bart.etiam in l.ſi expreſsim, colu. 4. nume.5. uerſi. ſiue ergo appoſito proponatur ex parte rei.ff.de appel.ubi poſt eum nonnulli idem dicunt,& idem etiam uoluit Maynerius in l. nemo ex his. num.27. ff. de regul. iur. & hanc concluſionem tam in exceptionibus quàm in replicationibus locum habere intelligendum eſtut inquit Caſtren. in d.l.nemo prohibetur.ubi eum omnes ſequũtur; ubi cunque exceptiones inter ſe contrariæ non ſunt; ſed ſe ad inuicem compati poſſunt;Alioquin aliter dicẽdum eſſet, ut exemplis eo in loco à Caſtrenſe adductis facile intelligi poteſt.& tradunt Abba. Felin. & alii in c.uenerabilis.extra de except.

1 *Replicatio,non intereſſe excipientis,admittitur.*

C A P. XIX.

Decimoquartò ex eadem concluſione quòd exceptiones & replicationes æquiparentur;
1 inferunt Doctor. replicationem illam † quòd non intereſt excipientis,admittendam eſſe; & eam exceptionem repellere, ſicut exceptio, tua non intereſt, contra actorem;ut uoluit Alex.in additio.ad Barto. in l. mater decedens. in uerbo opponi. ff. de inoffic. teſtam.

1 *Replicatio per pactum produci poteſt.*

C A P. XX.

Decimoquintò poteſt non inutiliter quæri, an
1 replicatio † per pactũ produci poſsit, & poſſe reſpondendum eſt; quia pactum ſua natura replicationem producere poteſt, text.eſt, & ibi hanc concluſionem notant omnes in l.ſi unus.§.pactus.ff. de pact. Bart.ſcilicet nume.14. & Alber.num.18.& Angel.col.2.& Paul.Caſtren.nu.6.& Fulgo.nu.13. uerſ.tertia uis eſt, quia elidit exceptionẽ, & Alexan. in 3.notabili, & Iaſ.num.4. & Fortuni.Garzi.num. 48. & alii omnes.

1 *Replicationem pactum non producit, cum augumentum condemnationis in re uel in tẽpore conſequitur.*

C A P. XXI.

1 Decimoſextò hanc concluſionẽ † inquit Alex. in d.§.pactus. locum non habere,quando augumentũ cõdemnationis in re uel in tempore inde conſequeretur; Tunc enim pactum replicationem non producere uoluerunt.tex. eſt, qui id exemplo confirmat in l.iuriſgentium.§. quinimo.uerſi. reputata.ff. de pact. ſecundùm intellectum Angel. & ſequacium ibi,ubi Alex.etiam multa de hac limitatio ne refert;& poſt eum Iaſ.qui eam etiam ſequitur in d.§.pactus nu.4. ubi remittit ſe ad ea, quæ dixit in d. §.quinimo.

1 *Replicatio antè ſententiam commiſſa, uel poſt, ex probabili cauſa an concedatur.*
2 *Error in quem quis aſſertione aduerſarij inducitur, poſt definitiuam ſententiam corrigi poteſt.*

C A P. XXII.

1 Decimoſeptimo loco uidendum eſt,† an replicatio antè ſententia commiſſa,uel poſt ex probabili cauſa admittatur.Hoſtienſis in ſumma tituli de reſcript. nu. 28. admittendã eſſe arbitratur, per tex.in l.1.& ult.ff.quando act.de pecul. eſt anna.qui text.probare non uidetur. Eſt tamen tex.in l. 2.quæ incipit,queſitũ,aliàs eſt.§.1.l.primę.ff.eod.tit.Vnde
2 regula colligitur,† errorem, in quem quis aſſertione aduerſarii deducitur,poſt definitiuam ſentẽtiam corrigi poſſe.

1 *Replicare an poſsit ille, qui ſuccubuit, cum pœna petitur,quòd iniuſtè ſuccubuit.*

C A P. XXIII.

1 Decimooctauo loco ultra prædicta omittendum non eſt; an † ille, qui ſuccubuit in principali, cum pœna petitur, quòd iniuſtè ſuccubuit, replicare

plicare possit; & Paul. Castren. in l. quidam cum filiũ nume. 12. per illum tex. & per tex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. obligat. non posse arbitratur. Mouetur autem ex eo, quòd sententia illi obsit; & quò ad eum pro ueritate habeatur; Vnde est, ut alius, qui non succubuerit; ex quo ei sententia præiudicium non facit, ipsius iniustitiam allegare nõ prohibeatur. ut loquitur d. l. quidam cum filium. Vbi filius succubuit, & eius pater naturalis, cui pœna promissa erat; ad ipsam agit. Hanc distinctionem antè Castrensem posuit ibidem Bart. col. 1. num. 3. uersi. sed oppono, si fuit uictus per iniuriam, ubi etiam eã tenet Angel. col. 2. nume. 5. uersi. sequitur, an uicto, & Franc. Areti. nu. 7. & Ioan. de Imol. colu. 2. uersi. in tex. ibi, sed si eis & Ias. nu. 16. in 9. notab. & Docto. omnes in d. §. duo fratres. Subdit deinde ibi Castrensis idem esse, si ipse filius tanquàm hæres patris sui naturalis ageret; Nam si sententia, per quam patrem iniustè exhæredasse apparet, allegetur per modum replicationis, quòd sententia fuit iniusta, poterit allegari; Probatur hoc; quia ex diuersa causa & ad rem diuersam, aget, id quod inquit ibi Castrẽsis, perpetuò recolendum esse, & ideo ibidem infert adhuc Castrẽsis; in causa euictionis contra emptorẽ sententiam prolatam uenditori non præiudicare, quia sibi, quòd ageretur de euictione denunciatum non fuit; Vnde quòd illa sententia iniusta fuerit, à uenditore allegari poterit, & illi non præiudicat, ut latius per Doctores in d. §. duo fratres.

1 *Replicari an possit in alio iudicio agendo, illud in quo quis succubuit excipiendo.*

CAP. XXIIII.

1 DEcimooctauo loco accedit † An in alio iudicio agendo illud, in quo quis succubuit excipiendo, replicari possit; Hanc quæstionem latè disputant Doctores in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerbo. obligatio. ubi Bar. num. 7. ita distinguit; Aut in casu, in quo summaria cognitio est, super exceptione pronunciatum fuit; & tunc in alia causa nunquam nocet, quemadmodum cum super aliqua dilatoria pronunciatur, argumento. l. à Dino Pio §. si super rebus. ff. de re iudic. & ita inquit Barto. intelliguntur dicta per Innoc. in c. super spoliatione. extra de ordi. cognitio. & adnuere uidetur in ultimis uerbis glo. magna. Aut uerò, subdit ipse, in causa, in qua plenè cognoscitur, pronunciatur; Et tunc: aut contra agentem pro excipiente pronunciatur; aut contra excipientem pro agente; Redeundo ad primam speciem, quando pro excipiente contra agentem pronunciatur; & tũc subdistinguit; Nã aut aliud iudicium accessorium est & pendet quodammodo à primo, ut in specie dicti. §. duo fratres, in stipulatione pœnali; & tunc quod semel decisum est, non potest in alio iudicio refricari; Aut aliud iudicium est principalius; uel saltem æquè principale; & tunc iterum refricari poterit. l. sed si antè. ff. de exceptio. Vbi si egi de uia confessoria, & aduersarius excipiendo dicat me non dominum; & succubui; non nocet deinde mihi in uendicatione agenti.

In secunda uerò specie; quando pro agente cõtra excipientem pronunciatur, & tunc: aut illa pronunciatio fauorem status respicit; & tunc in alio iudicio refricari non potest. l. 2. C. de ordi. iudi. ubi in ultima glo. notatur; Aut uerò status fauorem non respicit; & tunc subdistinguendo dicit; Aut in primo & secundo iudicio pronunciatur ad eundem effectum, & iterum reiterari non potest. l. quod in diem. §. si in rationem, de compens. & l. sin autem. §. fin. ff. de negoci. gest. Aut uerò ad diuersos effectus tendunt, & utique potest. l. uendicantem. in fin. & l. sequen. ff. de euictio. Hanc distinctionem Barto. latius sequitur Castrens. in d. §. duo fratres, nume. 7. Alii autem communiter nihil tangunt, ut inquit ibidem Ias. numer. 50. Imol. namque & Aret. prorsus omittunt: Alexand. uerò in fine, referendo, se, de ea duo uerba facit, & citat plura loca in quibus discutitur hęc materia. At Iason in d. §. duo fratres. numer. 50. inquit Idem uelle Bartol. in l. 1. in 2. col. numer. 3. & 4. ubi Bald. & alij. C. de ordin. iudic. & Abba. in consil. 50. circa quæstionem uertentem inter dominam Luciam. lib. 1. ubi refert hanc doctrinam Bart. & eã declarat & limitat, ut latius per eum, & Paul. Castr. in consi. 323. in causa quæ uertitur Parmę. col. 3. sed est. consi. 257. libro secundo. Idem etiam referendo Barto. latius firmat & sex quæstionibus prosequitur Ioann. Crotus in d. §. duo fratres. num. 55. usque ad numer. 62. & Soci. Senior in consil. 264. numero 15. colum. secunda, & Deci. in consil. 96. numero 1. & Paris. in consi. 87. nume. 50. uolum. 3. & Soci. Iunio. in consil. 28. numer. 3. & 4. uolum. 1. & de his hactenus.

DE LITIS CONTESTATIONE.

§. XVII.

Post quos octo dies utiles, a die primæ citationis, & in casu, in quo exceptiones, seu replicationes, sic opponi cõtingat. in causa lis habeatur, & sit legitimè contestata. Vbi uerò Reus per se, uel per alium non cõpareret legitimè ad opponendum aliquid infra dictos quinque dies; Tunc & eo casu post lapsum dictorum quinque dierum habeatur lis pro legitimè contestata.

1 *Actiones olim iure gentium non erant.*
2 *Actiones quando repertæ & quib. formulis cõclusæ.*
3 *Contestatio litis antiquitus quomodo fieret.*
4 *Manum consertum, quid esset.*
5 *Cessio in iure antiquitus quando dicebatur.*
6 *Contestatio litis unde dicta.*
7 *Contestatio litis hodie ex quibus inducitur.*
8 *Judicium unde dictum.*
9 *Judicium acceptum unde dictum.*
10 *Contestatio litis in criminalibus quare necessaria non sit.*

Con-

11 *Contestatione litis an citans in iudicio necessariò esse debeat.*

2 *Contestatio litis inducitur etiam reo nō comparente.*

CAP. I.

QVoniam dicitur in hoc text. tunc & eo casu post lapsum quinque dierum habeatur lis pro legitimè contestata. Quædam de ipsa litis contestatione dicenda sunt. Alciatus in l. pecuniæ uerbum.§.actionis uerbum, nume.t .ff. de uerb.signif.
1 †inquit, iuregentium olim actiones nullas extitisse: sed,manu regia;de qua supra multa diximus,contro
2 uersias dirimi consueuisse:†sunt autem deinde actiones t 2.tabulis repertæ: & certis uerborum formulis conclusę;quas à Pontificibus litigaturi accipiebant. & qui formulā malè concepisset, causa cadebat. Huiusmodi autem quæstiones in hoc genere, ut Quintilianus lib.3.ait,uersabātur.An huic,an cum hoc,an hac lege,an apud hunc,an hoc tempore agere liceret;quas nunc dilatorias , declinatoriasq; exceptiones appellamus,& supra diximus cum de exceptionibus loqueretur. Hę formulæ ex natura actionum ua
3 riæ erant.† in petitione enim fundi huiusmodiq; rei immobilis hæc ex parte uendicantis uerba recepta fuisse traditum est.Fundus qui est in agro,qui Sabinus uocatur,meus est,eum ego ex iure meū esse aio.
4 ibi ego te ex iure† manu consertum uoco. Cui is,à quo uendicabatur sic pręscribebat. Vnde tu me ex iure manum consertum uocasti;Inde ego te reuoco quorum uerborum Cicero in Oratione pro Murena meminit.At Aulus Gellius lib.20.ca.9.inquit,ex iure manu cōsertum uerba ex antiquis actionibus esse quę cum lege agitur;& uindiciæ contenduntur dici nunc quoq; ue apud pretorem solent;Meminit enim Ennius in octauo Annali his uersibus.

Pellitur è medio sapientia, uigeritur res,
Spernitur Orator bonus,horridus miles amatur,
Haud doctis dictis certantes;sed maledictis
Miscent inter se inimicitias agentes,
Non ex iure manu consertum;Sed mage ferro
Rem repetunt,regnumque repetūt;uadunt solida ui.

Cū igitur inquit eodē loco Gellius, in medio rerum & hominū uitam qui colunt,ignorare nō oporteat; uerba actionum ciuilium celebriora , ut manū conserere,sciendum est;de qua re disputabatur in iure pręsenti,fine ager,sine quid aliud esset:cum aduersario simul manu prehēdēt; in ea re omnibus uerbis uindicare;Idest uindicia correptio manus ī re atq; ī loco pręsenti apud pretorē ex 12.Tabulis fiebat.In quibus ita scriptum est,siqui in iure manu conserūt. Sed postquā Prętor propagatis Italiæ finibus;datis iurisdictionibus negotijs occupati,pacisci uindiciarum dicendarum causa longinquas res grauabātur; Institutum est contra t 2. tabulas tacito consensu ut litigantes non ex iure apud Prætorem manum consererent;sex ex iure mānu consertum uocant;Idest alter alterum ex iure ad conserendam manū in rē, de qua ageretur, uocaret. Atq; profecti simul in agrum de quo litigabatur;terrę aliquid ex eo, uti unam glebā in ius in urbem ad Pręrorē deferrent, & in ea gleba, tanquā in toto agro uindicarēt.Rei uerò mouentis, subdit Alciatus eo ī loco,uēdicatio sic fiebat, Apud magistratum populi Romani,uel Pretorē,uel Presidem is, qui uendicat; in iudicio rem exibitam tenēs, dicebat.Hanc ego rem ex iure quiritiū meā esse aio. Cui aduersarius.At ego eam contra uēdico.Quod si aduersarius contra non uendicabat; sed actui assen
5 tiebatur, † cessio in iure dicebatur. l. t.§.1.ff.de rei uendi.Fiebatq; ut plurimū cum filium quis adoptionis causa uendicaret. Imaginaria enim hæc uendicatio obseruabatur.Pretorq; uendicanti addicebat, & quæ deinde subdit eo in loco Alciatus.At Tiraquellus in tracta.de retract.lignage.§. t 5. De puys la litis contestation.gl.2.inquit, Festum Pompeiū uirū
6 antiquitatis peritissimū lib.3.dicere.†Non semel cōtestationē hinc dici;quoniā ordinato iudicio utraq; pars dicere solebat.Testes estote. Quę res mirum in modum eorū partibus fauet, qui contestationē per confessionem fieri negāt,ꝙ ī ūc nullis testibus opus sic,uel eorum testimonio; Qui apud Dinū Matheū cap.26.clamāt.Quid adhuc egemus testibus,sine,vt Diuus Lucas scriptū reliquit cap.22.Quid adhuc desideremus testimoniū. Planè si uerū huius uocabuli etimū tradit Pompeius,contestatio tantū fieri dicitur:cum propter partiū controuersiā opus est testibus;qui negotiū dirimant, ex quo, & contestari est testes ciere,uocare,nominare. Tullius in actione 6. in Verrem.

Siracusis Flens,ac deos hominesq; contestans,clamare cępit, & in oratione pro Lucio Flacco. Cum ego te Flacce . Cęlum noctemq; cōtestas,flens flentē obtestabor. Quod & testari simpliciter dicatur. Idem Tull.in oratione pro Cecinna. ego omnes homines deosque testor.& Virgilius lib.2.Aeneidos.

Vos aeterni ignes,& non uiolabile uestrum.
Testor numen. & lib.4.
Per sidera testor.

& paulò post: Testor chara deos; testatur moritura deos,& Portius Iatro in sua aduersus Catilinam declamatione;
Testor noctem ipsam,impiarum molitionum tuarū consciam ; ac testem.Et Hieronymus in uita Pauli Eremitæ.Quod ne cui imposibile uideatur, diuum Iesum Christum testor, & Sanctos Angelos;In qua etiam significatione Tullius testificandi uerbo usus in epistola ad Atticum lib.10.Nā deos,ait,homines que,amicitiamquè nostram testificor; Hæc ex antiquitate accepimus.

7 Hodie† uerò litis contestatio inducitur ex narratione seu petitione illius, qui alium ad iudicem competentem uocat, & responsione citati negando uel confitendo; uel in dubium reuocando id, quod ab aduersario propositum est,iuxta.l.secundā.in princip ubi notatur C. de iureiurā.propter calū. & in l. rem non nouam.§.patroni.C.de iudic.& inc. unico extra de litis contesta. & in c.dudum.il secōdo.§. licet.extra de electio.

Vera igitur & perfecta litis cōtestatio ut sit, utriusque partis interuentu, actoris scilicet & rei, opus est;Id quod & nomen etiam ipsum planè indicat:vt inquit Bal.in l.1.col.2.C.de lit.contesta.

Requiritur præterea,ut ex prædictis apparet,etiā uerborum

uerborum expreſsio. d.§. patroni; Alius enim actus
non ſufficit.l.1.in prin.cum ibi notatis. ff. de uerbo.
oblig.& tradit Anto.à But.in d.c.unico. extra de lit.
conteſta. Cogendus agitur, eſt in ius uocatus, iuris
remedius in actu ipſo conteſtationis iudicio intereſ-
ſe,ut deinde iuris ordine & rectè ad ſententiam pro
cedi poſsit,ut inquit Bal.in auth.offeratur. C. de lit.
conteſta.& in l.1.quæſt.5.ff.de uerb.obli.& Aret. in
l.qui in aliena.§.fin.ff.de acquir.hæred. & Doct.om-
nes in d. c.unico,extra de lit.conteſta.ubi potiſsimũ
Maria.Soci.& Felin. hac de re agunt; & ideo inquit
Alcia.in Rub.de in ius uocando nu.3.conteſtationẽ
olim nomen ex eo ſumpſiſſe,quòd partes certa uer-
borum ſolemnitate conabantur.quicquid dare,face
re ue oporteret,ſe facturos , eiuſque rei diſcernen-
8 dæ poteſtatem Iudici concedere,† & hinc iudicium
dictum eſt; ideſt poteſtatem dicendi , ideſt pronun-
ciandi prætori facerent; ut Marcus Varro auctor
9 eſt;Hinc in iure dicitur †iudicium acceptum,ideſt li
tem conteſtatam eſſe.l.is qui ſe obtulit.ff. de rei uen
dic.& l.ſiquis Romæ.de iudic.Hinc etiam traditum
eſt;ĩ iudiciis ſtipulationẽ, quod te dare facere opor-
tet, interponi.l. ſed & ſi reſtituatur.§.1.ff. de iudic.
& l.ſi ſtipulatus fuerim.§. cũ ſtipulamur. ff. de uerb.
obligat.& l. uerbum oportere.ff. de uerb.ſig. Hinc
præterea eſt modus ille loquendi, facere poteſtatẽ
iudicandi,ut ſatis appareat ueram eſſe cõmunẽ ſen-
tentiam,iudicium ſcilicet à litis conteſtatione inci-
pere,tam & ſi ſolemnitates illæ uerborũ hodie abo
10 litæ ſint; & hinc fortaſsè eſt; †ut criminalibus litis
conteſtatio neceſſaria non ſit,latè de hoc uide Mai-
ner.in l.non ſolet.num.5.& 6.ff.de regul.iur.Propte
rea quòd,ut iudex auctoritatem à partibus accipiat
opus non eſt.

Illud tamen,ad rem noſtrã redcũdo, animaduer
11 tendum eſt.† Nam licet ſupradictũ ſit;in ius uocatũ
iuris remedijs in ipſo conteſtationis actu iudicio in
tereſſe cogendum eſſe;ut inde iuris ordine ad ſentẽ-
tiam procedi poſsit; Id tamen non ita neceſſarium
eſt,ut alioquin lis nõ conteſtetur. Nam,ut inquit Ti
raquellus in loco ſupra relato nu.5. ſi emptor,de cu
ius retractu agitur; in ius uocatus , modis omnibus
ne lis conteſtetur,ſubterfugiat;vel ad edictũ euoca-
tus non reſpondeat; aut alio modo moram faciat;
ut interin lucretur fructus,huiuſmodi fuga,cuncta-
12 tio,mora,dilatio,contumacia,fruſtratio †,p litis cõ
teſtatione habẽtur;& eoſdem effectus, quos ipſa cõ
teſtatio inducũt.l.ſi cũ.§. qui iniuriarũ. & ibi Alber.
col.1.& Bal.qui negat alibi reperiri,& Fulg.Roma.
Alex.Ludo.Bolo.qui dicit illum tex. ſingularẽ in ſe-
cũda interpretatione,& Iaſ.ff.ſi quis cautio.& l.ele-
ctio.§.ſi is quẽ.iũcta gl.ult.ff.de noxa.& l.cõſtitutio
ibi quaſi lite cõteſtata.ff.de actio.& obl.prout illam
intelligit gl.ibi dum allegat dictũ.§.qui iniuriarũ.&
Ioã.Faber.in §.pęnales.col.1.Inſti.de diuerſ. & tem
po.præſcript.& eſt etiã tex.in l.ſed ad eos.ff.ex quib.
cauſ.maior.& in l.2.C.ubi rem actio, ubi ad interrũ
pendã præſcriptionem paria ſunt, litem eſſe cõteſta
tam,uel ꝙ partis contumacia conteſtari non poſsit;
Præterea ut in his terminis ob reorũ contumaciã lis
pro conteſtata habeatur, noluerũt Inno.in c.ſtatui-
mus.col.ult.ĩ uerbo abſẽtiã,extra de electio.& Are.
in l.1.ff.de uentr. inſpici. & Cynus & Bald. in l.ſcire
oportet.§.ſufficit.ff.de excuſa. tuto. & idẽ Cyn. poſt
Petrũ in l.ſicut.in 4.oppo.ubi Albe.nu.3.C.de præ-
ſcriptio.30.uel 40.ann.& Barto.in l.1.in fin.prin.ff.
de priuat.delict.& Bal.in l. more.C.de rei uẽdi. ubi
ad hoc ſingularẽ dicit.d.§.qui iniuriarũ,& idẽ Bald.
in l.1.col.penu.uer.quæro,nũquid actiones,& ibi ẽt
Ioã.Faber.in prin.C.ex delict.defunct. & ipſe Bald.
in l.magnã.ad finẽ.C.de cõtrahen. & comit. ſtipul.
& in l.& ſi poſt tres.col.4.uerſ.ſed cõtra iſtud oppo
nitur.ff.ſiquis cautio.& in l.ult.in princ.poſt mediũ.
uer.unũ eſt tamẽ.ubi Alex.col.3.in duobus locis,&
Iaſ.col.ult.ff.de eo per quẽ fac.erit,ubi etiã ipſe Bal.
dicit ſingularẽ tex.in d.§.qui iniuriarũ. ubi etiã Bal.
in c.quoniã contra falſam.col.6.uerſ. & ſcias,ꝙ litis
cõteſtatio.extra de probatio.& Ang.Imo.Roma.&
Alex.col.3.in l.ſi inſulam.ubi etiã Ripa. col.7.n.34.
ff.de uerb.obli.ubi ex hoc dicũt, ita impediri moræ
purgationem,ſicut litis cõteſtationẽ,ut inquit Flo-
ria.in l.inde Neratius,§.hanc actionẽ.uerſ.Itẽ quod
dictũ eſt.ff.ad l.aquiliã.& Alex.in conſi.100.diſcuſ-
ſis.poſt principiũ,lib.5.& Feli.in c.illud.colu.penul.
uerſ.prima cõcluſio,extra de præſcriptio.& Iaſ.in l.
1.col.pen.C.quã libel.prin.datus,& facit etiã tex.in
l.ult.ff.de procu.& in l.ſi finita.§.eleganter.ſecundũ
intellectũ Bar.ff.de dam.infec.& in l.& qui data,iun
cta gl.ĩ uerbo,uel litis.ff.ex quibus cauſ.maio.ubi ab
ſens litis uitandæ cauſa pro præſente eſt; Redeundo
modo ad ſtatutũ noſtrũ, uoluerũt ſtatuẽtes, ut poſt
illos terminos ab illis cõſtitutos,lis habeatur pro cõ
teſtata.Nã uerè per ea,quæ ſupra diximus cõteſtata
dici nõ poteſt, & ideo, ut pro conteſtata habeatur,
uoluerunt,ut de hoc ſtatuto;& ſtatuto oppidi Prati
tradit Tiraq.in loco ſupra relato per ea, quæ uoluit
Caſt.in conſi.290.uiſis his quæ ſupra.col.2.uerſi.cæ
terũ nõ cõparatio. lib.j. Satis.n. hoc ex ſtatuto hoc
noſtro apparet, cum in eo dicatur,ubi uerò Reus p
ſe,uel per alium non cõpareret legitimè ad oppo-
nendum aliquid in dictos quinq; dies;tunc & eo ca-
ſu poſt lapſum dictorũ quinque dierum habeatur
lis pro legitimè conteſtata.

1 *Conteſtata lis non intelligitur propter contumaciam rei,quando iuſtam cauſam habuit.*
2 *Dolus nemini prodeſſe poteſt.*
3 *Conteſtata lis contumacia non intelligitur, ubi lis ceſſante mora,uel contumacia aduerſarij conteſtari non poſſet.*

Præcedens concluſio , ut contumacia rei lis ha-
beatur pro conteſtata, duobus modis, ut inquit eo-
dem loco Tiraquellus , limitari ſolet. Primus eſt
1 †cum reus iuſtam uel ad iudiciũ non ueniendi uel ſi
uenerit ſubterfugiendi cauſam habet, ut nuncupa-
tim uoluit Ioan. Faber in d.§. pœnales. Inſtit.de di-
uerſ.& tempo.præſcri.per tex.in l.ait Prætor.§.ult.
ff.ex quib.cauſ.maior.Ratio autem ea eſſe poteſt:ꝙ
litem pro conteſtata haberi,in odium rei, & ut eius
2 †dolus uel ſaltem culpa in hoc puniatur,introductũ
eſt,ut ex omnibus iuribus ſupra aductis expreſsè ap
paret;Id enim ex ſuo dolo,uel culpa reus lucri con-
tra omnem iuris diſpoſitionem faceret. Quod fru-
ctus

ctus fortasse acquireret, vel præscriptio ab eo incepta non interrumperetur, vel moram semper purgare posset, contra ea quę habentur in l. sed & si §. planè. in fi. ff. ad exhiben. ibi, ne sibi sua calliditas prosit.

3 Secundus casus est, † si cessante mora, aut contumacia aduersarij, lis contestari non potuisset, vtputa, quia iudex abest; vel moritur actor, antequam lis contestari potuerit, vel iudici alia mora, vel impedimentum acciderit; Nam si his de causis, etiam quòd reus ad edictum confestim respondisset; nec tantillum quidem distulisset, quin lis contestari non potuerit, pro contestata haberi non debet, argumento eorum, quæ habentur in l. ait Prætor, §. vlt. in fin. ff. ex quibus caus. maior. & in l. & in totum, ff. de impens. in rebus dotali. fact. & l. vlt. §. 1. ff. ad l. rodi. de iact. & l. si alius, §. est & alia, ff. quod vi aut clam, & optimè facit illud, quod dicitur, non comparentis contumaciam non nocere; vbi si comparuisset, propter absentiam iudicis nihil actum fuisset, vt voluit Bartol. Brixien. in quæstio. vener. quæst. 19. quidam citatus, per tex. in l. 2. §. vltimò, ff. si quis in ius vocan. non ierit, & Alber. in l. properandum, in princip. col. 4. versi. sed quæro, si actor. C. de iudi. & Petr. Ancha. in consil. 97. in quæstione. Præterea idem quoque dicendum est, cum pars aduersa non comparuit, vt est tex. in capit. 1. ibi, venienti reo, & ibi gloss. Ioan. Andr. Domin. à S. Geminiano, & alij, extra de dolo & contuma. & idem Ioan. Andr. in c. consuluit, col. 2. extra de offic. delega. & Bart. in l. si finita, §. Iulianus, col. 2. vers. procedo vlterius, & ibi Alex. colum. 8. versi. item in quantum, ff. de damn. infec. & Petr. Anchar. in d. consi. 97. vbi idem ad casum statuti extendit, & in capit. cupientes, §. quòd si per xx. col. 1. de electio. lib. 6. & Alex. in consi. 92. perspectis, col. penult. versi. pro hoc facit. lib. 1. & Ias. in rubr. ff. de in ius vocand. & in l. 2. de eo per quem factum erit, & Bertran. in consi. 267. si post, in vltimo dubio lib. 3. cum similibus.

1 Contestatio litis quando inducatur.

CAP. II.

Quoniam hoc nostro statuto, litem modis supradictis contestari sancitum est; satis opportunum arbitror pro clariori huius statuti interpretatione, & intelligentia eos casus referre; quibus iure communi litis contestatio inducatur, vel non inducatur. Primo igitur loco ad eos, quibus inducitur, accedamus.

1 Et primò † ab actore libello porrecto, reum ad respondendum cogi petente, etiam si reus actore absente ex interuallo respondeat, litis contestatio inducitur; Propterea quòd libelli productione, actorem animũ litigandi habere, liquidò apparet; & ideo responsio licet ex interuallo propter animorũ concursum simultaneam contestationem inducat; quæ quidem contestatio; vt ad præcedentia referatur, eã dubitationem habere videbatur, quòd vno & eodẽ contextu facta non fuerit, & parte præsente, vt diximus supra, & infra dicetur. Verùm prædictis non obstantibus, hanc conclusionem, quòd litis contestatio inducatur, voluit Vbert. Zucchardus in Rub. C. de pact. ex ijs quæ voluit Crot. in Rub. de verb. obli. in 1. lectu. num. 14. ex decisione Rotæ. 331. quam sequitur Dominic. à S. Geminian. in cap. fin. de lit. contest. lib. 6. Hæc sanè declaratio cum hoc nostro statuto maximè conuenit, cum infra quinque dies quandocunque respondeatur, litis contestationem induci voluerit.

1 Contestatio litis exceptionibus & replicationibus inducitur.
2 Iura & partis defensiones quæ dicantur.
3 Protestatio contraria facto protestantem releuare nõ solet.
4 Contestationem litis non qualibet responsio inducit.
5 Contestatio litis inducitur narratione proposita, & contradictione obiecta.
6 Contestatio litis etiam dato libello inducitur.

1 II. † Inducitur etiam litis contestatio exceptionibus & replicationibus, & ideo inquit Corn. in consil. 209. num. quinto, volum. secundo, respondendo petitioni, & ea negando, quæ proponuntur, litis cõtestationem induci, per ea quæ habentur in l. 1. C. de lit. conte. & post litem contestatam nullas declinatorias exceptiones opponi posse. l. fin. C. de except. & l. ita demum. C. de procura. & l. exceptionem, C. de probatio. cum similibus; Id quod ita verum est, vt non obstet, etiam si fortasse in illis responsionib. illa clausula adijciatur, saluis scilicet, & reseruatis omnibus alijs iuribus, & defensionibus suis; Propterea, quod huiusmodi verba de iurib. & defensionibus merita causę respicientibus intelligenda sunt.

2 Nam illa † propria iura & partis defensiones videntur; Id quod satis ex eo comprobatur, † quòd
3 protestatio contraria facto protestantem releuare non solet. l. cum in plures. §. locator borrei. ff. locat. & cap. solitudinem, extra de appel. & habetur per Bartol. & recentiores in l. non solùm. §. morte. ff. de oper. nou. nunciat. & pręsertim quando protestatio ea respicit; quę a voluntate, seu potestate protestantis non dependent; Quemadmodum a litem contestantis voluntate, sibi defensiones causę pręludia respicientes; quibus via ipsa litis contestatione pręcluditur; reseruare non pendet. Non minus etiam, quàm superior, cum hoc nostro statuto conuenit huiusmodi conclusio: cum in eo dicatur. Post quos octo dies vtiles, a die primæ citationis in casu, in quo exceptiones, seu replicationes sic opponi contingat in causa; lis habeatur & sit legitime cõtestata.

Illud tamen animaduertẽdum est, vt inquit Cor.
4 in d. consil. 209. nu. 20. vol. 2. † non quamlibet responsionem, quæ aduersus petitionem fiat; litis contestationem inducere: vt habetur in c. dudum, il grã. extra de elect. & in c. 1. extra de lit. contest. Verùm narrationem præcedentem, responsionem litis contestandæ animo subsequentem, vt habetur in l. 1. C. de lit. contest. & in c. 1. extra eod. tit.

Rursus dum idem Cor. in consi. 332. nu. 4. vol. 1.
5 & in consi. 244. colum. 1. circa fi. vol. 3. inquit † quòd licet iura velint, narratione proposita; & obiecta contradictione litis contestationem induci, vt habetur

tur per Bald.in l.rem non nouam.§.patronus.C. de
de iudi.& in l.unica. C.de lit. contesta. dum inquit
tex. per narrationem & responsionem, & pariter
etiam tex. in l. 2. in princ. C. de iuramen. calum. &
Hostiens.in c.1.de lit.contesta.in antiquis, litis cōte
stationem cum stipulatione comparet, & ex conse-
quēti, ut actor primò coram iudice narrando factū
loquatur, & deinde reus respondeat; Vnde libellū,
siue exceptiones, aut replicationes scriptas produce
re non sufficiat; & Bart.etiam in d.l. unica. C.de lit.
contesta.uelit; ut libellus pro parte actoris produ-
catur, & offeratut reo: & reus ex interuallo respon-
deat, & parte præsente litis contestatio non induca
6 tur. Attamen domini Rotæ in decis.354.† Idem da
to libello firmare uidentur. Inquiunt namq; ipsi, li-
bello ad actore porrecto; si reus ad respondendum
compellatur; & reus deinde partim negādo, & par-
tim confitendo respondeat, litis contestationem in
duci, & si tempore responsionis actor nō loquatur;
uel cum lis contestatur, præsens non sit; per text.in
c.1.extra de lit.contest. & in d.c. dudum. circa. me-
dium, eod. tit. & ratio est, ut ipsi opinantur. quia
actor, ex quo libellum obtulit, satis eiusdem uolun-
tatis esse præsumendum est; & præsertim cum, ut
reus respondere cōpellatur, institerit.l. eū qui uolū
tatem. ff. de probatio. ut latius eo in loco tradunt
Domini ipsi rotæ, quorum opinionem sequitur ibi
Anto.à Butrio, & Flor.Panor.& Imol.ibi dicit, hanc
opinionem authoritate ipsorum Dominorum rotæ
in practica seruandam esse; subdens, hac dominorū
Rotę authoritate remota, in practica in his termi-
nis obtinere difficillimum existimare; cum commu
ni opinioni aduersetur: ut inquit Imol. & licet Cor-
ne.eod.in loco Bart.authoritatē authoritati Domi
norū Rotæ cedere non uelit, & ex cōsequenti ut sal
tē in locis imperii eius opinio seruanda sit, tamē ab
opinione ipsorū Dominorū recedendū nō arbitror.

1 Contestatio litis fit, si reus libello actoris respondendo dixerit, tu mentiris.
2 Limitatur, nisi calore iracundiæ dicatur.
3 Verba, tu mentiris, saluo honore suo, an sint iniurio sa.

1 III. Litis contestatio fit † si reus actoris libello
respondendo dixerit; Tu mentiris; Illis enim uerbis
ideo litis contestatio inducitur, quia satis negationi
conueniunt.l.quæ omnia.post principium.ff.de pro
curato.& uoluit Bal. quem sequitur Alexā.in l. tur-
pia.num. 5.ff.de lega.1.& tradunt Bald.& Angel.in
eo loco inferri ex solutione data ibi per glo. ad l.&
si pepererit; Quibus addit Alexand.Guiliel. de Cun.
idem tenentem in l.1.C.de lit.contest.& Anto.à Bu
trio in c.1.col.10.extra de lit.contesta.
2 Id autem † limitat Butrius in d.c.j.col.10.quādo
illa uerba, tu mentiris, calore iracundiæ prolata es-
sent; Propterea quòd tunc ea uerba nullius efficacię
essent.c.ex literis. cū glo. extra de diuort. & l. quod
calore.ff.de regu.iur. Prædictæ decisionis Bal.ut in
quit eodem loco Alex.meminit Roma.in l.si quis ex
traneus.ff.de acquir.hæred.ubi, ut ipse inquit, Dinus
3 Bart.& alii quærunt, si dicatur † Tu mentiris, saluo
honore tuo, an sint uerba iniuriosa, de hoc uide, quę
uoluit Bart.in l. item apud.§. sed quod adiicitur. ff.
de iniur.& in l.quæ omnia.circa principium, de pro
cura.& tradit Bal.& Angel.in l. fin.post Guiliel. de
Cuneo.ff.quod quisq; iur.

1 Contestatur lis, si actor libellum offerat, & eo summā aliquam pecuniarum petat, reus uerò excipiendo di cat, tu mentiris.

1 IIII. Dicitur † etiam lis contestari, si actor libellū
offerat, & eo summam aliquam pecuniarum petat;
Reus uerò excipiendo huiusmodi uerbis utatur, nō
obstāte q̄ ad nō petita ab ipso actore nō teneatur,
ut inquit Guido Papę in consi.157.num.1.& moue
tur, quia litis contestatio responsione, quæ petitio-
ni contradicit, inducitur.l. rem non nouam.§.patro
ni.C.de iudi. Sed illa uerba petitioni contradicunt;
meritò & libello responsum, & lis contestata cense
tur d.c.dudum.il secundo, ibi. & responsionem fa-
cto &c.de electio.in antiquis.

1 Contestatio litis inducitur confessione post libellū oblatum.
2 Contestatio litis confeßione partis quādo inducatur.
3 Contestatio litis quando uerè & propriè inducatur.

1 V. Etiam rei confessione † post libellum oblatum
litis contestatio inducitur; ut inquit Cynus in d.l.j.
in 1.quæst.C.de lit.contesta.& glo.& Bart.& Doct.
in l.si debitori.ff.de iudic.& latè Felin.in c.1.colu.1.
& sequen.de li. contestat. & Aandre. de Iser.in cōst.
quæ incipit, regiæ maiestatis.
Id autem, quod de confessione dicitur, non ita in
telligendum est ut reus conuentus id, de quo prin-
cipaliter agitur, fateatur. propterea quòd, tunc lite
aliqua opus non est. Sed sententia præcepti Iudex
ferre debet.l.si debitori.ff.de iudic.ob id, quod reus
tunc, ob defectum litis contestationis definitiuè cō-
demnari non potest: ut rub.extra ut lite non conte-
sta. Dum igitur glo.secundùm doctores passim di-
2 cunt † confessione litem contestari, ad articulos
& libelli qualitates referendum est; non autem quò
ad rei principaliter petitæ conclusionem; cum ad li-
tem contestandam contraria conclusio esse debeat,
ut elegāter declarat Berenga. Feran.in prima præ-
fatione ad.§.nihil commune.l.naturaliter. ff.de ac-
quir.possess.num.26.& tractatur latè in l.1. ff.de cō
fess.& in l.unica. C.eod. tit. & si Guido Papæ in d.
consi.231.num.2.sibi contrarius, ut supra uidimus,
litem nō esse hoc modo legitimè contestatam arbi
tretur; quia responsione ad positiones lis non con-
testetur; & ideo processus sit nullus: d.ca. unico.de li
tis contestat.in antiquis. Verùm, ut ex præmissis ap
3 paret †. uerè ac propriè lis dicitur contestata; ubi
partium consensu, uerbis expresso, iudici potestas
in iudicio Procedendi, & illud per sententiam ter-
minandi data est; Eo enim partium reciproco con-
sensu, conuentio quædam oritur, & obligatio ad
ipsius iudicii obseruationem; non secus ac in contra
ctibus euenire solet, argumento.l. 1.§. 1.de pact.&
ideo dixit Alberi.in l. uerum.§. ex facto. ff. de mino.
dum

dum glo.ibi illud reprehendit, quod dicitur, in iudiciis tunc quasi contrahi posse, ubi partibus ipsis, uel earum procuratoribus pręsentibus, lis contestatur. Cæterum absente aduersario ex quasi cōtractu obligationem non oriri; Id quod ad declarationem statuti nostri notādum uidetur, dum in eo dicitur, post quinq; dies; si reus per se, uel per alium non comparet legitimè ad opponendum aliquid, lis habeatur pro legitimè contestata. Nam tunc quasi cōtractus dici non posset: Præterea, quòd ex litis contestatione quasi contractus oriatur: tradit Curt. in l. post uēditionem. num. 14. C. de pact. per tex. in l. 3. §. idē scribit. cum glo. ff. de pecul. & idem Curt. in l. edita num. 47. C. de eden. ubi uult, ut ab eo deinde recedi non possit; Quia quę à principio sunt uoluntatis; deinde sunt necessitatis, uulgata l. sicut. C. de actioni. & obliga.

1 *Contestatio litis inducitur per illa uerba, nescio, uel non credo.*

1 VI. Verbis illis nescio, † uel nō credo super oblato libello litis cōtestatio inducitur. c. cū ad sedē. extra de restit. spoliat. & tradit Bald. in l. si debitor. ff. de peti. hęred. & in l. 3. C. quibus ad lib. procla. non lic. & Abb. in c. 1. ubi etiam Felin. in col. fin. extra de lit. contest. & Bal. in c. uasallus si fundū, si de feud. fuer. contro. inter domin. & agnat. Id quod dicitur etiam de uerbo non præsumo, ut inquit Affl. in c. ua allus si fundum. nu. 17. per ea quæ uoluit glo. in c. quorūdam, de præsum. & in l. huius. de leg. pri. & Bald. in c. i. si de feud. ab aliquo uasal. interpel. fuer. Vtuntur etiam uerbo ignoro, & ita communiter seruatur quando lis à procuratoribus, hęredibus, uel aliis cōtestatur, qui iustam in facto alieno ignorantiam prętendunt. l. quamquam. ff. ad uelle. & tradit Bar. in l. qui in alterius. ff. de regul. iur. & in l. siquis inficiatus ff. de posi. & latè Specul. in tit. de lit. contesta. §. 2.

1 *Contestatio litis inducitur, ubicumq; reus coram iudice incompetenti confitetur, si simul exceptionem peremptoriam proponit.*

VII. Vt inquit Salic. in l. unica. C. de lit. contest.
1 ubicunq; † reus coram iudice imcompetenti confite
tur, si simul exceptionem peremptoriam proponit;
litem contestari uideri; cum ad ulteriora procedi
uelle appareat; ac de sua exceptione cognosc.

1 *Contestatio litis inducitur etiam, si dicat, id animo cōtestandi non facere, sed contradicendi.*

1 VIII. Etiam litis contestatio † inducitur; si confiteatur, id animo contestandi non facere adijciens; sed prædictis contradicendi quadam exceptione, quam opponere intendit, ut inquit Salic. & alijs in locis supra relatis.

1 *Contestatio litis inducitur si confiteatur, & ad ulteriora procedi petat.*

1 IX. Si † confiteatur & ad ulteriora procedi petat; Nam aliud ob suum interesse, ad definitiuam sententiam; ad quam nisi lis contestetur; peruenire non potest, peruenire uelle uidetur; uel quia aliquam exceptionem proponere intendit, ut ex prędictis cōstat.

1 *Contestatio litis, inducitur narrata prout narrantur uera esse, et petita prout petūtur fieri debere negādo.*

1 X. Litis contestatio illis uerbis † inducitur, narrata prout narrantur uera esse, & petita prout petuntur fieri debere negando: ut est tex. in d. l. unica. C. de litis contest. & in l. 2. §. 1. & quod ibi notatur, de iuramen. calum. & tradit Rapha. Fulgo. in consil. 160. num. 4.

1 *Contestatur lis, etiam quòd quis eam animo non contestandi contestare dicat.*

2 *Verba illa, saluo honore, mentiris, iniuriam irrogāt.*

1 XI. Contestatur lis † etiam quod quis eam animo
non contestandi contestare dicat; ut inquit Alciat.
in l. diuortio, nume. 26. ff. de uerb. signif. ut uoluit
Angel. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Hu-
iusmodi enim actus à iuris dispositione depēdet, &
cum alio agitur; qui postquam cum contestari acce-
pit; de eius animo nullam vlterius curam gerere de
bet; sicut & cum quis alteri † saluo inquit honore,
2 Tu mentiris. Verbū enim ipsum iniuriā irrogat, ut
uoluit Bar. in l. si quis extràneus. ff. de acqui. hæred.
quam honoris illa reseruatio non exingunt. At An-
gusti. Beroius in c. quoniam contra. n. 185. extra de
probatio. inquit, glo. in hoc articulo & scribētes ua-
riare. Nam glo. in d. l. 1. & in c. j. de lit. contest. uoluit
litem, ut protestatio aliquid operetur, nō cōtestari,
cuius opinionis fuit Bar. in d. l. j. quam optimis ratio
nibus defendere conatus est, comprobatur: quia, ut
supra uidimus litis contestatione quidam cōtractus
iniri uidetur. l. 2. cum ibi not. ff. de præto. stipula. &
d l. 3. §. idem scribit. ff. de penul. Qui quidem quasi
contractus, iuris saltem præsumptione tacito partiū
consensu fieri dicitur, argu. l. 1. ff. de pact. iuncta. l. ex
maleficiis. §. 1. ff. de actio. & obliga. & Instit. de obli-
ga. quæ ex quasi contra. Verùm si, ut supra respōdē
do de contrario ipsius rei consensu apparet; qui li-
tem contestari nolle uidetur; utique ille quasi con-
tractus celebratus dici non potest, cum expressum
tacitum cessare compellat. l. cū filio. §. filio. ff. de uul-
ga. & pupil. Nec repugnare uidetur: quòd protesta
tio cōtraria facto nihil operetur. l. ubi repugnantia.
ff. de regul. iur. & l. 1. C. de furt. & glo. in c. tua nos. de
sponsali. & in c. per tuas. circa medium gl. magnę, de
cond. ap. Propterea quòd huiusmodi assumptum ue
rum esset, quādo protestatio directè facto repugna
ret; at secus si non repugnet: sed potius diuersa sit,
vnde si dicatur, prędicta non tamen animo litem cō-
testandi, nego. utique contraria responsio non uide-
tur; quandoquidem non inconuenit, ut quis neget,
seu respondeat; & lis tamen contestari non dicatur.
Hac de re loquitur latè Gulielmus Mayner. in l. nō
solet deterior. numero 7. 8. & 9. ff. de regul. iur. qui
inquit communiter Doctores in dicto c. cū M. Fer-
rariensis. extra de constit. hanc protestationem litis
conte-

contestationem impedire, & Riminal.in consi.149. nu.14.cum sequen.uolu.1.inquit,litis contestationẽ illis uerbis non intendunt productionibus & reproductionibus consentire.Id quod procedit,etiam cũ procurator rei respondendo ad libellum inquit,animo non contestandi litem respondere, ut inquit Socin.senior in consi.47.num.2. uolu.4.& præsertim corã iudice parte non contradicente;ut uoluit glos. in d.l.unica.C.de lit.conte.quã sequũtur Guiliel.Iacob.Raue.Cynus, & Bar.& glo. in d.c.unico.de lit. contest.ubi Anto.à Butr.& Abb.ibi,& in c.exceptionem,de regul.iur.in 6.Geminia.in cap.2. de lit.contest.in 6. Subdit tamen si post prædictam protestationem reus iudice præcipiente; & parte instante iterum uerba proferat; quibus litis contestatio inducitur;ab illa protestatione recessum uideri;& litis contestationem tenere,arg.c.prout extra de dolo & cõtum.ut ibi latius per eum,ubi multa de responsionibus tradit.

1 *Contestationis communis practica.*
2 *Negans simpliciter in quam pœnam incurrat.*

1 Communis † antem litis contestandæ practica, inquit Maran.in suo speculo aureo in 10.& ult.membro primæ partis,num.3.cum sequen.est; ut reus dicat,petita prout petuntur,& narrata pront narrantur,uera nõ esse:Saluis iuribus & defensionibus suis loco & tempore producendis; Quæ quidem uerba
2 maximè ponderanda & attendenda sunt.Nam † reus ita respondens in pœnam negantium , de qua in l.si. ff.de rei uendi.& in l.contra negantem. C.ad l.aquiliam similibusq; legibus nõ incurret;Prout incurreret,si simpliciter negaret,ut inquit Bart.in d. l.si dubitetur.§.ita demum,quẽ ibi sequuntur Imol.& Castren.ff.de fideiusso.& idem rusus uoluerunt Imol. & Castr.in l. sed hoc ita.ff. de re iudi.& Alexan.in l. etiam.§.licet.col. fin.ff. solut.matr.& Ias.in l.cũ qui. col.4.ff.de iureiurand.dum inqnit , hanc opinionem esse ueriorem,licet contrarium uelit Felin.in ca.cæterum.col.7. extra de iudi.

1 *Contestatio litis quando non inducatur.*

C A P. III.

VIdimus nonnulla ad litis contestationem inducendam pertinentia; è contra modo quando lis non contestetur inspiciamus.

1 Primò igitur † lis non contestatur; donec Iudex declinatoriè, uel dilatoriè opponendo recuari potest; ut inquit Barto. in l.unica.in 2. oppositione.C. de lit. contest.ubi idem expressè uoluit Salic. in 5. oppositione, dum inquit,litem non contestari;quando reus in declinatoriis contra Iudicem, locum, uel procuratores opponẽdo insistit. l. ita demum. C. de procur.& l.fin.C.de exceptio.& uoluit idem Bar. in d.l.unica.numer.1. 2. & 3. quæst.& concordat Hostien. in c.unico,col.3.de lit.contesta.cum inquit, litis contestationem nihil aliud esse,quàm reum uelle in negocio principali cum aduersario litigare , attestari,ubi etiam Abba.col.3.& Bald.col.3.& declarat Abba.in c.dudum.il secundo,colu.4.uersic.noto qualiter fiat, ubi etiam Butrius , extra de electio. & tradunt gl. cum quibus transeunt Doctores omnes in d.l.unica,& in d.c.1.& in c.dudum,in uersic.in in re propositum,& tradit Ioan.Bapt.Ferret.in consil. 114.num.4.ubi idem quoq; arbitratur, quãdo reus libello respondendo dicit , nego narrata prout narrantur in forma solita; Si actor in libello ultra negocium principale,iurisdictionem etiam iudicis ratione delicti, uel rei sitæ, uel contractus negauit. Ratio autem est; quia uerba illa rei negatiua; ad iurisdictionem potius in libello deductam , quàm ad principale negocium referuntur,prout decidit Marianus Socinus in d.c. unico.col.3 2.uersi. itẽ aduerte,& uersi.quinimo.

Verùm hæc ad statutum nostrum pertinere non uiuentur,cum in eo litis contestandæ forma tradita sit;Tum etiam quia exceptiones omnes in fine litis reseruantur.

1 *Contestatio litis non inducitur exceptionibus ad principis rescriptum peremptoriis.*

1 II. Litis quoq; † cõtestatio exceptionibus ad principis rescriptum peremptoriis non fieri, tradit Socin.in loco supra adducto num.5.ut habetur in c.1. de lit.contest.in 6.etiam si reus ad libellum peremptoriè excipiat,ut est casus in c.2.eod.tit.de lit. conte.lib.6. & hanc conclusionem in ualidioribus terminis confirmari ait duobus canonibus , ut inquiũt Bal. Paul. Castren. Cynus & Salicetus in d.l.unica, & Bal.in d.c.1.col.5.uersi.sed nunquid.& Ratio est, ut ipse inquit;quia eum reorum sit fugere: ea uerba animo litis contestandæ dicere non præsumitur.

1 *Contestatio litis non inducitur negatiua ad positiones responsione,etiam si libellus præcedat.*
2 *Contestata.... litem Iudex intelligere non uidetur, quãdo terminum ad deliberandum, & opponendum contra procuratoria omnium reorum cõparentium mãdata assignat.*
3 *Contestatio super exceptionibus quando contestetur.*

1 III. Litis contestatio † non inducitur negatiua ad positiones responsione; etiam si libellus præcedat, ut habetur in d.c.dudum.il secondo; de electio.& in d.c.unico.de lit.contest.ubi etiam Abba.col.3.uers. Ego uerò puto. Planè animus litem contestare nolentis ex eo apparet; quòd antè omnia personas le-
2 gitimari petitur † & iudex etiam litem pro contestata habere non uidetur,quando terminum ad delibe randum,& opponendum contra procuratoria omnium reorum comparentium mandata assignat;cõprobantur prædicta, quia altercatio dilatoriarum; aliarumue exceptionum,cum principalis causæ articulo non conuenit:immo ex diametro inuicẽ repugnant,ut habetur in c.exhibita de iudic.Quandoquidem in declinatoriis insistere , nihil aliud est; quàm in negocio principali procedendum non esse asserere ; At litis contestatio nihil aliud est , quàm in negocio principali insistere; quæ quidem cõtraria esse

manifestè apparet d.c. exihibita, prout etiam arguit Abba. in d.c. unico. col. 4. per illum tex.

3 Illud tamen animaduertendum est.† Nam licet ex prædictis in causa principali litis contestatio non inducatur, contestabitur tamen super ipsis exceptionibus, ut inquit Anto. à Butrio in d.c. unico. colu. 3. uersi. Ideo si reus dicat incompetentem, & concordat Maria. Socin. in d.c. 1. col. 32. uersi. itē aduerte.

1 *Contestatio litis non inducitur illis uerbis, uidelicet, ex quibus constat de bono iure rei non actoris.*

1 IIII. Litis contestatiu † non inducitur illis uerbis, uidelicet, ex quibus constat de bono iure rei nō actoris. Propterea quòd, ut iudex de suo bono iure instruatur; prolata censentur; non autem animo litem contestandi, ut inquit Abb. in d.c. unico. col. 7. uersi. Ego in hoc articulo, ut tradit etiam ibi Butrius.

1 *Contestatio litis non inducitur, si petat reus à petitis absolui.*

1 V. Litis contestatio non infertur † si petat reus, se à petitis absolui; ex quo ad contenta in libello responsio forma solita negatiua non præcessit; sed ad exceptiones tantum præcedentes in eadem scriptura contra rescriptum datas, ex quibus lis, etiam si libellus præcedat, non contestatur c. 1. & 2. de lit. contest. lib. 6. Nam rei negatione nisi concurrant ea, de quibus per Abb. in d.c. unico. ubi etiam Hostiensis col. 2. in princ. lis non testatur

1 *Contestatio litis non inducitur conditionali responsione.*

1 VI. Lis † conditionali responsione non contestatur, ut inquit Maria. Soci. in d.c. unico. colu. 4. quæst. 26. de lit. contest.

1 *Contestatio litis non inducitur cōfessione procuratoris actoris, etiam quod litem contestatam confiteatur. nisi in processu de rei responsione ad libellum & ad litem contestandam appareat.*

1 VII. Confessio † procuratoris actoris, etiā si millies litem contestatam esse confiteatur, litis contestationem non inducit; nisi in processu de rei responsione ad libellum, & ad litem cōtestādam appareat. Quemadmodum ex parte unius tantum prælium, uel confictum esse non potest: ut in terminis uoluit Cynus in d.l. unica. col 2. & 3. quæst. 6. C. de lit. contest. Dum inquit, cum litis contestatio ab animo rei tantum procedat. Actorem eam suo consensu inducere, uel supplere non posse, ut est tex. in §. illud. in Auth. de exhiben. reis, & ideo Cynus ibidem col. fin, quæst. 7 inquit. Iudicem litem pro contestata habere non posse; cum omnino ex animo rei procedere debeat, ut inquit ibi Bal. colu. 2. quæst. 2. Mouetur autem ex eo, quòd litis contestatio certam formam à lege datam requirit; qua omissa, ut lis pro contestata habeatur; esse omnino impossibile: prout inquit etiam ibi Salic. col. 2. quæst. 6. & Castren. col. 2, uersi. sed an Iudex. & Canonistæ omnes in d.c. unico.

1 *Contestatio litis consensu partium non inducitur.*
2 *Contestata lis an intelligatur, si Iudex litem contestatam pronunciet.*
3 *Contestatio litis iudicis interlocutoria non probatur, quando Iudex simpliciter et absolute litem contestatam non pronunciat, sed conditionaliter.*
4 *Clausula, si & in quantum de iure, uel secundùm formam statutorum contestari p ssit.*
5 *Contestatio litis non inducitur iudicis interlocutoria si parte non citata feratur, etiam si deinde notificetur.*

1 VIII. Consensu † partium litis contestatio non inducitur, & ideo quādo in facto ex processu litem non esse contestatam apparet; etiam quòd partium consensus adsit; ut tamen lis pro contestata habeatur; efficere non potest, cum (ut diximus) ab eorum consensu non pendeat, prout nec tolli potest partiū consensu litis contestatio, ut inquit Felin. in consilio 23. num. 1. & tradunt Canonistæ in c. de causis, extra de offic. delega. & Soci. iunior in consi. 16. num. 13. uolum. 1. ut plenè per recētiores in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. potest tamen à statuto remitti, & ideo mirū nō est, si in hoc statuto pro cōtestata litē haberi dicatur, ut de hoc statuto nostro Florentino tradit Paul. Castre. in consil. 290. numer. 2. uolu. 1. ut etiam potest statuto induci, ut libellus reo porrectus litis contestatæ uim habeat, ut inquit Bal. in tract. statutorū, in uerbo cassatio. numer. 2. Vnde his ita stantibus ulterius quærebatur. Quid si acta amissa sint; & ambæ partes, actor scilicet & reus litem contestatam esse fateantur; Id quod asserat etiam iudex; an lis pro contestata habenda sit; Hac in re Abba. & Anton. à Butri. in c. fin. in 3. notabili extra de probatio. ubi latè Felin. in colu. penult. & fin. uoluerunt, ut tūc saltem ut ex tunc lis pro contestata habeatur. Verùm Soci. senior in consil. 2 47. nume. 4. uolu. 4. Quærit † quid si iudex litem contestatam pronunciet; quæ re uera contestata nō erat an pro contestata haberi debeat. & inquit, suum genitorem in d.c. primo. in 8. articu. quæstio. 27. dicere, hanc quæstionem tactam nō inuenisse; ipsum tamen ita distinguendo dicere; Aut re propter uarias doctorum opiniones dubia existente iudex litem contestatam pronuntiauit; & tunc litis contestationem probare: & tunc si non fuerit appellatum, partibus nocet, ut notatur in c. romana. §. si uerò. de appella. in 6. & in c. cum cessante. extra de appella. Aut uerba sunt clara, & penitus ad litis contestationem inepta; & tunc talis interlocutoria manifestam iniustitiam continebit: & ex consequenti erit nulla, ut est tex. & ibi not. in c. inter cæteras, extra de re iud. & notat Abba. in c. 2. super glo. in uerbo inclitas, extra de restit. in integr. Hanc opinionem comprobat Soci. eodem in loco ex iis, quæ uoluit Imol. in d.c. unico de lit. contestat. dum uoluit, ut Iudex, efficere non possit, ut aliquo actu lis pro contestata habeatur; quia id non pendet à potestate iudicis, sed partium, ut ibi not. Docto. in d. quæstione, & in d.l. unica. C. de lit. contesta.

Iudicis

3 Iudicis prætereà † sententia interlocutoria litem contestatam non probat, quando iudex simpliciter, & absolutè litem contestatam non pronunciauit; sed conditionaliter; Videlicet, per hęc uerba. Si & in quãtum de iure; uel secundùm formam statutorum contestari posit; Natura enim huius clausulæ est; ut si de iure secundùm statutorum fórmam lis uel contestari posit, uel sit contestatata; contestatio in-
4 ducatur. † ut de hac clausula notabiliter tradit Bart. l. ambitiosa, de decret. ab ordin. faciend. & in l. prætor ait. §. si controuersia. ff. de damn. infect. & Bald. in l. 1. C. qui adimit. & in l. edita. C. de edend. & Ludoui. Roman. in consil. 77. supra responde qnia nuper.
5 Idem prætereà est, † si huiusmodi litis contestatæ interlocutoria parte non citata feratur; & si deinde notificetur; per ea quæ ponit glos. in l. nec quicquã. §. ubi decretum. ubi notant Bart. & Bal. ff. de offic. proconsul. & legat. dum inquiunt, notificationẽ interlocutoriæ non citata parte latæ non opitulari, & latè prosequitur Anto. à Butr. in c. quoniam contra extra de probatio.

1 Contestatio litis non præsumitur, si antè quàm pars respondeat, dilatio ad probandum assignetur.

1 IX. Contestatio † litis non inducitur, nec præsumitur, si antè quàm pars respondeat, dilatio ad probandum assignetur, ut inquit Felin. in consil. 23. numer. primo.

1 Contestatio litis nõ fit sola responsione absente parte.

1 X. Sola responsione † absente partes litis cõtestatio non fit, ut uoluerunt Bar. & Bal. in l. j. C. de lit. contest. & Specul. eodem titulo de lit. contest. §. quando uersi. numquid absente. & Hostiens. in c. 1. extra eodem titulo, & Rursus idem Bart. in l. is qui reus. col. 5. de publ. iud. & Felin. in d. consi. 23. nu. 2.

1 Contestatio litis non fit, quando in prima comparitio ne reus exceptiones processum impedientes opponit.
2 Contumax reputatur, ubicumque reus in iudicium cõparet, & illud, ad quod citatus est, non exequitur.
3 Contumacia non nocet, nisi in termino accusetur.

1 XI. Lis non contestatur, † nec pro contestata habetur, quando in prima comparitione reus exceptiones processum impedientes opponit: ut inquit Alexan. in consi. 100. num. 5. uolu. 5. per tex. in c. j. & 2. de litis contest. in 6. & not. glo. & sequuntur Doctores in l. 1. C. de lit. contesta. & not. in c. 1. extra eodem in antiquis. Prætereà etiam si reus unà cum actore compareat; & libello non respondeat: Imo unà cum actore instantiam prorogauerit, nec actor re non respondentis contumaciam accusauerit, tunc ut ratione contumaciæ lis pro contestata habeatur, dicendum non esse. Id quod probat eo loco
2 Alexand. hoc modo. † Vbicunque reus citatus in iudicium comparet; & illud, ad quod citatus, est, non exequitur; perinde est, ac si non comparuisset; contumaxq. reputatur. l. scire oportet. §. sufficit, uersic. scire autem. ff. de excus. tuto. ubi ad hoc illum text. ponderant Iacob. de Aren. Cyn. & Bal. sed rei contumacia nunquàm ei nocere debet; nisi cum aduersa-
3 rius in termino cõparuerit † & eius contumaciam accusauerit. l. properandum, §. & si quidem. ubi notant Doctores, & presertim Bald. & Salic. C. de iudic. & notat Bartol. in l. consentaneum. in fin. C. quom. & quando iudic. & in l. si finita. §. Iulianus. colum. 4. ff. de damn. infect. & in extrauaganti ad reprim. in uerbo. neglexerit; Cum igitur in his terminis actor rei contumaciam non accusauerit, ea contumacia ei nocere non debet: & non modicum facere, inquit, illud, quod notat Bald. in l. 1. ff. de in ius uocand. & in l. post edictum. §. 1. ff. de iudi. per illum text. & in l. si. in princip. ff. de eo per quem factum erit, & Guiliel. de Cune. in l. sicut C. de præscrip. 30. anno. & facit illud, quod notatur. l. si pater. C. ne de statu defunct. & in authen. offeratur. C. de lit. contesta. & Bartol. in l. accusatorus. cum similibus. ff. de adulte. latiùs ibidem de huiusmodi statuto & conclusione loquitur Alexand. eodem in loco.

1 Contestatio litis, non inducitur rei confessione.

1 XII. Confessione † rei non inducitur litis contestatio, ut inquit Alexand. in l. si domus. §. in pecunia. numer. 2. ff. de legat. primo, refert tamen se ad glos. & Docto. in §. susceptum. in Authen. de exhiben. reis, & in l. fi. C. de lit. contestat. & nonnulla tradit glos. in l. proinde. §. primo. ff. ad l. aquili. & in c. dudum. de electio. & in c. ex parte. il primo, de uerbor. significatio. & in c. primo, ubi planè per Docto. de lit. contestat. & latè Bald. in l. si reus. ff. de procurat.

1 Statuti nostri declaratio dum in eo dicitur, litem haberi pro contestata.
2 Processus est ipso iure nullus, si lite non contestata ad ulteriora transeatur.
3 Contestatione litis totum iudicium formatur.
4 Cõtestationem litis primus actus, qui in alius iudiciis post eam fit, in summariis facit.

CAP. IIII.

1 PRæterea † pro clariori declaratione huius nostris statuti dum in eo dicitur, litem haberi pro contestata, animaduertendum est, summa ratione id à statuentibus appositum fuisse. Nam si ad ulte-
2 riora lite non contestata procedatur: † processus erit ipso iure nullus; in ea namque, ut inquiunt Do-
3 ctores, † totum iudicium fundatur. & ut inquit Bald. in cap. primo, colum. prima. extra de lit. contesta. lapis angularis totius iudicii est: ita ut si omittatur, totum iudicium corruat, ut inquit gloss. in ca. dudum, il secondo, de electio. & tradit Bartol. & sequuntur alii in l. prolatam. C. de senten. & Cardi. in clement. sæpe. in princip. in quarta opposi. de uerbor. signific. & licet, ut supra diximus, in causis summariis, ubi uera litis contestatio non requiritur, ut

4 ibidem inquit Cardi. primus † actus, qui immediatè
post litis contestationem in aliis causis fieri solet,
in summariis pro litis contestatione habeatur; scili-
cet quàm primum iudex de meritis causæ cognoscere
re incipit, ut uoluit Ludo. Roman. in consil. 174. col.
secunda, & tradunt Bartol. & Bald. in l. nulla. & in l.
nihil. C. de procurat. & Cardin. in clement. constitu-
tionem. §. fina. in fin. de electio. & Abb. in c. insinuan
te. in fin. de offic. delegat. & Felin. in c. olim. de accu
satio. & in d. c. exceptionem. colum. 5. uersic. tertiò
intellige, de exceptio. & Paris de Pute. in tractat. de
sindica. in uersi. sententia. colum. 4. Id quod & de ar-
bitris dicendum est, ut inquit Bartol. Soci. in consil.
27. numer. 40. uolum. quarto, & tradit gloss. in l. uni-
ca. C. de lit. contestat. & Barto. in authen. offeratur.
eodem titulo, & est text. ubi tradit Bald. in l. rem
non nouam. C. de iudic. Nam primus actus facti,
qui litis contestationem subsequitur, coram eis fa-
ctus pro litis contestatione habetur; cum coram eis
summariè procedatur, prout notatur in d. l. nihil, &
in l. nulla. C. de procurat. & est gl. in c. primo, de ele-
ctio. in 6.

1 *Litem contestare an reus a iudice compelli possit.*

CAP. V.

QVærit ultimo loco Alexand. in l. qui in aliena
§. Celsus. numer. 9. ff. de acquirend. hæredit.
1 An † reus à Iudice, ut litem contestetur, compelli
possit, & quandam glos. inquit in authen. qui semel.
C. quomo. & quando iud. ut compelli non possit, no-
luisse. Mouebatur autem ea ratione; quòd satis mis-
sione in possessionem actori consultum sit l. satis-
que pœnæ. ff. de in ius uocand. quam gl. sequitur Bar-
tol. ibi in fi. Verùm his non obstantibus, quòd com
compelli possit, magis communi opinio uidetur ex
ijs, quæ habentur in l. inter stipulantem. §. primo. ff.
de uerbor. obliga. & in l. quoties. in princ. in uerbo
omnino. ff. de noxali. & in l. consentaneū. C. quomo-
do & quādo iudex Hanc opinionē sequūtur Petrus
& Cynus & antiquiores in l. 1. C. de lit. contestat.
& in authen. qui semel. C. quomod. & quando iud.
& Alber. in d. l. quoties. & Canonistæ in c. 1. de lit.
contesta. & subdit Alexand. hac de re dicere consue-
uisse in d. l. inter stipulantem. §. 1. & in l. si finita. §.
Iulianus. ff. de damn. infect. ubi inquit tenendam cō
munem opinionem; quàm etiam amplectitur Bald.
in l. sed & hæ. §. Prætor. ff. de procu. ubi inquit text.
in l. satisq. pœne. de eo loqui; qui de domo exire no-
lebat; planè cum de causa ciuili agitur, compelli nō
potest. l. plerique. ff. de in ius uocand.

1 *Præscriptio an interrumpatur stante statuto, ut con-*
tra contumacem lis pro contestata habeatur.
2 *Præscriptio 10. uel 20. annorum partim est fauorabi*
lis & odiosa.
3 *Contestata lis intelligitur, quando stat per reum, qui*
comparere nō uult, & litem contestare subterfugit.
4 *Contumacia uera requiritur, ut lis habeatur pro con*
testata.
5 *Contestatio non uera quid operetur.*
6 *Fictum quando idem quod uerum operatur.*
7 *Contestatio litis quò ad omnia operatur, ubicunque*
in causis, in quibus sine figura iudicii proceditur,
uel in quibus lis pro contestata habetur, circa meri-
ta fit aliquis actus.
8 *Præscriptionis interruptio quando fiat per primum*
actum, qui circa merita causæ fit.

CAP. VI.

PRæterea pro declaratione huius. §. Primò ui-
1 dendum est. † An stante hoc statuto; quòd con-
tra contumacem lis pro contestata habeatur, præ-
scriptio interrūpatur; quemadmodū per litis conte
stationem præscriptio interrumpitur. Loquor autē
de mixta præscriptione; partim scilicet fauorabili
2 partim odiosa; id est † 10. uel 20. annorum l. more.
C. de rei uendica. & est communis opinio Barto. de
qua per Balb. in tracta. præscripti o. in prima quæstio
4. quæstio. princ. in 3. part. sexæ part. princi. num. 5.
& sequent. Et Ioan. de Prat. in l. mutus. §. qui non co-
gitur. ff. de procura. ut præscriptio interrumpatur cō
cludendum esse arbitratur; Id quod in terminis sta-
tuti nostri, quo disponitur, quòd post quinque dies
utiles reo ad excipiendum datos lis pro legitimè con
testata habeatur, dubium habere non uidetur.
Nam, ut inquit Balbus in suo tract. præscriptionum
in 4. quæst. princ. 3. part. 6. part. princip. nu. 32. Quan
do, stat per reum; quominus litis contestatio fiat
3 † Quia citatus comparere non uult; & litem conte-
stari subterfugit; lis quò ad præscriptionis interru-
ptionem, alios ue effectus, scilicet ut actio, quæ alio-
quin ad hæredes transitura non esset, pro contesta-
ta habetur, tex. est (ut ipse inquit) notabilis in l. si eū
§. qui iniuriarum. in fin. ff. si quis cautioni. ubi no. Bald.
in notabili, inquiens alibi id non reperiri, & sequū
tur Paul. Castren. Alexan. & Iaso. col. 3. num. ultimo,
qui alios allegat, & ait hanc esse communem opinio-
nem, & Alexand. in l. si insulam, per illum tex. in fin.
colu. 3. ff. de uerbo. oblig. & prius uoluit Cynus post
nonnullos alios in l. sicut. C. de præscrip. 30. anno.
prout innuit ille tex. ibi quasi lite contestata, & idem
tenet Bald. in l. more. C. de rei uendic. & in l. fin. in
prin. col. 2. uersi. unum tamen est. ff. de eo per quem
factum erit, ubi latè per Alexan. nume. 8. qui ait, quò
ad prædictos effectus; ut lis pro contestata habea-
4 tur, ueram contumaciam esse debere per ea, quæ
uoluit Ioann. Faber. in §. pœnales. Institu. de actio.
& id (ut ipse inquit) diligenter & accuratè notan-
dum est. Patet igitur ex prædictis, ut Balbus eodem
5 in loco attestatur, † idem esse, litem contestatam fuis
se, uel pro contestata haberi, & rursus idem quasi
contestationem, quod ipsam ueram contestationem
operari; ut est casus in l. 2. uersicul. si uerò post. C.
6 ubi in rem actio. ubi not. Bald. & Felin. in c. illud.
colum. penult. in prima conclusione, numer. 12. ubi
alios refert; & præsertim Roma. in consil. 174. am-
plissimus Doctor. col. secunda, numer. 5. de præscri-
ptio. & Ias. in d. l. fin. in princi. colum. fin. ff. de eo per
quem factum erit: & licet non alleget text. in d. l. 2.
ubi expressè inquit litem propter contumaciam rei
ad

ad interrumpendam longi temporis præscriptionem pro contestata haberi, infert præterea ex prędictis Balbus eodem in loco, quòd in causis, in quibus sine figura iudicii proceditur, & in quibus lis pro
7 contestata habetur, eo ipso quòd circa merita aliquis actus fit; quo ad omnia litis contestationem operari: ut per Bartol. in extrauaganti ad repri mendum, in uerbo & sine figura, col. 2. & uoluerunt Barto. & alii in l. nihil. & in l. nulla. C. de procurat. per primum actum contradictorium, merita causæ concernentem, interruptionem factam censeri, non
9 † secus, ac si expressè facta esset contestatio; ut in terminis uoluit Aret. in consi. 30. uilo thematc. colu. fin. numer. 10. Cum igitur in terminis statuti nostri post quinque dies reo ad opponendum assignatos lis pro legitimè contestata habeatur: cumque ex supra relatis, tam ficta, quàm uera litis contestatio præscriptionem interrumpat; dubium non est; quin stante hoc nostro statuto, & litis contestatione ab eo inducta, præscriptio interrumpatur. Verùm quia Balbus eo in loco illam conclusionem, quòd litis cõtestatio præscriptionem interrumpat, pluribus modis limitat: ne longiores simus, ad ea, quę ibi latè discutiendo adducit, me refero.

1 *Dies cõtestationis litis an computetur in instantia sexaginta dierum, si statutum dicat, quòd causæ à die litis contestatæ infra 60 dies terminentur.*
2 *A, dictio diuidit, idem & ab. & nu. 9.*
3 *Dictio post, est sepsratiua.*

1 Secundo loco quæritur, si extet statutum, quo disponatur, quòd causæ à die litis contestatę infra sexaginta dies terminentur; An dies illa litis contestationis instantia sexaginta dierum computetur; Bald. in l. scire opportet. §. illud autem ibi, à quadrin gentis per illum tex. ff. de excusatio. tutor. quod illa dies non computetur arbitratur; Ratio autem, qua
2 monetur, ea est, quòd illa præpositio a, diuidat diem litis contestationis à sexaginta diebus instantiæ. ut est tex. in l. ratio. §. fin. ff. de actio. empt. & in c. statutum. de præbend. in 6. & idem Bal. in tract. statutorum per Sigismundum cõfecto, in prima quæstio. & idem post nonnullos antiquos firmare uidetur Ol drad. in consi. 49. consueuit col. 2. num. 2. uersi. quòd terminus à quo summatur exclusiuè; ubi Oldra. latissimè tractat, de omnibus ferè dictionibus inclusiuis, & exclusiuis. Præterea, quòd dies litis contestatę nõ imputetur, uoluit Felyn. in c. placuit. num. 4. extra de prescriptio. & Imo. in l. si ex duobus. in prin. in primo not. ff. de duobus reis, & Prosper Carauit. super Ritibus Magnę curię, Ritu. 119. numer. 2. & Tiraquel. in tracta. de utroque retract. titulo primo. §. 1. glos. 11. nume. 51. subdens, quòd si aliquis terminus statuatur, qui à die contractus, siue à die appellationis, uel huiusmodi incipere debeat; diem illam non esse imputandam; propterea quòd dictiones A. & Ab, quæ eundem sensum, eandemque uim, & naturam habent, regulariter exclusiuè ponuntur; Vnde est, ut dies ille exclusus nõ imputetur, ut uoluit glos. in c. statutum. in uerbo numerandum, paulò antè finem, ibi, tertium quod non fit: de in 6. quam ibi se

quuntur Doct. & idem uoluit gloss. in clement. sicut. in uerbo à die, in princ. ubi Archi. Ioan. Andre. Card. Floren. & Imol. de appellatio. & idem Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titulo de citatio. in §. uiso. uer si. penult. numero 17. & in titulo, de dilatio. §. dilationem. uersic. sed pone. numero 4. & Archid. in ca. 1. colum. 6. in uerbo à die, de elect. in 6. & in cap. aliter. quod est ultimum. 3. quęstio. 5. & Iacob. Areti. Angel. & Alexand. in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & posthu. & Alber. in l. ulli. ff. de senato. & Bald. in l. 1. in 2. lectura seu in additio. ubi etiam Alexand. numer. 15. ff. si quis cautio. & idem Bald. in l. ultima. in princip. col. 2. uersi. sed illud non est. numer. 3. C. de tempo. appella. & in l. eos. §. si autem, col. 2. uersicul. quæro autem, an dies. numer. 5. C. de appella. & in l. ratio. §. si per uenditorem, in utraque lectura. ff. de actio. empt. & in l. à caligato. uersi. sed pone, quòd iudex. nume. 2. C. de nupt. & in c. super eo, il secundo, colum. 1. uersi. dicit tex. & ibi Panormi. nume. 13. & Cardi. Alexan. in 3. limitatione. & Decius colum. 5. numer. 17. uersicu. ista conclusio fallit, de appella. & Angel. in consi. 404. in fin & Petr. de Ancha. in consil. 413. ultra rationes. in fin. & Philipp. Franc. in c. frequens. numer 5. uersicu. si uerò, de restitut. spolia. in 6. & Imol. & Franc. Aret. in d. l. si ex duobus, in princip. ff. de duobus reis, & dicit ipse Aret. singularem gloss. esse in d. clement. sicut. & Domini. à Sãcto Geminiano in ca. 1. in ultimo nota. numer. 3. de electio. in 6. & Alexand. in consi. 42. in causa. colum. 2. uersicu. reus autem, numer. 6. lib. tertio, & in consil. 114. uisa scriptura. colum. 1. & fin. numer. 2. libro. 5. & Collegium Paduanum inter consilia ipsius Alex. in consi. 87. col. ultim. nume. 10. lib. 7. Et Ferdi. Loaxes in Rubr. de instit. & iure, colum. 9. numer. 68. & sequent. Et licet Zenzel. contrarium tenuerit in d. clemen. sicut, & Archidi. in d. c. statutum. col. prima in uarbo. à die, de præbend. in 6. & Raphael Fulg. in l. 1. ff. si quis cautio. Attamen contrarium est uerius, ut inquit Tiraquell. in loco supra talato nume. 52. Præterea idem tenuit gloss. in d. l. ratio. §. si per uenditorem. in fin. ff. de actio. empt. & in d. l. si ex duobus, in princip. in uerbo. ab altero. ff. de duobus reis, & ibi Angel. & Cyn. & Salic. in d. l. à caligato, & Barto. in l. meminisse. in princip. ff. de offic. proconsul. & Signoto. de Homode. in consi. 101. factum sic se habet, infans colum. 2. uersicu. præterea cum definitio num. 4. & Bald. qui quandam distinctionem ponit in l. nuptię. §. Senatores. ff. de senato. & in l. militis codicillis. in princip. ff. de testamen. milit. & in c. cęterùm. colum. penult. uersi. item scias, extra de iudic. & in c. primo, colum. secunda. uersicul. item est contra ethimologiam, de sequestra. posses. & fructu. & in c. excommunicatis, quod est penultimum, numer. 3. & ibi Barba. in 2. nota. numer. 5. extra de offic. legat. & idem Bald. in c. ego N. in prin. colum. 1. de iureiurand. & penè in consi. 457. colu. 2. numer. 3. lib. primo, & in consil. 357. nota produce. col. 2. uersicu. sequitur, libro quinto, & Petr. de Anchar. in d. c. statutum. colu. 2. in quinto nota. de præbend. in 6. & Lucas de penna in l. prima. in fin. C. ut nemo ad suum patri. lib. 11. cum aliis concordantibus adductis ab Alexand. in additio. ad Barto. in l.

patronus §.Sempronio.ff.de lega.3. & in d.consilio 42.lib.3.& Maria.Soci.in c.litem.colu.12. extra de dilatio.& Corne.in consi.a59.quæritur à me,colu. ulti.numer.27.lib.1.& rursus eleganter idem Corne.in consi. 279.in hac libro quarto,& in auth.con tra rogatus,in fin.nume.6.C.ad trebellia. Comprobatur non modicum prædicta conclusio, ut inquit Tiraquel.in loco supra relato ex eo; quòd qui pro-
3 priè ac rectè loquuntur, his distinctionibus à & † ab pro dictione post, sæpè utuntur; quæ quidem dictio
4 post † separatiua est.l.sieui legetur,in uersi.post biennium.& ibi Franc.Aret.in secundo nota. ff.de leg.1. & in l.si ita fuerit libertas.ff. de manum.testamen.& Bar.in l.a.§.creditum.col.2.uersi. aduerte, & ibi recentiores. ff.si cert. peta. cum aliis latè collectis per Tiraquellum in d.tract.§.1.gl.5.11.nu.50. & dictio ne à, quòd pro dictione post, utatur Iureconsultus, est tex.in l.2.§.quod ad magistratus.ff.de origi. iur. ibi,& ueluti secundum locum à regibus obtinebat, idest,ut adnotat Zasius, post Reges. Neq;.n. is Rex erat: & Suetonius in Cæsare. Plebs. statim à funere ad domum Bruti & Casij cum facibus tetendit, & Plinius lib.25.c.5.Hoc contingere st à cœptu succus cōtinuus bibatur in passo,& paulò po st. Quarto die à balneo coire eos: & latè idem Tiraquell.in l.si unquam.in uerbo postea,nu.18. uersi.His adde, quod cum.C.de reuoca.donatio. Item de dictione ab est illud in eundē sonum Plauti in penulo.Iam ab re diuina,credo apparebunt domi.& Columella l.b.2. c.15. Post hæc quæ diximus Ouilinm, & ab hoc eaprinum est,& Ouidij tristium lib.4.elegia.10. cadēque ultima.

Tu mihi quod ratum est, uiuo sublimè dedisti.
Nomen ab exequiis, quod dare fama solet,

Et ita hanc dictionem exponit glo.in l.neminem. prin.C.de decurio.lib. 10.

1 *Pœna à statuto imposita persistenti usq; ad litis contestationem,an habeat locum,si aliquis persistat usq; ad iuramentum calumniæ, ubi lis non contestatur.*
2 *Iuramētum calumniæ præstatur post litem cōtestatā.*

CAP. VII.

Sexto loco proprius ad tex.nostrū accedēdo,si sta
1 tutū usq; ad litis contestationem persistenti pœnam imponat;Quæritur,an in persistēte usq; ad iura mentū calumniæ in casibus,in quibus lis nō cōtestatur, locū habeat.Hac in re Cardin. in elemen. sæpe §.1.quæst.7.nu.8.extra de uerb.sign. ut locū habeat notabiliter concludit. Mouetur autem Cardina.ob
2 id,quod † iuramentum calumniæ post litis contestationem præstetur.l.1.& 2.C.de iuramen.calum.Vnde quemadmodum litis contestatio dilatoriis uiam præcludit.c.inter monasterium.extra de reiudic.Ita & iuramentum calumniæ in casibus,in quibus lis nō contestatur præcludat c.1.de electio.in 6. ubi gloss. quæ,ut ipse inquit singularis,& notabilis est.& ideo inquit Cardi.ex mente Paul.ad propositum nostræ quæstionis,quemadmodum pœna imponitur ei qui perstitit usq; ad litis contestationem. l. in criminali C.de iurisdictio.omn.iudic. & c.insolita. & c.penul. 11.quæst.1.& c.si diligēti,de foro compet.pariter si sit causa, in qua lis non contestetur per iuramentum calumniæ:idem effectus,ac si lis cōtestaretur exoriri debet;Alioquin cōditio causarum, in quib. summa riè proceditur, deterior esset; quàm aliarum contra mentem talis constitutionis. Comprobatur hęc cōclusio ex ijs,quæ uoluit Specul.in tit.de appel.§.qualiter,uersi.sed pone,& sequen.

1 *Cassatio si post sex menses peti possit, utrum ita peti debeat,ut litis contestatio fiat.*
2 *Bal. plerumq; uariat.*
3 *Citatio,uel litis contestatio non requiritur,stante statuto,quòd instrumentum cessarj,nisi fuerit petitum infra sex menses peti non possit.*
4 *Cassatio petita non dicitur,nisi partium citatio interueniat.*

CAP. VIII.

1 Septimò quęritur,si statuto disponatur,quod † cassa tio post sex menses peti possit; nisi in insinuatio petita sit,utrū ita peti debeat, ut lis contestetur nec ne. Omnis uis huius quæstionis in uerbo illo petere consistit,uidelicet,an usq; ad litis contestationē,uel de quacūq; petitione intelligatur;Bart. in l.amplius non peti.num.1.ff.rem ratam haberi,ita distinguendo concludit;Aut uerbum petere,ad cū refertur;cui ex petitione acquiri debet, & tunc ex simplici extra iudiciū petitione uerificetur.l.si decem eū petiero ff.de uerbo.obligatio.Quandoq; uerò ad eum refertur;qui ex petitione obligari debet; & tunc litis contestatio necessaria sit;nec aliter nisi ex litis contestatione uerificetur d.l. amplius non peti.ff.rem ratam haberi. Cum igitur in terminis nostris, & proposita quæstione de acquirendo petenti tractetur: sola citatio sufficere uidetur, Bald. uerò in auth. habita, colu.fin.num. 47. C. ne filius pro patre,hanc Bar.distinctionem ob id improbat, quòd, ut ipse inquit, tex.dicit, quòd non petit.Sed petere intendit, destinatione ergo non principaliter. Vnde requirit litis contestationem, uel saltem, quòd per actorem non steterit;sed per reum litem contestari,l.si eum.in fin. ff.si quis cautio.& ideo inquit Bald.ibi, aliter dicendum esse;hunc scilicet in modum; Aut enim, inquit ipse, uerbum petitionis respectu obligationis, aut iudicii profertur; Primo casu loquatur d.l. si decem cum petiero.ff. de uerbo.oblig. Secundo uerò d.l.
2 amplius non peti.ff.rem ratam haberi. At idē † Bal. qui plerumq; uariat,in l.1. in princ. C.de lit. contesta.inquit,stante statuto,quòd instrumētum cassari
3 nisi fuerit petitū infra sex mēses,peti non possit † litis contestationem,uel citationem non requiri, sed solam postulationem sufficere; & rursus idem Bald. in l.fin.§.illud.in princ.C.de tempo.appellat.per illum tex.cum glo.notat,quòd si statutū dicat,instrumētū insinuari posse, nisi sit petita cassatio, † quòd non di
4 citur petita, nisi partium citatio interueniat; utrūq; dictum Bal.refert.Ias.in d.l.si decem cum petiero.ff. de uerb.obligatio. Cæterùm quicquid dicat Bald. in

in prædictis locis frequentioribus calculis recepta
est illa Bart. distinctio in d.l. amplius. ff. rẽ rat. habe.
& per eundem repetita in l. Titia hæredis. ff. de cõd,
& demon. Eam namq; approbat Angel. in d.l. am-
plius. num. 6. & rursus in d.l. si decem cum petiero; &
sequitur Bal. sibi contrarius in d.l. amplius; & Alex.
in l. ædita. C. de æden. prout refert Ioan. Franc. Purp.
in d.l. ædita nume. 50. ubi Franc. Curt. nume. 41. &
Alexan. in d.l. si decem cum petiero. ubi etiam Imol.
& Paul. Castren. Ias. & Alciat. In proposito igitur
quæstionis nostræ, cum tractetur de acquirendo, ip-
si petenti citatio satis erit: ut inquit Bald. exempli-
ficando in dic. auth. habita. C. ne filius pro patre, li-
cet, ut uidimus, distinctionem Barto. reprobare co
netur.

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam, ad instãtiam le-*
gatarij acturi non possidentis, an recipi possint, stãte
statuto, quòd lis executione legatorum non conteste-
tur.
2 *Testes regulariter antè litem contestatam examinari*
non possunt.

CAP. IX.

QVęri potest. stante statuto, quòd lis in execu-
1 tione legatorum non contestetur; An † testes
ad perpetuam rei memoriam ad instantiam Lega-
tarij acturi non possidentis recipi possit. Bald. in
auth. sed & si quis. num. 17. in fin. col. ult. ulterius quę
ro in fin. C. de testibus tenet recipi posse, Ratio
autem, qua Bart. mouetur, ea est, quod cũ super illa
actione, statuto ita disponente non requiratur litis
contestatio; testes indistinctè peti recipi & publica
ri à quacunq; parte possunt; Nam ratio impediens
idest ordo, regulariter cessat. c. quoniam frequen-
2 ter. in princ. extra ut lite non contestata † ubi quòd
testes regulariter antè litem contestatam examinari
non possint, pro regula colligitur.

1 *Articuli & exceptiones, si lite contestata infra bien-*
nium ita statuto disponẽte, offerendi sunt, & aliquis
die sabati litem contestatus, die dominico non obtu-
lit articulos, die lunæ uult offerre, an audiatur.
2 *Articuli et exceptiones causa cognita recipiẽda sunt.*
3 *Cognitio causæ requirit iudicẽ sedentẽ pro tribunali.*
4 *Iudex die dominico per tribunali sedere non potest.*
5 *Præscriptio non currit non uolenti agere.*
6 *Diem sequentem expectare, & in necessitate se pone-*
re quis non debet.
7 *Die feriato possũt dari lebellus, exceptiones, & arti-*
culi.
8 *Appellari potest qualibet die.*
9 *Nouum opus nunciari potest qualibet die.*
10 *Dies ultima termini, si est feriata, an alia sequenti*
exceptiones proponi possint.
11 *Citatus, ad diem feriatam, die seq. cõparere tenetur.*

CAP. X.

PRræterea stante statuto, quòd lite contestata
1 infra biduum articuli & exceptiones offeran-
tur; Aliquis die sabbati litem contestatus est;
Die dominico non obtulit articulos; die lunæ uult
offerre. Queritur, an sit audiẽdus. Solus Albericus qđ
uiderim, in l. miles. §. sexaginta nu. 4. ff. adulte. hanc
quæstionẽ mouit, & primo eũ audiẽdũ esse arbritra
2 tur; Mouetur ea ratione † quòd articuli & exceptio-
nes causa cognita recipiendę sint. c. exhibita. extra de
3 iudic. † At causę cognitio, nisi iudice pro tribunali se
dente, haberi non potest. l. à procedente. C. de dila-
tio. & l. in causæ §. cognita. ff. de min. & die domini-
4 co † Iudex pro tribunali sedere non potest. l. dies fe-
stos. C. de ferijs, ergo dies ille nõ est in dubio compu
tandus. l. sed & si per Prętorẽ. §. ait Prætor siue. ff. ex
5 quibus caus. maio. Nam † nõ uolenti agere non cur-
rit præscriptio. l. 1. C. de anna. except. & l. 1. dies. C.
quand. appell. sit. Subdit tamen Alberi. non modicũ
contra prædicta urgere, quòd statutum inquit, infra
biduum offerri oportere; ergo die sabati offerre, nõ
6 autem sequentem diem expectare † & in necessitatẽ
se ponere debuit. l. 3. §. fin. ff. si quis cautio. & d.l. sed
& si per Prætorẽ. §. si feriæ. ff. ex quib. caus. maio. Præ
7 terea ultra prędicta facit † quòd die feriato, prout de
libello dicitur, exceptiones & articulos dare & offer
8 re potuit d. §. sexaginta. sicut † & qualibet die potest
9 appellari. l. 1. C. de appella. & opus nouum † nũciari
l. 1. §. 1. ff. de nou. oper. nunc. Ex his igitur subdit Al-
beri. ad allegata in contrarium responsionem com-
modè colligi posse. Id enim quod diximus de causa
cognita, ad illorum discussionem pertinet; sint ne
admittenda necne, sicut etiã, utrũ libellus sit admit
tendus, causæ cognitio requiritur. Hanc conclusio-
nem Alberi. sequitur Specula. in tit. de dilatio. §. 1. n.
4. cum sequen. ubi cum iudex dixisset à die crastina
usq; ad septem dies, proponas omnes exceptiones
10 dilatorias, & † ultima die termini inueniretur feria-
ta, numquid die sequenti post illam feriatã propone
re posset, cum quæreretur, ipse Speculator, licet, in-
quit, quòd possit, prima facie respondendum uidea-
tur, argu. c. ex literis. prope finem extra de in integr.
11 restit. tu. † Nam citatus ad diem feriatam die sequẽ
ti comparere tenetur. c. cum dilecti. extra de dolo &
contuma. ubi citatio per dictionem usq; facta fuit.
c. ueniens de accusa. Attamen contrarium uerius ar
bitratur; propterea quòd odia sunt restringenda: po
tuit enim eas 1. uel 2. uel 3. die dilationis propone
re, ut ibi latius per eum. Cum igitur in terminis no
stris statutum infra biennium dixerit, ex quo potuit
die sabati offerre, die lunę admittendus non erit.

1 *Causa an differatur in reditum aduocati, si aduocatus*
recessit antè litem contestatam, stante statuto, quòd
si aduocatus alicuius reipublicæ causa absit, in illa
causa, donec redeat, procedi non possit.
2 *Causa post litis contestationem dicitur.*
3 *Causa in statuto propriè & strictè intelligi debet.*
4 *Causa dicitur antè & post litem contestatam.*
5 *Statutum loquens de causa, tam antè, quàm post litẽ*
contestatam intelligitur.

CAP. XI.

1 STatuto cauetur † quod si alicuius aduocstus rei
publicæ causa absit; in illa causa, donec redierit,

 procedi

procedi non possit, Accidit, quòd cuiusdam aduocatus antè litis contestationem reipublicæ causa recessit; Quæritur, an illa causa in eius reditum differatur. Iacob. Butriga. in l. causas uel lites. C. de transactio. eam non differri concludit; Mouetur autem,
2 quia statutum de causæ aduocato loquitur; † Causa autem post litis contestationem, non antea dicitur, prout uoluit ibi gloss. ergo. Comprobari uidetur:
3 † quia uerbum causa, in statuto appositum propriè & strictè intelligi debet. l. quicquid astringendæ. ff. de uerbo. obligat. & l. 3. §. hec uerba. ff. de nego. gest. cum simili Hanc opinionem Butrigarij ibidem eadem ratione sequitur Bald. & post eum Salic. qui adducit tex. in auth. qui semel, C. quomo. & quando iudex, ubi tex. dicit litem, & lis nondum erat contestata. Verùm ad illum tex. respondet Alex. in dicta l. causas uel lites; & ideo contrariam opinionem, quòd
4 immo † causa dicatur antè, & post litem cõtestatam & ex consequenti, quòd statutum loquens de causa
5 † tam antè litem contestatam, quam post intelligatur, uoluit Cynus & post eum Bart. in eadem l. causas uel lites, tam in 1. quàm in 2. lectura, approbans glo. per tex. expressum in ca. ex parte. in secondo, de uerbo. signifi. Præterea eandem opinionem in eadẽ l. causas uel lites, tenet Aret, inquiens, optimè probari per tex. in l. apertissimi, & in l. properandum. in princip. C. de iudic. & in l. 1. in princ. C. de plus petit. & in c. forus. extra de uerbo. signi. Idem quoque uoluit Angel. in dicta l. causas, & Paul. Castren. licet latius hoc declaret; & ibidem Alexand. respondens ad tex. ut supra per Salice. allegatum, & subdit, hanc esse magis communem opinionem. & Corne. ibidẽ & Ias. & Curt. iunior. in fine, qui & ipse communẽ esse opinionem attestatur. & Alcia. num. 5. & Fran. Cur. in repetitione d. l. causas, uel lites. num. 2. 3. & 4. qui ultra supra relatos dicit, eandem opinionem tenere Rapha. Fulgo. & Ant. & Alex. in d. l. causas, & subdit communem opinionem esse Felin. in c. super questionem. colum. 3. num. 10. extra de offi. delega. ubi limitat regulam, quòd lis propriè dicatur post litem cõtestatam, quatuor modis. ut ibi per eum, eandẽ opinionem sequitur Ludouicus Romanus in consi. 412. pro habenda. nu. 8. & Paul. de Leazar. in clemen. fi. ut lite penden. & refert Alex. in dicta l. causas, & idẽ uoluit Angel. in consi. 195. Domina Guielma, nume. 2.

DE RESERVATIONE EXCEPTIONVM, ET REPLICAtionum in finæ causæ.

§. XVIII.

Et exceptiones & replicationes, si quæ infra dictos terminos fuerint propositæ, intelligantur & sint ipso iure parti reseruatæ post litem contestatam, & pro contestata habitam, & decidendæ & terminandæ; nisi decisæ fuerint antè litem cõtestatam, uel pro contestata habitam, per Iudicem causæ. Quas quidem exceptiones, seu replicationes sic reseruatas Iudex causæ possit quãdocunq; usque ad definitiuã sententiam, seu commisionem fiendam super definitiua sententia decidere, & terminare, non obstante aliqua petitione cõsilij sapientis, quæ fieret in causa, quod cõsiliũ super prædictis, etiam si petitũ fuerit, iudex dare nõ teneatur; etiam antè litem contestatam, nisi procedet de consensu utriusque partis.

1 *Exceptiones dilatoriæ & declinatoriæ antè litem contestatam opponendæ sunt.*
2 *Exceptio peremptoria antè litem contestatam opponi & probari debet.*
3 *Exceptio dilatoria duplex.*
4 *Exceptio dilatoria, quæ iudicium tantum respicit, antè litem contestatam opponenda, & probanda est.*
5 *Exceptio dilatoria, quæ negocium tantum concernit, & solutionis dilatoria appellatur, antè litẽ contestatam proponenda est, probanda autem post.*
9 *Exceptio declinatoria iudicis, non solum antè litem contestatam, sed etiam antè alias declinatorias proponi debet.*
7 *Testem producendo eius personam approbare uidetur, quem postea reprobare non potest.*

CAP. I.

1 QVoniam supra suo loco in §. 12. ad opponendũ de exceptionib. & in §. 16. & ex aduerso de replicationibus, & earum natura tractauimus, Modò superest; ut hoc loco quædam alia pro declaratione huius. §. referamus, Primò igitur clarum est;
1 † quòd exceptiones dilatoriæ & declinatoriæ regulariter antè litis cõtestationem opponendæ sunt, ut supra latè diximus in d. §. ad opponendum.
2 Secundò † autem sciendum est; quandam esse exceptionem peremptoriam, & hæc antè litem contestatam opponenda & probanda est. l. peremptorias. C. senten. rescin. non poss. & de hac non loquitur text. noster.
3 † Quædam uero est exceptio dilatoria & hæc duplex est, Quædam enim iudicium tantum respicit, propterea quòd contra personas in iudicio interuenientes opponitur, ut puta si cõtra iudicem, quòd iurisdictionem non habet, opponatur; uel contra actorem, quod ad agendum inhabilis sit, uel contra procuratorem, quod mandatum sufficiens non habeat, uel quòd procurator esse non possit, uel libelli ineptitudine concernit, cui dicit non esse respondendum, uel ordinem iudicij; quia præpostere agi obijcitur † & tunc talis dilatoria, non solùm propo-
4 nenda antè litem contestatam: sed etiam probanda est. l. fi. C. de exceptio. & l. sed et si susceperit. in prin. ff. de iudic. Quædam uerò † exceptio dilatoria est,
5 quę personas & iudicium non respicit, seu concernit sed negocium tantum, de quo agitur, ut puta

dum

dum obiicitur, quòd actor antè diem, vel conditio-
nem agit, & tunc talis exceptio, quæ solutionis dila
toria appellatur, antè litem contestatam proponen
da est; post autem probáda. l. exceptiouem. vbi Do
ctores omnes supradictam distinctioné faciunt. C.
de probatio. scilicet Odofre. Iacob. Butri. Petr. de
Bella.pert. Cynus omnes in princ. Bar. in 1. & 2. le-
ctura, Bal. in 1. col. nu. 2. uersi. secundò oppono, &
Salic. num. 2.8. & 14. & Paul. Castren. nu. 4. & Cor-
ne. in principio eandem distinctionem posuit Spe-
cula. in tit. de exceptio. §. nunc videndum restat. cir-
ca princ. in versi. ceterú, qué refert, & sequitur Bar-
to. Cepol. in consi. 64. nu. 4. in ciuilibus & Socin. in
Regul. 167. in prin. & Hostiens. in summa, extra de
exceptio. §. & quoniam. in princ. vbi Hostiens. addu
cit tex. in l. ita demum. C. de procura. & in cap. exce-
ptio. 3. quæst. 7. & Paul. Castren. in l. si quæramus.
num. 4. ff. de testa. & idem tenet Abb. in c. exceptio-
nem. nu. 10. & sequent. extra de exceptio. vbi Abb.
notabiliter, rationem affert; quare exceptiones hæ
dilatoriæ contra personas & iudicium opponendæ
post litem contestatam opponi non possint, & eam
esse dicit, quòd pars litem contestando, se litigare
velle ait, & sic ingreditur negocium principale. At
verò his dilatoriis exceptionibus negat, se velle liti
gare; cum ad iudicium differendum tendant. §. ap-
pellantur. Instit. de exceptio. & sic ex earum propo-
sitione post litem contestatam quædam suboritur
& emanat cótrarietas: vt in c. cú causam. de appella.
vbi etiam notatur: & ideo tanquam contrarius, qui
post litem contestatam, has exceptiones proponit,
audiri non debet. c. sollicitudiné, de appella. & l. vbi
repugnantia. ff. de reg. iur.

Illud præterea omittendú nó est pro declaratio-
ne prædictorum. dum de declinatoria iudicis paulò
6 antè loquebamur, † eam nó solum antè litem conte
statam proponendam esse; verum & antè alias de-
clinatorias; Ratio autem est; quia alias coram iudi-
ce proponendo, personam iudicis approbare uide-
tur; Vnde postmodum iudicem declinare non pos-
set; vt voluit glo. in ca. exceptioné, & ibi omnes, &
præsertim Imol. & Abb. nu. 1 1. de exceptio. & glos.
in c. inter monasterium. in verbo subeúdo, extra de
re iudic. vbi etiam Doct. tradunt. & Bart. in l. quidá
consulebat. num. 9. ff. de re indic. & in l. fin. C. de ex-
ceptio. & in l. non uidetur in iudicem. ff. de iudic. &
Abba. in d. c. exceptionem, hanc opinionem sibi val
dè placere attestatur; Nam quemadmodum produ
7 cendo † testem, videtur producens eius personá ap-
probare; & postmodum reprobare non potest ca. si
quis testibus. 4. quæst. 3. Ita & ipsum indicé appro-
bando, litigando super dilatoriis coram eo. Facit
c. insinuante. de offi. delega. & latius hoc tradit idé
Abba. in d. c. inter monasterium; Subdit autem in
d. c. exceptionem. ad euitandas contrarias opinio-
nes cautelam esse; vt exceptio contra iudicem; sim-
pliciter cótra iudicé proponatur. Aliæ uerò in eius
exitum differantur; Aut sub códitione si prima non
procedit; proponatur. Si verò omnes simpliciter ꝓ-
ponatur; illa in dubio, quæ est contra iudicem, &
aliæ sub conditione proponi videntur, argument. c.
causam. de rescript. & ita voluit Bar. in d. l. quidam
cósulebat. ff. de re iudica. Hæc ad ius commune per
tinét; & etiam Florentiæ obseruantur; Nam in quo
libet iudicio vbi exceptio incompetentiæ opponi-
tur; antequàm ad ulteriora, vel alia procedatur, su-
per ea pronunciandum est.

Exceptiones quando sint decidendæ.

1 *Exceptione super incidenti, non esse pronunciandum*
2 *Ex intentione Bulgarini.*
3 *Incidens & emergens quid sit.*
4 *Exceptione super ea, quæ opponitur ad processum im-
pediendum, necessariò esse pronunciandum.*
5 *Exceptio incompetentiæ cum opponitur, super ea pro
nunciandum est.*
6 *Exceptiones, quæ ad iustitiam causæ opponuntur, ad
merita decidendæ reseruantur.*

CAP. II.

1 TErtio loco ad declarationé † huius. §. quando
tales exceptiones decidendæ sint inspiciendú
est; qua in re variæ sunt Docto. opiniones & multa
hinc inde afferuntur; vt per glo. & Docto. in l. 1. C.
de ordin. iudicio. & per glo. & Docto. in capitu. 1.
de ordine cognit. vbi glo. & post eam Abba. opinio
2 nes tres ponit. Prima fuit Bulga. † qui super exce-
ptione incidenti non esse pronunciandum censuit,
sed super principali tantum: quia satis pronuncian-
do super principali; sup incidenti pronunciatum ui
detur; Secunda fuit Martini & Petri; qui super exce-
ptione incidenti, pronunciandum esse uoluerunt;
Quia de qua re iudex cognoscit; pronúciare debet;
Tertia uerò opinio fuit Ioan. & Azonis: qui inter in
cidentes, & emergentes exceptiones distinguunt;
Planè vt super incidenti non sit pronunciandum; su
per emergenti verò sit voluerunt; Quid autem sit
3 † incidens, quiduè emergens, tradit glos. & referunt
Docto. in d. c. 1. de ordin. cogni. & d. l. 1. C. de ordin.
iudi. Hac itaq; distinctione iura ad concordiam re-
ducebát Ioan. & Azo. quam opinionem tenuit etiá
Inno. in c. cum inter R. num. 3. versi. vel dic, quòd si
quis vlterius de electio. & hanc declarationem te-
nuit glo. in c. 1. de ordi. cogni. quę ibi in fine alié so-
lutionem ponit; uidelicet, quòd super incidenti de
necessitate pronunciandum non sit; At si pronun-
cietur, ob id ius nó est offendatur; & hæ duæ solutio
nes communiter à Doctoribus recipiuntur in d. ca.
1. de ordin. cognitio. & per glo. in ver. quæro, & ibi
Bar. d. l. 1. C. de ordin. iudic. vt inquit Abb. in d. ca. 1.
Sed Barto. in d. l. 1. nu. 8. C. de ordi. iudic. post longá
disputationé ita distinguit; Aut enim, inquit ipse, ex
ceptio ad processum impediédum opponitur; ut su
pra in dilatoriis iudicis & processus exempla posui-
4 mus in præcedenti quæstione; † & super ea necessa-
riò pronunciandum esse voluit per tex. in l. à proce-
dente. C. de dilatio. & in l. liberis. in fin. ff. de liber.
caus. & in l. præuaricationis. ff. de præuaric. & de ex-
ceptione declinatoria, quòd super ea necessariò
pronunciandum sit, uoluit Corn. in consil. 247. nu.
18. lib. 2. & Grama. decis. 65. num. 81. & 84. ubi ex-
presè vult, quòd ad merita reseruare nó debeat, de

quo

11 *Contestatione litis an citans in iudicio necessariò esse debeat.*
12 *Contestatio litis inducitur etiam reo nō comparente.*

CAP. I.

QVoniam dicitur in hoc text. tunc & eo casu post lapsum quinque dierum habeatur lis pro legitimè contestata. Quædam de ipsa litis contestatione dicenda sunt. Alciatus in l. pecuniæ uerbum.§.actionis uerbum, nume.1.ff. de uerb. signif.
1 † inquit, iuregentium olim actiones nullas extitisse: sed manu regia; de qua supra multa diximus, contro
2 uersias dirimi consueuisse:† sunt autem deinde actiones 12.tabulis repertæ: & certis uerborum formulis conclusæ; quas à Pontificibus litigaturi accipiebant. & qui formulā malè concepisset, causa cadebat. Huiusmodi autem quæstiones in hoc genere, ut Quintilianus lib.3.ait, uersabatur. An huic, an cum hoc, an hac lege, au apud hunc, an hoc tempore agere liceret; quas nunc dilatorias, declinatoriasq; exceptiones appellamus, & supra diximus cum de exceptionibus loqueretur. Hę formulæ ex natura actionum ua
3 riæ erant.† in petitione enim fundi huiusmodiq; rei immobilis hæc ex parte uendicantis uerba recepta fuisse traditum est. Fundus qui est in agro, qui Sabinus uocatur, meus est, eum ego ex iure meū esse aio.
4 ibi ego te ex iure† manu consertum uoco. Cui is, à quo uendicabatur sic præscribebat. Vnde tu me ex iure manum consertum uocasti; Inde ego te reuoco quorum uerborum Cicero in Oratione pro Murena meminit. At Aulus Gellius lib.20.ca.9.inquit, ex iure manu cōsertum uerba ex antiquis actionibus esse quę cum lege agitur; & uindiciæ contenduntur dici nunc quoq; ue apud prętorem solent; Meminit enim Ennius in octauo Annali his uersibus.

Pellitur è medio sapientia, uigeritur res,
Spernitur Orator bonus, horridus miles amatur,
Haud doctis dictis certantes; sed maledictis
Miscent inter se inimicitias agentes,
Non ex iure manu consertum; Sed mage ferro
Rem repetunt, regnumq; ue repetūt; uadunt solida ui.

Cūigitur inquit eodē loco Gellius, in medio rerum & hominū uitam qui colunt, ignorare nō oporteat; uerba actionum ciuilium celebriora, ut manū conserere, sciendum est; de qua re disputabatur in in re pręsenti, siue ager, siue quid aliud esset: cum aduersario simul manu prehēdet; in ea re omnibus uerbis uindicare; Idest uindicia correptio manus i re atq; i loco pręsenti apud pretorē ex 12. Tabulis fiebat. In quibus ita scriptum est, si qui in iure manu conserūt. Sed postquā Prętor propagatis Italiæ finibus; datis iurisdictionibus negotijs occupati, pacisci uinditiarum dicendarum causa longinquas res grauabātur; Institutum est contra 12. tabulas tacito sensu: ut litigantes non ex iure apud Prætorem manum consere rent; sex ex iure manu consertum uocant; Idest alter alterum ex iure ad conserendam manū in rē, de qua ageretur, uocaret. Atq; profecti simul in agrum de quo litigabatur; terrę aliquid ex eo, uti unam glebā in ius in urbem ad Prętorē deferrent, & in ea gleba, tanquā in toto agro uindicarēt. Rei uerò mouentis, subdit Alciatus eo i loco, uēdicatio sic fiebat, Apud magistratum populi Romani, uel Pretorē, uel Prӕsidem is, qui uendicat; in iudicio rem exibitam tenēs, dicebat. Hanc ego rem ex iure quiritiū meā esse aio. Cui aduersarius. At ego eam contra uēdico. Quod si aduersarius contra non uendicabat; sed actui assen-
5 tiebatur, † cessio in iure dicebatur. l. 1.§.1.ff.de rei uendi. Fiebatq; ut plurimū cum filium quis adoptionis causa uendicaret. Imaginaria enim hæc uendicatio obseruabatur. Prętorq; uendicanti addicebat, & quæ deinde subdit eo in loco Alciatus. At Tiraquellus in tracta. de retract. lignage. §. 15. De puys la litis contestation. gl. 2. inquit, Festum Pompeiū uirū
6 antiquitatis peritissimū lib.3. dicere.† Non semel cōtestationē hanc dici: quoniā ordinato iudicio utraq; pars dicere solebat. Testes estote. Quę res mirum in modum eorū partibus fauet, qui contestationē per confessionem fieri negāt, q; tūc nullis testibus opus sic, uel eorum testimonio; Qui apud Diuū Matheū cap.26. clamāt. Quid adhuc egemus testibus, siue, ut Diuus Lucas scriptū reliquit cap.22. Quid adhuc desideremus testimoniū. Planè si uerū huius uocabuli etimū tradit Pompeius, contestatio tantū fieri dicitur: cum propter partiū controuersiā opus est testibus; qui negotiū dirimant, ex quo, & contestari est testes ciere, uocare, nominare. Tullius in actione 6. in Verrem.

Siracusis Flens, ac deos hominesq; contestans, clamare cępit, & in oratione pro Lucio Flacco. Cum ego te Flacce. Cęlum noctemq; cōtestas, flens flentē obtestabor. Quod & testari simpliciter dicatur. Idem Tull. in oratione pro Cecinna. ego omnes homines deosque testor. & Virgilius lib.2. Aeneidos.

Vos æterni ignes, & non uiolabile nestrum.
Testor numen. & lib.4.
Per sidera testor.

& paulò post: Testor chara deos; testatur moritura deos, & Portius latro in sua aduersus Catilinam declamatione;
Testor noctem ipsam, impiarum molitionum tuarū consciam; ac testem. Et Hieronymus in uita Pauli Eremitæ. Quod ne cui impossibile uideatur, dinum Iesum Christum testor, & Sanctos Angelos; In qua etiam significatione Tullius testificandi uerbo usus in epistola ad Atticum lib.10. Nā deos, ait, homines quē, amicitiamquē nostram testificor; Hæc ex antiquitate accepimus.
7 Hodie † uerò litis contestatio inducitur ex narratione seu petitione illius, qui alium ad iudicem competentem uocat, & responsione citati negando uel confitendo; uel in dubium reuocando id, quod ab aduersario propositum est, iuxta. l. secundā. in princip ubi notatur C. de iureiurā. propter calū. & in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. & in c. unico extra de litis contesta. & in c. dudum. il secōdo. §. licet. extra de electio.

Vera igitur & perfecta litis cōtestatio ut fit, utriusque partis interuentu, actoris scilicet & rei, opus est; Id quod & nomen etiam ipsum planè indicat: ut inquit Bal. in l.1. col.2. C. de lit. contesta.

Requiritur prӕterea, ut ex prӕdictis apparet, etiā uerborum

uerborum expresſio. d.§. patroni; Alius enim actus
nou ſufficit.l.1.in prin.cum ibi notatis.ff. de uerbo.
oblig.& tradit Anto.à But.in d.c.unico. extra de lit.
contesta. Cogendus agitur, est in ius uocatus, iuris
remedius in actu ipſo conteſtationis iudicio intereſ-
ſe,ut deinde inris ordine & rectè ad ſententiam pro
cedi poſsit,ut inquit Bal.in auth.offeratur. C. de lit.
conteſta.& in l.1.quæſt.5.ff.de uerb.obli.& Aret. in
l.qui in aliena.§.fin.ff.de acquir.hęred. & Doct.om-
nes in d.c.unico,extra de lit.conteſta.ubi potiſsimũ
Maria.Soci.& Felin. hac de re agunt; & ideo inquit
Alcia.in Rub.de in ius uocando nu.3.conteſtationẽ
olim nomen ex eo ſumpſiſſe,quòd partes certa uer-
borum ſolemnitate conabantur.quicquid dare,face
re ue oporteret,ſe facturos , eiuſque rei diſcernen-
8 dæ poteſtatem Iudici concedere,† & hinc iudicium
dictum eſt; ideſt poteſtatem dicendi , ideſt pronun-
ciandi prętori facerent; ut Marcus Varro author
9 eſt;Hinc in iure dicitur †iudicium acceptum,ideſt li
tem conteſtatam eſſe.l.is qui ſe obtulit.ff. de rei uen
dic.& l.ſiquis Romæ.de iudic.Hinc etiam traditum
eſt;i iudiciis ſtipulationẽ, quod te dare facere opor-
tet, interponi.l. ſed & ſi reſtituatur.§.1. ff. de iudic.
& l.ſi ſtipulatus fuerim.§. cũ ſtipulamur. ff. de uerb.
obligat.& l. uerbum oportere.ff. de uerb.ſig. Hinc
præterea eſt modus ille loquendi, facere poteſtatẽ
iudicandi,ut ſatis appareat ueram eſſe cõmunẽ ſen-
tentiam,iudicium ſcilicet à litis conteſtatione inci-
pere,tam & ſi ſolemnitates illæ uerborũ hodie abo
10 litę ſint; & hinc fortaſsè eſt; † ut criminalibus litis
conteſtatio neceſſaria non ſit,latè de hoc uide Mai-
ner.in l.non ſolet.num.5.& 6.ff.de regul.iur.Propte
rea quòd,ut iudex auctoritatem à partibus accipiat
opus non eſt.

Illud tamen, ad rem noſtrã redeũdo , animaduer
11 tendum eſt.† Nam licet ſupradictũ ſit;in ius uocatũ
iuris remedijs in ipſo conteſtationis actu iudicio in
tereſſe cogendum eſſe;ut inde iuris ordine ad ſentẽ-
tiam procedi poſsit; Id tamen non ita neceſſarium
eſt,ut alioquin lis nó conteſtetur. Nam,ut inquit Ti
raquellus in loco ſupra relato nu.5. ſi emptor,de cu
ius retractu agitur; in ius uocatus , modis omnibus
ne lis conteſtetur,ſubterfugiat;vel ad edictũ euoca-
tus non reſpondeat; aut alio modo moram faciat;
ut interin lucretur fructus,huiuſmodi fuga , cunctatio,
12 tio,mora,dilatio,contumacia,fruſtratio † ꝑ litis cõ
teſtatione habẽtur;& eoſdem effectus, quos ipſa cõ
teſtatio inducũt.l.ſi eũ.§. qui iniuriarũ.& ibi Alber.
col.1.& Bal.qui negat alibi reperiri,& Fulg.Roma.
Alex.Ludo.Bolo.qui dicit illum tex. ſingularẽ in ſe-
cũda interpretatione,& Iaſ.ff.ſi quis cautio.& l.ele-
ctio.§.ſi is quẽ.iũcta gl.ult.ff.de noxa.& l.cõſtitutio
ibi quaſi lite cõteſtata.ff.de actio.& obl.prout illam
intelligit gl.ibi dum allegat dictũ.§.qui iniuriarũ.&
Ioã.Faber.in §.pęnales.col.1.Inſti.de diuerſ. & tem
po.præſcript.& eſt etiã tex.in l.ſed ad eos.ff.ex quib.
cauſ.maior.& in l.2.C.ubi rem actio; ubi ad interrũ
pendã pręſcriptionem paria ſunt, litem eſſe cõteſta
tam,uel ꝙ partis contumacia conteſtari non poſsit;
Præterea ut in his terminis ob reorũ contumaciã lis
pro conteſtata habeatur, uoluerũt Inno.in c.ſtatui-
mus.col.ult.i uerbo abſẽtiã,extra de electio.& Are.
in l.1.ff.de uentr. inſpici. & Cynus & Bald. in l.ſcire
oportet.§.ſufficit.ff.de excuſa. tuto. & idẽ Cyn. poſt
Petrũ in l.ſicut.in 4.oppo.ubi Albe.nu.3.C.de præ-
ſcriptio.30.uel 40.annu.& Barto.in l.1.in fin.prin.ff.
de priuat.delict.& Bal.in l. more.C.de rei uẽdi. ubi
ad hoc ſingularẽ dicit.d.§.qui iniuriarũ,& idẽ Bald.
in l.1.col.penu.uer.quæro,nũquid actiones,& ibi ẽt
Ioã.Faber.in prin.C.ex delict.defunct. & ipſe Bald.
in l.magnã.ad fiuẽ.C.de cõtrahen. & comit. ſtipul.
& in l.& ſi poſt tres.col.4.uerſ.ſed cõtra iſtud oppo
nitur.ff.ſiquis cautio.& in l.ult.in princ.poſt mediũ.
uer.unũ eſt tamẽ.ubi Alex.col.3.in duobus locis,&
Iaſ.col.ult.ff.de eo per quẽ fac.erit,ubi etiã ipſe Bal.
dicit ſingularẽ tex.in d.§.qui iniuriarũ. ubi etiã Bal.
in c.quoniã contra falſam.col.6.uerſ. & ſcias,ꝙ litis
cõteſtatio.extra de probatio.& Ang.Imo.Roma.&
Alex.col.3.in l.ſi inſulam.ubi etiã Ripa. col.7.n.34.
ff.de uerb.obli.ubi ex hoc dicũt, ita impediri moræ
purgationem,ſicut litis cõteſtationẽ,ut inquit Flo-
ria.in l.inde Neratius,§.hanc actionẽ.uerſ.Itẽ quod
dictũ eſt.ff.ad l.aquiliã.& Alex.in conſi.100.diſcenſ-
ſis.poſt principiũ,lib.5.& Feli.in c.illud.colu.penul.
uerſ.prima cõcluſio,extra de præſcriptio.& Iaſ.in l.
1.col.pen.C.quã libel.prin.datus , & facit etiã tex.in
l.ult.ff.de procu.& in l.ſi finita.§.eleganter.ſecundũ
intellectũ Bar.ff.de dam.infec.& in l.& qui data,iun
cta gl.i uerbo,uel litis.ff.ex quibus cauſ.maio.ubi ab
ſens litis uitandę cauſa pro pręſente eſt ; Redeundo
modo ad ſtatutũ noſtrũ, uoluerũt ſtatuẽtes , ut poſt
illos terminos ab illis cõſtitutos,lis habeatur pro cõ
teſtata. Nã uerè per ea,quæ ſupra diximus cõteſtata
dici nó poteſt, & ideo, ut pro conteſtata habeatur,
uoluerunt,ut de hoc ſtatuto;& ſtatuto oppidi Prati
tradit Tiraq.in loco ſupra relato per ea, quæ uoluit
Caſt.in conſi.290.uiſis his quæ ſupra.col.2.uerſi.cę
terũ uó cõparatio. lib.j. Satis.n. hoc ex ſtatuto hoc
noſtro apparet, cum in eo dicatur,ubi uerò Reus ꝑ
ſe,uel per alium non cõpareret legitimè ad oppo-
nendum aliquid in dictos quinq; dies;tunc & eo ca-
ſu poſt lapſum dictorũ quinque dierum habeatur
lis pro legitimè conteſtata.

1 *Conteſtata lis non intelligitur propter contumaciam rei,quando iuſtam cauſam habuit.*
2 *Dolus nemini prodeſſe poteſt.*
3 *Conteſtata lis contumacia non intelligitur, ubi lis ceſſante mora,uel contumacia aduerſarij conteſtari non poſſet.*

Præcedens concluſio , ut contumacia rei lis ha-
beatur pro conteſtata, duobus modis, ut inquit eo-
dem loco Tiraquellus , limitari ſolet. Primus eſt
1 †cum reus iuſtam uel ad iudiciũ non ueniendi uel ſi
uenerit ſubterfugiendi cauſam habet, ut nuncupa-
tim uoluit Ioan. Faber in d.§. pœnales. Inſtit.de di-
uerſ.& tempo.præſcri.per tex.in l.ait Prætor. §. ult.
ff.ex quib.cauſ.maior.Ratio autem ea eſſe poteſt;ꝙ
litem pro conteſtata haberi,in odium rei, & ut eius
2 †dolus uel ſaltem culpa in hoc puniatur,introductũ
eſt,ut ex omnibus iuribus ſupra aductis expreſsè ap
paret;Id enim ex ſuo dolo,uel culpa reus lucri con-
tra omnem iuris diſpoſitionem faceret. Quod fru-
ctus

ctus fortaſsè acquireret, vel præſcriptio ab eo incepta non interrumperetur, vel moram ſemper purgare poſſet, contra ea quę habentur in l. ſed & ſi §. planè in fi. ff. ad exhiben. ibi, ne ſibi ſua calliditas proſit.

3 Secundus caſus eſt, † ſi ceſſante mora, aut contumacia aduerſarij, lis conteſtari non potuiſſet, vtputa, quia iudex abeſt; vel moritur actor, antequam lis conteſtari potuerit, vel iudici alia mora, vel impedimentum acciderit; Nam ſi his de cauſis, etiam quòd reus ad edictum confeſtim reſpondiſſet; nec tantillum quidem diſtuliſſet, quin lis conteſtari non potuerit, pro conteſtata haberi non debet, argumento eorum, quæ habentur in l. ait Prætor, §. vlti. in fin. ff. ex quibus cauſ. maior. & in l. & in totum, ff. de impenſ. in rebus dotali. facti. & l. vlt. §. 1. ff. ad l. rodi. de iact. & l. ſi alius, §. eſt & alia, ff. quod vi aut clam, & optimè facit illud, quod dicitur, non comparentis contumaciam non nocere; vbi ſi comparuiſſet, propter abſentiam iudicis nihil actum fuiſſet, vt voluit Bartol. Brixien. in quæſtio. vener. quæſt. 19. quidam citatus, per tex. in l. 2. §. vltimò, ff. ſi quis in ius vocan. non ierit, & Alber. in l. properandum, in princip. col. 4. verſi. ſed quæro, ſi actor. C. de iudi. & Petr. Ancha. in conſil. 97. in quæſtione. Præterea idem quoque dicendum eſt, cum pars aduerſa non comparuit, vt eſt tex. in capit. 1. ibi, venienti reo, & ibi gloſſ. Ioan. Andr. Domin. à S. Geminiano, & alij, extra de dolo & contuma. & idem Ioan. Andr. in c. conſuluit, col. 2. extra de offic. delega. & Bart. in l. ſi finita, §. Iulianus, col. 2. verſ. procedo vlterius, & ibi Alex. colum. 8. verſi. item in quantum, ff. de damn. infec. & Petr. Anchar. in d. conſi. 97. vbi idem ad caſum ſtatuti extendit, & in capit. cupientes, §. quòd ſi per xx. col. 1. de electio. lib. 6. & Alex. in conſi. 92. perſpectis, col. penult. verſi. pro hoc facit. lib. 1. & Iaſ. in rubr. ff. de in ius vocand. & in l. 2. de eo per quem factum erit, & Bertran. in conſi. 267. ſi poſt, in vltimo dubio lib. 3. cum ſimilibus.

1 *Conteſtatio litis quando inducatur.*

CAP. II.

Quoniam hoc noſtro ſtatuto, litem modis ſupradictis conteſtari ſancitum eſt; ſatis opportunum arbitror pro clariori huius ſtatuti interpretatione, & intelligentia eos caſus referre; quibus iure communi litis conteſtatio inducatur, vel non inducatur. Primo igitur loco ad eos, quibus inducitur, accedamus.

1 Et primò † ab actore libello porrecto, reum ad reſpondendum cogi petente, etiam ſi reus actore abſente ex interuallo reſpondeat, litis conteſtatio inducitur; Propterea quòd libelli productione, actorem animũ litigandi habere, liquidò apparet; & ideo reſponſio licet ex interuallo propter animorũ concurſum ſimultaneam conteſtationem inducat; quæ quidem conteſtatio; vt ad præcedentia referatur, eã dubitationem habere videbatur, quòd vno & eodẽ contextu facta non fuerit & parte præſente, vt diximus ſupra, & infra dicetur. Verùm prædictis non obſtantibus, hanc concluſionem, quòd litis conteſtatio inducatur, voluit Vbert. Zucchardus in Rub. C. de pact. ex ijs quæ voluit Crot. in Rub. de verb. obli. in 1. lectu. num. 14. ex deciſione Rotæ. 331. quam ſequitur Dominic. à S. Geminian. in cap. fin. de lit. conteſt. lib. 6. Hæc ſar. è declaratio cum hoc noſtro ſtatuto maximè conuenit, cum infra quinque dies quandocunque reſpondeatur, litis conteſtationem induci voluerit.

1 *Conteſtatio litis exceptionibus & replicationibus inducitur.*
2 *Iura & partis defenſiones quæ dicantur.*
3 *Proteſtatio contraria facto proteſtantem releuare nõ ſolet.*
4 *Conteſtationem litis non qualibet reſponſio inducit.*
5 *Conteſtatio litis inducitur narratione propoſita, & contradictione obiecta.*
6 *Conteſtatio litis etiam dato libello inducitur.*

1 II. † Inducitur etiam litis conteſtatio exceptionibus & replicationibus, & ideo inquit Corn. in conſil. 209. num. quinto, volum. ſecundo, reſpondendo petitioni, & ea negando, quæ proponuntur, litis cõteſtationem induci, per ea quæ habentur in l. 1. C. de lit. conte. & poſt litem conteſtatam nullas declinatorias exceptiones opponi poſſe. l. fin. C. de except. & l. ita demum, C. de procura. & l. exceptionem, C. de probatio. cum ſimilibus; Id quod ita verum eſt, vt non obſtet, etiam ſi fortaſsè in illis reſponſionib. illa clauſula adijciatur, ſaluis ſcilicet, & reſeruatis omnibus alijs iuribus, & defenſionibus ſuis; Propterea, quę huiuſmodi verba de iurib. & defenſionibus merita cauſę reſpicientibus intelligenda ſunt.

2 Nam illa † propria iura & partis defenſiones videntur; Id quod ſatis ex eo comprobatur, † quòd
3 proteſtatio contraria facto proteſtantem releuare non ſolet. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locat. & cap. ſolitudinem, extra de appel. & habetur per Bartol. & recentiores in l. non ſolùm. §. morte. ff. de oper. nou. nunciat. & pręſertim quando proteſtatio ea reſpicit; quę a voluntate, ſeu poteſtate proteſtantis non dependent; Quemadmodum a litem conteſtantis voluntate, ſibi defenſiones cauſę preludia reſpicientes; quibus via ipſa litis conteſtatione pręcluditur; reſeruare non pendet. Non minus etiam, quàm ſuperior, cum hoc noſtro ſtatuto conuenit huiuſmodi concluſio: cum in eo dicatur. Poſt quos octo dies vtiles, a die primæ citationis in caſu, in quo exceptiones, ſeu replicationes ſic opponi contingat in cauſa; lis habeatur & ſit legitimè cõteſtata.

Illud tamen animaduertẽdum eſt, vt inquit Cor.
4 in d. conſil. 209. nu. 20. vol. 2. † non quamlibet reſponſionem, quæ aduerſus petitionem fiat; litis conteſtationem inducere: vt habetur in c. dudum, il grã. extra de elect. & in c. 1. extra de lit. conteſt. Verum narrationem præcedentem, reſponſionem litis conteſtandæ animo ſubſequentem, vt habetur in l. 1. C. de lit. conteſt. & in c. 1. extra eod. tit.

Rurſus dum idem Cor. in conſi. 332. nu. 4. vol. 1.
5 & in conſi. 244. colum. 1. circa fi. vol. 3. inquit † quòd licet iura velint, narratione propoſita; & obiecta contradictione litis conteſtationem induci, vt habetur

tur per Bald.in l.rem non nonam.§.patronus.C. de de indi.& in l.unica. C.de lit. contesta. dum inquit tex. per narrationem & responsionem, & pariter etiam tex. in l. 2. in princ. C. de iuramen. calum. & Hostiens.in c.1.de lit.contesta.in antiquis, litis cōtestationem cum stipulatione comparet, & ex consequēti, ut actor primò coram iudice narrando factū loquatur, & deinde reus respondeat; Vnde libellū, siue exceptiones, aut replicationes scriptas produce re non sufficiat; & Bart.etiam in d.l. unica. C.de lit. contesta.uelit; ut libellus pro parte actoris producatur, & offeratur reo: & reus ex interuallo respondeat, & parte præsente litis contestatio non induca
6 tur. Attamen domini Rotæ in decis.354. † Idem dato libello firmare uidentur. Inquiunt namq; ipsi, libello ad actore porrecto; si reus ad respondendum compellatur; & reus deinde partim negādo, & partim confitendo respondeat, litis contestationem induci, & si tempore responsionis actor nō loquatur; uel cum lis contestatur, præsens non sit; per text. in c.1. extra de lit.contest. & in d.c. dudum. circa. medium, eod. tit. & ratio est, ut ipsi opinantur. quia actor, ex quo libellum obtulit, satis eiusdem uoluntatis esse præsumendum est; & præsertim cum, ut reus respondere cōpellatur, institerit. l. eū qui uolū tatem. ff. de probatio. ut latius eo in loco tradunt Domini ipsi rotæ, quorum opinionem sequitur ibi Anto.à Butrio, & Flor. Panor. & Imol. ibi dicit, hanc opinionem authoritate ipsorum Dominorum rotæ in practica seruandam esse; subdens, hac dominorū Rotę authoritate remota, in practica in his terminis obtinere difficillimum existimare; cum communi opinioni aduersetur: ut inquit Imol. & licet Corne. eod. in loco Bart. authoritatē authoritati Dominorū Rotæ cedere non uelit, & ex cōsequenti ut sal tē in locis imperii eius opinio seruanda sit, tamē ab opinione ipsorū Dominorū recedendū nō arbitor.

1 *Contestatio litis fit, si reus libello actoris respondendo dixerit, tu mentiris.*
2 *Limitatur, nisi calore iracundiæ dicatur.*
3 *Verba, tu mentiris, saluo honore tuo, an sint iniuriosa.*

1 III. Litis contestatio fit† si reus actoris libello respondendo dixerit; Tu mentiris; Illis enim uerbis ideo litis contestatio inducitur, quia satis negationi conueniunt. l. quæ omnia. post principium. ff. de pro curato. & uoluit Bal. quem sequitur Alexā. in l. turpia. num. 5. ff. de lega. 1. & tradunt Bald. & Angel. in eo loco inferri ex solutione data ibi per glo. ad l. & si pepererit; Quibus addit Alexand. Guiliel. de Cun. idem teneutem in l. 1. C. de lit. contest. & Anto. à Butrio in c. 1. col. 10. extra de lit. contesta.
2 Id autem † limitat Butrius in d.c.j. col. 10. quādo illa uerba, tu mentiris, calore iracundiæ prolata essent; Propterea quòd tunc ea uerba nullius efficaciæ essent. c. ex literis. cū glo. extra de diuort. & l. quod calore. ff. de regu. iur. Prædictæ decisionis Bal. ut in quit eodem loco Alex. meminit Roma. in l. si quis extraneus. ff. de acquir. hæred. ubi, ut ipse inquit, Dinus
3 Bart. & alii quærunt, si dicatur † Tu mentiris, saluo honore tuo, an sint uerba iniuriosa, de hoc uide, quę uoluit Bart. in l. item apud. §. sed quod adiicitur. ff. de iniur. & in l. quæ omnia. circa principium, de procura. & tradit Bal. & Angel. in l. fin. post Guiliel. de Cuneo. ff. quod quisq; iur.

1 *Contestatur lis, si actor libellum offerat, & eo summā aliquam pecuniarum petat, reus verò excipiendo dicat, tu mentiris.*

1 IIII. Dicitur † etiam lis contestari, si actor libellū offerat, & eo summam aliquam pecuniarum petat; Reus uerò excipiendo huiusmodi uerbis utatur, nō obstāte q̃ ad nō petita ab ipso actore nō teneatur, ut inquit Guido Papę in consi. 157. num. 1. & mouetur, quia litis contestatio responsione, quæ petitioni contradicit, inducitur. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. Sed illa uerba petitioni contradicunt; meritò & libello responsum, & lis contestata censetur d.c. dudum. il secundo, ibi. & responsionem facto &c. de electio. in antiquis.

1 *Contestatio litis inducitur confessione post libellu oblatum.*
2 *Contestatio litis confessione partis quādo inducatur.*
3 *Contestatio litis quando uerè & propriè inducatur.*

1 V. Etiam rei confessione † post libellum oblatum litis contestatio inducitur; ut inquit Cynus in d.l.j. in 1. quæst. C. de lit. contesta. & glo. & Bart. & Doct. in l. si debitori. ff. de iudic. & late Felin. in c. 1. colu. 1. & sequen. de li. contestat. & Aandre. de Iser. in cōst. quæ incipit, regiæ maiestatis.

Id autem, quod de confessione dicitur, non ita intelligendum est ut reus conuentus id, de quo principaliter agitur, fateatur. propterea quòd, tunc lite aliqua opus non est. Sed sententiam præcepti Iudex ferre debet. l. si debitori. ff. de iudic. ob id, quod reus tunc, ob defectum litis contestationis definitiuè cōdemnari non potest: ut rub. extra ut lite non contesta. Dum igitur glo. secundùm doctores passim di-
2 cunt † confessione litem contestari, ad articulos & libelli qualitates referendum est; non autem quò ad rei principaliter petitæ conclusionem; cum ad litem contestandam contraria conclusio esse debeat, ut elegāter declarat Berenga. Feran. in prima præfatione ad. §. nihil commune. l. naturaliter. ff. de acquir. possess. num. 26. & tractatur latè in l. 1. ff. de cō fess. & in l. unica. C. eod. tit. & si Guido Papæ in d. consi. 231. num. 2. sibi contrarius, ut supra uidimus, litem nō esse hoc modo legitimè contestatam arbitretur; quia responsione ad positiones lis non contestetur; & ideo processus fit nullus: d.ca. unico. de litis contestat. in antiquis. Verùm, ut ex præmissis ap
3 paret †. uerè ac propriè lis dicitur contestata; ubi partium consensu, uerbis expresso, iudici potestas in iudicio Procedendi, & illud per sententiam terminandi data est; Eo enim partium reciproco consensu, conuentio quædam oritur, & obligatio ad ipsius iudicii obseruationem; non secus ac in contractibus euenire solet, argumento. l. 1. §. 1. de pact. & ideo dixit Alberi. in l. uerum. §. ex facto. ff. de mino.

dum

dum glo.ibi illud reprehendit, quod dicitur, in iudiciis tunc quasi contrahi posse, ubi partibus ipsis, uel earum procuratoribus præsentibus, lis e contestatur. Cæterum absente aduersario ex quasi cōtractu obligationem non oriri; Id quod ad declarationem statuti nostri notādum uidetur, dum in eo dicitur, post quinq; dies, si reus per se, uel per alium non comparet legitimè ad opponendum aliquid, lis habeatur pro legitimè contestata. Nam tunc quasi cōtractus dici non posset: Præterea, quòd ex litis contestatione quasi contractus oriatur: tradit Curt. in l. post ueditionem num. 14. C. de pact. per tex. in l. 3. §. idē scribit. cum glo. ff. de pecul. & idem Curt. in l. edita num. 47. C. de eden. ubi uult, ut ab ęo deinde recedi non posit; Quia quę à principio sunt uoluntatis; deinde sunt necessitatis, uulgata. l. sicut. C. de actioni. & obliga.

1 *Contestatio litis inducitur per illa uerba, nescio, uel non credo.*

1 VI. Verbis illis nescio,† uel nō credo super oblato libello litis cōtestatio inducitur. c. cū sed. sedē. extra de restit. spoliat. & tradit Bald. in l. si debitor. ff. de peti. hered. & in l. 3. C. quibus ad lib. procla. non lic. & Abb. in c. 1. ubi etiam Felin. in col. fin. extra de lit. contest. & Bal. in c. uasallus si fundū, si de feud. fuer. contro. inter domin. & agnat. Id quod dicitur etiam de uerbo non præsumo, ut inquit Affl. in c. ua allus si fundum. nu. 17. per ea quæ uoluit glo. in c. quorūdam, de præsum. & in l. huius. de leg. pri. & Bald. in c. 1. si de feud. ab aliquo uasal. interpel. fuer. V tuntur etiam uerbo ignoro, & ita communiter seruatur quando lis à procuratoribus, hęredibus, uel aliis cōtestatur, qui iustam in facto alieno ignorantiam prętendunt. l. quamquam. ff. ad uelle. & tradit Bar. in l. qui in alterius. ff. de regul. iur. & in l. si quis inficiatus ff. de posi. & latè Specul. in tit. de lit. contesta. §. 2.

1 *Contestatio litis inducitur, ubicumq; reus coram iudice incompetenti confitetur, si simul exceptionem peremptoriam proponit.*

VII. Vt inquit Salic. in l. unica. C. de lit. contest.
1 ubicunq; †reus coram iudice imcompetenti confitetur, si simul exceptionem peremptoriam proponit; litem contestari uideri; cum ad ulteriora procedi uelle appareat; ac de sua exceptione cognosc.

1 *Contestatio litis inducitur etiam, si dicat, id animo cōtestandi non facere, sed contradicendi.*

1 VIII. Etiam litis contestatio† inducitur, si confiteatur, id animo contestandi non facere adijciens; sed prædictis contradicendi quadam exceptione, qua m opponere intendit, ut inquit Salic. & alijs in locis supra relatis.

1 *Contestatio litis inducitur si confiteatur, & ad ulteriora procedi petat.*

1 IX. Si †confiteatur & ad ulteriora procedi petat; Nam aliud ob suum interesse, ad definitiuam sententiam; ad quam nisi lis contestetur; peruenire non potest, peruenire uelle uidetur; uel quia aliquam exceptionem proponere intendit, ut ex prędictis cōstat.

1 *Contestatio litis, inducitur narrata prout narrantur uera esse, et petita prout petūtur fieri debere negādo.*

1 X. Litis contestatio illis uerbis † inducitur, narrata prout narrantur uera esse, & petita prout petuntur fieri debere negando: ut est tex. in d. l. unica. C. de litis contest. & in l. 2. §. 1. & quod ibi notatur, de iuramen. calum. & tradit Rapha. Fulgo. in consil. 160. num. 4.

1 *Contestatur lis, etiam quòd quis eam animo non contestandi contestare dicat.*

2 *Verba illa, saluo honore, mentiris, iniuriam irrogāt.*

1 XI. Contestatur lis † etiam quod quis eam animo non contestandi contestare dicat; ut inquit Alciat. in l. diuortio, nume. 26. ff. de uerb. signif. ut uoluit Angel. in l. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. Huiusmodi enim actus à iuris dispositione depēdet, & cum alio agitur; qui postquam cum contestari accēpit; de eius animo nullam vlterius curam gerere debet; sicut & cum quis alteri † saluo inquit honore,
2 Tu mentiris. Verbū enim ipsum iniuriā irrogat, ut uoluit Bar. in l. si quis extraneus. ff. de acqui. hæred. quam honoris illa reseruatio non extinguit. At Augusti. Beroius in c. quoniam contra. n. 185. extra de probatio. inquit, glo. in hoc articulo & scribētes uariare. Nam glo. in d. l. 1. & in c. j. de lit. contest. uoluit litem, ut protestatio aliquid operetur, nō cōtestari, cuius opinionis fuit Bar. in d. l. j. quam optimis rationibus defendere conatus est, comprobatur: quia, ut supra uidimus litis contestatione quidam cōtractus iniri uidetur. l. 2. cum ibi not. ff. de præto. stipula. & d. l. 3. §. idem scribit. ff. de penul. Qui quidem quasi contractus, iuris saltem præsumptione tacito partiū consensu fieri dicitur, argu. l. 1. ff. de pact. iuncta. l. ex maleficiis. §. 1. ff. de actio. & obliga. & Instit. de obliga. quæ ex quasi contra. Verùm si, ut supra respōdēdo de contrario ipsius rei consensu apparet; qui litem contestari nolle uidetur; utique ille quasi contractus celebratus dici non potest, cum expressum tacitum cessare compellat. l. cū filio. §. filio. ff. de uulga. & pupil. Nec repugnare uidetur: quòd protestatio cōtraria facto nihil operetur. l. ubi repugnantia. ff. de regul. iur. & l. 1. C. de furt. & glo. in c. tua nos. de sponsal. & in c. per tuas. circa medium gl. magnę, de cond. ap. Propterea quòd huiusmodi assumptum uerum esset, quādo protestatio directè facto repugnaret; at secus si non repugnet: sed potius diuersa sit, vnde si dicatur, prędicta non tamen animo litem cōtestandi, nego. utique contraria responsio non uidetur; quandoquidem non inconuenit, ut quis neget, seu respondeat; & lis tamen contestari non dicatur. Hac de re loquitur latè Gulelmus Mayner. in l. nō solet deterior. numero 7. 8. & 9. ff. de regul. iur. qui inquit communiter Doctores in dicto c. cū M. Ferrariensis. extra de constit. hanc protestationem litis conte-

contestationem impedire, & Riminal.in consi.149. nn.14.cum sequen.uolu.1.inquit,litis contestationē illis neibus non intendunt productionibus & reproductionibus consentire.Id quod procedit,etiam cū procurator rei respondendo ad libellum inquit,animo non contestandi litem respondere, ut inquit Socin.senior in consi.47.num.2. uolu. 4.& præsertim corā iudice parte non contradicente;ut uoluit glos. in d.l.unica.C.de lit.conte.quā sequūtur Guiliel.Iacob.Raue.Cynus, & Bar.& glo. in d.c.unico.de lit. contest.ubi Anto.à Butr.& Abb.ibi,& in c.exceptionem,de regul.iur.in 6.Geminia.in cap.2. de lit.contest.in 6. Subdit tamen si post prædictam protestationem reus iudice præcipiente; & parte instante iterum uerba proferat; quibus litis contestatio inducitur;ab illa protestatione recessum uideri;& litis contestationem tenere,arg.c.prout extra de dolo & cōtum.ut ibi latius per eum,ubi multa de responsionibus tradit.

1 *Contestationis communis practica.*
2 *Negans simpliciter in quam pœnam incurrat.*

1 Communis † autem litis contestandæ practica,
inquit Maran.in suo speculo aureo in 10.& ult.mem
bro primæ partis,num.3.cum sequen.est; ut reus dicat,petita prout petuntur,& narrata prout narrantur,uera nō esse:Saluis iuribus & defensionibus suis
loco & tempore producendis; Quæ quidem uerba
2 maximè ponderanda & attendenda sunt.Nam † reus
ita respondens in pœnam negantium ,de qua in l.si.
ff.de rei uendi.& in l.contra negantem. C.ad l.aquiliam similibusq; legibus nō incurret;Prout incurreret,si simpliciter negaret,ut inquit Bart.in d. l.si dubitetur.§.ita demum,quē ibi sequuntur Imol.& Castren.ff.de fideiusso.& idem rursus uoluerunt Imol. & Castr.in l.sed hoc ita.ff. de re indi.& Alexan.in l. etiam.§.licet.col. fin.ff. solut.matr.& Ias.in l.eū qui. col.4.ff.de iureiurand.dum inquit , hanc opinionem esse ueriorem ,licet contrarium uelit Felin.in ca.cæterum.col.7. extra de iudi.

1 *Contestatio litis quando non inducatur.*

C A P. III.

VIdimus nonnulla ad litis contestationem inducendam pertinentia; è contra modo quando lis non contestetur inspiciamus.

1 Primò igitur † lis non contestatur; donec Iudex declinatoriè, uel dilatoriè opponendo recusari potest; ut inquit Barto. in l.unica.in 2. oppositione.C. de lit. contest.ubi idem expressè uoluit Salic. in 5. oppositione, dum inquit, litem non contestari;quando reus in declinatoriis contra Iudicem, locum, uel procuratores opponēdo insistit. l. ita demum. C. de procur.& l.fin.C.de exceptio.& uoluit idem Bar. in d.l.unica.numer.1. 2. & 3. quæst.& concordat Hostien.in c.unico,col.3.de lit.contesta.cum inquit, litis contestationem nihil aliud esse, quàm reum uelle in negocio principali cum aduersario litigare , attestari,ubi etiam Abba.col.3.& Bald.col.3. & declarat Abba.in c.dudum.il secundo,colu.4.uersic.noto qualiter fiat, ubi etiam Butrius , extra de electio. & tradunt gl. cum quibus transeunt Doctores omnes in d.l.unica,& in d.c.1.& in c.dudum,in uersic.in iure propositum,& tradit Ioan.Bapt.Ferret.in consil. 114.num.4.ubi idem quoq; arbitratur, quādo reus libello respondendo dicit , nego narrata prout narrantur in forma solita; Si actor in libello ultra negocium principale,iurisdictionem etiam iudicis ratione delicti, uel rei sitæ, uel contractus negauit. Ratio autem est; quia uerba illa rei negatiua ; ad iurisdictionem potius in libello deductam , quàm ad principale negocium referuntur,prout decidit Marianus Socinus in d.c. unico.col.3 2.uersi. itē aduerte,& uersi.quinimo.

Verùm hæc ad statutum nostrum pertinere non uidentur,cum in eo litis contestandæ forma tradita sit;Tum etiam quia exceptiones omnes in fine litis reseruantur.

1 *Contestatio litis non inducitur exceptionibus ad principis rescriptum peremptoriis.*

1 II. Litis quoq; † cōtestatio exceptionibus ad principis rescriptum peremptoriis non fieri, tradit Socin.in loco supra adducto num.5.ut habetur in c.1. de lit.contest.in 6.etiam si reus ad libellum peremptoriè excipiat,ut est casus in c.2.eod.tit.de lit. conte.lib.6. & hanc conclusionem in ualidioribus terminis confirmari ait duobus canonibus , ut inquiūt Bal. Paul. Castren. Cynus & Salicetus in d.l.unica, & Bal.in d.c.1.col.5.uersi.sed nunquid.& Ratio est, ut ipse inquit;quia cum reorum sit fugere: ea uerba animo litis contestandæ dicere non præsumitur.

1 *Contestatio litis non inducitur negatiua ad positiones responsione,etiam si libellus præcedat.*
2 *Contestatam litem Iudex intelligere non uidetur, quādo terminum ad deliberandum, & opponendum contra procuratoria omnium reorum cōparentium mādata assignat.*
3 *Contestatio super exceptionibus quando contestetur.*

1 III. Litis contestatio † non inducitur negatiua ad
positiones responsione; etiam si libellus præcedat,
ut habetur in d.c.dudum.il secondo;de electio.& in
d.c.unico.de lit.contest.ubi etiam Abba.col.3.uers.
Ego uerò puto. Planè animus litem contestare no-
lentis ex eo apparet; quòd antè omnia personas le-
2 gitimari petitur † & iudex etiam litem pro contesta-
ta habere non uidetur,quando terminum ad delibe
randum,& opponendum contra procuratoria om-
nium reorum comparentium mandata assignat;cō-
probantur prædicta, quia altercatio dilatoriarum;
aliarumue exceptionum,cum principalis causæ arti
culo non conuenit:immo ex diametro inuicē repu-
gnant,ut habetur in c.exhibita de iudic.Quandoqui
dem in declinatoriis insistere , nihil aliud est; quàm
in negocio principali procedendum non esse assere-
re ; At litis contestatio nihil aliud est , quàm in ne-
gocio principali insistere; quæ quidem cōtraria esse

manifeſtè apparet d.c.exihibita, prout etiam arguit Abba.in d.c.unico.col.4.per illum tex.

3 Illud tamen animaduertendum eſt.† Nam licet ex prædictis in cauſa principali litis conteſtatio non inducatur, conteſtabitur tamen ſuper ipſis exceptionibus, ut inquit Anto.à Butrio in d.c. unico.colu.3. uerſi.Ideo ſi reus dicat incompetentem, & concordat Maria.Socin.in d.c.1. col.32. uerſi. itẽ aduerte.

1 *Conteſtatio litis non inducitur illis uerbis, uidelicet, ex quibus conſtat de bono iure rei non actoris.*

1 IIII.Litis conteſtatiu † non inducitur illis uerbis. uidelicet, ex quibus conſtat de bono iure rei nõ actoris. Propterea quòd, ut iudex de ſuo bono iure inſtruatur; prolata cenſentur; non autem animo litem conteſtandi, ut inquit Abb.in d.c.unico.col.7.uerſi. Ego in hoc articulo, ut tradit etiam ibi Butrius.

1 *Conteſtatio litis non inducitur, ſi petat reus à petitis abſolui.*

1 V.Litis conteſtatio non infertur † ſi petat reus, ſe à petitis abſolui; ex quo ad contenta in libello reſponſio forma ſolita negatiua non precesſit; ſed ad exceptiones tantum precedentes in eadem ſcriptura contra reſcriptum datas, ex quibus lis, etiam ſi libellus precedat, non conteſtatur c.1.& 2.de lit. conteſt.lib.6.Nam rei negatione niſi concurrant ea, de quibus per Abb. in d.c.unico.ubi etiam Hoſtienſis col.2.in princ.lis non teſtatur

1 *Conteſtatio litis non inducitur conditionali reſponſione.*

1 VI.Lis † conditionali reſponſione non conteſtatur, ut inquit Maria.Soci.in d.c.unico.colu.4.queſt. 26.de lit.conteſt.

1 *Conteſtatio litis non inducitur cõfeſſione procuratoris actoris, etiam quod litem conteſtatam confiteatur. niſi in proceſſu de rei reſponſione ad libellum & ad litem conteſtandam appareat.*

1 VII.Confeſsio † procuratoris actoris, etiã ſi milies litem conteſtatam eſſe confiteatur, litis conteſtationem non inducit; niſi in proceſſu de rei reſponſione ad libellum, & ad litem cõteſtãdam appareat. Quemadmodum ex parte unius tantum prælium, uel confictum eſſe non poteſt: ut in terminis uoluit Cynus in d.l.unica.col 2.& 3.quæſt.6.C. de lit.conteſt.Dum inquit, cum litis conteſtatio ab animo rei tantum procedat. Actorem eam ſuo conſenſu inducere, uel ſupplere non poſſe, ut eſt tex.in §. illud. in Auth.de exhiben.reis, & ideo Cynus ibidem col.fin, queſ.7 inquit.Iudicem litem pro conteſtata habere non poſſe; cum omnino ex animo rei procedere debeat, ut inquit ibi Bal.colu.2. queſt.2. Mouetur autem ex eo, quòd litis conteſtatio certam formam à lege datam requirit; qua omiſſa, ut lis pro conteſtata babeatur; eſſe omnino impoſsibile: prout inquit etiam ibi Salic.col.2.queſt.6.& Caſtren, col.2, uerſi.ſed an Iudex.& Canoniſtæ omnes in d.c.unico:

1 *Conteſtatio litis conſenſu partium non inducitur.*
2 *Conteſtata lis an intelligatur, ſi Iudex litem conteſtatam pronunciet.*
3 *Conteſtatio litis iudicis interlocutoria non probatur, quando Iudex ſimpliciter et abſolute litem conteſtatam non pronunciat, ſed conditionaliter.*
4 *Clauſula, ſi & in quantum de iure, uel ſecundùm formam ſtatutorum conteſtari poſſit.*
5 *Conteſtatio litis non inducitur iudicis interlocutoria ſi parte non citata feratur, etiam ſi deinde notificetur.*

1 VIII.Conſenſu † partium litis conteſtatio non inducitur, & ideo quãdo in facto ex proceſſu litem non eſſe conteſtatam apparet; etiam quòd partium conſenſus adſit; ut tamen lis pro conteſtata habeatur; efficere non poteſt, cum (ut diximus) ab eorum conſenſu non pendeat, prout nec tolli poteſt partiũ conſenſu litis conteſtatio, ut inquit Felin.in conſilio 23.num.1.& tradunt Canoniſtæ in c.de cauſis, extra de offic.delega.& Soci.iunior in conſi.16.num.13. uolum.1. ut plenè per recẽtiores in l. naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſſ.poteſt tamen à ſtatuto remitti, & ideo mirũ nõ eſt, ſi in hoc ſtatuto pro cõteſtata litẽ haberi dicatur, ut de hoc ſtatuto noſtro Florentino tradit Paul. Caſtre.in conſil.290. nume.2.uolu.1.ut etiam poteſt ſtatuto induci, ut libellus reo porrectus litis conteſtatæ uim habeat, ut inquit Bal.in tract.ſtatutorũ, in uerbo caſſatio.numer.2.Vnde his ita ſtantibus ulterius quærebatur. Quid ſi acta amiſſa ſint; & ambæ partes, actor ſcilicet & reus litem conteſtatam eſſe fateantur; Id quod aſſerat etiam iudex; an lis pro conteſtata habenda ſit; Hac in re Abba. & Anton.à Butri.in c. fin. in 3. notabili extra de probatio.ubi latè Felin. in colu.penult.& fin.noluerunt, ut tũc ſaltem ut ex tunc lis pro conteſtata habeatur. Verùm Soci.ſenior in conſil.
2 47.nume.4.uolu.4.Quærit † quid ſi iudex litem conteſtatam pronunciet; quæ re uera conteſtata nõ erat an pro conteſtata haberi debeat.& inquit, ſuum genitorem in d.c.primo.in 8.articu.quæſtio.27.dicere, hanc queſtionem tactam nõ inueniſſe; ipſum tamen ita diſtinguendo dicere; Aut re propter uarias doctorum opiniones dubia exiſtente iudex litem conteſtatam pronuntiauit; & tunc litis conteſtationem probare: & tunc ſi non fuerit appellatum, partibus nocet, ut notatur in c.romana.§. ſi uerò.de appella. in 6.& in c.cum ceſſante. extra de appella. Aut uerba ſunt clara, & penitus ad litis conteſtationem inepta; & tunc talis interlocutoria manifeſtam iniuſtitiam continebit: & ex conſequenti erit nulla, ut eſt tex.& ibi not.in c. inter cæteras, extra de re iud.& notat Abba.in c.2.ſuper glo.in uerbo inclitas, extra de reſtit.in integr. Hanc opinionem comprobat Soci. eodem in loco ex iis, quæ uoluit Imol. in d.c.unico de lit.conteſtat.dum uoluit, ut Iudex, efficere non poſsit, ut aliquo actu lis pro conteſtata habeatur; quia id non pendet à poteſtate iudicis, ſed partium, ut ibi not.Docto.in d.quæſtione, & in d.l. unica.C. de lit.conteſta.

Iudicis

3 Iudicis præterea † sententia interlocutoria litem contestatam non probat, quando iudex simpliciter, & absolutè litem contestatam non pronunciauit; sed conditionaliter; Videlicet, per hęc uerba. Si & in quãtum de iure; uel secundùm formam statutorum contestari possit; Natura enim huius clausulæ est; ut si de iure secundùm statutorum fórmam lis uel contestari possit, uel sit contestatata; contestatio in-
4 ducatur. † ut de hac clausula notabiliter tradit Bart. l. ambitiosa, de decret. ab ordin. faciend. & in l. prætor ait. §. si controuersia. ff. de damn. infect. & Bald. in l. 1. C. qui adimit. & in l. edita. C. de edend. & Ludoui. Roman. in consil. 77. supra responde quia nuper.

5 Idem præterea est, † si huiusmodi litis contestatæ interlocutoria parte non citata feratur; & si deinde notificetur; per ea quæ ponit glos. in l. nec quicquã. §. ubi decretum. ubi notant Bart. & Bal. ff. de offic. proconsul. & legat. dum inquiunt, notificationẽ interlocutoriæ non citata parte latæ non opitulari, & latè prosequitur Anto. à Butr. in c. quoniam contra extra de probatio.

1 *Contestatio litis non præsumitur, si antè quàm pars respondeat, dilatio ad probandum assignetur.*

1 IX. Contestatio † litis non inducitur, nec præsumitur, si antè quàm pars respondeat, dilatio ad probandum assignetur, ut inquit Felin. in consil. 23. numer. primo.

1 *Contestatio litis nõ fit sola responsione absente parte.*

1 X. Sola responsione † absente partes litis cõtestatio non fit, ut uoluerunt Bar. & Bal. in l. j. C. de lit. contest. & Specul. eodem titulo de lit. contest. §. quandn uersi. numquid absente. & Hostiens. in c. 1. extra eodem titulo, & Rursus idem Bart. in l. si qui reus. col. 5. de publ. iud. & Felin. in d. consi. 23. nu. 2.

1 *Contestatio litis non fit, quando in prima comparitio ne reus exceptiones processum impedientes opponit.*
2 *Contumax reputatur, ubicumque reus in iudicium cõparet, & illud, ad quod citatus est, non exequitur.*
3 *Contumacia non nocet, nisi in termino accusetur.*

1 XI. Lis non contestatur, † nec pro contestata habetur, quando in prima comparitione reus exceptiones processum impedientes opponit: ut inquit Alexan. in consi. 100. num. 5. uolu. 5. per tex. in c. j. & 2. de litis contest. in 6. & not. glo. & sequuntur Doctores in l. 1. C. de lit. contesta. & not. in c. 1. extra eodem in antiquis. Præterea etiam si reus unà cum actore compareat; & libello non respondeat: Imo unà cum actore instantiam prorogauerit, nec actor re non respondentis contumaciam accusauerit, tunc ut ratione contumaciæ lis pro contestata habeatur, dicendum non esse. Id quod probat eo loco
2 Alexand. hoc modo. † Vbicunque reus citatus in iudicium comparet; & illud; ad quod citatus, est, non exequitur; perinde est, ac si non comparuisset; contumax q. reputatur. l. scire oportet. §. sufficit, uersic. scire autem. ff. de excus. tuto. ubi ad hoc illum text. ponderant Iacob. de Aren. Cyn. & Bal. sed rei contumacia nunquam ei nocere debet; nisi cum aduersa-
3 rius in termino cõparuerit † & eius contumaciam accusauerit. l. properandum, §. & si quidem. ubi notant Doctores, & præsertim Bald. & Salic. C. de iudic. & notat Bartol. in l. consentaneum. in fin. C. quom. & quando iudic. & in l. si finita. §. Iulianus. colum. 4. ff. de damn. infect. & in extrauaganti ad reprim. in uerbo. neglexerit; Cum igitur in bis terminis actor rei contumaciam non accusauerit, ea contumacia ei nocere non debet: & non modicum facere, inquit, illud, quod notat Bald. in l. 1. ff. de in ius nocand. & in l. post edictum. §. 1. ff. de iudi per illum text. & in l. fi. in princip. ff. de eo per quem factum erit, & Guiliel. de Cune. in l. sicut C. de præscrip. 30. anno. & facit illud, quod notatur. l. si pater. C. ne de statu defunct. & in authen. offeratur. C. de lit. contesta. & Bartol. in l. accusaturus. cum similibus. ff. de adulte. latiùs ibidem de huiusmodi statuto & conclusione loquitur Alexand. eodem in loco.

1 *Contestatio litis, non inducitur rei confessione.*

1 XII. Confessione † rei non inducitur litis contestatio, ut inquit Alexand. in l. si domus. §. in pecunia. numer. 2. ff. de legat. primo, refert tamen se ad glos. & Docto. in §. susceptum. in Authen. de exhiben. reis, & in l. fi. C. de lit. contestat. & nonnulla tradit glos. in l. proinde. §. primo. ff. ad l. aquili. & in c. dudum. de electio. & in c. ex parte. il primo, de uerbor. significatio. & in c. primo, ubi planè per Docto. de lit. contestat. & latè Bald. in l. si reus. ff. de procurat.

1 *Statuti nostri declaratio dum in eo dicitur, litem haberi pro contestata.*
2 *Processus est ipso iure nullus, si lite non contestata ad ulteriora transeatur.*
3 *Contestatione litis totum iudicium formatur.*
4 *Cõtestationem litis primus actus, qui in aliis iudiciis post eam fit, in summariis facit.*

CAP. IIII.

1 PRæterea † pro clariori declaratione huius nostri statuti dum in eo dicitur, litem haberi pro contestata, animaduertendum est, summa ratione id à statuentibus appositum fuisse. Nam si ad ulte-
2 riora lite non contestata procedatur: † processus erit ipso iure nullus; in ea namque, ut inquiunt Do-
3 ctores, † totum iudicium fundatur. & ut inquit Bald. in cap. primo, colum. prima. extra de lit. contesta. lapis angularis totius iudicii est, ita ut si omittatur, totum iudicium corruat, ut inquit gloss. in ca. dudum, il secondo, de electio. & tradit Bartol. & sequuntur alii in l. prolatam. C. de senten. & Cardi. in clement. sæpe. in princip. in quarta opposi. de uerbor. signific. & licet, ut supra diximus, in causis summariis, ubi uera litis contestatio non requiritur, ut

4 ibidem inquit Cardi. primus † actus, qui immediatè post litis contestationem in aliis causis fieri solet. in summariis pro litis contestatione habeatur; scilicet quàm primum iudex de meritis causæ cognoscere incipit, ut noluit Ludo. Roman. in consil. 174. col. secunda, & tradunt Bartol. & Bald. in l. nulla. & in l. nihil. C. de procurat. & Cardin. in clement. constitutionem. §. fina. in fin. de electio. & Abb. in c. insinuante. in fin. de offic. delegat. & Felin. in c. olim. de accusatio. & in d. c. exceptionem. colum. 5. uersic. tertiò intellige, de exceptio. & Paris de Putc. in tractat. de sindica. in uersi. sententia. colum. 4. Id quod & de arbitris dicendum est, ut inquit Bartol. Soci. in consil. 27. numer. 40. uolum. quarto, & tradit gloss. in l. unica. C. de lit. contestat. & Barto. in authen. offeratur. eodem titulo, & est text. ubi tradit Bald. in l. rem non nouam. C. de iudic. Nam primus actus facti, qui litis contestationem subsequitur, coram eis factus pro litis contestatione habetur; cum coram eis summariè procedatur, prout notatur in d. l. nihil, & in l. nulla. C. de procurat. & est gl. in c. primo, de electio. in 6.

1 *Litem contestare an reus a iudice compelli possit.*

CAP. V.

Quærit ultimo loco Alexand. in l. qui in aliena §. Celsus. numer. 9. ff. de acquirend. hæredit.
1 An † reus à Iudice, ut litem contestetur, conpelli possit, & quandam glos. inquit in authen. qui semel. C. quomo. & quando ind. ut compelli non possit, uoluisse. Mouebatur autem ea ratione; quòd satis missione in possessionem actori consultum sit l. satisque pænè. ff. de in ius uocand. quam gl. sequitur Bartol. ibi in fi. Verùm his non obstantibus, quòd com compelli possit, magis communi opinio uidetur ex ijs, quæ habentur in l. inter stipulantem. §. primo. ff. de uerbor. obliga. & in l. quoties. in princ. in uerbo omnino. ff. de noxali. & in l. consentaneū. C. quomodo & quādo iudex Hanc opinionē sequūtur Petrus & Cynus & antiquiores in l. 1. C. de lit. contestat. & in authen. qui semel. C. quomod. & quando ind. & Alber. in d. l. quoties. & Canonistæ in c. 1. de lit. contesta. & subdit Alexand. hac de re dicere consueuisse in d. l. inter stipulantem. §. 1. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. ubi inquit tenendam cōmunem opinionem; quàm etiam amplectitur Bald. in l. sed & hæ. §. Prætor. ff. de procu. ubi inquit text. in l. satisq. pœne. de eo loqui; qui de domo exire nolebat; planè cum de causa ciuili agitur, compelli nō potest. l. plerique. ff. de in ius uocand.

1 *Præscriptio an interrumpatur stante statuto, ut contra contumacem lis pro contestata habeatur.*
2 *Præscriptio 10. uel 20. annorum partim est fauorabilis & odiosa.*
3 *Contestata lis intelligitur, quando stat per reum, qui comparere nō uult, & litem contestare subterfugit.*
4 *Contumacia uera requiritur, ut lis habeatur pro contestata.*
5 *Contestatio non uera quid operetur.*
6 *Fictum quando idem quod uerum operatur.*
7 *Contestatio litis quò ad omnia operatur, ubicunque in causis, in quibus sine figura iudicii proceditur, uel in quibus iis pro contestata habetur, circa merita fit aliquis actus.*
8 *Præscriptionis interruptio quando fiat per primum actum, qui circa merita causæ fit.*

CAP. VI.

Præterea pro declaratione huius. §. Primò uidendum est. † An stante hoc statuto; quòd contra contumacem lis pro contestata habeatur, præscriptio interrūpatur; quemadmodū per litis contestationem præscriptio interrumpitur. Loquor autē de mixta præscriptione; partim scilicet fauorabili
2 partim odiosa; idest † 10. uel 20. annorum l. more. C. de rei uendica. & est communis opinio Barto. de qua per Balb. in tracta. præscriptio. in prima quæstio 4. quæstio. princ. in 3. part. sexæ part. princi. num. 5. & sequent. Et Ioan. de Prat. in l. mutus. §. qui non cogitur. ff. de procura. ut præscriptio interrumpatur cōcludendum esse arbitratur; Id quod in terminis statuti nostri, quo disponitur, quòd post quinque dies utiles reo ad excipiendum datos lis pro legitimè contestata habeatur, dubium habere non uidetur. Nam, ut inquit Balbus in suo tract. præscriptionum in 4. quæst. princ. 3. part. 6. part. princip. nu. 32. Quando, stat per reum; quominus litis contestatio fiat
3 † Quia citatus comparere non uult; & litem contestari subterfugit; lis quò ad præscriptionis interruptionem, alios ue effectus, scilicet ut actio, quæ alioquin ad hæredes transitura non esset, pro contestata habetur, tex. est (ut ipse inquit) notabilis in l. si eū §. qui iniuriarum. in fin. ff. si quis cautioni. ubi no. Bald. in notabili, inquiens alibi id non reperiri, & sequūtur Paul. Castren. Alexan. & Iaso. col. 3. num. ultimo, qui alios allegat, & ait hanc esse communem opinionem, & Alexand. in l. si in insulam, per illum tex. in fin. colu. 3. ff. de uerbo. oblig. & prius uoluit Cynus post nonnullos alios in l. sicut. C. de præscrip. 30. anno. prout innuit ille tex. ibi quasi lite contestata, & idem tenet Bald. in l. more. C. de rei uendic. & in l. fin. in prin. col. 2. uersi. unum tamen est. ff. de eo per quem factum erit, ubi latè per Alexan. nume. 8. qui ait, quòd ad prædictos effectus; ut lis pro contestata habea-
4 tur, ueram contumaciam esse debere per ea, quæ uoluit Ioann. Faber. in §. pœnales. Institu. de actio. & id (ut ipse inquit) diligenter & accuratè notandum est. Patet igitur ex prædictis, ut Balbus eodem
5 in loco attestatur, † idem esse, litem contestatam fuisse, uel pro contestata haberi, & rursus idem quasi contestationem, quod ipsam ueram contestationem operari; ut est casus in l. 2. uersicul. si uerò post. C.
6 ubi in rem actio. ubi not. Bald. & Felin. in c. illud. colum. penult. in prima conclusione, numer. 22. ubi alios refert; & præsertim Roma. in consil. 174. amplissimus Doctor. col. secunda, numer. 5. de præscriptio. & Ias. in d. l. fin. in princi. colum. fin. ff. de eo per quem factum erit: & licet non alleget text. in d. l. 2. ubi expressè inquit litem propter contumaciam rei ad

ad interrumpendam longi temporis præſcriptio-
nem pro conteſtata baberi, infert præterea ex prędi-
ctis Balbus eodem in loco, quòd in cauſis, in quibns
ſine figura indicii proceditur, & in quibus lis pro
7 conteſtata habetur, eo ipſo quòd circa merita ali-
quis actus fit; qno ad omnia litis conteſtationem
operari: ut per Bartol. in extrauaganti ad repri
mendum, in uerbo & ſine figura, col. 2. & uoluerunt
Barto. & alii in l. nihil. & in l. nulla. C. de procurat.
per primum actum contradictorium, merita cauſæ
concernentem, interruptionem factam cenſeri, non
9 † ſecus, ac ſi expreſsè facta eſſet conteſtatio; ut in
terminis uoluit Aret. in conſi. 30. uilo themate. colu.
fin. nnmer. 10. Cnm igitur in terminis ſtatuti noſtri
poſt quinque dies reo ad opponendnm aſsignatos
lis pro legitimè conteſtata habeatur: cumque ex ſu-
pra relatis, tam ficta, quàm uera litis conteſtatio
præſcriptionem interrumpat; dubium non eſt; quin
ſtante hoc noſtro ſtatuto, & litis conteſtatione ab
eo inducta, præſcriptio interrumpatur. Verùm quia
Balbus eo in loco illam concluſionem, quòd litis cō
teſtatio præſcriptionem interrumpat, pluribus mo-
dis limitat: ne longiores ſimus, ad ea, quę ibi latè di-
ſentiendo adducit, me refero.

1 *Dies cōteſtationis litis an computetur in inſtantia ſe xaginta dierum, ſi ſtatutum dicat, quòd cauſa à die litis conteſtatæ infra 60 dies terminentur.*
2 *A, dictio diuidit, idem & ab. & nu. 9.*
3 *Dictio poſt, eſt ſeparatina.*

1 Secnndo loco qnæritur, ſi extet ſtatntum, qno di-
ſponatur, qnòd cauſæ à die litis conteſtatę infra ſe-
xaginta dies terminentur; An dies illa litis conte-
ſtationis inſtantia ſexaginta dierum compntetnr;
Bald. in l. ſcire opportet. §. illud autem ibi, à quadrin
gentis per illum tex. ff. de excuſatio. tutor. quod illa
dies non compntetnr arbitratnr; Ratio autem, qua
2 monetnr, ea eſt, quòd illa præpoſito a, diuidat diem
litis conteſtationis à ſexaginta diebus inſtantiæ. nt
eſt tex. in l. ratio. §. fin. ff. de actio. empt. & in c. ſta-
tutum. de prębend. in 6. & idem Bal. in tract. ſtatu-
torum per Sigiſmundum cōfecto, in prima quæſtio.
& idem poſt nonnullos antiquos firmare uidetur Ol
drad. in conſi. 49. conſuenit col. 2. num. 2. uerſi. quòd
terminus à quo ſummatur exclnſiuè; ubi Oldra. latiſ
ſimè tractat, de omnibns ferè dictionibus incluſiuis,
& excluſiuis. Prætere a, qnòd dies litis conteſtatę nō
imputetur, uoluit Felyn. in c. placuit. num. 4. extra de
pręſcriptio. & Imo. in l. ſi ex duobus. in prin. in pri-
mo not. ff. de dnobus reis, & Proſper Carauit. ſuper
Ritibus Magnę curię, Ritu. 119. nnmer. 2. & Tira-
quel. in tracta. de utroque retract. titulo primo. §. 1.
gloſ. 11. nume. 51. ſubdens, quòd ſi aliquis terminus
ſtatuatur, qui à die contractus, ſiue à die appellatio
nis, uel huiuſmodi incipere debeat; diem illam non
eſſe imputandam; propterea quòd dictiones A. &
Ab, quæ eundem ſenſum, eandemqne nim, & natu-
ram habent, regulariter excluſiuè ponuntur; Vnde
eſt, ut dies ille excluſus nō imputetur, ut noluit gloſ.
in c. ſtatntum. in uerbo numerandum, paulò antè
finem, ibi, tertium quod non fit: de in 6. quam ibi ſe

quuntur Doct. & idem uoluit gloſſ. in clement. ſicut. in uerbo à die, in princ. ubi Archi. Ioan. Andre. Card. Floren. & Imol. de appellatio. & idem Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titulo de citatio. in §. uiſo. uerſi. penult. nnmero 17. & in titulo, de dilatio. §. dilationem. uerſic. ſed pone. numero 4. & Archid. in ca. 1. colum. 6. in uerbo à die, de elect. in 6. & in cap. aliter. quod eſt ultimum. 3. quęſtio. 5. & Iacob. Areti. Angel. & Alexand. in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & poſthu. & Alber. in l. nlli. ff. de ſenato. & Bald. in l. 1. in 2. lectura ſeu in additio. ubi etiam Alexand. numer. 15. ff. ſiquis cautio. & idem Bald. in l. ultima. in princip. col. a. uerſi. ſed illud non eſt. numer. 3. C. de tempo. appella. & in l. eos. §. ſi autem, col. a. uerſicul. quæro autem, an dies. numer. 5. C. de appella. & in l. ratio. §. ſi per uenditorem, in utraque lectura. ff. de actio. empt. & in l. à caligato. uerſi. ſed pone, quòd iu dex. nume. 2. C. de nupt. & in c. ſuper eo, il ſecundo, colum. 1. uerſi. dicit tex. & ibi Panormi. nume. 13. & Cardi. Alexan. in 3. limitatione. & Decius colum. 5. numer. 17. uerſicu. iſta concluſio fallit, de appella. & Angel. in conſi. 404. in fin & Petr. de Ancha. in conſil. 413. ultra rationes. in fin. & Philippp. Franc. in c. freqnens. nnmer 5. uerſicu. ſi uerò, de reſtitut. ſpolia. in 6. & Imol. & Franc. Aret. in d. l. ſi ex duobus, in princip. ff. de duobus reis, & dicit ipſe Aret. ſingularem gloſſ. eſſe in d. clement. ſicut. & Domini. à Sācto Geminiano in ca. 1. in ultimo nota. numer. 3. de electio. in 6. & Alexand. in conſi. 42. in cauſa. colum. 2. uerſicu. reus antem, nnmer. 6. lib. tertio, & in conſil. 114. uiſa ſcriptura. colum. 1. & fin. numer. 2. libro. 5. & Collegium Paduanum inter conſilia ipſius Alex. in conſi. 87. col. ultim. nume. 10. lib. 7. Et Ferdi. Loaxes in Rubr. de iuſtit. & iure, colum. 9. numer. 68. & ſequent. Et licet Zenzel. contrarium tenuerit in d. clemen. ſicut, & Archidi. in d. c. ſtatntum. col. prima in narbo. à die, de præbend. in 6. & Raphael Fulg. in l. 1. ff. ſiquis cautio. Attamen contrarium eſt uerius, ut inquit Tiraquell. in loco ſupra ralato nume. 52. Præterea idem tenuit gloſſ. in d. l. ratio. §. ſi per uenditorem. in ſin. ff. de actio. empt. & in d. l. ſi ex duobus, in princip. in uerbo. ab altero. ff. de duobus reis, & ibi Angel. & Cyn. & Salic. in d. l. à caligato, & Barto. in l. meminiſſe. in princip. ff. de offic. proconſul. & Signoro. de Homode. in conſi. 101. factum ſic ſe habet, infans colum. 2. uerſicu. præterea cum definitio num. 4. & Bald. qui quandam diſtinctionem ponit in l. nuptię. §. Senatores. ff. de ſenato. & in l. militis codicillis. in princip. ff. de teſtamen. milit. & in c. cęterùm. colum. penult. uerſi. item ſcias, extra de iudic. & in c. primo, colum. ſecunda. nerſicul. item eſt contra ethimologiam, de ſequeſtra. poſſeſ. & fructu. & in c. excommunicatis, quod eſt penultimum, numer. 3. & ibi Barba. in 2. nota. numer. 5. extra de offic. legat. & idem Bald. in c. ego N. in prin. colum. 1. de iureiurand. & penè in conſi. 457. colu. 2. numer. 3. lib. primo, & in conſil. 357. nota produce. col. 2. nerſicu. ſequitur, libro quinto, & Petr. de Anchar. in d. c. ſtatutum. colu. 2. in quinto nota. de præbend. in 6. & Lucas de penna in l. prima. in fin. C. ut nemo ad ſnum patri. lib. 11. cum aliis concordantibns adductis ab Alexand. in additio. ad Barto. in l.

patronus §.Sempronio.ff.de lega.3. & in d.consilio
42.lib.3.& Maria.Soci.in c.litem.colu.12. extra de
dilatio.& Corne.in consi.259.quæritur à me, colu.
ulti.numer.27.lib.1.& rursus eleganter idem Cor-
ne.in consi. 279.in hac libro quarto,& in auth. con
tra rogatus,in fin.nume.6.C.ad trebellia. Compro-
batur non modicum prædicta conclusio, ut inquit
Tiraquel.in loco supra relato ex eo; quòd qui pro-
3 priè ac recte loquuntur, his distinctionibus à & † ab
pro dictione post, sæpè utuntur; quæ quidem dictio
4 post † separatiua est.l.sicui legetur,in uersi.post bien-
nium.& ibi Franc.Aret.in secundo nota. ff.de leg.1.
& in l.si ita fuerit libertas.ff. de manum.testamen.&
Bar.in l.2.§.creditum.col.2.uersi. aduerte, & ibi re-
centiores. ff.si cert. peta. cum aliis latè collectis per
Tiraquellum in d.tract.§.1.gloss.11.nu.50 & dictio
ne à, quòd pro dictione post, utatur Iureconsultus,
est tex.in l.2.§.quod ad magistratus.ff.de origi. iur.
ibi,& ueluti secundum locum à regibus obtinebat,
idest,ut adnotat Zasius, post Reges. Neq;.n. is Rex
erat: & Suetonius in Cæsare. Plebs. statim à funere
ad domum Bruti & Casij cum facibus tetendit, &
Plinius lib.25.c.5.Hoc contingere si à cóceptu suc-
cus cótinuus bibatur in passo,& pauló po st. Quar-
to die à balneo coire eos: & latè idem Tiraquell.in
l.si unquam.in uerbo postea, nu.18. uersi.His adde,
quod cum.C.de reuoca.donatio. Item de dictione ab
est illud in eundē sonum Plauti in penulo.Iam ab re
diuina,credo apparebunt domi.& Columella l.b.2.
c.15. Post hæc quæ diximus Ouillum, & ab hoc ca-
prinum est,& Ouidij tristium lib.4.elegia.10. eadē-
que ultima.

Tu mihi quod ratum est, uino sublimè dedisti.
Nomen ab exequiis, quod dare fama solet,

Et ita hanc dictionem exponit glo.in l.neminem.
prin.C.de decurio.lib. 10.

2 *Pœna à statuto imposita persistenti usq; ad litis conte
stationem, an habeat locum, si aliquis persistat usq;
ad iuramentum calumniæ, ubi lis non contestatur.*
2 *Iuramentum calumniæ præstatur post litem cōtestatā.*

CAP. VII.

SExto loco proprius ad tex.nostrū accedēdo, si sta
1 tutū usq; ad litis contestationem persistenti pœ
nam imponat; Quæritur, an in persistēte usq; ad iura
mentū calumniæ in casibus, in quibus lis nō cōtesta
tur, locū habeat. Hac in re Cardin. in clemen. sæpe
§.1.quæst.7.nu.8.extra de uerb.sign. ut locū habeat
notabiliter concludit. Mouetur autem Cardina.ob
2 id, quod † iuramentum calumniæ post litis contesta
tionem præstetur.l.1.& 2.C.de iuramen.calum. Vn-
de quemadmodum litis contestatio dilatoriis uiam
præcludit.c.inter monasterium.extra de re iudic.Ita
& iuramentum calumniæ in casibus, in quibus lis nō
contestatur præcludat c.1.de electio.in 6. ubi gloss.
quæ, ut ipse inquit singularis, & notabilis est.& ideo
inquit Cardi.ex mente Paul.ad propositum nostræ
quæstionis, quemadmodum pœna imponitur ei qui
perstitit usq; ad litis contestationem. l. in criminali.
C.de iurisdictio.omn.iudic. & c.insolita. & c.penul.
11.quæst.1.& c.si diligēti, de foro compet. pariter si
sit causa, in qua lis non contestetur periuramentum
calumniæ: idem effectus, ac si lis cōtestaretur exoriri
debet; Alioquin cōditio causarum, in quib. summa
riè proceditur, deterior esset; quàm aliarum contra
mentem talis constitutionis. Comprobatur hæc cō-
clusio ex ijs, quæ voluit Specul.in tit.de appel.§.qua-
liter, versi.sed pone, & sequen.

1 *Cassatio si post sex menses peti possit, utrum ita peti de
beat, ut litis contestatio fiat.*
1 *Bal. plerumq; uariat.*
3 *Citatio, uel litis contestatio non requiritur, stante sta
tuto, quòd instrumentum cessari, nisi fuerit petitum
infra sex menses peti non possit.*
4 *Cassatio petita non dicitur; nisi partium citatio inter
ueniat.*

CAP. VIII.

1 SEptimò quæritur, si statuto disponatur, quod † cassa
tio post sex menses peti possit; nisi in insinuatio
petita sit, utrū ita peti debeat, ut lis contestetur nec
ne: Omnis uis huius quæstionis in uerbo illo petere
consistit. uidelicet, an usq; ad litis contestationē, uel
de quacūq; petitione intelligatur; Bart. in l.amplius
non peti.num.1.ff.rem ratam haberi, ita distinguen
do concludit; Aut uerbum petere, ad eū refertur; cui
ex petitione acquiri debet, & tunc ex simplici extra
iudiciū petitione uerificetur. l. si decem cū petiero
ff.de uerbo.obligatio. Quandoq; uerò ad eum refer
tur; qui ex petitione obligari debet; & tunc litis con
testatio necessaria sit; nec aliter nisi ex litis contesta-
tione uerificetur d.l. amplius non peti.ff.rem ratam
haberi. Cum igitur in terminis nostris, & proposi-
ta quæstione de acquirendo petenti tractetur: sola
citatio sufficere uidetur, Bald. uerò in auth. habita,
colu.fin.num. 47. C. ne filius pro patre, hanc Bar.di
stinctionem ob id improbat, quòd, ut ipse inquit,
tex.dicit, quòd non petit. Sed petere intendit, desti-
natione ergo non principaliter. Vnde requirit litis
contestationem, uel saltem, quòd per actorem non
steterit; sed per reum litem contestari. l. si eum. in fin.
ff.si quis cautio.& ideo inquit Bald.ibi, aliter dicen-
dum esse; hunc scilicet in modum; Aut enim, inquit
ipse, uerbum petitionis respectu obligationis, aut
iudicii profertur; Primo casu loquatur d.l. si decem
cum petiero.ff. de uerbo.oblig. Secundo uerò d.l.
2 amplius non peti.ff.rem ratam haberi. At idē † Bal.
qui plerumq; uariat, in l.1. in princ. C.de lit. conte-
sta. inquit, stante statuto, quòd instrumētum cassari
3 nisi fuerit petitū infra sex mēses, peti non possit † litis
contestationem, uel citationem non requiri, sed so-
lam postulationem sufficere; & rursus idem Bald, in
l.fin.§.illud.in princ.C.de tempo.appellat: per illum
tex.cum glo.notat, quòd si statutū dicat, instrumētū
4 insinuari posse, nisi sit petita cassatio, † quòd non di
citur petita, nisi partium citatio interueniat; utrūq;
dictum Bal.refert.Ias.in d.l.si decem cum petiero.ff.
de uerb.obligatio. Cæterùm quicquid dicat Bald.

in

in prædictis locis frequentioribus calculis recepta est illa Bart.distinctio in d.l.amplius.ff.rē rat. habe. & per eundem repetita in l. Titia hæredis.ff.de cōd, & demon. Eam namq; approbat Angel. in d.l. amplius.num.6.& rursus in d.l.si decem cum petiero;& sequitur Bal. sibi contrarius in d.l.amplius; & Alex. in l.ædita.C.de æden.prout refert Ioan.Franc.Purp. in d.l.ædita nume.50. ubi Franc. Curt. nume. 41. & Alexan.in d.l.si decem cum petieto.ubi etiam Imol. & Paul. Castren. Ias. & Alciat. In proposito igitur quæstionis nostræ, cum tractetur de acquirendo, ipsi petenti citatio satis erit:ut inquit Bald. exemplificando in dic.auth.habita.C.ne filius pro patre, licet, ut uidimus, distinctionem Barto. reprobare conetur.

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam, ad instātiam legatarij acturi non possidentis, an recipi possint, stāte statuto, quòd lis executione legatorum non contestetur.*

2 *Testes regulariter antè litem contestatam examinari non possunt.*

CAP. IX.

QVeri potest, stante statuto, quòd lis in executione legatorum non contestetur; An † testes
1 ad perpetuam rei memoriam ad instantiam Legatarij acturi non possidentis recipi possit. Bald. in auth.sed & si quis.num.17.in fin.col.ult.ulterius quęro in fin. C. de testibus tenet recipi posse, Ratio autem, qua Bart.mouetur, ea est, quod cū super illa actione, statuto ita disponente non requiratur litis contestatio; testes indistinctè peti recipi & publicari à quacunq; parte possunt; Nam ratio impediens idest ordo, regulariter cessat. c. quoniam frequen-
2 ter.in princ.extra ut lite non contestata † ubi quòd testes regulariter antè litem contestatam examinari non possint, pro regula colligitur.

1 *Articuli & exceptiones, si lite contestata infra biennium ita statuto disponēte, offerendi sunt, & aliquis die sabati litem contestatus, die dominico non obtulit articulos, die lunæ uult offerre, an audiatur.*

2 *Articuli et exceptiones causa cognita recipiēdæ sunt.*

3 *Cognitio causæ requirit iudicē sedentē pro tribunali.*

4 *Iudex die dominico per tribunali sedere non potest.*

5 *Præscriptio non currit non uolenti agere.*

6 *Diem sequentem expectare, & in necessitate se ponere quis non debet.*

7 *Die feriato possīt dari lebellus, exceptiones, & articuli.*

8 *Appellari potest qualibet die.*

9 *Nouum opus nunciari potest qualibet die.*

10 *Dies ultima termini, si est feriata, an alia sequenti exceptiones proponi possint.*

11 *Citatus, ad diem feriatam, die seq. cōparere tenetur.*

CAP. X.

PRæterea stante statuto, quòd lite contestata
1 infra biduum articuli & exceptiones offerantur; Aliquis die sabbati litem contestatus, est; Die dominico non obtulit articulos; die lunæ uult offerre. Quæritur, an sit audiēdus. Solus Albericus quod uiderim, in l.miles.§.sexaginta nu.4. ff. adulte. hanc quæstionē mouit, & primo eū audiēdū esse arbitra-
2 tur; Mouetur ea ratione † quòd articuli & exceptiones causa cognita recipiendæ sint.c.exhibita.extra de
3 iudic.† At causę cognitio, nisi iudice pro tribunali sedente, haberi non potest.l.à procedente.C. de dilatio.& l. in causæ §.cognita.ff.de min. & die domini-
4 co † Iudex pro tribunali sedere non potest.l. dies festos.C.de ferijs, ergo dies ille nō est in dubio computandus.l.sed & si per Prętorē.§.ait Prætor fine. ff.ex
5 quibus caus.maio. Nam † nō nolenti agere non currit præscriptio.l.1.C.de anna. except. & l.1. dies. C. quand.appell.sit. Subdit tamen Alberi.non modicū contra prædicta urgere, quòd statutum inquit, infra biduum offerri oportere; ergo die sabati offerre, nō
6 autem sequentem diem expectare † & in necessitatē se ponere debuit.l.3.§.fin. ff.si quis cautio. & d.l. sed & si per Prætorē.§.si feriæ.ff.ex quib.caus.maio. Præ-
7 terea ultra prędicta facit † quòd die feriato, prout de libello dicitur, exceptiones & articulos dare & offer-
8 re potuit d.§.sexaginta.sicut † & qualibet die potest
9 appellari.l.1.C.de appella. & opus nouum † nūciari l.1.§.1.ff.de nou.oper.nunc. Ex his igitur subdit Alberi.ad allegata in contrarium responsionem commodè colligi posse. Id enim quod diximus de causa cognita, ad illorum discussionem pertinet; sint ne admittenda nec ne, sicut etiā, utrū libellus sit admittendus, causæ cognitio requiritur. Hanc conclusionem Alberi.sequitur Specula.in tit.de dilatio.§.1.n. 4.cum sequen.ubi cum iudex dixisset à die crastina usq; ad septem dies, proponas omnes exceptiones
10 dilatorias, & † ultima die termini inueniretur feriata, numquid die sequenti post illam feriatā proponere posset, cum quæreretur, ipse Speculator, licet, inquit, quòd possit, prima facie respōndendum uideatur, argu.c.ex literis.prope finem extra de in integr.
11 restit.tu.† Nam citatus ad diem feriatam die sequēti comparere tenetur.c.cum dilecti.extra de dolo & contuma.ubi citatio per dictionem usq; facta fuit. c.ueniens de accusa. Attamen contrarium uerius arbitratur; propterea quòd odia sunt restringenda: potuit enim eas 1.uel 2. uel 3.die dilationis proponere, ut ibi latius per eum. Cum igitur in terminis nostris statutum infra biennium dixerit, ex quo potuit die sabati offerre, die lunę admittendus non erit.

1 *Causa an differatur in reditum aduocati, si aduocatus recessit antè litem contestatam, stante statuto, quòd si aduocatus alicuius reipublicæ causa absit, in illa causa, donec redeat, procedi non possit.*

2 *Causa post litis contestationem dicitur.*

3 *Causa in statuto propriè & strictè intilligi debet.*

4 *Causa dicitur antè & post litem contestatam.*

5 *Statutum loquens de causa, tam antè, quàm post litē contestatam intelligitur.*

CAP. XI.

1 STatuto cauetur † quod si alicuius aduocatus rei publicæ causa absit; in illa causa, donec redierit, procedi

procedi non posſit, Accidit, quòd cuiuſdam aduoca
tus antè litis conteſtationem reipublicæ cauſa receſ-
ſit; Quæritur, an illa cauſa in eius redituum differa-
tur. Iacob. Butriga. in l. cauſas uel lites. C. de tranſa
ctio. eam non differri concludit; Mouetur autem,
2 quia ſtatutum de cauſæ aduocato loquitur; † Cauſa
autem poſt litis conteſtationem, non antea dicitur,
prout uoluit ibi gloſſ. ergo. Comprobari uidetur:
3 † quia uerbum cauſa, in ſtatuto appoſitum propriè
& ſtrictè intelligi debet. l. quicquid aſtringendæ. ff.
de uerbo. obligat. & l. 3. §. hęc uerba. ff. de nego. geſt.
cum ſimili Hanc opinionem Butrigarij ibidem ea-
dem ratione ſequitur Bald. & poſt eum Salic. qui ad
ducit tex. in auth. qui ſemel. C. quomo. & quando iu-
dex, ubi tex. dicit litem, & lis nondum erat conteſta-
ta. Verùm ad illum tex. reſpondet Alex. in dicta l.
cauſas uel lites; & ideo contrariam opinionem, quòd
4 immo † cauſa dicatur antè, & poſt litem cõteſtatam
& ex conſequenti, quòd ſtatutum loquens de cauſa
5 † tam antè litem conteſtatam, quam poſt intelliga-
tur, uoluit Cynus & poſt eum Bart. in eadem l. cau-
ſas uel lites, tam in 1. quàm in 2. lectura, approbans
glo. per tex. expreſſum in ca. ex parte. in ſecondo, de
uerbo. ſignifi. Præterea eandem opinionem in eadē
l. cauſas uel lites, tenet Aret. inquiens, optimè proba
ri per tex. in l. apertiſſimi, & in l. properandum. in
princip. C. de iudic. & in l. 1. in princ. C. de plus petit.
& in c. forus. extra de uerbo. ſigni. Idem quoque uo-
luit Angel. in dicta l. cauſas, & Paul. Caſtren. licet la-
tius hoc declaret; & ibidem Alexand. reſpondens ad
tex. ut ſupra per Salice. allegatum, & ſubdit, hanc eſ-
ſe magis communem opinionem. & Corne. ibidē &
Iaſ. & Curt. iunior. in fine, qui & ipſe communē eſſe
opinionem atteſtatur. & Alcia. num. 5. & Fran. Cur.
in repetitione d. l. cauſas, uel lites. num. 2. 3. & 4. qui
ultra ſupra relatos dicit, eandem opinionem tenere
Rapha. Fulgo. & Ant. & Alex. in d. l. cauſas, & ſubdit
communem opinionem eſſe Felin. in c. ſuper quęſtio
nem. colum. 3. num. 10. extra de offi. delega. ubi limi
tat regulam, quòd lis propriè dicatur poſt litem cō
teſtatam, quatuor modis. ut ibi per eum, eandē opi-
nionem ſequitur Ludouicus Romanus in conſi. 412.
pro habenda. nu. 8. & Paul. de Leazar. in clemen. fi.
ut lite penden. & refert Alex. in dicta l. cauſas, & idē
uoluit Angel. in conſi. 195. Domina Guielma, nu-
me. 2.

DE RESERVATIONE EXCEPTIONVM, ET REPLICAtionum in finæ cauſæ. §. XVIII.

Et exceptiones & replicationes, ſi quæ infra dictos terminos fuerint propoſitæ, intelligantur & ſint ipſo iure parti reſeruatæ poſt litem conteſtatam, & pro conteſtata habitam, & decidendæ & terminandæ; niſi deciſæ fuerint antè litem cōteſtatam, uel pro conteſtata habitam, per Iudicem cauſæ. Quas quidem exceptiones, ſeu replicationes ſic reſeruatas Iudex cauſæ poſſit quãdocunq; uſque ad definitiuā ſententiam, ſeu commiſſionem fiendam ſuper definitiua ſententia decidere, & terminare, non obſtante aliqua petitione cō ſilij ſapientis, quæ fieret in cauſa, quod cō ſiliū ſuper prædictis, etiam ſi petitū fuerit, iudex dare nō teneatur; etiam antè litem conteſtatam, niſi procedet de conſenſu utriuſque partis.

1 *Exceptiones dilatoria & declinatoria antè litem conteſtatam opponendæ ſunt.*
2 *Exceptio peremptoria antè litem conteſtatam opponi & probari debet.*
3 *Exceptio dilatoria duplex.*
4 *Exceptio dilatoria, quæ iudicium tantum reſpicit, antè litem conteſtatam opponenda, & probanda eſt.*
5 *Exceptio dilatoria, quæ negocium tantum concernit, & ſolutionis dilatoria appellatur, antè litē conteſtatam proponenda eſt, probanda autem poſt.*
9 *Exceptio declinatoria iudicis, non ſolum antè litem conteſtatam, ſed etiam antè alias declinatorias proponi debet.*
7 *Teſtem producendo eius perſonam approbare uidetur, quem poſtea reprobare non poteſt.*

CAP. I.

1 QVoniam ſupra ſuo loco in §. 12. ad opponen-
dū de exceptionib. & in §. 16. & ex aduerſo de
replicationibus, & earum natura tractauimus, Mo
dò ſupereſt; ut hoc loco quædam alia pro declaratio
ne huius. §. referamus, Primò igitur clarum eſt;
1 † quòd exceptiones dilatoriæ & declinatoriæ regu-
lariter antè litis cõteſtationem opponendæ ſunt, ut
ſupra latè diximus in d. §. ad opponendum.
2 Secundò † autem ſciendum eſt; quandam eſſe exce-
ptionem peremptoriam, & hæc antè litem conteſta
tam opponenda & probanda eſt. l. peremptorias. C.
ſenten. reſcin. non poſſ. & de hac non loquitur text.
noſter. † Quædam uero eſt exceptio dilatoria & hæc
3 duplex eſt, Quædam enim iudicium tantum reſpi-
cit, propterea quòd contra perſonas in iudicio inter
uenientes opponitur, ut puta ſi cõtra iudicem, quòd
iuriſdictionem non habet, opponatur; uel contra
actorem, quod ad agendum inhabilis ſit, uel contra
procuratorem, quod mandatum ſufficiens non ha-
beat, uel quòd procurator eſſe non poſſit, uel libel-
li ineptitudine concernit, cui dicit non eſſe reſpon-
dendum, uel ordinem iudicij; quia præpoſtere agi
obijcitur † & tunc talis dilatoria, non ſolùm propo-
4 nenda antè litem conteſtatam: ſed etiam probanda
eſt. l. fi. C. de exceptio. & l. ſed et ſi ſuſceperit. in prin.
ff. de iudic. Quædam uerò † exceptio dilatoria eſt,
5 quę perſonas & iudicium non reſpicit, ſeu concernit
6 ſed negocium tantum, de quo agitur, ut puta
dum

dum obiicitur, quòd actor antè diem, vel conditionem agit, & tunc talis exceptio, quæ solutionis dilatoria appellatur, antè litem contestatam proponenda est; post autem probáda. l. exceptiouem. vbi Doctores omnes supradictam distinctioné faciunt. C. de probatio. scilicet Odofre. Iacob. Butri. Petr. de Bella. pert. Cynus omnes in princ. Bar. in 1. & 2. lectura, Bal. in 1. col. nu. 2. uersi. secundò oppono, & Salic. num. 2. 8. & 14. & Paul. Castren. nu. 4. & Corne. in principio eandem distinctionem posuit Specula. in tit. de exceptio. §. nunc videndum restat. circa princ. in versi. ceterú, qué refert, & sequitur Barto. Cepol. in consi. 64. nu. 4. in ciuilibus & Socin. in Regul. 167. in prin. & Hostiens. in summa, extra de exceptio. §. & quoniam. in princ. vbi Hostiens. adducit tex. in l. ita demum. C. de procura. & in cap. exceptio. 3. quæst. 7. & Paul. Castren. in l. si quæramus. num. 4. ff. de testa. & idem tenet Abb. in c. exceptionem. nu. 10. & sequent. extra de exceptio. vbi Abb. notabiliter, rationem affert; quare exceptiones hæ dilatoriæ contra personas & iudicium opponendæ post litem contestatam opponi non possint, & eam esse dicit, quòd pars litem contestando, se litigare velle ait, & sic ingreditur negocium principale. At verò his dilatoriis exceptionibus negat, se velle litigare; cum ad iudicium differendum tendant. §. appellantur. Instit. de exceptio. & sic ex earum propositione post litem contestatam quædam suboritur & emanat cótrarietas: vt in c. cú causam. de appella. vbi etiam notatur: & ideo tanquam contrarius, qui post litem contestatam, has exceptiones proponit, audiri non debet. c. sollicitudiné, de appella. & l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

Illud præterea omittendú nó est pro declaratione prædictorum. dum de declinatoria iudicis paulò
6 antè loquebamur, † eam nó solum antè litem contestatam proponendam esse; verum & antè alias declinatorias; Ratio autem est; quia alias coram iudice proponendo, personam iudicis approbare uidetur; Vnde postmodum iudicem declinare non posset; vt voluit glo. in ca. exceptioné, & ibi omnes, & præsertim Imol. & Abb. nu. 11. de exceptio. & glos. in c. inter monasterium. in verbo subeúdo, extra de re iudic. vbi etiam Doct. tradunt. & Bart. in l. quidá consulebat. num. 9. ff. de re indic. & in l. fin. C. de exceptio. & in l. non uidetur in iudicem. ff. de indic. & Abba. in d. c. exceptionem, hanc opinionem sibi valdè placere attestatur; Nam quemadmodum produ
7 cendo † testem, videtur producens eius personá approbare; & postmodum reprobare non potest ca. si quis testibus. 4. quæst. 3. Ita & ipsum indicé approbando, litigando super dilatoriis coram eo. Facit c. insinuante. de offi. delega. & latius hoc tradit idé Abba. in d. c. inter monasterium; Subdit autem in d. c. exceptionem. ad euitandas contrarias opiniones cautelam esse; vt exceptio contra iudicem; simpliciter cótra iudicé proponatur, Aliæ uerò in eius exitum differantur; Aut sub códitione si prima non procedit; proponatur. Si verò omnes simpliciter proponatur; illa in dubio, quæ est contra iudicem, & aliæ sub conditione proponi videntur, argument. c. causam. de rescript. & ita voluit Bar. in d. l. quidam cósulebat, ff. de reiudica. Hæc ad ius commune pertinét; & etiam Florentiæ obseruantur; Nam in quolibet iudicio vbi exceptio incompetentiæ opponitur; antequàm ad ulteriora, vel alia procedatur, super ea pronunciandum est.

Exceptiones quando sint decidendæ.

1 *Exceptione super incidenti, non esse pronunciandum*
2 *Eex intentione Bulgarini.*
3 *Incidens & emergens quid sit.*
4 *Exceptione super ea, quæ opponitur ad processum impediendum, necessariò esse pronunciandum.*
5 *Exceptio incompetentiæ cum opponitur, super ea pronunciandum est.*
6 *Exceptiones, quæ ad iustitiam causæ opponuntur, ad merita decidenda reseruantur.*

CAP. II.

1 TErtio loco ad declarationé † huius. §. quando tales exceptiones decidendæ sint inspiciendú est; qua in re variæ sunt Docto. opiniones & multa hinc inde afferuntur; vt per glo. & Docto. in l. 1. C. de ordin. iudicio. & per glo. & Docto. in capitu. 1. de ordine cognit. vbi glo. & post eam Abba. opinio
2 nes tres ponit. Prima fuit Bulga. † qui super exceptione incidenti non esse pronunciandum censuit, sed super principali tantum: quia satis pronunciando super principali; sup incidenti pronunciatum uidetur; Secunda fuit Martini & Petri; qui super exceptione incidenti, pronunciandum esse noluerunt; Quia de qua re iudex cognoscit; pronúciare debet; Tertia uerò opinio fuit Ioan. & Azonis: qui inter incidentes, & emergentes exceptiones distinguunt; Planè vt super incidenti non sit pronunciandum; super emergenti verò sit voluerunt; Quid autem sit
3 † incidens, quiduè emergens, tradit glos. & referunt Docto. in d. c. 1. de ordin. cogni. & d. l. 1. C. de ordin. iudi. Hac itaq; distinctione iura ad concordiam reducebát Ioan. & Azo. quam opinionem tenuit etiá Inno. in c. cum inter R. num. 3. versi. vel dic, quòd si quis vlterius de electio. & hanc declarationem tenuit glo. in c. 1. de ordi. cogni. quę ibi in fine aliē solutionem ponit; uidelicet, quòd super incidenti de necessitate pronunciandum non sit; At si pronuncietur, ob id ius nó est offendatur; & hæ duæ solutiones communiter à Doctoribus recipiuntur in d. ca. 1. de ordin. cognitio. & per glo. in ver. quæro, & ibi Bar. d. l. 1. C. de ordin. iudic. vt inquit Abb. in d. ca. 1. Sed Barto. in d. l. 1. nu. 8. C. de ordi. iudic. post longá disputationé ita distinguit; Aut enim, inquit ipse, exceptio ad processum impediédum opponitur; ut supra in dilatoriis iudicis & processus exempla posui
4 mus in præcedenti quæstione; † & super ea necessariò pronunciandum esse voluit per tex. in l. à procedente. C. de dilatio. & in l. liberis. in fin. ff. de liber. caus. & in l. præuaricationis. ff. de præuaric. & de exceptione declinatoria, quòd super ea necessariò pronunciandum sit, uoluit Corn. in consil. 247. nu. 18. lib. 2. & Grama. decis. 65. num. 81. & 84. vbi expressè vult, quòd ad merita reseruare nó debeat, de

quo

quo suo loco dicemus;& Calca.in consi. 115. nu.4.
5 Vbi inquit† quòd quand › exceptio incompetentiæ
opponitur; necessariò super ea pronunciandum es-
se;& ita esse pronunciandum; ut nisi pronuncietur,
processus non valeat, tanquàm à iudice factus, qui
suā iurisdictionē ignoret, p ea quæ voluit Bart.in l.
multum.nu.2.de conditio.& demon.& Innoc.in c.
præterea.col.1.uersi.sed si postquā venisset.de dila-
tio.& Paul. Castr.in l. 1. in fin. C. de ordin. cog. &
facere,inquit,ea quæ habentur in l.1. & ibi Bart. C.
de lit.contesta.& in l. 1. de iudic. & in c.cum uenis-
set.de in integ.restit.& Ioan.Bapt.Ferre.in consilio
201. num.5.6.7. & vbi multa congerit. Aut uerò
6 †ad iustitiam causæ opponitur, & tunc super ea pro
nunciandum non est.d.l.1.in fin.C.de ordi.iudi.sed
ad merita causę decidendę, vt infra dicetur, referun
tur.Hac distinctione hanc materiam declarauit Bar
to.quàm verissimam esse attestatur:quam etiam te
nuit in l.1.col.2.in prin.numer.6. uersicu.item illæ
exceptiones.C.de lit.contesta. Hanc Barto. distin-
ctionem anteà, si rectè eorum dicta ponderentur,
firmauerunt Iacob.de Are.in d.l.1.in princip.C.de
ordi.iudi.& Cynus,qui exempla posuit ibidem col.
fin.versi.quarto modo potest intelligi,& Alber.co.
2.uersicu.tradit etiam Cynus;& Bald.num.8. uers.
& potest dari breuior teorica.& Corn.col.2.uersic.
in glos.magna,ibi & Salic.etiam nume.10. & 11:&
Pau.Cast.nume.5. versicu.restaut alii duo articuli,
& idem tenet Cepol.in consil.64.nume.4.in fi.in ci
uili.& Docto.in d. capitu. 1. de ordi. cognit. ubi
Ioan.de Imol numero. 6. versiculo. Ideò dicere
potes;vt voluit Butr.& Bellame.latè ibidem col. 6.
versi.Henricus uerò recitans; Verùm vt nihil omit-
tamus,Abba.in d.capitu.1.nume.11. versi.sed con-
clude clarius,post Hostiensem,& Calderinum ut ip
se arbitratur hanc materiam explanat. Aut enim,
inquit ipse,est talis exceptio, super qua pronuncia-
tione non facta,tacitè vel expressè negocium princi
pale expediri non potest,& super ea pronunciandū
est,per ea quæ notantur in c.ex parte.il secondo,de
appell.& tradit Barto.in l.à procedente. C. de dila-
tio. & sub hoc membro comprehendit omnem ex-
ceptionem processum comprehendentem; siue na-
tura sit dilatoria, siue peremptoria; sed ob speciale
aliquod priuilegium dilatoriè opponatur; vt est ex-
ceptio litis finitæ.c.1.de lit.contest.lib.6.Id quod lo
cum etiam habere inquit, vbi accidentaliter proces
sum;negocium verò principale naturaliter concer-
nit; vtputa si exceptio defectus natalium opponà-
tur; ita ut iudex secularis de ea cognoscere non pos-
sit;Tunc processui præiudicat;Nam iudex secularis,
donec huiusmodi incidens exceptio decidatur per
ecclesiasticum supersedere debet,c.tuam. de ordin.
cogni.& tunc iudex ecclesiasticus super ea pronun-
ciat;& principale negocium ad iudicem secularem
remittit. Necessariò igitur in his terminis super ta-
li exceptione pronunciandum est,alioquin iudex se
cularis:super negotio principali pronunciare non
posset.Aut verò est talis exceptio,subdit Abb.super
qua pronunciatione non facta quæstio principalis
definiri potest:& tunc pronunciatio differri potest;
v. cum pronunciatur super principal.: satis super il-
la exceptione pronuncietur, & sub hoc secundo mē
bro omnem exceptionem ipsum factum principa-
le concernentem comprehendit, exemplum huius-
modi poni potest.Peto à te ex pacto, dccc̄,excipis de
pacto de non petendo:certè tunc,vt super eo expres
sè pronuncietur,necessarium non est:Quia si in fine
iudicii iudex te absoluerit satis super eo pactum ap
probando pronunciare dicitur:Si verò condem. ex
ceptione non obstante,pactum reprobare intelligi
tur.& sic quouis res vertat, saltem tacitè pronuncia
tur.Sed subdit Abb.hac de re difficultatem in eo cō
sistere, an pronunciatio usque in finem causæ dif-
ferri possit, An verò anteà prounciare oporteat.
Subdit Abb. ibidem aliam & eam quidem bre-
uiorem doctrinam afferri posse;& est eadem,quam
posui Bar.in d.l.1.de ordi.iud. uidelicet super exce-
ptione processum concernente prius expressè uel ta
citè pronunciandum esse,quam super principali ne
gocio,& quæstione procedatur;per tex.in cap.exhi-
bita.de iudi. super exceptione verò factū ipsum prī
cipale concernente,vt prius pronuncietur,opus nō
esse: sed differri: & simul cum negocio principali e-
xaminari:& satis est,si postmodum super principali
negocio pronuncietur.d.c.1.de ord.cogn.& l. 1. de
ordi.iudi.Ne autem id temerè dixisse videatur,ratio
nem vtriusque dicti Abb. eodem in loco afferre co-
natur;Nam quando exceptio processum(inquit ip-
se)impedit,& concernit, ideò prius definiri debet;
vt appareat,an si procedendum nec ne. Quia si iu-
dex,etiam super principali procedere vellet,quædā
suboriretur contrarietas.Exceptio namque suadet.
non procedendum;iudex verò procedendo contra-
rium faceret, & ideo super ea expressè uel tacitè ad
actum contrarium procedendo pronunciandū est.
d.c.exhibita.de iudi.& not.i c.ex parte,il 2.de appe.
& tradit Bar.in l.à procedēte.C.de dilatio. & Frāc.
Aret.in consi.73.col.1.vers.quia Antonius,sed quā
do exceptio concernit factum principale. Ideò tūc,
vt prius pronuncietur,necessè non est, quia super-
fluis non est vtendum:vt in c.sicut.& ibi Bald.de ꝓ-
batio.sed super principali prounnciando,satis taci-
tè super ipsa exceptione factum ipsum principale
concernente (ut supra diximus) pronunciatum in-
telligitur.Potest subdit ipse,& alia ratio allegari,ex
ceptio enim factum principale concernēs: vt est pe
remptoria, non principaliter sui causa, sed vt factū
ipsum principale,de quo est quæstio, perimat, op-
ponitur: & ideò vt super ipso facto principali, de
quo est quæstio,pronuncietur, satis est: non autem
super proposito incidenti: cum sententia petitioni
conformis esse debeat:& ideò subtilius est,non pro-
nunciare;At si pronuncietur,sententia nihilominus
valet: Dummodo ad effectum pronunciandi super
ipso principali pronuncietur,per ea quæ not.in c.2.
de ordi.cogn. Firmanda igitur ex prædictis omni-
bus conclusio in hac materia est,vt exceptio decidi,
& super ea pronunciari debeat;quando ad processū
opponitur.Si uerò ad merita,& factum principale,
& sic ad causam,vt super ea pronuncietur, necessa-
rium no esse.Hanc declarationem vltra eos,quos su
pra retulimus; sequuti etiam sunt Augusti.Beroius
in c.quoniam contra. nume. 170.& 171. extra de
probat.

probat.& Paul.Castr.in l. si quæramus . numero 5. ff.de testament.& Philip.Francus in c.1 .numero 2. per illum tex.de restitu. spoliat.in 6. vbi etiam Domin.à Sancto Geminiano nume.4. & Idem Augustinus Beroius in c.1.num.60.in fin. de iudic. Hæc omnia ad ius commune pertinent; iure autem hoc nostro statutario omnes exceptiones in fine litis reseruantur.

1 Exceptiones iudex quando posit ad merita causæ reseruare.

2 Statutum nostrum in proponendis, probandis & decidendis exceptionibus, in quibus conueniat, & in quibus discrepet à iure communi.

3 Exceptiones dilatorias semper usque ad sententiam proponi & probari posse, statutum nostrum practicatum est.

4 Exceptiones per iudicem quando reseruari debeant.

CAP. III.

1 QVartò subsequitur, quando Iudex † posit, seu debeat exceptiones ad merita causæ reseruare. Id quod, & si ex præcedenti conclusione facilè intelligi posit; Verùm facilioris declarationis causa dictis doctorum seqnenti distinctione expresius demonstratur. Aut enim de exceptionibus declinatoriis iudicis, & partium personam concernentibus loquimur veluti de exceptione iuris dictionis, uel mandati; & tunc necessariò tacitè, vel expresè (ut supra diximus) pronunciandum est, per not. per Ioán. Andre.& cæteros Doctor.in d. capitu. primo de ordi.cogni.& in l.prima.C. de ordi. iudic. nec potest Iudex ad merita causæ reseruare, ad vlteriora ī causa procedendo, vt inquit Grama.in decis.65.nume. 81.per tex.in capitu.si clericus laicum de foro competen.& in c.inter monasterium.de re iud.& per ea quæ voluit Bar.in l.quidam consulebant.ff. eod.tit. & inquit probari in l.siquis ex aliena.ff.de iudi.& in l.2.ff.siquis in ius uoca.non ierit. & per Innoc. in c. super literis.de rescriptis, & per glos.in c.1.de offic. deleg.in 6.& in ca.Romana.de pœnis, eod.lib.6. & tenet Ioan.Bapt.Ferre.in consi. 101.num.6. & 7. inquiens iudicem talem exceptionem reseruantem partem excipientem grauare & ab eo grauamine appellari posse. Subdit autem Gramma.in prædicto loco; Huius conclusionis eam esse rationem; quia huiusmodi reseruatione aut Iudex simul de ipsis reseruationibus, & meritis causæ coguoscere vult; & tunc quædam, (vt aliàs diximus) contradictio, & repugnantia oriretur; Planè cum exceptiones ipsę nõ esse procedendum contineant: si ipse procedat, ex diametrò exceptionibus actum contrarium faciet; Id quod prorsus repugnat.c.exhibita. de iud. & ca. tua.de ordi.cognit.& ca.lator. qui filii sint legitimi. Aut verò primò super meritis causæ principalis procedere vult & deinde ea, quæ ad ipsas exceptiones pertinent, declarare; & tunc ordo peruerteretur, cuius peruersione, cum sit eiusdem causæ ad ostendendum processus nullus redderetur, per ea quæ notantur in l.prolatam.C.de sentē.& interloc. omn. iudi. & tradit Grama.in d.decis.nu.82.Immo, quòd plus est; si tales exceptiones ueræ reperirentur; & ex consequenti opponenti competiisse; processus sup principali non subsistet; ex quo iudex prius super sua iurisdictione non pronunciauit, ut latè uoluit Inno. in c.præterea de dilatio.& Ioan.Andre. in regul. sine possessione.de regu.iur.in 6.in merculia. quò fit vt partes frustra litigauerint; quod ualde inconueniens & absurdum est; His iuribus & rationibus in terminis nostris consuluit Abb.in consi.14. in causa sequenti.libr. 1. & refert ibidem Thom. Gram.Id quod de exceptionibus quoque procuratoriis partium personam concernentibus dicendum est eisdē auctoritatibus, de quibus supra; quibus etiam accedit Rimin.in consi.101.nu.9.libro primo, & per notata per Barto.& alios scribentes in l.ille à quo.§. si de testamento.ff.ad senatuscon.trebel. & per Ioan. And.& alios in cap.cum contingat.de offi.delegat. Quinimmo inquit idem Riminal.in d.consi. 101. num.8.quòd reseruatio exceptionum, quæ per iudicem in contestatione litis in fine causæ reseruando facta fuit; ad illam exceptionem; qua aliquem non esse procuratorem dicitur, non extenditur; & ratio est; quia huiusmodi reseruatio legitimationi de mādato in eodem actu per iudicem factæ, qui mandata ipsa legitimauerat, aduersaretur; Vnde ex consequenti talis reseruatio nulla est.cap.sollicitudinem. de appella.& not.Barto.& sequuntur alii in l. licet. C.de procur.ad declarationem gl.penultimæ ad fi. & facit optimè tex.in l.non ad ea. ff. de conditio. & demonstr.

Aut uerò exceptiones non concernunt iudicis personam, uel partium; & tunc: aut sunt claræ, & in prómptu ad probandum, & super eis pronunciandum est, & ad merita causæ reseruari non debent, Barto. & alii in l.fin.ff.de iureiur.cum iis quos refert Ioan. de Amicis in consi.88.num.3.& infra dicemus; Aut sunt dubię, & requirunt altiorem indaginem; & tunc: aut iuris ordo, illas reseruando, peruerteretur & reseruari non possunt, ut uoluit Hostien. in cap. cum contingat, quem ibi refert, & sequitur Felin. num.4. uersi. credo quòd ista secunda fallentia. de offi.delega.& Abb.in d.consi.14.lib.1. & Gram.in d.decis.65.num.84.& Ioan.Bapt.Ferre. in d.consi. 201.num.4. Aut uerò iuris ordo non peruertitur; & tunc possunt tales exceptiones ad merita causę reseruari, ut uoluit glo. & sequuntur Doctores omnes, & pręsertim Barto.& Angel. num.3. in l. ille à quo.§.si de testamento.ff. ad trebellia.& Canonistę in cap.cum contingat.ff.de offic.delega. & Thom. gran.in d.decis.65. num. 83. & 85. in fin. & Ioan. Bapt.Ferre.in consi.113.num.3.& in consilio.152. num. 3.& in consi. 201. num.1.ubi ait hanc esse ueriorem; & magis communem opinionem, & Afflic. decis.63.per totam & Capici.deci.20.nume.19. & Angel.in consil.135.num.2.ubi de exceptione furoris exemplum ponit; & Curt.Iunio. in consi. 108. num.33.& Afflic.super consistit.reg.in constit.exceptiones.num.9.& Abb.in c.ad dissoluendum.num. 4.de de sponsatio.impube.& Felin. in cap.exhibita.num.11.de iudic.& Barto.in l. Nam & postea.ff. de iureiura.& idem Bar.in l.is à quo.in prin.ff.ut in possess.legat.& Lancel.Conrad.in sua practica, limi

ta.

ta.2.num.13.& Marant.de ordi. iudicio. parte.4.distinct.20.num.13.cum sequent. & Hieron. Grat.in consi.15.num.42.lib.1.& Ludo. Roma.in Rubr.ff. de arbit.num.29.

Suprascripta igitur facilioris doctrinæ in compendium reducendo, & ad statutum nostrum applicando, ita dicamus, exceptiones declinatoriæ, & dilatoriæ regulariter semper antè litis contestationem opponi debent; in quibus autem casibus hæc regula non procedat, suo loco dicemus; Quò ad has exce-
2 ptiones † statutum nostrum conuenit cum iure cōmuni: cum exceptiones antè litis contestationem infra quinque dies à die citationis opponi voluerit: vt supra habetur in §.& pars conuenta. Probari autem debent, vt vidimus hoc modo: quia aut exceptiones dilatoriæ iudicium tantum, & processum respiciunt; & antè litem contestatam probari debent; & in hoc statutum nostrum corrigit ius commune, ꝓpterea quòd indistinctè vult; statim quòd oppositæ sint, post litem contestatam opponēti per iudicem causæ vsque ad definitiuam sententiam decidendas reseruari, & licet statutum nostrum de probatione
3 non loquatur, attamen † vt ad sententiam vsque opponantur, & probentur, semper obseruatū est. Aut exceptiones negocium principale, de quo agitur, concernunt, & tunc post litem contestatam probari possunt; & in hoc conuenit statutum nostrum cū iure communi. Quò verò ad ea, quæ supra de probatione exceptionum diximus: eodem modo, quo supra distinguendum est. Aut enim opponuntur ad processum, & super eis pronunciādum est; & in hoc statutum nostrum partim conuenit, & partim discrepat à iure communi; Conuenit enim in eo, ꝙ iudici, si voluerit, earum decidendarum facultatē antè litem contestatam facit. Id enim voluit tex. ibi, nisi decisæ fuerint antè litem contestatam; Discrepat autem, dum vult indistinctè: si iudex non decidat antè litem contestatam; in fine causæ per iudicē decidendas vsque ad diffinitiuam sententiam reseruandas esse; Aut ad merita, & factum principale oponuntur, & tunc iudex non pronunciat, sed reseruat; & in hoc statutum nostrum conuenit cum iure communi; cum velit omnes exceptiones ad merita causæ saluas esse.

4 Quando † autem exceptiones, per iudicem reseruari debeant, ita dicendum est. Aut enim loquimur de exceptionibus declinatoriis personam iudicis, vel partium concernentibus. vt est exceptio iurisdictionis, & mandati: Tunc necessariò pronunciandū est; nec possunt ad merita reseruari: & in hoc statutum nostrum partim conuenit; & partim discrepat: ut supra diximus, à iure communi Conuenit quia si iudex vult, potest decidere antè litem contestatam: Discrepat, quia si vult, potest ad merita reseruare, & eas cum principali causa decidere. Aut non concernūt personam Iudicis, nec partium; & tunc: aut sūt claræ & in promptu: & ad merita causæ reseruari non debent; & in hoc statutum nostrum cum iure communi concordare, & ab eo discrepare potest, eodem modo, quo supra diximus; Aut sunt dubiæ, & requirunt altiorem indaginem: & tunc subdistinguitur; Nam aut eas reseruando ordo iuris permutatur; & reseruari non debent; & in hoc etiam statutum nostrum, & concordare, & discordare potest à iure communi: vt supra vidimus; Aut iuris ordo, eas reseruando non peruertitur; & tunc reseruari possunt; & in hoc concordat statutum nostrum cum iure communi; dum omnes exceptiones in fine causę reseruari disponit; Intelligetur igitur statutum nostrum; dum in tex. dicitur, nisi decisę fuerint ante litem contestatam; in illis casibus: in quibus de iure communi exceptiones probari, & decidi antè litem contestatam debent, & possunt; & sic concordat cū iure communi. Dum autem statutum nostrum omnes exceptiones decidi posse, & in fine causæ reseruandas esse vult, in omnibus causis indistinctè in q̄bus inspecto iure communi, vel antè litem contestatam, uel post tales exceptiones possunt, & debēt ꝓbari & reseruari in fine causæ intelligi debet, & sic partim discrepat, & partim conuenit cum iure communi. His ita in compendium pro concordia, & interpræatione statuti nostri redactis: ad alia accedamus.

1 *Exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem quæ sint.*

CAP. IIII.

1 Quoniam igitur † supra de exceptionibus altiorem indaginem requirentibus mentionem fecimus, satis oportunum est, quæ nam hæ sint hoc loco perquirere. Doctores omnes hanc materiam pertractant in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad trebellia. ubi Angel. Perusi. num.4. post gl. magnam ibi in l. si is à quo; per illum tex. inquit ubicunque exceptio, quæ proponitur infra tempus; quo sētentia debet sopiri, terminari potest, ita ut Iudex in tra illud tempus maturè qualem sententiam ferre debeat, deliberare potest; altiorem indaginem non requirere, alioquin uerò aliis in speciebus requirere dicetur; Hanc declarationem sequitur Ioann. de Amic. consi.63. numer. quinto, & Alexan. in consi. 101. super quæsito, quo quæritur, uersicul. accedat. lib.4. quod ego Alexand. consi. non inueni. & idem tenet per tex. in d. l. si is à quo. ff. ut in possess. legat. Anton. de Canar. in tracta. de executio. instrument. quæstio.9. num.19. ubi adducit Bart. idem tenentē in extrauaganti ad reprimendum in uerbo summariè. At Felin. in c. cum contingat. numer.14. uersi. 2. fallit, de offic. delegat. id inquit esse arbitrarium cōmuniter teneri, per ea quæ uoluit Innocen. in ca. cum in iure. de offic. delegat. & Bar. in l.4. §. condemnatum. ff. de re iudic. & in d. l. is à quo. & in extrauaganti ad reprimendum in uersi. summariè: & & Bald. in l. si ex falsis. C. de transactio. & in l. fin. C. de ordin. iudici.

1 *Exceptionum reseruatio, quam facit iudex, quid operetur.*

CAP. V.

1 Modò uideamus, illa exceptionum reseruatio, † quàm iudex facit, quid operetur; Bart. in d. l.

in d.l.ille à quo. §. si de testamento: num. 5. & post eum cæteri omnes. ff. ad trebellian. inquiunt; illud operari; ut si prædictas exceptiones ueras, & iuridicas esse apparebit, quicquid factum sit, pro infecto habetur, per text. in d. §. si de testamento. & in l. prætor. in princip. & in l. qui uias. §. primo. ff. de damn. infect. Idem uoluit Maranta. in tracta. de ordin. iudic. part. 4. 20. distinctio. numer. 14. & Hyppol. Marsi. in singu. 198. in fin. ubi adducit text. cum gloss. in l. item Labeo. §. primo. ff. famil. ercisc. & ea quæ uoluit Bald. in l. terminato. C. de fruct. & liti. expens. & gloss. & Docto. in cap. cum contingat., de foro compet. & Iason. in §. præterea. colu. 12. Institut. de actio. & idem Hyppo. in singul. 365. in fin. & in practi. crimin. §. diligenter. numero 146. ubi citat Paul. Castren. in consi. 392. uiso quodam libello. in fin. col. 2. & alios, ut ibi per eum; Præterea hoc idem sequitur Romanus in Rub. ff. de arbitr. numer. 29. uersi. quid tamen habet, ubi hoc limitat uno modo, & Angel. Are. in Rub. Instit. de except. col. fina. nume. 37. uersicu. & talis reseruatio dicendo, & Abba. in c. exhibita. extra de iudici.

1 *Exceptionem an reijcere iudex uideatur, opposita exceptione, si ad ulteriora transit.*

CAP. VI.

1 PRræterea quærendum est. † an opposita exceptione, si iudex ad ulteriora procedat; exceptionem reiicere uideatur, & quòd reiicere uideatur, est text. in cap. ex parte M. de appella. & gloss. no. in l. 2, §. si dubitetur. ff. de iudic. & ibi doct. & Ioann. Andr, in clemen. repulsione. de appella. & Specul. in titulo de exceptio. & §. fin. uersic. proprositæ. & Bartol. & Bald. in l. à procedente. C. de dilatio. & Corne. in consil. 85. numer. 10. & 12. lib. quartò, ubi Corne. numer. 12. de exceptione declinatoria loquitur; & Barbat. in c. cæterum, numer. 16. de rescri. & Abbas in c. cum super. numer. 9. de offic. delegat. & Angel, in consil. 290. numer. 3. de exceptione declinatoria loquens ita distinguit. Aut enim, inquit ipse, de exceptione incompetentiæ inter partes disputatum non fuit, & tunc omnis processus est nullus.

2 † Quia iudex primò de iurisdictione cognoscere debet, & ea cognita pronuntiare secundùm Innocent. qui ita decidit, de dilatio. in princip. in gloss. in uersi. sed tamen cognoscere. Aut uerò de ea disputatum est; & supra dicta pronuntiatio sufficit; quia omnes exceptiones processus impeditiuæ transitu ad ulteriora per tacitam quandam interlocutoriam sublatæ intelliguntur, per ea quę uoluit Ioann. Andr. in dicta clement. repulsione. de appella. & optimè inquit facere tex. in l. quod in diem. §. si rationem. de compens. & l. sin autem. §. si quæcunque. ff. de negoc. gest. & in exceptione iurisdictionis, inquit, esse text. iuncta gloss. in d. l. secunda. §. sed & si dubitetur, in uerbo. intueri. ff. de iudic. Hæc distinctio satis prædictis conuenire uidetur: & ideo ulterius non insisto.

1 *Exceptio, quæ requirit altiorem idaginem, an executionem impediat.*

2 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem in iudicio summario non admittuntur.*

CAP. VII.

1 QVæritur, † an exceptio, quæ altiorem indaginem requirit; executionem impediat. Hac in re, quòd regulariter non impediat, dicendum est, ut communiter uoluerunt Bartol. Alexand. Iaso. Ripa. & alii in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. ubi Ripa numero 20. adducit tex. in l. fin. C. de ordin. iudic. & in l. secunda C. de fals. & ponit hanc regulam cum aliquibus fallẽcijs & ampliationibus usque ad numero 30. quas ne transcribam, ad ea quæ ibi dicit me refero; Ratio autem huius conclusionis, ut ibi inquit Ripa est: quia in executione facienda summariè proceditur l. à Diuo Pio. §. si super. ff. de re iu-
2 dic. † & in iudicio summario exceptiones requiren
tes altiorem indaginem non admittuntur. l. tertia, §. idem subiungit. ff. ad exhib. & d. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. & l. is à quo. ff. ut in possess. legat. & Roma. in consil. 323. numero 6. & Ioann. de Amic. in consi. 63. numero 4. uersicu. similibus meritò, & in fin. & Ripa ubi supra numero 20. hanc communem opinionem esse ait, quam sequitur Hieron. Grat. in consil. 34. numero 9. lib. primo, & Roman. in consil. 76. numero 3. & in consil. 323. numero 7. & in consi. 244. numero 6. ubi unam limitationem ad hanc regulam ponit, & hæc est communis conclusio.

1 *Exceptio de iure communi an in scriptis opponenda sit.*

2 *Exceptionem in scriptis tenetur reus proponere, quando non uocatur, sed ipse mera sua uoluntate proponit.*

3 *Libellus de iure commune in scriptis porrigendus non erat.*

4 *Statutum nostrum corrigit ius commune, dum uult, ut exceptiones in scriptis proponantur.*

5 *Iudex causæ est iudex exceptionum.*

CAP. VIII.

1 VLtra prædicta quæritur † An de iure communi exceptio in scriptis opponenda sit Barto. in l. 1. numer. 4. ff. de except. hanc quæstionem posuit, & arguendo ad partes, primò quòd in scriptis sit porrigenda per illum tex. & per tex. in auth. hanc autem querelam. C. de non num. pecun. arbitratur, subdit tamen in contrarium esse tex. & ueritatem ipsam uidelicet quòd sine scriptura exceptio proponi possit. l. scire oportet. §. scire autem oportet. & §. quinquaginta. ff. de excus. tuto. Attamen Iudex. in scripturam redigi mandat; ut habetur in c. quoniam cõtra falsam. extra de probatio. Fallit tamen, subdit Bart. in auth. hãc autem. ubi Cynus. C. de non num. pecun. & c. ut circa. extra de electio. lib. 6. cũ hac declaratione Bart. transeunt communiter Doct. nam idem tenet Bal. in l. nec tamen, C. de appella. & in d. auth.

auth.hanc antem:& Aret.in ca.1. col.5. de lit. contest.& Angel.in l.1.in princ.ff.de eden. vbi Guiliel. de Cun:e.& idem voluit Castren.in d.l.1.num.3.& Rapha Cuma.num.2, Præterea Socin.in d. l. 1.nu.
1 5,omnia d:cta Bar.reassumēdo†quatenus exceptionem necessariò in scriptis porrigendam non esse cōclndit pro faciliori declaratione tres conclusiones elicit;Prima conclusio est. Quando reus non uocatur;sed ipse ultro,& mera sua uoluntate exceptionē in iudicio proponit;Tunc enim in scriptis illam proponere debet,dicta anth.hanc autem quærelam.C. de non nume.pecu. & latè tradit Aret. in Instit. de exceptio.in princi.quæstio.14.

Secunda conclusio est,quòd exceptio à reo in iudicium uocato propòsita in scriptis redigenda est; licet in scriptis proponenda non sit:vt habetur in c. quoniam contra.vbi Aret.extra de probatio.ex qua conclusione infertur,vt inquit Socinus; quòd exceptione in scriptis redacta; actor an uelit iudiciū prosequi.certus reddi poterit, iuxta illud , quod habetur in l.edita.C.de æden.†Nam de iure communi etiā li
3 bellus in scriptis porrigendus non erat;quia recenter per auth.offeratur. C. de lit. contest. inductum fuit:& tamen inre reus certus reddi debebat.d.l.ædita;Id autem ideo fiebat:quia cnm libellus , & exceptio de actis essent.& si necessariò in scriptis proponi non deberent;in scripturam tamen redigebantur l.acta.C.de re iudic.& ex his inquit Socin. ad argumenta Salice.in d. auth. hanc. dum conclusionem Bar.reprobare conatur,responsionem apparere.

Tertia & vltima conclusio est;vt inquit eodem loco Socin. quòd si reus sit ad iudicium prouocatus, exceptionem in scriptis ponere non tenetur.d.l.scire oportet.§.scire autem oportet.ff. de excusa. tuto. vt latius ubi per Bart.cum quo communiter pertrāseunt Doct.vbique,vt inquit.ibi Socin.num.8. Pro qua cōclusione Cnma.ibi rationem affert huiusmodi , videlicet quia de iure.ff.non solùm exceptio : ut dictum est, sed nec libellus in scriptis porrigendus erat;d.l.1.ff.de æden.& ideo cum libellus correctus sit;in exceptione ius antiquum incorrectum remanere,l.præcipimus.C.de appella. Ex hac vltima Socin.conclusione,vt ibi apparet, ad plura infertur; q̄ cum ad propositam materiam pertinere non uideatu r,consultò omittuntur.

Qnicquid autem ex prædictis concludat Socinus conclusio Bart,ut supra diximus,communis est;videlicet quòd exceptio in scriptis necessariò non sit porrigenda; licet deinde in scripturam redigatur; quam ultra iura & authoritates supra deductas sequitur & communem attestatur Franc.Cur.in l.pactum quod bona fide.nu.9.C.de pact. & idem Bar. in d.l.scire oportet.§.oportet.num.2.in 2.lect.& in 3.lectura nnm.5.& Filippus Francus in ca. appellatio num.7,de appella. in 6. vbi hanc conclusionem limitat in exceptione transactionis;& excommunicationis,nt ibi per eum;& Ioan.de I mol.in ca.quoniam contra.num.20. de probatio. & ibidem num, 13.in versi.glo.in verbo exceptiones, & Augu. Beroius num,163.ubi inquit,hanc esse communē opinionem,& refert Bart.& Alex.idem tenentes in l.1. ff.de æden,& ad contraria respondent,& Decius in d.c,quoniam cōtra nn. 26. cum alijs multis de qui-
4 bus ibi per eum.Hac†in re statutum nostrum corrigit ius commune; propterea quòd nō solum in scriptis redigi , sed etiam proponi debent:ut patet in §. & pars conuenta,uers. quas exceptiones, ibi proponi facere,ubi inquit tex.quas exceptiones iudex recipere,& in actis scribi,& proponi facere teneatur;& ita obseruatur; Omnesque exceptiones & proponū tur & in scriptis rediguntur . Præterea dum in tex. statuti nostri dicitur,& Iudex causæ, intelligitur de
5 iudice†qui causam cognoscere debet,ipse enim met est iudex exceptionum , quæ antè litem cōtestatam opponnntur, vt inquit Roma.in consi.412.num.2. per ea quæ uoluit Bart.in l.si societatem.§. arbittorum.per tex.in l.cum hi.§.transactione.ff.de transactio.& firmat Anto.à Butrio per ea, quæ uoluit Feder.de Senis in c.si clericus. de foro compet.

DE TERMINO AD PRODVCENDVM ET EXHIBENDVM capitula & interrogationes,& faciēdum deponere testes,& probatum habendū,& publicationem habendam. §. XIX.

Postquam litem contestatam , verè vel fictè ut dictum est, intelligatur esse, & sit statutus terminus, 12. dierum utrique parti ad probandum per testes iuratos, & ad producendum & exhibendum omnia capitula, & interrogationes , quas quælibet partium exhibere uoluerit in causa, & post dictos 12. dies habeat & habere intelligatur ipso iure utraque pars sex dies utiles ad faciendum deponere testes & probatum habendum, quicquid uoluerit,& potuerit, per testes iuratos in causa; Quibus terminis elapsis testes habeantur ipso iure pro legitimè publicatis, nec alia publicatio requiratur.

1 . *Statutum loquens de probationibus,etiam si illa generali clausula,quibuscunque,utatur, de idoneis et legitimis intelligendum est.*

2 *Statutum uel lex quamtuncunque generaliter loquatur,de babilitate & idoneitate intelligitur.*

CAP. I.

VT patet ex prædictis in præcedenti tex.de probatione de capitulis, & de testibns tractatur. Ideo nos, quatenus ad unum quodque, pro declaratione statuti nostri pertinere putabimus; sigillatim suas qnæstiones adnectemus. Primò igitur à materia probationum in genere incipiendo ; Quęrendū est;quomodo statutum nostrum,vel aliud simile de probationibus loquens intelligendum sit; Et breui

ter

1 terprocedendo dicendum est † quòd statutum loquens de probationibus, etiam si illa generali, clausula, quibuscunque utatur, de idoneis & legitimis intelligendum esse: ut voluit glo. notabilis, ubi post eam idem tenent doctores, in l. t. in uer. quibuscun que. C. de fide instru. & ibi Bal. num. 3. & 4. subdens ex illa glo. quòd quando post uniuersale illud subsequitur, quod rationabiliter restringit & coartat, præcedens vniuersale ad id, quod iuris est, restringi. Vniuersalis autem colligitur ex eo uerbo; quibuscun que quòd autem illud uniuersale restringatur, inde apparet, quòd subsequitur uerbum rationabilibus. Præterea quòd ita huiusmodi statutum intelligendum sit, tenet idem Bal. in l. 2. §. quod ait. ff. qui satis cogan. & glo. & Bar. & ibidem alii post eum in l. 3. in uerbo probationibus. C. de fid. instr. & iure hast. fiscal. lib. 10. & Paul. Castren. in d. l. 1. num. 2. ibi ali quantulum declarat. C. de fide instrum. & Ias. in d. §. in personam. nu. 27. ubi alios citat Instit. de actio. & tradit Rolan. à Valle in consi. 96. nume. 15. lib. 1.
2 cum simili. Comprobatur † quia statutum, nel lex quantumcunque generaliter loquatur, de habilitate & idoneitate intelligitur. l. ut gradatim. §. & si lege. ff. de muner. & honor. & l. adigere. §. quàuis. ff. de iur. patro. & l. 1. §. nunciatio. ubi Bar. latè tradit in 4. colu. post glo. & antiquos. ff. de nou. oper. nuncia. & in l. 1. cum glo. 1. C. de sacrosa. eccle si. ubi Barto. in princ. & in fin. & in repet. in princ. & latè col. 4. & idem Bart. in l. 1. ff. de eo quod cert. loco, cum aliis relatis per Aret. & Ias. in d. §. in personam. num. 26. Instit. de actio.

1 *Statutum de probatione instrumenti loquens, an in iuris præsumptionibus, & coniecturis locum habeat.*
2 *Probatio quæ à legis præsumptione oritur, non est uera probatio, & à statuto non comprehenditur.*
3 *Filiationis probatio ex coniecturis colligitur.*
4 *Probare non dicitur, qui legis præsumptione nititur, sed lex ipsa.*
5 *Probatio legis ueritas dicitur.*
6 *Præsumptiones iuris liquidissimæ probationes sunt.*

CAP. II.

1 Secundò quæritur † an statutum de probatione instrumenti loquens, in iuris præsumptionibus, & coniecturis locum habeat, ut puta in presumptione. l. cum de in rem uerso. ff. de usuris, & aliis huius generis. Ludoui. Roma. in l. 1. C. de testam. milit. prout refert Ias. in §. præiudiciales. nume. 71. Instit. de actio. locum non habere arbitratur; Moue-
2 tur autem hoc argumento † Probatio, quæ ex præsumptione legis oritur, uera & propria probatio non est; & ex consequenti statutis nō comprehenditur. l. unica. ff. si tab. testam. extab. & dicit id decidere Barto. & Imol. in l. Lucius. ff. de conditio. & demō.
3 † Vbi probationem filiationis; quæ ex præsumptione. l. filium. ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. & l. si uicinis scientibus. C. de nupt. ob id quòd probationes fictæ & non ueræ sint à statuto, non comprehēdi arbitratur, sed quicquid dicat Ias. in loco à Ias. citato, Barto. & Imol. de statuto mentionem non faciunt: Secundò Ias. eodem in loco num. 73. à simili argumentatur ex ijs, quæ uoluit Barto. in l. 1. C. de
4 fide instrum. & hast. fisca. lib. 10. dum uoluit † quòd ille, qui iuris præsumptione nititur; non ipse, sed lex probet; & ideo statuto non satisfaceret; Hanc opinionem sequi uidetur Alex. cum quadam tamen declaratione in l. licet Imperator. num. 7. ff. de legat. 1. & Curt. senior in consi. 78. colum. 7. num. 9. vers. sed solùm huic communi conclusioni & Ruin. in cons. 151. nu. 3. lib. 5.

Contrariam uerò opinionem tanquam magis cōmunem sequuntur infrascripti, & primo Bal. huius conclusionis auctor & inuentor in l. 1. in 3. col. nu. 18. C. de fideicommiss. qui mouetur per text. quem dicit esse notabilem in l. 3. C. de Apoch. publi. lib. 10. & per ea quæ notantur in l. si tutor. C. de periculo. tuto. & in l. 2. C. de ingen. manu. & in l. seruitutes rusticorum. ff. de seruitut. & in cap. peruenit. extra de censib. & in cap. cum ecclesia. vbi per Inno. extra de caus. possess. & proprieta. Hanc opinionem Bald. secutus est Decius in Rub. extra de probatio. colū. 17. num. 13. uers. & adeò hæc procedunt, quòd etiam si statutum & in consi. 54. col. 2. num. 3. uers. nam & si statutum probationem, & Ias. sibi contrarius in d. l. 1. nume. 10. C. de testam. milit. ubi adducit tex. quem dicit didicisse à magno aduocato papiensi in
5 l. fi. in fin. cum glos. ff. de probatio. † ubi probatio legis ueritas appellatur & idem Ias. hanc eandem opinionem sequutus est in consi. 25. num. 2. in fin. lib. 1. & Paris. in consi. 80. num. 15. & in consi. 97. num. 6. lib. 1. & Brun. in tract. de constit. in 3. parte in uerb. probatio. §. 21. & 91. relatus per Rolan. à Valle in tract. de lucro dotis, quæst. 75. num. 23. & 24. & idem tenet Hiero. Grat. in consi. 54. num. 52. lib. 1. & Ias. post Angel. & Flori. ibi relatos per eum in l. licet Imperator. num. 13. ff. de legat. 1. & Felin. in Rub. de probatio. num. 6. ubi alios refert: & limitat ut non procedat, si per modum conditionis probationis mentio fiat. & ad comprobationem huius cōclusionis plura adducit; & communem esse dicit, quidquid Decius post eum & alii in d. Rub. tenuerint. Præterea hanc conclusionem latè disputat August. Beroius in d. rub. num. 43. & num. 36. cum sequent. usque ad finem rub. Comprobatur hæc conclusio ex dictis per Bal. in consi. 269. nu. 2. lib. 1. ubi uoluit, quòd si extet statutum; quòd debitum per testes probari possit; & quòd positioni quis debeat respondere; alioquin pro confesso habeatur; necessarium esse, ut secundùm formam statuti respondeatur, alioquin statuto satisfactum non esse: & tamen vult fictam confessionem idem ac si per testes probasset operari; Patet ex prædictis Bal. opinionē frequentioribus calculis receptam esse, & licet nōnulli ut uidimus eam impugnare conentur. Attamen Decius in d. rub. col. 17. uersi. hæc uera sunt, eis respondet, & ibidem Boerius num. 55. uersi. ultimò quædam est præsumptio non legis, sed hominis simpliciter, & Rolan. à Valle in d. tract. quæst. 75. num. 21. & 22. & inquit, eorum opinionem in præsumptionibus hominum, non iuris & legum procedere; & illæ dicuntur quæ in iudicis arbitrio relinquū

tur;

tur:At secus in præsumptionibus à iure approbatis,
6 & ideo dicitur quod iuris præsumptiones † liquidissimæ probationes sunt.l.licet Imperator.ff. de lega. primo,& l. siquis locuples in fin. ff. de manu.testa. & l.quidam testamento.in fin.ff. de vulga. & pupilla.& l.dolum.C. de dolo, & not. Abba. per illum tex.in capitu.1.in 2. not. de clerici. non resid. & in capitu. cum dilecti. in primo nota. de dona. & in cap. super quæstionum.in princ.in versicu.intentionis de offic. delega. cum alijs latè adductis per Decium ibi & per Doct.in locis vulgaribus.

1 *Statutum de modo procedendi loquens, an ordinatoria uel decisoria amplectatur.*
2 *Statutum loci disponentis de probationibus non autē loci iudicij attenditur.*
3 *Statutum contrahentium attenditur in decisorijs,in præparatoriis uerò & ordinatoriis statutum loci Iudicij.*

CAP. III.

1 Tertiò quæritur† an statutum de modo probandi loquens ordinatoria uel decisoria amplectatur.Bald.in l.cunctos populos.col. 12. num.20. versicu. sed circa hoc sunt videnda duo. C. de sum. Trin.post Calde.vt talia statuta decisoria respiciāt; concludit argument o.l.si fundus.ff. de euictio.Vnde unum non negligendum suboritur† uidelicet, ꝙ
2 statutum loci disponentis de probationibus,non autem loci iudicii attendatur,ut inquit ibi Bal, & alii omnes in d.l.1.C.de sum.Trinita.& fide catho.con
3 tra illam generalem regulam† quòd in decisoriis statutum contrahentium attendendum sit;in præparatoriis uerò & ordinatoriis statutum loci iudicii. Verùm adhuc prædictā opinionē, ꝙ tale statutum decisoria cōprehēdat,tenet Franc.Aret.in d.l. 1. colū. 10.nu.17.vers. unde dico, quòd si statutum dicat. C.de summ.Trinit.& fide catho. & allegat Calder. in d.disputatio.incipien. in statutis; Idem sequitur Cardi.Floren.in c.quod clericis. de foro compet. & Petr.de Anchar.in regul.ea quæ fiunt.de regul. iur. in 6.& Abb.in cap.quod clericis.de foro compet. & Ioann.Bapt.à Sancto Seuerino in d.l. 1. C. de summa Trini.& fide catho.ubi id latè disputat,& corroborat num.134.135.& 136.& Carol.Ruin.in consil.69.num.5.uol.4. ubi inquit ita communiter tenere Canonistas in d.cap.quod clericis de foro compet.& Decius in cap.2.nume.14.versi. duodecimò fallit.extra de probatio.

1 *Statutum sine confirmatione superioris probationem annullare potest.*

CAP. IIII.

1 Quartò quæritur† an statutum sine confirmatione superioris probationem annullare possit; & Ruin.in consi.137.num.1.lib. 1. quòd possit, consuluit,allegando Abba.in ca. cum contingat. in fin.de iureiuran.dum inquit quòd si ex forma statuti requiratur; ut de contractu duo notarii rogati sint:& unus tantum rogatus reperiatur; sicut per illius instrumentum contractus non probatur; ita & nec iuramentum probetur.

1 *Statutum disponens,quòd aliquid per unam tantum speciem probationum probari possit,an ualeat.*
2 *Debitum & solutio à pari procedunt.*
3 *Statutum si vult, quòd mandatum testibus probari non possit,in ratificatione locum non habebit. & infra num.5.*
4 *Statutum ualet, quòd sententia per testes probari nō possit.*

CAP. V.

1 Quintò quæritur ibi per testes; † quid si statuto dicatur quòd aliquid per unam tantum speciem probationis probari possit; puta per instrumētū,uel testes: an ualeat; Videmus enim ita in pluribus iuris communis casibus dispositum esse; ut in auth.sed nouo.C.si cert.peta.& in l. testium. C. de test.& in l.3.C.si minor se maio.dixer.& in l.generaliter.C.de non numer.pecu.& in capitu. porrò. de priuile.& in ca.1.de test.in 6. cum concordantibus ibi traditis per glo.ordinariam,ut refert Alexan. in consi.68.num.2.lib.3.Hac in re quòd tale statutum ualeat,magis cōmunis conclusio est;ut uoluit Rayner.in l.cū quidā.ff.de iurisdict.omn. iudic. & Iaco. Butrig. Bart.Bal.Roma.Soci. Riminal.Alex. & alii Recentiores in l.certi conditio.§.quoniam.ff.si cer. peta.& Specul.in tit.de probatio.§.uidendum.uersi. sed pone & Ioan.Andre.in additio. eiusdē tituli de fruct.& interesse.§.ult.col.penult.uersic.D. Iacob. Butriga.dispositum,& Bald.in l.2.in fin.ff.de lega,secundo,& in consi.133.casus talis,quidam fuit, circa medium.lib.5.& Angel.in §.1.in fin. in Auth. ut sine prohib.matri.& Salic.in auth.cassa col.penult. C.de sacrosa.eccles.& Petr.de Ancha.in ca.1.in 14. quæstio.princ.uers.circa istam extentionem,qui est in cart.75.col.1.extra de constit.& in ca.accessoriū. cart.antepennlt.uersi.quartò quæro de regul.iur.in 6.& Imol.in ca.auditis.extra de in integr. restitu. & in cap.2.& ibi Anto.à Butri.& Abba.nume. 11. de proba.& Barbat.in consi.19. scripsit Propheta.col. 2.nu.5.lib.1.& Alex.in cons.68.uiso processu,colū. 1.lib.3.& in consi.58.lib.4.quod duplicatur in cōs. 57.lib.6. cum multis concordantibus, quos refert Fel.num.19.& Decius in d.c.2. de probatio. ubi de ratione huius cōclusionis habetur,& eā ampliando inquit ꝓcedere non solū agendo sed & excipiendo, ut uoluit Alex.in cōs.36.uiso ꝓcessu.in princ.lib.5. subdens in tali statuto à paritate, uel maioritate rationis argumentari;Nā si statutū disponat, ꝙ solutio debiti testibus probari nō possit;debitū quoque
2 testibus ꝓbari nō poterit † cū à pari debitū & solutio ꝓcedere & regulari debeāt,ut uoluit Anchar.in cōs.351.in quæstione ꝑdicta; & in alio casu tradit Andre.sicul.Barba.in cōs.19.lib.1.Id aūt rōne correlationis,uel ubi agitur de maioritate rationis; locū hēt; alioquin tale statutū strictè intelligendum esset, cum corrigat ius commune. Vnde ibi infert

Decius

3 Decius num.14.† quòd si statutum uelit, quòd mã
datum testibus probari non possit, in ratificatione
locum non habebit: ut not. Bal. in l. obseruase. §. fin.
quæst. 11. de offic. procons. & legat. & uidentur sa-
tisfacere, quę dicit Ioan. de Anani. in consi. 64. uisa.
Præterea præcedentem conclusioñe firmat Tiraq.
in tract. de utroque retract. in glo. 1. §. 2. nu. 16. ubi
num. 17. & hanc communem opinionem esse ait, li-
cet, ut ipse subdit, nonnulli contrarium uoluerint.
Videlicet Bal. sibi contrarius in consi. 317. punctus
super quo consiliũ petitum fuit. in fin. libr. 4. & Iser-
nia in procem. constit. reg. Sicil. col. 10. limita. 13. &
Hyppo. sibi contrarius in cons. 92. num. 15. & idem
Tiraquell. ibidem hanc communem opinionem cõ-
firmat, arguẽdo de pacto & idem tenet Hyppoli. in
Rub. C. de probatio. num. 32. ubi quamplures re-
fert, & August. Beroius in d. c. 2. num. 70. extra de ꝓ-
batio: ubi dicit communem opinionem; & Petr. Fol
leri. in sua praxi censuali, uersi. quæ quidem execu-
tio. num. 65. & Felin. in d. c. 2. nu. 19. extra de proba
tio. & Decius in consi. 11. col. 2. nu. 2. uersi. secundò
principaliter; & Ioan. Bapt. Bouius in tracta. de sta
tu. in uerbo præsunt. glo. 27. num. 4.
4 Ampliatur hæc conclusio† ut etiam in sententia
locum habeat: ualet namque statutum disponens;
quòd sentẽtiæ per testes probari non possint; ut tra
dit Alex. in cons. 36. uiso processu. lib. 5. & refert Ioã
nesbaptista Bouius in tract. statu. in uerb. præseri.
gl. 27. num. 4.

Hæc conclusio pluribus modis limitatur. & pri-
mò ex iis, quæ supra diximus; Vbi scilicet diuersa ra
tio, uel minor esset, ut inquit Decius in d. c. 2. nume.
5 14. de probatio: ubi inquit† quòd si statutũ uelit, ut
mandatũ testibus probari nõ possit, in ratificatio-
ne locũ nõ habebit: ut not. Bal. in l. obseruare. §. fin.
q. 11. ff. de offic. procons. & legat. & uidetur facere
quæ dixit Ioan. de Anan. in consi. 64. uisa.

1 *Statutum prohibens debitum & solutionem probari per testes, limitatur, si producuntur quinque testes.*
2 *Testes quinque habentur pro scriptura & instrumẽto.*
3 *Testes ad perpetuam rei memoriam si examinentur, quomodo examen probetur.*
4 *Probatio ubi fieri debet per scripturam uirtute statuti, & sufficit si fiat per quinque testes, an intelligatur indistinctè, ita ut possit quis uti alterutra probatione, an possit in subsidium per testes probare.*
5 *Electio in dubio in alternatiuis legis, iudicis est.*

1 Secundò limitatur conclusio† ꝙ statutum prohi
bens debitum & solutionem probari per testes ua-
leat, & ꝙ ꝑ testes debitũ, seu solutio non probetur,
nisi ꝓducantur quinq; testes. Ita dicunt docto. per
tex. notabilẽ in l. testiũ. in princ. ff. de testib. quo hãc
limitationẽ firmauit Socin. in d. l. certi condictio. §.
quoniã. nu. 24. ff. si cert. pẽta. & Abb. in d. c. 2. in fin.
uer. sed magis ad ꝓpositũ nostrũ, de ꝓbatio. & idẽ
tenuit Cynus in d. l. optimã. circa mediũ. C. de con-
trah. & cõmit. stipula. & Abb in cap. cũ Ioannes. de
fid. instr. Fel. in d. ca. 2. nu. 20. de ꝓbatio. ubi Decius
nu. 14. ubi inquit, ad hoc facere, ꝙ statutũ secundũ
ius commune interpretandum est, argu. c. cum dile
2 ctus. extra de consuetu.† Sicut ergo de iure commu
ni scripturæ & instrumenti loco quinque testes suc-
cedere solent. d. l. testium. C. de testibus; pariter &
de statuto idẽ dicendum est. Hãc eandem opinionẽ
sequitur Hyppo. Mars. in rub. C. de ꝓbatio. nu. 38.
ubi ultra ꝑdicta inquit in argumẽtũ facere id, quod
uoluit Bal. in l. fi. in 3. col. C. de fideicõ. & gl. in ca. 1.
in uerbo autentico, de senten. excõ. in 6. & faciunt
ea, quæ uoluit Anto. à Butrio in c. sicut. in fin. de re
iudi. & idẽ Anto. post Hosti. in c. significauit. in col.
3 pennl. de testibus, ubi uult, ꝙ† quando testes ad per
petuã rei memoriã examinantur, satis sit, si testes,
qbus deinde ipsa examinatio ꝓbetur; adhibeantur,
& tamen tex. in d. c. uult, ꝙ de dictis testiũ ad perpe
tuã rei memoriã instrumentũ conficiatur, ut ibi pa-
tet: ad qđ faciunt ea, quæ dixit Bal. in l. generaliter. ĩ
3. col. C. de nõ nume. pecun. & subdit ipse Hypp. fa-
cerẽ ea, q̃ dixit in cons. 44. in causa præsenti. in pen.
cart. & in singul. 157. uolo te docere. Hanc eandem
cõclusionẽ tenet Petr. Foller. in sua pract. censuali.
in uersi. quæ quidem executio, nu. 66. & Aug. Bero-
ius in d. c. 2. nu. 70. uersi. cõmunis tamẽ opinio est,
de probatio: ubi ultra prædicta inquit ipse Beroius
4 † stãte hac conclusione; ꝙ quãdo aliquid per scriptu
ram probari debet; si per quinque testes idoneos &
rogatos probetur, sufficiat; iuxta. d. l. testium. cum
auth. ibi posita. An simpliciter & indistinctè in hoc
casu probatio quinq; testiũ admittatur; ita ut in ele
ctione probare uolentis sit per quã speciem ꝓbet;
an uerò in subsidium, casu quo scriptura deficeret,
per quinq; testes ꝓbatio admittatur, qua in re inq̃t
Beroius, Abb. eo in loco, ut talis probatio in subsi-
dium nõ admittatur, existimasse; sed esse in electio-
ne illius, qui probare uult. an per quinq; testes, uel
ꝑ scripturã probet, per tex. in d. l. testiũ. in prin. ubi
ad probandã debiti solutionem in scriptis cõtracti ꝑ
satis est, si per scripturã, uel quinque testes idoneos
probetur; Planè probationẽ testium nõ in subsidiũ
ille tex. sed æquè principaliter admittit. Dũ inquit:
Nõ aliter debitũ, uel partẽ eius persoluant; nisi uel
seruitutẽ in scriptis capiant, uel obseruauerint præ-
fatã testium obseruationem; Cũ igitur ita alternati
uè loquatur ille tex. in arbitrio & electione debito-
ris soluentis, id collatum uidetur; & ideo, ut æquè
principale sit, dicendum est. Nam in legis alternati
5 uis† electio in dubio iudicis est; nisi uerba ad aliam
partem dirigantur. c. à crapula. & ibi glo. & Abb. de
uit. & honest. clerico. & Abb. in c. per uestras. col. ul.
titu. de donatio. inter uir. & uxor. Latiùs multa alia
hac de re tradit ibidem Beroius num. 72. & 73. ad
quem me breuitatis causa refero.

1 *Probatio, quæ per testes fieri non potest, sed per instrumentum, per testes admittitur, si simul cum scriptura & instrumento admittantur.*
2 *Statutum loquens de casu simplici non trahitur ad mixtum.*

1 IIII. Limitatur† ꝓcedens conclusio, quando si
mul cũ scriptura & instrumento testes produceren
tur; Tunc. n. statuto non obstante talis ꝓbatio mix-

ta, per scripturam scilicet & testes admittitur; Ratio autem huius conclusionis ea est; vt doctores omnes de quibus infra mentionem faciemus; attestantur. Quia hæc mixta non simplex probatio est; statutũ autẽ, de quo supra diximus, & in quo conclusio fundata est, de simplici probatione loquitur; sed dubiũ

2 nõ est, †statutũ, quod loquitur de casu simplici, admixtũ non trahi. l. vim passam. §. præscriptionem. de adult. & not. Bar. & seqnuntur alii docto. in l. 2. in prin. ff. de verb. obli. & idem Bar. in l. omnes populi. col. 22. ff. de iustit. & iur. cũ similibus. Hanc conclusionem tenent ferè Doctores omnes in l. certi condictio. §. quoniã. ff. si cer. pet. & primũ eã mouit Bal. in 2. not. ibi, & Alex. sequitur nu. 8. versi. circa dictũ statutum & Deci. nu. 8. ubi plnres adducit & Socin. nu. 19. vbi post Aret. adducit tex. in c. series. de testibus, vt ibi per Anto. à Butri. inductum. Præterea eãdem opinionem sequitur Paris. in consi. 61. nu. 38. lib. 3. & Bal. in consi. 279. lib. 4. & Ioã. Bapt. Plot. in consi. 110. nu. 14. & 15. inter cõsilia criminalia diuersorum in 1. vol. vbi quãplures refert, & Alexã. in l. si ita scriptum. nu. 4. ff. de liber. & posthu. & Ias. in l. Gallus. §. ille casus. num. 13. ff. de liber. & posth. & Hyppo. Marsi. in rub. C. de probatio. nu. 53. & Riminal. in consi. 162. nu. 2. lib. 1. & Lancell. Galiau. in repeti. l. 1. in prin. nu. 41. ff. de verbo. obligat. & Iason. qui plures refert in d. l. certi condictio. §. quoniam. num. 9. ff. si cert. peta. & Imol. in c. auditis. num. 4. de in integr. restit. & Alex. in consi. 68. nu. 2. versi. Nec ad hoc obstant quædam. lib. 3. & Ang. in consi. 200. in ciuitate Lucana. col. 3. nu. 5. & Felyn. in d. c. 2. nume. 24. extra de probatio. & Ripa. in l. 1. in prin. nume. 24. ff. de verbo. oblig. & Deci. in consi. 11. col. 2. num. 2. versicu. non obstat, si dicatur, quòd simul. & Alex. in cons. 58. nu. 7. lib. 4. & Anchar. in cons. 350. idem Alex. in consi. 184. num. 7. lib. 7. vbi plures refert, & idem Decius in d. c. 2. num. 14. versi. 6. fallit. de probation. vbi & ipse quàmplures cumulat, & Angel. Aret. Instit. de verbo. obligatio. in princip num. 12.

1 *Probatio, quæ sufficeret per testes, si coniungerentur cum scriptura, stante Statuto ut per testes probari non possit, non procedit, quando scriptura fidem non facit*

1 Primò sublimatur †hæc tertia limitatio, vbi scriptura nullam fidem faceret ob id, quòd tunc tota ꝓbatio in testibus versaretur: & facillimè fraus fieri posset. Ita notabiliter declarat Alexand. in consilio 36. viso processu. lib. 5. & refert Decius in d. l. certi condictio. §. quoniam. nume. 8. in fi. ff. si cert. peta. & in d. ca. secundo, num. 14. versi. & procedit ista conclusio. extra de probationibus, & in consi. 11. colũ. 2. num. 2. uersi. non obstat, si dicatur & Ioan. Bapt. Plot. in cons. 110. nu. 16. in 1. uolum. consil. crimi. diuers.

1 *Testes non probant stante statuto, quòd per testes non probetur, etiam si cum instrumento & scriptura cõiungantur, quando scriptura, uel instrumentum interuenerunt cum alio, non cum eo, contra quem testes producuntur.*

1 II. Sublimatur etiã †quãdo instrumẽtũ, uel scriptura cum alio; non cum illo, contra quẽ testes producuntur, facta esset, tũc enim testes cum tali instrumẽto vel scriptura ꝓduci nõ possunt; vt voluit Alexã. in cõs. 88. viso processu causæ vertentis inter Antoniũ. col. 1. nu. 4. vol. 3. quẽ refert & sequitur Ias. in d. l. certi cõdictio. §. quoniã. nu. 10. versi. istam decisionem Barto. quam comprobat quatuor similibus num. 11. & 12. ut ibi per eum.

1 *Probari si non poßit solutio, uel quid aliud, nisi per scripturam, uel instrumentum, ita statuto disponente, non procedit in confeßione aduersarii.*

2 *Confesßio non est probatio; sed releuatio ab onere probandi.*

1 IIII. Loco principaliter †limitatur conclusio supra firmata, vt nõ ꝓcedat in confesßione aduersarii ꝓpterea ꝙ nõ obstãte statuto, de quo supra, ꝙ debitũ per testes probari nõ posßit, erit statuto satisfactũ si per confesßionẽ aduersarii probetur: vt voluit Bal. in auth. sed nouo iure. col. pen. nu. 12. uersi. tamen si negatur, non probatur. C. si cer. pet. vbi inq̃t, ꝙ licet aliquid probari nõ posßit, nisi per scripturã,

2 si tamen quis confiteatur sibi præiudicat; †quia confesßio nõ est probatio; sed releuatio ab onere probãdi. l. 1. in fi. ff. de interrog. action. Id quod uoluit Roma. in l. admonẽdi. nu. 92. vers. quò ad secundum. ff. de iureiur. & hanc cõclusionẽ verisßimã esse attestatur Soc. in rub. ff. de confes. prout refert Decius in rub. de proba. nu. 10. vbi id pluribus cõprobat, & limitat quinq; modis, ut ibi per eũ, & in c. 2. num. 14. versi. 9. nõ obstãte. eod. ti. de probatio. vbi intelligit de cõfesßione facta in iudicio; secus verò de confesßione extraiudiciali, q̃ testibus ꝓbatur, per ea, quæ voluit Ancha. in cons. 350. Præterea hãc eãdem opinionem, ꝙ tale statutũ in confesßione locũ non habeat, tenet Paris. in cõs. 99. nu. 12. & 15. lib. 3. vbi pluribus cõprobat: & Hyer. Grat. ĩ cõs. 13. nu. 49. lib. 2. & Riminal. in d. l. certi cõdictio. §. quoniã. nu. 4. uersi. sed an stãte dicto statuto. ff. si cer. pet. & Alexã. in cons. 68. nu. 4. vers. non obstat etiã alia respõsio, lib. 3. & Feli. in d. c. 2. nu. 19. versi. sed hanc conclusionẽ intellige primò. extra de proba. vbi etiam August. Beroius nu. 76. & ĩ rub. cod. tit. de probatio. nu. 95. vbi distinguit & Hypp. de Mar. in rub. C. de proba. nu. 49. ubi plures refert: & hæc limitatio probari uidetur per tex. expressum à nemine, quẽ uiderim citatũ in auth. rogati. C. de testibus. dum vult ille tex. ꝙ in casu, de quo ibi; in quo ad probandũ scriptura necessaria erat; testibus probari posßit, qui audiuerint creditorem summam debitam recepisse, ¦ falsũ esse,

1 *Probari testibus legalisßimis & grauibus potest, non obstante statuto, quòd per testes probari non posßit.*

2 *Iuris communis regulis propter legalitatem personæ in probationibus non receditur.*

3 *Testium propter grauitatem & legalitatem à regulis iuris communis recedendum est.*

V. Li-

1 V. Limitatur prædicta conclusio, †vt in testib. vt aiunt, legalissimis & grauibus, non procedat; Nam tunc non obstante statuto, quòd per testes probari, nõ possit; talibus testibus probari poterit; vt voluit Anton. à Butrio in c. 2. in fi. extra de proba. & refert & sequitur Soc. licet cum quadam modificatione. d. l. certi conditio. §. quoniam, nu. 23. ff. si cert. petat. & Hyppol. de Marsi. in consi. t. nu. 78. in criminalibus, vbi id pluribus similib. comprobat, & Pet. Folle. in sua praxi censua, in versi. quæ quidem executio. num. 68. fol. mihi 267. vbi post Butriũ & Aret. hoc de equitate canonica procedere ait; ne quis ditior fiat cũ aliena iactura; &, quod plus est, poterit, vt inquit Butr. in d. c. 2. per denunciationem euangelicam ad iudicem ecclesiasticum recurri: & idem clarius voluit in cap. cum Ioannes, in 5. col. versic. ad primum, extra de fide instrumen. Præterea ꝙ tale statutum in testib. legalissimis & grauibus non procedat, tenet etiam Riminal. in d. l. certi conditio. §. quoniã, nu. 4. versi. itẽ limitatur prædictum statutum, & ibi adducit Spec. idem tenentẽ in §. fi. vers. sed pone, in titulo, de probatio. vt ibi latius per eum, & idem tenet Aret. in d. §. quoniam, nu. 18. versi. Anton. de Butr. dixit singulariter; & idem etiam tenet Abb. in c. 2. num. 11. extra de proba. vbi etiam Felin. nu. 21. & Decius num. 14. versic. 5. statutum, subdens huius conclusionis ratio-
2 nem esse, quia † propter legalitatem personæ etiam in probationibus a regulis iuris cõmunis non recedi tur, vt not. Bal. in c. iurauit, col. 4. versic. idem si esset aliquis, de probatio. & facit, quod not. Bal. per illum tex. in c. 1. in fi. extra, vt lite penden. Qualitate enim testium subdit Decius iudex excitari & moueri potest; vt ex suo officio recipiantur, & ita secundùm Decium loquitur Anton. à But in d. c. cum Ioannes, de fide instrum. & adducit Fulgosium in consil. 270. proponitur. in fi. quod consi. ego non inueni, sed est in consil. 208. in fin. Item eandem opinionem tenet Hyppo. in rub. C. de proba. nu. 40. & Alex. in authen. iubemus, num. 13. C. de iudic. vbi etiam Ias. nu. 7. ver. limita notanter Speculato. vbi Ias. disputat illam cõ-
3 clusionem, † an propter grauitatem & legalitatem testium a regulis iuris cõis recedendum sit; & latè disputãdo inquit recedi posse; Facit in argumẽtũ text. in l. diui. ff. de libe. cau. & in l. fi. de actio. & obliga. & l. si quis ex argentarijs, post princ. ff. de eden. Præterea idẽ Ias. hac eadẽ opinionẽ tenuit in l. admonẽdi. nu. 180. versi. limita multũ singulariter, ff. de iureiur. & Hyp. Mar. in l. 1. §. si quis vltrò, nu. 11. in fi. versi. & fallit, quod voluit D. Anton. ff. de quæst. vbi plura in his terminis de testibus legalissimis adducit; & idem tenuit latissimè Tiraquellus, licet non omnes prædictos referat, in tracta. de pœn. cau. s. 51. numero 17. & sequenti.

VI. Limitatur prædicta conclusio, vt quãdo qs in contractu iusiurandum interuenisse probare vult; non procedat; Nam licet contractus per testes pro-
1 bari non possit, prædicto statuto repugnante; † Attamen ꝙ in ipso contractu iuramentum adhibitum sit; per testes probari poterit, vt voluit Imo. in c. cum contingat, in 6. membro princ. nu. 73. col. 71. versic. tu potes addere, ꝙ licet a iure, extra de iurciur. Nam inquit ipse quò ad iuramentum sufficit iuris diuini probatio; & sic per duos vel tres testes idoneos; quia lex ciuilis super sacramento potestatem habere non videtur, tanquam spirituali per ea, quæ habentur in cap. tua, de ord. cognit. Hanc opinionem Imol. sequitur Soci. in d. l. certi condict. o. §. quoniam, nu. 27. ff. si cert. petat. & Felin. in d. c. 2. nu. 23. de probatio. dicens notabile verbum esse, & singularissimum, & nunquam obliuioni tradendum. Idem tenet Deci. ibidem nu. 14. versi. decimotertio, vbi inquit procedere id secundùm vulgatam regulam, qua dicitur, ꝙ statutum laicorum; quod simpliciter loquitur; locũ
2 non habeat, † quando iuramentum interponitur; ꝓpterea, ꝙ iuramentum contractum firmat; qui alioquin de iure cõmuni inualidus esset, c. cum contingat, de iureiuran. & c. mulieres, eodẽ titu. in 6. & not. Bart. in l. si quis pro eo, versi. 3. dixi. ff. de fideiussor. & Abba. in d. cap. cum contingat, col. 4. & Alex. in consi. 29. præclare. lib. 3. & Aret. in consi. 12. diligenter, col. fin. cum simil. bus; At contra dictum hoc Imol. (subdit Dec.) facere, quod not. Bar. in d. l. si quis pro
3 eo. in 7. membro, vbi vult, † ꝙ quando actus reprobatur ex defectu solemnitatis probatoriæ; iuramẽto non confirmetur; propterea quòd probationes eius publicum respiciunt; quod tolli non potest. Ius publicum, ff. de pact. Verum subdit Decius pro Imol. facere illud, quod voluit Spec. in titulo de probatio. §. fin. versi. sed quid si debitor; vt tradit Alex. in authen. iubemus, C. de iudic. dum inquit, quòd debitor, qui probationibus renunciauit, cum iuramento; virtute iuramenti obligatur; Neq; obstat dictum Bar. in d. l. si quis pro eo, de vulitate public; quia est quædam publica vulitas, vt aiunt, secundaria; quæ stante iuramento non attenditur. d. c. cum cõtingat, & in terminis notat Fulg. in consi. 208. proponitur, in fine; Præterea eadẽ Imol. opinionẽ tenet Hyppol. de Marsi. in sing. 126. in multis ciuitatib. vbi eã nõ modicũ exaltat; ob id, quod licet agẽs ad cõtractus obseruantiã, ipsum cõtractum directò per testes probare nõ possit; Attamen indirectè iuramentũ corã iudice ecclesiastico per duos testes probãdo, obtinebit; propterea ꝙ probato iuramento, iudex illũ, qui iurauit, ad obseruantiã cõtractus cõpellet, & optimè faciunt ea quæ dixit Castr. in consi. 29. in causa, quæ vertitur. ante finem, & eandẽ opinionem Imo. sequitur idem Hyppol. in rub. de probatio. nu. 42.

1 *Iuramentum in instrumento interuenisse per testes probari potest, etiam stante statuto, quòd probatio per testes fieri non possit.*

2 *Iuramentum contractum firmat, qui alioquin de iure communi inualidus esset.*

3 *Actus, qui reprobatur ex defectu solemnitatis, iuramento non confirmatur.*

1 *Probatio per testes admittitur, etiam quòd statutum disponat, quòd probatio per testes non admittatur, quando quis indirectè, quòd ad illam summam non tenetur, probare intendit.*

2 *Probationem in contrariũ nõ admittendã esse, si lege, vel statuto caueatur, intelligitur de probatione dire-*

dò contraria, non de illa, qua remanet elisa intentio aduersarij.

1 VII.†Limitatur, illud statutū nō procedere, quādo qs indirectè, ꝙ ad illā sūmā non tenetur, probare intendit. Tunc.n.etiā nō obstante statuto per testes probatio admittitur, ut voluerunt Ant.& Imo. in c.cū Ioannes.nu.18.de fide instru.ubi dicunt, ꝙ si statutū nō admittat probationē cōtra instrumentū, ꝙ quis admittatur ad ꝓbādū: quādo nō vult ꝓbare factū directò, sed dicit solemnitatē facti, vel aliud nō interuenisse, p qd̄ annichilatur factū in iuris effectu, p ea q̄ not.gl.in cle.1. in uerbo fecisse de proba.& idem tenent alii in locis ibi allegatis p modernos & dicit Dom.à S.Gemi.in c.filii.de hære. in 6.†ꝙ quando lex vel statutū dicit, non admitti probationē in cōtrariū: intelligitur de probatione de directo cōtraria; nō autē de illa, per quā remaneret elisa intētio aduersarii:& hoc inquit singulariter notandum esse:& prædicta omnia tenet Ruin.in cons. 78.sequendo Inno.nu.10.lib.4.

1 *Probari possunt damna & interesse per testes, non obstante statuto, quòd debitum per testes probari nō possit.*

2 *Debitum & creditum dicitur cum alienam fidem sequimur.*

1 VIII. Limitatur p̄dicta†conclusio, vt non procedat; quādo in instrumētō dā norum,& interesse res factio promissa esset:& debitor dāna & interesse p testes probare vellet. Nā talis statuto non obstante; ꝙ debitū p testes probari non possit; attamē dāna & interesse ipsius debiti per testes probari poterūt. Ita dispurādo determinauit Iac.But.quē refert & sequitur Bar.in l.certi cōditio.§.quoniā.ff.si cer.pet. Monetur: quia statutū dicit debitū, nō autē summā

2 debiti†Debitū autē & creditū tunc cum alienam fidē sequimur, dici debet.l.1.ff.si cert.peta. non propter sūmā; Illud aūt, cuius cā alienā fidem qs sequutus est, probatur per instrumentū; ergo debitū p instrumētum probatū dicitur, cōfirmat hoc Bart.per ea quæ supra in 3. limitatione de scriptura & testibus diximus; Hāc Butrig.& Bar. sētētiā sequuti sūt in d.§.quoniā.Alex.nu 3.& seq.ubi latè insistit,& cōmunē dicit opinionem; ubi etiā Aret. nu.16. versic. in gl.posita super uerbo cōiuncti: ubi refert quandā distinctionem, ut ibi per eum,& Cor.ibidem num. 4.uersi.ex quo infertur, secundū Iac.Butri.& Ange. nu.13.& Soci.ibidem nu.17.versi. secunda conclusio, vbi vno modo limitare videtur nu.21.& Ias.ibidem nu.9.& 10.vbi quāplures cumulat,& hanc cōclusionem approbando dicit ab omnibus teneri ēt Rimi nal.ibidem nu.2.& sequen. ubi de cōmuni attestatur,& copiosè nōnulla affert pro confirmatione huius conclusionis. Præterea eandem opinionē tenet Ioā.And.in additio.ad Speculum, in titulo de fruct.& intere.§.fi.in uerb.instrumentorum,& Ioā. de Imol.in c.auditis.nu.4.de in integ.restit. & Nellus in tract.banni.in 3.part.secundi temporis quæst. 42.in princ.& Bald.in l.1.in fin.ff.de lega. 2. & Feli. in c.2.nume.24.extra de probatio.ubi plures citat, & multa ad hoc adducit Decius in d.c.2. nume.14. versi.septimò statutum; vbi plura affert pro confirmatione huius conclusionis; & Hyppo. de Marsi. in Rub.C.de probat.nu.43. qui & ipse alios refert, & idem Decius in consi.137.col.2.sub num.4.vers.facit etiam ad notata Bar.lib.1.& Ange.in cōsi.200. col.3.præterea, prout dixi, statutū vult,& Paul. Castren.in Rub.de probat.nu. 7. & idem uoluit Ruin. in consil.188.nu.6.lib.1.ubi vult, vt statutū, de quo supra in declaratione debiti locum non habeat. & ꝙ talis declaratio nō obstante statuto per testes fieri non prohibeatur.

1 *Probatio quæ fit per euidentiam facti admittitur, etiā stante statuto ut non possit aliquid probari, nisi per instrumenta & scripturas.*

2 *Euidentia facti dicitur probatio clara, & manifesta.*

3 *Statuto stante, quòd in damno dato stetur iuramento accusatoris, poterit etiam iudex ex inspectione sua iudicare.*

1 IX. Limitatur prædicta conclusio†vt non procedat in probatione, quæ fit per euidentiam facti; non obstāte tali statuto disponente, vt probatio nisi per instrumenta fieri, aut scripturam non possit, admittetur tamen probatio, quæ per euidentiam facti fit. Ita notabiliter tradit Bal.allegans Azonem in summa.C.ad.l.Aquili.in rubr.C.de probat.col. 1.versi. redeo igitur ad primum.in fin. quē Bal. refert & sequitur Pau.Castr.in d.rub.de probatio.nu. 2. Ratio

2 autem, vt innuit Castrē.ibi, ea esse potest; † Quia euidentia facti dicitur probatio clara & manifesta:& omnē aliā ꝓbationum speciem excedit, nec ulla lege huiusmodi probationibus uia præcludi potest. Ad quod optimè fecit illud, quod dixit Bal.in l.con

3 tra negantem.in fin.C.ad l.aquili.ubi inquit†ponamus, quòd extet statutum, quo disponatur, ꝙ in dāno stetur iuramento accusatoris; Modò inquit accusatus, Domine Iudex eatis ad videndū; quia ex aspectu apparet, damnum datum nō fuisse; Dixit uerò iudex, ego à statuto recedere non possum.certè dicit Bal.ex mente Azonis iudicem inspicere debere; & illud quod apparet per aspectum pronunciare.

1 *Probatio per testes admittitur non obstante statuto, quòd nulla probatio, nisi per instrumentum & scripturas admittatur, cum debitor vult probare, tale instrumentum uel scripturam esse simulatam, uel fictam.*

2 *Simulatio propria quæ dicatur.*

1 X. Limitatur dicta conclusio, † quando debitor vult probare tale instrumentū, uel scripturam esse simulatam uel fictam; Planè tunc statuto nō obstante per testes probatio admittitur. Ita inquit Paul. Castren.dicens se ita Bononiæ cōsuluisse, in l.testiū nu.8.C.de testibus.Ratio autem est, ut ipse inquit, quia prius instrumentum esse uerum cōstare debet ad hoc, ut dispositio statuti locū habeat, iuxta ea, q̄ not.in l.Diuus.per Bar.ff.de testa.milit. & per eundem Bar.in l.1.in prin.ff.quod ui aut clā. Sed statutū loquitur de instrumento, uel scriptura uerum debitum cōtinente; ergo de hoc prius constare oportere,

tere, vel saltem cõtrarium nõ debere apparere; quia præsumitur semper verũ dicendum est. Id autem in
3 propria simulatione intelligendum ait, † Quæ tunc dicitur, cum partes aliquid agere fingunt, & ꝙ nihil agatur, agũt, ut patet ex legibus supra deductis; At si re uera unũ agunt, & aliud agere simulant, illa nõ dicitur ꝓpria simulatio; quæ instrumentũ nullũ reddat, quia nõ deficit substantia debiti, & sic patet, ut actum fuit; nõ autem prout simulatè conceptum fuit, ut. C. plus ualere quod agitur. & ideo de huiusmodi simulatione ad irritandum instrumentũ opponi non posset: Hanc eandem conclusionem firmauit Innocẽ. & sequitur Ant. à Butri. prout refert Ioan. de Imo. in c. cum Ioannes. nu. 18. extra de fidę instr. ubi disputando distinguit & tandem ex pluribus residet cũ hac nostra opinione. & adducit Iacob. Butr. id tenentem in l. generaliter. C. de nõ nume. pecun. Verũ animaduertendũ est, quòd contrarium cõsuluit Idem Paul. Castr. in consi. 261. nu. 2. uersi. capio nunc aliud statutum. lib. 2. Breuiter igitur respõdendo, arbitror primam opinionem ueriorem esse m. æquioremq; & ab ea recedendum nõ esse: Nisi fortassè dicamus hoc dictum secundũ Castrensem quando expressè appareret ad reprimendũ falsos testes inductum fuisse locum habere id, quod in eo casu ex proęmio illius statuti colligebat; cum in aliquibus casibus statutum illud loqueretur; quorũ ratio ad casum Castrensis ibi optimè faciebat.

1 *Dos per testes probari potest, non obstante statuto disponente, quòd solùm per instrumenta uel scripturas probari posit.*

1 XI. Limitatur ut prædicta † conclusio in dote nõ ꝓcedat. Nã ꝓdicto statuto nõ obstãte dos ꝑ testes probari poterit; Ita inquit Hypp. Marsi. in Rub. C. de probatio. num. 62. Id autem fauore dotis, & propter multa specialia, quæ dotibus conceduntur, dispositum arbitratur; ut communiter inquiũt Doct. in l. 1. ff. solut. matri. & præsertim Ias. ibidem col. 2. uersi. 3. nota. Præterea pro hac limitatione optimè facit dictum Salic. in l. fin. in princ. vers. ex quo nota bonum argumentum. C. de iure dot. vbi inquit; ꝙ statutum generaliter disponens quòd instrumenta publica non probent; nisi posita & registrata in memorialibus fuerint, tale statutum locum non habere in instrumentis dotalibus, fauore dotis; quod dictum refert, & sequitur Philip. Decius in consil. 5. in causa dominæ. post prin. nu. 1. Præterea faciunt ea, quæ tradit idem Hyppo. in singul. 442. vulgata iuris regula. & Decius in consi. 301. in causa, & est gl. not. & ibi Bald. in l. cum circa. ff. de iure dotium. ubi inquit, dotem non solùm instrumentis, & testibus probari: sed præsumptionibus etiam & iudiciis, Præterea hanc eandem opinionem sequitur Rolandus à Valle. in tracta. de lucro dotis. quæstione. 105. num. 17.

1 *Probatio per testes admittitur parte & iudice non contradicentibus, licet extet statutum quòd solum per instrumenta & scripturas probari posit.*

2 *Exceptio admissa, qua admitti non debebat, si non appelletur ab amissione, operatur.*

3 *Sententia lata uigore rescripti nulli, cui non fuit oppositum ualet.*

1 XII. Limitatur prædicta conclusio † quando probatio per testes parte & iudice non contradicẽtibus fieret; Tunc enim tali statuto non obstante admitti debet; Ratio autem est: quia pars statuto renuntiare uidetur; ex quo testes parte non cõtradicente admisit sunt argumento. l. iam tamen. §. 2. ff. iudic. solui, & l. si quis testibus. C. de testib. & in c. 1. extra de rest. spoliat. & in l. 2. C. de iur. dom. impet. & ita per prædictam rationem tenuit Bal in d. l. certi condictio. §. quoniam. circa finem col. vlt. ff. si cert. peta. quem ibi refert & sequitur Alex. num. 7. adducens in simili Imol. idem uolentem in ca. cum dilecta. de rescript. & in c. cum Bertoldus. de re iudic. & in c. fraternitatis. de frigid. & maleficia. & not. Anto. à But. in c. is qui. extra de sponsa. & Imol. in l. inter stipulãtem. §. 1. circa secundam col. ff. de uerb. obligatio. & ideo subdit eodem in loco Alexã. hac in re cautum esse oportere, & protestari, ne tales testes admittantur. Præterea pro hac opinione Bal. optimè facit illud, quod uoluit Ludoui. Roma. in consi. 384. nu. 4.
2 ubi uoluit, quòd exceptio † ẽt admissa; quæ admitti non debebat; si ab omissione non appelletur, operari; & sententiam † latam uigore rescripti nulli, cui nõ
3 fuit oppositum, valere. Rursus eandem Bal. opinionem refert & sequitur, & pro eius confirmatione nõ nulla adducit Aret. in d. §. quoniam. nu. 18. uersi. dicit etiam hic Bal. singulariter, & Socin. nu. 20. & Ias. qui multis post Ludo. Roma. confirmat ibidem nu. 12. & 13. & Riminal. ibidem sub nu. 4. uersi. item in quantum limitat Bal. Pręterea idem tenet & doctrinam singularem Bal. appellat Felin. in c. 2. num. 27. extra de probatio ubi idem etiam uoluit Decius numero. 14. uersic. undecimo, ubi adducit Bartolomeũ Veronensem ad hoc plura similia adducentem in cautela 253. & idem tenet Hyppo. Marsi. in rub. C. de probatio. num. 44. & Franc. Cremens. in singulari 43. & Franci. Niconi. in c. quoniam contra num. 58. extra de probatio.

1 *Probatio per testes potest fieri in causa clerici, non obstante statuto quòd probatio non possit fieri nisi per instrumenta uel scripturas.*

2 *Clerici non ligantur statutis prohibentibus probari per testes.*

1 XIII. Limitatur prædicta conclusio † ut non procedat in clerico; quandoquidem tali statuto non cõprehenditur, neq; ligatur; ẽt si causa in foro seculari tractetur, ut latè uoluit Salic. qui hoc disputat ĩ terminis statuti nostri post Ioã. de Calder. in auth. cassa. nu. 11. C. de sacrosan. Eccles. & Soc. in d. l. certi cõdictio. §. quoniã. nu. 11. ff. si cert. pet. & Fel. in d. ca. 2. nu. 22. extra de proba. ubi citat Petr. de Anch. in ca. 1. nu. 28. uers. accedat. de const. & Imol. in c. cũ contingat. in cart. 28. de iureiur. & idẽ tenet Decius in d. ca. 2. sub num. 14. uersi. duodecimo, ubi adducit post alios, de quibus supra, Paul. Castrẽ. in l. omnes

populi.col.fi.ff.de instit.& iur.& l.2.in princ.col.3. de eo qđ cert,loco. Ratio aūt huius cōclusionis (ut inquit Decius)manifesta uidetur. Nā probatio cau sæ decisionē respicit;cū uictoria à ꝓbationibus pen deat.l.qui accusare.C.de ædem.& ita tenet Barto.in l.ictus fustium.in fin.ff.de his qui nota.infa. quē ꝓ singulari allegat Aret.in c.dilecti.col. penult. de iu-
2 dic. Meritò ergo † clericus etiam in foro seculari nō ligatur, vt notatur in c.quod clericis. de foro competen. Præterea quòd tale statutum non liget clericos, tenet Alex.in cons.210.ponderatis his. colum. 4.versi.accedit prædictis.num.13.vol.2. & Stepha. Aufer.in suo tractat.de potestat.secul.fol.7.colū.2. versi.& ideo si statuto cauetur.num.75.& sequitur Aret.in c.quod clericis.de foro compet.& Rocchus de Curt.in repet.cap.fin.de consuet.fol.30. colum. 1.& fol.100.col.4.versi ex præmissa limitatione, & versi.& quòd statutum prædictum, sect.8. in 11. q. princ.col.1.citando Barba.in consi.14.clementissi mi Dei.in 2.dubio princ.vol.2.tenentem oppositū, & inquit contra ipsum communem esse opinionē. Præterea hanc opinionem amplectitur Paris.in cō-silio 106.nume.1.lib.3.& Barba.sibi contrarius in casu nostri statuti in Rub.C.de reb. eccles. non alie. nu.106.& Hyppo.Marsi.in rub.C.de probatio. nu. 41.vbi post alios citat Petr.fratrem Bald. idem tenentem; quem dicit non vidisse Felin. in sua subscriptione facta cuiusdam consilii Bal. quod consilium cum dicta subscriptione est in 6.uol.nu.107. quod incipit dictat statutum: Licet apud me huiusmodi uolumen sextū non sit,nec unquam uiderim. Idem etiam tenet Tiraquel.in tracta.de nobilit.quæst.43. nu.16.ubi vltra alios citat Felin.idem tenentem in c.ecclesia sanctæ Mariæ.in quæst.15. ubi etiam tradit Decius col.21.versi.& ista conclusio de constit. & Rapha.Cuma.in consi.140.Playcus.colū.2.& sequen.& idem tenet Rolam.à Valle in consi.57.nu. 28.lib. 2.& inquit hanc opinionem etiam in laico procedere; qui post solutum debitum clericus efficitur;Nam tali statuto non obstante illud debitum per testes probare poterit;& cum hac decisione trāseunt etiam Doct.supra relati;& uera est & communis conclusio.

1 *Probari per testes in scripturam in casu permisso redactos potest, non obstante statuto, quod solum per instrumenta & scripturas probetur.*
2 *Testes sine contestatione, & libelli pro datione liquidatione certæ scriptæ examinari possunt.*

1 XVI. Limitatur prædicta conclusio † ut in testibus iam examinatis in casu aliquo permisso, quorū dicta in scripturam redacta sunt,locum non habere.Huiusmodi enim testibus nō obstante dicto statuto probatio fieri potest;propterea ꝙ uim publici instrumenti habent.Ita notabiliter inquit Angel.in l.fin.col.3.uersi.& secundùm talem.C.de ædict. diui Adria.tollen.ubi latius Alex.col.12.& ita per hāc doctrinam Angel. tenet Socin.in d. l. certi conditio.§.quoniam.nume.28.ubi inquit; quòd ex quo Florentiæ captura de facto fieri potest,& postea ꝑ testes uerificarii, se quòd testes pro liquidatione cuiusdam certæ scriptæ examinarentur mandauit.
2 Quod sanè sine † contestatione,& datione libelli per missum est:ut uoluit Barto.in l.2.,C. de senten. quæ sine cert.quanti.& deinde fecit,ut uirtute illius sententiæ captura impetraretur, & per testes iam examinatos iustificaretur;propterea quòd tunc publici instrumenti uim habet; Eandē limitationē tenet per supradicta Decius in d.c.2.sub num.14.uers.de cimoquartò.& Hyppo.Marsi.in Rub.de probatio. nu.59.adducens Anto.de Canna.in tract. de execu. instrum.publici guarantigiati,in quæst.36. quod di ctum refert,ut ipse inquit, & sequitur Excellentissimus Doctor D.Ioannes de Zanis in consi. suo.incipiente,Ianus quondam Duccii.in ultima carta,& faciunt secundùm eum ea,quæ dixit Ludo. Roma. in singul.204.dubium est;qui allegat Specul.in tit. de probatio.§.nunc dicendum.uersi quid si debitor licet Hyppo.propriè in terminis huius limitationis non loquatur.

1 *Probari potest per testes tenor instrumenti, uel scripturæ non obstante statuto, ut per testes probari non possit si scriptura, uel instrumentum amissum sit.*
2 *Testamenti & instrumenti tenor per testes probari potest, & nu. 3.*

1 XV. Limitatur prædicta † conclusio, ut non procedat, si scriptura uel instrumentum esset amisū. Nam tunc id,quod in dicta scriptura,uel instrumēto continetur potest per testes probari,prædicto statuto non obstante:ut uolunt Docto.per tex. in d.l. testium.in fin. C. de testib. nbi hoc expresè tenet Bar.Dummodo tria probentur;Primò scilicet actū fuisse celebratum;secundò & scripturam inde confectam; & casu perditam. Hoc idem tenet Abb. in d.c.sicut.sub nu.11.uersi. in illis tamen casibus, extra de probatio.ubi adducit tex.in ca. ficut.extra de re iudic.iuncto.cap.fina.de re iudica.in 6.Vbi idem tenet Felin.sub.num.20.uersicu. tertio intellige. & Decius ibidem sub nume.14.uersic.tertiò si instrumentum.ubi inquit facere,quod not.Barto.in l.1. §.sufficit.in fin.ff. de bono. possess. secund. tabul. & est tex.in l.emancipatione.ubi Bald.C.de fide in strumen.& tradere inquit in notabili casu Barto.in tracta.de testib.colū.2.uersi.testis dixit aliqua uera esse; Quod quidem secundùm Decium ibidem pro cedit etiam in testamento in quo septem testes re-
2 quiruntur.Nam † tenore testamenti probato & casum amissionis per duos testes;probatum erit testamentum,ut tradit Bald.in d.l.testium.in uersic.ulti mò noto.col.1.cū concordantibus, ut per Alexā. in d.l.2.C.de bono.possess.secund.tabul.Subdit prete rea Decius eo in loco,testes in his casibus peritos esse oportere;ut aduocati sūt & notarii; ut defectum instrumenti cognoscant;ut notat Bart.in authen.si quis in aliquo.col.1.num.6.C.de eden.& notat Abba.in c.Albor col.2.nume.4. de testib.& est ad hoc bonus tex.in c.cum olim.il primo,de priui. vbi Abba.post Anto.à Butr.Preterea eandem limitationē tenet Hyppo. Marsi.in rub.C.de probat.nume. 39. & num.337.vers.& faciunt dicta per Abba.,& idem

Hyppo.

Hyppol. in eadem rubr. nume. 333. & sequen. vbi quam plures cumulat tenentes indistinctè instrumē
3 ti vel testamenti, si admissum fit, † tenorem per testes probari posse. Hanc eandem limitationem tenet Augusti. Beroins in d. c. 2. num. 74. extra de probatio. & Socin. in d. l. certi condictio, §. quoniam. num. 25. ff. si cert. petat. & Petr. Foller. in sua praxi censuali versicu. quæ quidem executio nullo falsitatis, num. 67.

1 *Probari possunt vsuræ per testes, non obstante statutò, quòd probatio per testes non admittatur.*

2 *Cumulatio non permittitur summarum, vbi tractatur de odio & violatur ius commune.*

3 *Cumulatio non fit, quando debitum per negationem crescit.*

1 XVI. Limitatur prædicta † conclusio, vt nō procedat in probatione vsurarum tali statuto non obstante: Exemplum poni potest; vt si fortassè aliquo statuto disponatur; quòd debitum librarum centum per testes probari non possit; Nam si quantitas principalis minor sit, quàm exigat statutum, attamen propter vsuras ad summam à statuto taxatam ascendat; Tunc in eo casu simul ad faciendam illam summam non iungentur; sed vsuræ per testes probari poterūt. Ita limitat Felin. in d. c. 2. nu. 28. extra de probat. per Leos, C. de vsur. Quia vbi de odio, prout in terminis
2 nostris tractatur, vbi violatur ius commune, † cumulatio non permittitur. l. sancimus, §. penult. C. de donat. & latè per Bart. & omnes in l. si idem cum eodem, ff. de iurisdict. omn. iudic. At secus si sit materia fauorabilis. l. si plures, in fin. ff. de pact. & l. fin. C. qui bonis cede. poss. Præterea subdit etiam ibidem Fe-
3 lin. id quod de vsuris dixit; † procedere, si debitum per negationem creuisset, per text. in l. item veniunt §. prædiximus, ff. de petit. hæredi. cùm ijs, quæ notat Bar. in d. l. si idem cum eodem, & hanc limitationem ad verbum refert & sequitur Hyppol. Marsi. in d. rub, C. de probatio. num. 45.

1 *Probari potest per testes officio iudicis examinatos, statuto, quòd per instrumenta tantum & scripturas probari possit, non obstante.*

2 *Testes si officio iudicis recipi expressè prohibeantur, de officio iudicis a partibus implorato intelligendum est.*

XVII. Limitatur prædicta conclusio, vt nō pro
1 cedat in testib. officio iudicis examinatis † Nam per huiusmodi testes statuto non obstante probari poterit; Ita notabiliter dixit Specul. in tit. de probatio. §. videndū restat vers. sed quid si debitor nu. 6. quem pro singulari refert & sequitur Rom. in sing. 204. dubiū est, inquiens alibi non reperiri. Hanc opinionem Speculatoris sequitur Bar. Cepol. in cautela 254. dubitari potest, vbi nonnullis ad hanc rem cōprobat facientib. & idem tenet Imol. in d. c. 2. col. 4. versic. dicit tamen quod tunc, extra de probatio. vbi inquit, notandū esse, & Fel. sub nu. 31. versi. consului tamen Speculator, & Dec. ibidem sub num. 14. vers. 4. non obstante; vbi subdit in tali casu Bald. notabiliter tenuisse in l. ampliorem, in princ. circa finem, versic. ex prædictis inferens, C. de appell. & sequitur Rom. in consi. 479. in fi. & Alexand. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. Præterea circa hoc animaduertendum
2 est; quod quando testes † officiò iudicis recipi prohibeantur, de officio iudicis a partibus implorato intelligendum esset, vt minus iuri communi derogetur, vt voluit Rom. in consi. 42. visis col. 2. Hanc eandem conclusionem tenet August. Beroius in d. c. 2. nu. 81. de testib. & Ias. in auth. iubemus, col. 2. versi. secundò limitatur, C. de iudic. & Hyppol. Marsil. in d. rubr. C. de pro. nu. 58. vbi plures concordantes allegat.

1 *Probari potest qualitas accessoria per testes, non obstante statuto, quòd solū probatio per instrumenta & scripturas fiat.*

2 *Testamentum in scriptis dicitur, licet aliquid sine scriptura suppleatur.*

3 *Probatio, quòd scripta sit cedula alicuius manu; admittitur, quando negatur non obstante statuto, quòd contra instrumenta probatio in contrarium non admittatur, nisi per aliud instrumentum.*

4 *Probari potest per testes præsumptio ex instrumento oriens, licet contra instrumentum in scriptis non admittatur probatio nisi per scripturas.*

5 *Clausula insolita præsumptionem falsitatis inducit.*

6 *Probatio si per testes statuto ita disponente fieri non possit, de probatione, quæ principaliter fit, non incidenter intelligendum est.*

1 XVIII. Limitatur prædicta † cōclusio, vt in aliqua accessoria qualitate locum non habeat; quin talis qualitas testibus probari posit; vt in simili voluit glo. notabilis in c. duobus, in verb. appareat, de rescript. in 6. & in c. si à sede, in verbo appareat, de præben. in 6. & optimè facit text. notabilis in c. auditis, & quod ibi voluit Abb. post Anto. à But. in prin. de in integr. restitut. & est ibidem bonus tex. in l. 1. §. fin antem, & quod ibi not. Angel. ff. de hæred. instit.
2 † vbi testamentum in scriptis dicitur, licet aliquid sine scriptura suppleatur, & tenet idem Decius in d. c. 2. sub num. 14. versi. octauò statutum, extra de probatio. Hanc eandem limitationem tenet Hyppoli. Marsi. in d. rub. C. de probat. nu. 55. allegans Anton. de Butr. in c. auditis, col. 2. versic. sextò nota. extra de in integr. restit. & ca de re inquit ibi esse casum; qui alibi non reperitur; Præterea idem secundùm Hyppol. voluerūt Domini Rotæ in decis. 332. Licet Romana, in nouis, & hodie in titu. de rescript. decis. 27. in nouis secundùm nouissimam quandam impresionem; Ponit autē Hyppol. pro clariori huius conclu-
3 sionis declaratione huiusmodi exemplum † Statuto cauetur, vt contra instrumenta probatio in contrarium, nisi per aliud instrumentum, non admittatur. Attamen si apoca solutionis manu creditoris scripta producatur & negetur; Tunc super hoc, an manu negantis scripta sit; per testes probatio admittitur, secundùm formam legis comparationem. C. de fide instrum. Et ratio est secundùm prædicta; quia hęc testium probatio super hac qualitate non prin-

cipaliter, sed accessoriè fieri intelligitur; Præterea
subdit idem Hyppo.pariter in simili voluisse elegan-
4 ter Bar.in l.quicunque,C.de apocis publ.lib.10. † q;
licet contra instrumentum in scriptis non admitta-
tur probatio, nisi per scripturas; Attamen contra
præsumptionem ex instrumento resultantem per te-
stes probari posse; Exemplum autem de hoc ponit
huiusmodi; Statuto cauetur, quòd instrumentum
de falso redargui, nisi per aliud instrumentum non
posit; Quidam contra me instrumentum clausulas
5 in consuetas continens produxit; † quæ quidem clau
sulæ falsitatis præsumptionem inducunt, vt voluit
glo.singularis in l. si quis sub conditione,ff.de condi.
instit. Planè prædictis non obstantibus contra illam
præsumptionem probatio per testes admittẽda est;
prout etiam voluit Angel. per glo. ibi in l.iurisgen-
tium.§.quòd ferè,nu. 4.ff.de pact.& rursus per gloss.
in l.reos,§.cum in tabulis,ff.de duobus reis, & idem
videtur tenere Bal.in l.testium,in 1.colum.circa fin.
num.2.versi.dubitatur hic,C.de testibus & idem vo
luit Calcan,in consi.29. Christi igitur, colum.9.nu.
16.& Alexand.in additio.ad Bart.in d. l.quicunque.
vbi ad hoc allegat etiam glo.in l.1. C. de contrahen.
& committen. stipulat. & facit etiam pro prædictis
glo.in cap.penult.in versic.si nòn apparet, de rescri.
in 6.& etiam ea quæ voluit Barba.in l.cum acutissi-
mi,car.3.col.1.C.de fideicommiss. Præterea ad hoc
confirmandum optimè facit illud, quod dixit Rimi-
nal.in consi.162. num.16.lib.1. dum vult stante hu-
6 iusmodi statuto, † quòd probatio per testes fieri non
posit; de ea probatione, quæ principaliter, non au-
tem de ea, quæ incidenter fit, intelligendum esse.
per ea quæ voluit Bald.in l.1.§.huius studij, ff.de iu-
stit.& iur, & quod nota. in l.si quis nec causam, ff.si
certum petat.

1 *Probatio per testes admittitur, quando agitur summa-*
riè & de plano, non obstante statuto prohibente talẽ
probationem per testes.
2 *Probatio per testes admittitur, quando causa de iure*
diuino, vel gentium agitur, non obstante statuto pro-
bationem testium reyciente.

1 XIX. Limitatur prædicta † cõclusio, vt non pro-
cedat, quando agitur summariè & de plano: quan-
doquidem tunc tale statutum non attenditur, vt vo-
luit Ioan.de Anania in consil. 55. quia dubia; quem
refert & sequitur Decius in d.c.2. sub num,14.versi.
decimoquintò fallit, de probation. & idem voluit
Hyppo.in d.rubr.C.de probatio.num.47.authorita-
te dicti consil.Anna.55. vbi ait eum voluisse, vt vbi
in aliqua causa summariè, de plano, & sine strepitu,
& figura iudicij alicuius legis, vel statuti causa pro-
ceditur: ex quo tunc omnis iuris ciuilis solemnitas
remissa intelligitur, & ea tantum, quæ iurisgentium
sunt remaneant; meritò talem legis vel statuti rigo-
rem attendendum non esse per ea, quæ voluit Bart.
in l.si filius,ff.de donatio.& in l.filius,ff.de testamen.
milit. Nam certum est, tale statutum iuris ciuilis es-
2 se.l. omnes populi, ff. de iustit. & iure, † Præterea
idem subdit eodem loco dicendum esse; si causa de
iure diuino, vel gentium ageretur; quia tunc mera
æquitas iurisgentium seruari debet; sed certum est,
quòd de iure diuino, vel gentium testium probatio
admittitur, vt in cap.in omni negocio, extra de testi-
bus,& in cap.cum esses, & in cap. relatum, extra de
testamen.& hoc, vt ipse inquit, voluit Bald. in l. fal-
sus,in 5.colum.& 5.opposi. C. de furt. Hæc limita-
tio diligenter adnotanda est, propterea, quòd ad
omnia ea, quæ supra de litis clausulis in §.tertio, dixi
mus, accommodari poterit; &, quòd plus est, statutis
totius penè Italiæ deseruiet, quibus, ait, in causis sum
mariè de facto & sola facti veritate inspecta proceda
tur, disponi apparet.

1 *Probari potest furtum per testes, non obstante statuto*
talem probationem reyciente.

1 XX. Limitatur prædicta † conclusio vt non pro
cedat cum agitur contra furem: Nam huiusmodi
statuto non obstante furtum per testes probari pote
rit, vt voluit Ioannes de Anania in d.consil.55.nu.2.
Ratio autem est; quia furtum de iure diuino prohi-
bitum est: & ideo vbicunque de illo agitur, mera iu-
risgentium æquitas seruanda est, sed, vt supra in præ-
cedenti limitatione diximus, de iure diuino & gen-
tium per testes admittitur, ergo tale statutũ in hoc
casu locum habere non potest; Hanc limitationem
Ananiæ sequitur idem Hyppol.Marsil.in d. rubr. C.
de probat.nu.52.& Dec. in d.c.2. sub nu.14.versic.
Decimoquintò fallit, extra de probat.

1 *Probari poterit per testes, non obstante statuto dispo-*
nente, vt non possit probari, nisi per instrumenta &
scripturas, in denunciatione euangelica.
2 *Testes duo de æquitate canonica sufficiunt, vbi alio-*
quin quinque, vel septem requiruntur.
3 *Iustitiam denegare non dicitur iudex, qui seruat*
statuta.

XXI. Limitatur prędicta conclusio, vt non pro-
1 cedat in denunciatione euangelica. † Nam tali statu
to non obstante poterit creditor per denunciatio-
nem euangelicam compelli testibus debitum probã
do, ne quis cum aliena iactura lucretur, vt inquit
Anton.a Butrio in c.cum Ioannes, col.5.versi.ad pri
mum, extra de fide instrumen.& refert Dec.in d.c.2.
sub num.14.versic. decimosexto, extra de probatio.
vbi Imol.sub nu.4.vers.extra glo.& Augustin.Bero.
num.75.vbi inquit, ne quis indebitè damnum patia
tur; & ne quis cum aliena iactura ditetur, vt statutũ
& consuetudo corruant; vel aliquo casu superflua
reddantur, potius tolerandum esse.c.dudum, de pri
ui.& c.suggestum, de decim. Aequitas enim canoni-
ca quempiam cum aliena iactura, etiam longo tem-
poris cursu spacioue concurrente ditari non patitur,
cap.fin. de præscriptio. Id autem verum esse opti-
ma inquit ratione patere. Nam in illis casib. in qui-
bus de iure ciuili, vel consuetudine, quinque aut se-
2 ptem testes requiruntur, † de ęquitate canonica duo
regulariter sufficiunt.c.cum esses, vbi videtur casus,
extra de testam. Præterea quando probatio per scri-
pturam tantum fieri debet, ne quis indebitè damnũ
patiatur;

patiatur; quòd probatio per quinq; testes admittatur d.l.testium, diximus latè supra in 2. limitatione ad hanc regulam; ergo & de ęquitate canonica, duo vel tres testes multo magis sufficere debent, & licet Angel.contrarium sentire videatur, in l.1.§.pueritiá, nu.4. ff. de postulan. quem refert & sequitur Dec. in consil.11.col.2.versic. & stante tali statuto, & Ioan. Bapt.Boui.in tract.de statu.vrb.præscrip. gl.27.nu. 5. Dicentes ratione denegatæ iustitię per iudicem secularem ad ecclesiasticum iudicem recursum haberi
3 non posse; ex † quo non dicitur iudex secularis statuta seruans iustitiam denegare. Attamen dictum Angeli huic limitationi non aduersari dicendum est. Nam non inconuenit, quòd ratione denegatæ iustitiæ ad iudicem ecclesiasticum recursus haberi non posit; quia tamen creditor locupletior enim iactura debitoris factus est, habetur d.cap.fin.de præscri. cum similib.

1 *Debitor pecuniam solutam condictione sine causa repetere potest, non obstante statuto, quòd debitum per testes probari non possit.*

1 XXII. Limitatur prædicta conclusio; † ex quo non obstante tali statuto debitor, qui soluit, condictione sine causa pecuniam solutam repetere potest, vt voluit Alber.post Vber.de Bobio in l.in contractibus, col.fin.C.de non numer. pecun. & in l. si quis in conscribendo col.pen.vers.sed esto, nume.13. C. de episc.& cler. vbi se ita Bergomi fecisse attestatur, & in tract.statu. quæst.113. in 1.parte, quem refert & sequitur Dec.in d.c.2. sub num.14. vers.17, extra de probat. Ratio autem est, vt inquit Alb.in d.q.113.in prima parte; quia condictione sine causa agendo; illud consequitur, quod aut creditor ex causa crediti se recepisse fatetur; & debitori confeßio sufficit.l.1.C.de confes. Aut verò negat, & tunc debitori ad probandam numerationem, & cõtenta in suis capitulis duorum testium probatio satis erit. l.vbi numerus, ff. de testib. Ratio autem est; quia hic casus a statuto comprehensus non est, & ideo, vt pecunia, quam sine causa numerauit, sibi reddatur, obtinebit, vt ff. & C. de condictio.sine causa. Hanc declarationem, limitationem, seu cautelam refert Hyppol.Marsil.in d.rub.C. de probat.nu.60. quam etiam tenet Aug. Perusinus in l.Iulianus, nu.4.ff.de cond.indeb.

1 *Probatio per testes admittitur in causis pijs, non obstante statuto, quòd debitum, vel creditum per testes probari non possit.*
2 *Vltima voluntas, in qua sint instituti pauperes Christi, non obstante statuto id reprobante, per testes probari potest.*

1 XXIII. Limitatur prædicta conclusio † in causis pijs. Ratio autem est; quia nec tale statutum in illis locum habere potest, ita limitat idẽ Hyppol.Mar. in d.rub.C.de probatio.nu.48. Exemplum autẽ hac de re huiusmodi affert Hyppol.eodem loco; statuto laicorum cauetur; quod vltima voluntas nisi per instrumentum probari non posit; certè hoc statuto non
2 obstante † vltima voluntas, in qua pauperes Christi instituti sint; per testes probari poterit; propterea quod si vltima voluntas ad pias causas fiat; Laici potestatẽ statuendi non habent; Comprobat huiusmodi limitationem, vt inquit Marsi. Anton. à Butri. qui ita ex facto consuluisse inquit, in c.relatum, il primo, versi. ex hac decretali potest inferri, extra de testam. quem ibi refert & sequitur Ioan.de Imo.num.20.qui dicit, idem voluisse Bar.in l.1.C.de sum.trin. & fide catho. & idem expresè voluit Ioan.de Anania in consi.57. visis & consideratis, & Petr. de Ancharan. in regula ea quæ, in 2.quęst.princ.de regul.iuris, in 6.& Cardi. in cap.perpendimus, in fin. de senten. excommun. & idem Anton.à But.in cap.ecclesia S.Mariæ, col.6.extra de consti.& in c.tua, il primo, de decim. & in c.fi. de reb.eccles.non alien. & in cap.si clericus, de foro compet.& Bal.in l.generaliter, in prin.col. vlt. C. de sacrosan.eccles.

1 *Statuto disponente, vt solutum per publica instrumenta, vel scripturas probetur, si aduersarius confitendo positionibus respondeat, satis probatum erit.*

XXIIII. Limitatur prædicta conclusio in confeßione aduersarij, quæ in responsione petitionibus
1 fit; † tunc enim huiusmodi statuto non obstante debitor positiones facere poterit, quibus creditor respondendo; si confiteatur statuto satisfactum erit; ita inquit idem Hyppol.Mars.in d.rub.C.de probat.nu. 37.& allegat Fel.in rubr. extra de probat. & Bart. in auth.sed iam necesse, C.de donat.antè nupt.& Bal.in l.filium, col.17.C.fam.ercisc.& tradunt Doctores in c.is qui fidem, de sponsa.

1 *Promißio faciendi instrumentũ absolutionis per testes probari potest, non obstante statuto, id per testes probari prohibente.*
2 *Promißio faciendi instrumentum absolutionis aliud est, aliud promißio solutionis.*
3 *Donare aliud est, aliud promißio de donando.*
4 *Ratio quando una tantum considerari potest, pro expressa a statuto habetur.*

1 XXV. Limitatur prædicta conclusio, vt † non procedat, quñ quis promißionem faciendi instrumentũ absolutionis, probare vellet; Id enim, cũ talis probatio a statuto exclusa nõ sit; per testes probare pote
2 rit. † Aliud enim est solutio, aliud promißio faciẽdi instrumentũ absolutionis, vt no.glo.fi.in c. penul.de electio.in 6.& faciunt notata per Franc. de Rampo. in l.fi.C.de condictio.ex lege, & Ioan.de Imo. in l.in
3 ędibus.§.1.ff.de donat. † Quemadmodum aliud est donare, aliud promißio de donãdo, cum alijs latè cõgestis per Tiraq. in tract. de vtroq; retract. titulo 2. in fine tit.nu.47. Hanc autẽ conclusionẽ in terminis dicti statuti tenuit Sal. in l.si quis argentũ, §. fi.versi. item attende, C.de dona. vbi inquit, talem confeßionem, vel promißionẽ ad hoc, ut fiat instrumentum; per testes probari posse; id quod voluit etiã expresè Ioan.de Anan.in consi.64. visa petitione, & Alexan. in l.certi condictio, §.quoniam, numero 6. ff. si cert. petat. vbi refert Salic. in d. l.si quis argentum, & faciunt tradita per Bartol. & Paul.Castr.in l.diuortio, §.fin.

§.fin.ff.folu.matr.& Hyppol.Marfil. in d.rubr. C. de probatio.num.50. His non obftantibus Iafo. in d.l. certi conditio,§.quoniam,num.14. contrarium verius arbitratur tribus fundamentis,Primò arguendo a ratione ftatuti; Nam vna tantum ratio,qua ftatuẽ tes moti fint,afferri poteft; timor fcilicet & fufpicio fubornationis,vt inquit Imol.in c.feries, de teftibus,
4 & c.auditis,de in integr.reft. † meritò hæc ratio pro expreffa in ftatuto haberi debet, vt eft glo. fingularis in l.quãuis,vbi clarius tradit Bal.& Paul.Caftrẽf. C.de fideicommif.& Bald.in l.maximum vitium,vbi multa deducit,col.3.C.de liber.& pofthu.& in l.fin. vbi Imol.col.4.ff.de hæred.inftit.& Paul.Caftren. & Rapha.Cuma.in l.fi verò,§.de viro,ff.folu. matr. Sed hæc ratio fubornationis pariter in vtroque cafu locum habet,ergo talis probatio per teftes admitti nõ debet.Secunda ratio eft; quia fraus ftatuto fieret, ex quo per teftes contra difpofitionem ftatuti probatio induceretur contra ea,quæ habentur in l. nõ dubium,C.de legibus,& l.fraus,& l.quod verò, ff. eod. Tertiò mouebatur, quia effet verbis non reb.legem imponere,contra l.2.in fi.C.commu. de legat. Licet huiufmodi argumenta Iaf.fatis colorata fint,& non modicum vrgere videantur; Attamen præcedentem conclufionem magis communem arbitror,prout ex multis ex prædictis fimilibus limitationibus etiam apparere poteft.

1 *Probatio per teftes crediti admittitur, ftatuto prohibente probari per teftes,non obftante quando creditor fibi de fcriptura prouidere non poteft, aut non commodè,vel vbi non confueuit confici fcriptura.*
2 *Lex,vel ftatutum locum non habent, vbi verba non cõueniunt,vel conuenire non poffunt.*
3 *Probare quis poteft expenfas per teftes, non obftante ftatuto talem probationem reprobante.*
4 *Alimenta quis per teftes probare poteft,non obftante ftatuto infirmante talem probationem.*

1 XXVI. Limitatur,vt non procedat † in cafibus, in quibus fcripturæ fieri non poffunt, vel fieri non cõfueuerunt;ut puta fi creditor de fcriptura fibi pro uidere non poteft; vel faltem non cõmodè, vel in illis cafibus; in quibus fcriptura confici non confueuit, tunc enim tale ftatutum locum fibi nõ vendicat, cum lex nifi in cafibus; in quibus eius verba conueniunt, vel conuenire poffunt;locum habeat. l.4.§.toties,ff.de dam.infect.& l.bos accufare,§.in omnibus, ff.de accufatio.& l.maiores,§.cæterum,de baptif.idẽ
2 etiam ea ratione confirmandum eft, † ne ex difpofitione talis ftatuti probationum copia reftringatur, vel adimatur l.quoniam,in fi.C.de hære.& l.generaliter,in princ.C.de rebus cred. & ita limitando tenet Hyppol.Marfil.in d.rubr.C.de proba.nu.51.auctori tate Caftrenfis,qui,vt inquit,ita confuluit in cõfilio, quod impreffum non reperitur incipiente in Chrifti nomine amen: ftatutum, quod vult, probationem
3 fieri non poffe,vbi Caftrenfis confulendo dixit; † non obftante dicto ftatuto; fi quis alicuius abfentis nego cia gerat; vel pro eo expẽfas fecerit; eas per teftes pro bare poffe; ex quo propter abfentiam illius, cuius negocia gefsit,vel expenfas fecit, de fcriptura vel publi
4 co inftrumento prouidere non potuit; † Præterea et fi quifpiã alimentorum expenfas ab aliquo peteret; non obftante dicto ftatuto, eas per teftes probare poffe;Nam licet præfens fuerit; id tamen commodè facere non potuiffet, ex quo expenfæ alimentorum fingulis diebus fiunt;& fatis abfurdum effet, fi de expenfis cuiuslibet diei inftrumẽtum facere debuiffet; in his igitur cafibus fcriptura remiffa intelligitur. Ar gumento eorum, quę not.in fimili in l.j.C.de fenten. quę fine cert.quanti. & in l. mediteraneorum, C. de anno.& trib.lib.10.optimè hęc comprobant ea quę voluit Bar.in l.quod ad præfens remedium,C.de mu rileg & gineciar.lib.11.

1 *Probari poteft per teftes,quòd creditor inftrumentum cancellatum debiti reftituere promifit, non obftante ftatuto prohibente talem probationem.*

1 XXVII. Limitatur prædicta conclufio † vt non procedat, quando debitor vult probare, ꝙ creditor inftrumentum debiti cancellatum reftituere promifit;nam tali ftatuto non obftante poterit debitor talem promifsionem per teftes probare. ita dixit Albe. poft Vber.de Bobio in l.in contractibus, col.1.in fi. in verfibi, futuram effe redhibitionẽ, C. de non nu. pecu.per illum tex.Ratio autem, vt ipfe ait, eft;quia, vt fæpe diximus in alijs limitationibus,ftatutum hũc cafum non comprehendit.l.pecunijs.C.de folut.& l. fi chirographũ,ff.de prob.& l.mortis caufa capimus, §.Titia,ff.de don.cau.mort.Pręterea eandem opinio nem tenet idem Alb.in l.fi quis in confcribendo, fub nu.13.verf.eft etiam aliud remedium, C. de epifc. & cleric.vbi refert fe ad tradita per eũ in d. l. in coutractibus,& idem tenet ipfe Alb.per eandẽ iura in tract ftat.in 1.parte,q.113. quem refert & fequitur Hyppol.Marf.in d.rub.C.de prob. nu.61. itidem facit et ad hoc illud, quod voluit Bal.in l.enacuatis,in fi. C. de decurio.lib.10.quem refert Iaf.in l.huiufmodi, §. fi ita,nu.10.ff.de leg.1.& in l. Labeo, nu.2. ff. de pac. vbi dictum Bal.non approbat verum illi refponderi poteft,per ea quæ fupra diximus in 2.q.prin.

1 *Probatio per teftes admittitur in curia mercantia, nõ obftante ftatuto talem probationem reprobante.*

1 XXVIII. Limitatur fupradicta conclufio † in curia mercãtiæ;in qua tali ftatuto nõ obftãte proba tiones ꝑ teftes admitti debent, vt voluit Rim.in cõf. 162.nu.10. lib.1.& ratio eft fecundum eũ; quia tali curia fola facti veritate infpecta proceditur, & ideo quodlibet probationis genus admitti debet, l.quintus,& l.fi fideiuffor, §.quædam,ff.manda.& Bal. in l. penult.C.de confti.pecu.quia in tali curia folent effe ftatuta particularia,quæ alibi locum non habent, vt ꝑ Bal.in d.l.pen.C.de non nu.pecu.& eft animaduertendum,quia hæc limitatio, etiam vbi ftatuta reperirentur,ꝙ fola facti veritate infpecta procedatur, locum haberet,vt fupra diximus.

1 *Probari fi poteft ita difponente ftatuto legatũ per duos teftes, an idem de reuocatione legati dicendum fit.*

Teftes

2 Testes tot ad probandum errorem testamenti requirũtur, quot ad ipsum testamentum conficiendum necessarij sunt.

3 Contrariorum eadem disciplina quando non sit.

CAP. VI.

PRincipaliter in hac probationum materia dubi
1 tandum se offert; † an si statutum disponat, quod legatum per duos testes probari possit, idem quoque de legati reuocatione dicendum sit; & hac in re breuiter, & succinctè procedendo locum habere dicendum est, ut nolnit Bald. in l. fin. in ulti. colum. C. de fideicõmiss. Ratio autem est, quia cõtrariorum eadem est disciplina, comprobat Bal. hanc opinionem per glo. notabilem, & ab omnibus pro singulari habitam in l. cum proponeretur. ff. de lega. 2. Quæ uo-
2 luit totidem † testes ad probãdum errorem testamẽti necessarios esse; quot ad ipsum testamentum requiruntur. Hanc eandem conclusionem Bal. tenuerunt Cardi. & Imo. in c. relatũ. il primo, de testam. & Alexan. in rub. ff. de acquir. posse. nu. 3. ubi etiam Ias. nu. 16. & alii post eum, & idem Alex. in l. inter stipulantem. §. sacrã. nu. 4. ff. de uerb. oblig. ubi inquit, contrarium suadere tex. & ea, quæ ibi notat anto. à Butr. in c. fin. de uerbo. signifi. Dum ibi expressè prædicta re
3 gula, † quòd contrariorum eadem sit disciplina, limitatur, in his: quæ sunt stricti iuris, ut puta si de forma mãdati agatur. At huic obiectioni ex eo, quòd in statutis extensio passiua locũ habeat, respondet Alexan. ut declarat Bart. in l. omnes populi. in 6. quæsti. prin. ff. de instit. & iur. & in l. 1. §. lex falcidia. per illũ tex. ad legẽ falcidiam, sed statutum, de quo loquitur Bal. extensionem antiquæ regulæ iuris, de qua in l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. habere uidetur. meritò prædicta obiectio obstare non debet.

1 Probationem iuris communis an alteret statutum inducens nouum modum probandi minorem ætatem.

CAP. VII.

1 SEptimò quæritur, † An si statutum nouum modum probandi minorem ætatem inducat; probationẽ iuris cõmunis tollat. Et quòd eã non tollat, uoluit Pau. Castr. in consi. 53. nu. 2. lib. 2. Hoc enim statutũ ad augendũ, non autem ad minuendum ius cõmune introductum est argumento. l. si eũ. §. item si seruus. in fin. ff. de exercit. & l. alis m. ff. de nouat. & facit illud, quod notatur in l. 1. C. de iudi. & in l. nam & postea. §. fin. ff. de iureiur. Satis comprobat conclusionem nostram iniquitas facti. Nam si statutũ illud iuris cõmunis probationem tolleret, utique iniquũ esset: cũ modos probandi ueritatem à iure naturali inuentos auferret id, quod nullo modo permittendum est. l. quoniam. C. de hæret.

1 Probationem superfluam si statutum exigat, an ualeat.

2 Probationem, quæ alioqui in alio loco plena, esset non sufficere, statuto induci potest.

CAP. VIII.

1 OCtauò quæritur † si statutum superfluam probationem exigat, an ualeat; exempli gratia; probatum est per testes uel instrumenta; Verùm ad hnc disponit statutum, ultra prædictas probationes iurandũ esse; Respondendum est, huiusmodi statutũ ualere; dummodo ex causa rationabili, & peccati nõ nutritiua talem superfluam probationem requirat. Vt noluit Ioã. Andr. in additio. ad Specul. in titulo de instru. edit. §. compendiosè. uers. sed numquid de consuetud. in additio. incipiente in fine uersi. sed cõ uerso casu; Nam sicut consuetudo inualidam probationem conualidare, potest. c. cum dilectus. extra de fide instrum. ita etiam & è conuerso ualidam inualidam reddere; ut inquit Ant. à Butri. in c. 2. ubi etiam Imol. & Abb. nu. 3. & 4. & latè ibidem disputat Feli. nu. 4. nõnulli modis hanc conclusionem limitat, extra de probatio. ubi etiam Cecius nu. 6. qui hanc con clusionem latè prosequitur, & pluribus comprobat & idem uoluit Soci. Seni. in consi. 49. nume. 1. lib. 3.
2 ubi uult † statuto induci posse, ut ea quæ aliquo in loco, alioquin plena probatio esset, non sufficat, & ex consequenti non probet.

1 Statutum reiiciens ius impertinentiarum in fine causæ, an habeat locum, cum de impertinentia notoriè & euidenter apparet.

2 Notoriis discussio, uel examinatio non datur.

3 Statutum quibuscunque uerbis generalibus et uniuersalibus loquatur, positionibus & capitulis omnino impertinentibus non conuenit, nec in illis locum habeat.

4 Positionibus euidenter impertinentibus reus respondere non tenetur.

CAP. IX.

PRosequendo ordinem tex. nostri, nõnullæ quæstiones, ad capitula & positiones pertinentes hoc loco adnectendæ sunt.

1 Nonò igitur † loco de hac quæstione querendum est, statuto cauetur, omnes positiones, & omnia capitula; reseruato iure super pertinentia uel impertinentia disputandi in fine litis; admissa censeri; An hoc statutum locum habeat; tum notoriè uel euidenter de impertinentia apparet, Et hac in re locum nõ habere dicendum est, ut uoluit Fran. Curt. in l. fin. §. quod obseruati. nu. 41. C. de iuramen. calu. Ratio au
2 tem est, ut ipse inquit, † quia in notoris discussio, uel examinatio nõ datur. c. ad nostram. il 3. extra de iure
3 iurando; & est glo. not. in l. 1. C. qui & ad quos, † Statutum igitur, inquit Curt. eo in loco; quibuscunque uerbis generalibus, & uniuersalibus loquatur. Veluti quibuscunq; positionibus seu capitulis; positionibus & capitulis omnino impertinentibus conuenire non potest, sed illis tantummodo, de quibus aliqualiter dubitari possit. Quia ubi nõ cõueniunnt uerba statuti, minus eius mẽtẽ & dispositionem conuenire dicendum est; & in huiusmodi specie obtinuisse Bononiæ, refert Ioan. de Imol. in l. 4. §. prætor. ait. colu. 1. ff.

1.ff.de dam.infe.arg.illius tex.& eorum,quæ ibi per
Barto.not.& si Imol.ibi in hac speciali conclusione
4 non loquatur ;† sed quòd reus positionibus euiden
ter impertinentibus respondere non tenetur,de quo
infra dicendum erit. Verùm prosequendo proposi-
tam quæstionnem;eam comprobari inquit eodē lo-
co Curtius per tex.& ibi notatis per Bar. in 4. uel 5.
oppositio.in l.1.in prin.ff.de nou. oper. nunc. & illā
doctrinam Bar.pro statutis de compromissis facien
dis & cōsiliis dandis recentiores adnotant. Præterea
cōprobat Curt.optimo text.quē ponderat Bal.in l.j.
C.de fide instrum.dū uerba illa generalia,quibuscū
que probationibus,de legitimis intelliguntur.Verū
de his diximus supra hoc eodem.§. quæstio.prima.
5 His tamen non obstantibus † practica totius, orbis,
ut attestatur ibi Curt.inoleuit,& Florentiæ quoque
obseruatur:ut iudices capitula,& positiones admit-
tāt;& partem omnibus positionibus, saluo iure im-
pertinentium,& non admittendorum , respondere
compellāt;interloquātur ue,quòd si nō fuerit respō
dendum,pro responso, seu pro admissis haberi non
intendūt,& eodem modo sub eadem formula & pro
testatione respōdetur.Hanc formulam inquit Ang.
seruare bonos assessores,in l.si quis libertatē.§. quo-
ties.num.3.ff.de petit.hæred. & in l. in speciali. ff. de
rei uendic.& tradit Bald.in l.momentanæ. in fin. C.
qui non haben. legit. person. standi in iudic.& in l.si
sine.in prin ff.de interro.actio. & Domi. à S. Gemi-
nia.in c.2.sub nu.17.uersi. ibi,uel impertinen.de cō
fes.in 6.& Bart.in l.si duo patroni.§. idem Iulianus.
in ulti.col.ff. de iureiur. Hęc autem practica, ut in-
quit Cur.eodem loco.in dubio procedit. At secus es-
set,ubi iudex notoriā impertinentiam uideret.Præ-
6 terea inquit idem Curt.illam clausulam,† saluo iure
impertinentiarum,& non admittēdorum,multum,
tam ex parte iudicis,quā respondentis operari. Nam
parti respondenti nullum fit præiudicium; si deinde
in processu appareat;ꝙ positiones fuerint imperti-
nentes; & ex consequenti, quòd illis respondendum
non erat; Tum etiam probatio super capitulis im-
pertinentibus facta:si sub illa clausula admittatur,
nullius momenti efficitur;& ita uoluerunt Bar.Bal.
Ange.& Geminia.in locis supra relatis.Id quod, ut
inquit Cur.notandum est;quia quotidie hęc omnia
in foro uersantur.Præterea prędictam conclusionē,
quòd stante prædicto statuto iudex positiones eui-
denter impertinentes,admittere nō teneatur,tenuit
consulendo etiam Paris.in consi.97.num.136.lib.1.
ubi allegat Claud.Seisellum in l.ille a quo.§. si de te-
stamento.col.fin.ff.ad trebellia.& asserit ita in pra-
ctica setuari:& in consi.67. nume.41.ubi alios citat.
lib.4.& Barba.in consi.12. col.2. uersi.statutum di-
sponit,ꝙ unus.lib.3.& in consi.36.col.14. circa me-
diū,uers & adduco illud,qđ uoluit ibi Ioā.de Imo.
& Barbatia in c.significante.nu. 10.de rescript.

1 *Positiones negans,si uigore statuti incidat in pœnam*
an negans positiones, si antequam aduersarii testes
superpositionibus negatis examinentur, suam nega-
tionem eas confitendo reuocauerit, in pœnam inci-
dat.
2 *Negatio reuocari potest.*
3 *Confessio impune reuocari potest.*
4 *Testis à periurio excusatur,si incontinenti se colligit.*
5 *Contrariorum eadem est disciplina.*
6 *Negationem suam reuocans,non solùm non punitur,*
sed beneficium statuti consequitur.
7 *Pœnitentia locus est in pœnis statutariis & legalibus*
usque ad sententiam.

CAP. X.

1 DEcimò quęritur,extat † statutum,quòd negās
positiones incidat in pęnam:Accidit quòd ali
quis antequam aduersarii testes super pobtionibus
negatis examinētur ; suam negationem dictas posi-
tiones confitendo reuocauit:An in illam statutariā
pœnam incidisse dicatur.Hac in re breuiter , in pœ-
nam non incidere dicendum est;prout etiam tenuit
pater meus D. Marcus Asinius in causa illi ab Illu-
stre,& Excellente D.Marchione Massæ & Carrariæ
2 commissa: † Mouebatur autem:quia talis reuocatio
fieri potest , authen. contra qui propriam.cum ibi
not.C.de non nume.pecun.& l.eum qui.cum ibi no.
ff.de iureiuran.& quasi in eisdem terminis consuluit
Abb.in consi.17.in quęstione Octonelli.lib.2.& mo
uetur argumento auth.item possessor. C. qui potio.
3 in pigno.habeantur. † Præterea facit, quia confessio
impunè,si nulla captio est aduersaria, reuocari po-
test;ut est species ferrè in indiuiduo in l.de ætate.§.
fin.ff.de interrog.actio. & facit tex.in c.fin. de con-
fes.& tex.iuncta glo.in c.cum in positionibus ,de iu-
reiuran.in 6.& glos.in uerbo iusta, causa, in fin. quæ
uoluit;ut † quemadmodum testis, si incontinenti se
4 corrigit,à periurio excusatur. ca. præterea. extra de
testib.cogen.ita etiā & de ponentibus , & positioni-
bus respōdentibus eadem ratione dicendū est; Rur-
sus etiam si confessio impunè reuocari potest, non
minus & negatio impunè reuocari poterit † ut con-
5 trarium eadem sit disciplina.l.1.ff.de his qui sunt sui
uel alien.iur.& Instit.eod.titu.in prin.& insti. de tu-
te.in prin.& notat glo.in l.secundum naturam.ff.de
regul.iur.& in c.is qui sentit, eod. titu.lib.6. & facit
tex.cum ibi notatis in l.si ut proponis.la seconda.C.
de nupt.& illud,quod dixerunt Bal. Ange.Sali.Alex.
& Ias.in d.l.eum qui ff.de iureiur. Scilicet, ꝙ qui se-
mel negauit, si suam negationem † reuocet; & con-
6 fiteatur;non solum propter negationem non puniri
sed,quod plus est statuti beneficiū cōsequi,quicquid
ibi Bart.in contrarium dixerit,qui in hoc magis cō
muniter reprobatur;Potest prædictis addi illud,qđ
dixit Abb.in d.consi.17.uidelicet,ꝙ in pęnis legali-
bus,& statutariis usque ad sententiam, etiam contra
proprias uerborū significationes pœnitentiæ locus
est l.qui cum maior.§.accusasse & l.in seruitutē.§.pe
tijsse.ff.de bon.lib.& no. Bart.in l.in criminali. C.de
iurisd.om.iud.& Dinus in l.amplius.ff.rem ratā ha-
beri. Debet igitur dictū statutū intelligi;quādo ne
gans in negatione perseuerat;Ne iustæ pœnitudinis
humanitas amputetur;ut inquit tex.in l.si quis libel-
los.in fi.C.de appellat.& in c.si quis.2.quest.6.Præte
rea hanc eandē conclusionē firmat idem Castrensis
in consi.157.ad primum quęsitum.col.2.nu.3. uers.
sed posito quòd primò.uol.2.ubi ex eo ultra prædi-
cta

cta mouetur, quòd ex quo, antequàm actor in onere probandi grauatus esset: ab huiusmodi probationis onere tali confessione releuatur, meritò suadet æquitas, ut reus à pœna negationis liberetur; in quam erat incursurus, actore deinde contrariũ probante per ea, quæ habentur in text.& notantur per Doct. in l. eum qui. ff. de iureiura. in princi. & si idem Paul. Castren. in l. 1. §. si quis simpliciter. num. 3. ff. de uerbo. obliga. contrarium firmare per ea uideatur, quæ uoluit Bart. in d. l. eum qui; sed iudicio meo non discrepat ab iis quæ uoluit in d. consi. 157. Præterea in d. §. si quis simpliciter. præsupponere uidetur; ut in præiudicium actoris talis confessio conuertatur: ut quia uelit contrarium probare, & eum à beneficio confessionis excludere; Potest enim intelligi, quòd actor iam suam probationem saltem præparasset; unde ex confessione, seu reuocatione negationis rei commodum ullum consequuturus non sit, & ideo nolit reum talem reuocationem facere, ut commodum statuti consequatur. Illam tamen obiectionem licet fecerit Castrensis, in d. §. si quis simpliciter. nihil tamen ipse decidit. Vnde quicquid ipse dicat, æquior uidetur præcedẽs conclusio. Nam sæpe accidere potest; ut non dolo positiones negentur, sed uel ignorantia negãtis, uel alicuius rei particularis, quę non debent nocere, si incontinenti, uel paulò post ueritas superueniat; Videntur namque statuentes ad dolum & fraudem remouendam talia statuta fecisse; quæ cum cessent, & pœna etiam cessare debet; & faciunt, quæ uoluit Alex. in consi. 71. num. 6. cum sequen. uol. 3.

1 *Articuli ad examinandum principalem, ut confiteatur, an fieri possint, stante statuto, quod post lapsum terminum omnes probationes exclusæ ceaseantur.*

2 *Confessio non est probatio.*

3 *Probari per confessionem aduersarij potest post lapsas omnes dilationes.*

4 *Confessiones etiam post sententiam fieri possunt.*

CAP. XI.

1 VNdecimò quęritur, stante statuto † quòd post lapsum terminum omnes probationes exclusæ censeantur, an ob id facultas articulos faciendi ad examinandum principalem, ut confiteatur, sublata esse intelligatur. Et breuiter sublatam non esse dicendum est: ut uoluit Bald. in auth. sed nouo iure. circa finem, numer. 12. & 13. C. si cert. petat. & Ludoui. Roma. in l. admonendi. numero 92. uersic. quò ad secundum. ff. de iureiuran. & Felin. in Rubr. extra de probatio. sub nume. 16. uersi. ex quo potest inferri. Mouetur autem; quia in hoc casu probare non dicitur; sed ab onere probandi releuari; Nam confessio probatio non est, Præterea hanc conclusionem sequitur Hyppoli. Marsi. in Rubr. C. de probatio. nume. 75. in fin. & consuluit Ioan. Grama. in consil. 4. nu. 21. in ciuilibus, Satis potest confirmari hæc conclusio ex iis, quæ supra diximus in 4. limitatione quartæ quæstionis, dum diximus, quòd statutũ prohibens probari per testes, confessionem aduersarii nõ includit, Præterea faciunt ea; quę dixit idẽ Hyppo. in singul. 110. communis; dum communem
2 inquit esse doctorum opinionem, † quòd confessio non fit probatio, sed probationis relatio per ea, quæ ipse ibi latius deducit: & ideo quatenus pertinet ad
3 rem nostram, subdit, † post lapsas omnes dilationes, partem per confessionem aduersarii pro bare posse ut uoluit singulariter Inno. in ca. ultra tertiam. in ulti. uerbis extra de testib. quem ibi sequitur Bald. pariter in ultimis uerbis; inquiens in quacunque parte
4 iudicij. † Immo etiam post sententiam confessiones fieri posse, authoritate glo. primæ. in l. Iulianus ff. de condictio. indeb. & in d. ca. ultra tertiam. refert Cardina. in facto consuluisse, publicatis attestationibus positiones super articulis, super quibus testes ad probandum produci non possent; fieri posse c. 1. de confess. in 6. & per ea, quæ dicit ibi Inno. & has doctrinas extollit, & ualdè commendat Felin. in d. c. ultra tertiam. in fin.

1 *Statutum dicens, quòd super positionibus interrogetur, & si eas negauerit, & deinde contrarium probetur, condemnetur in expensis, an in positione impertinenti locum habeat.*

CAP. XII.

1 DVodecimò quæritur † si statuto dicatur, quòd reus; uel quiuis alius super positionibus interrogetur; & si eas negauerit, & deinde contrarium probetur, in expensis condemnetur. An hoc statutum in positione impertinenti locum habeat. Petrus de Ancharano in consil. 145. Domini nostri. in princ. locum non habere huiusmodi exemplo arbitratur; Quidam in quodam testamento; quod ipso iure nullum erat, hæres institutus fuit. Attamen non ideò minus de iure prætorio bonorum possessio secundùm tabulas dari poterat; Hic dicendo ex prędicto testamento hęred itatem sibi delatam, petitionem fecit: & eam, in qua ex prędicto testamento hæres institutus erat, adiisse; Reus autem positioni respondens, eam negauit. Verùm inquit ibi Ancharanus, non obstante prædicta negatione, reum pœna statuti puniendum non esse; & ratio est; quia illa petitio impertinens fuit; quandoquidem; cum testamẽtum ipso iure esset nullum, hæreditas non fuit delata; licet ex ęquitate prætoria confirmari posset. l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. quo casu, etiam hodie bonorum possessio secũdùm tabulas coram iudice intentata necessaria esset. l. fin. C. qui admit. & ideò aditio non sufficeret, quò fit: ut perindè, ac si non respondisset, esse debeat; & ex consequenti pœna peti non potest.

1 *Statutum, quòd ille, qui super positionib. interogatus negauit, si deinde contrarium probetur, in pœnam, puta centum aureorum incidat. An locum habeat, si talis negans absoluatur à petitione in causa principali.*

2 *Officium iudicis perempta principali causa expirat.*

3 *Officium iudicis ualdè in his uersatur, quæ post litem contestatam emergunt.*

4 *Lis ex materia alterius litis oriri non debet.*

Incidat

5 *Incidat uerbum per sententiam intelligitur, non ipso iur e.*

6 *Dolo uersari non dicitur, qui fraudem quamlibet excludit.*

CAP. XIII.

1 DEcimotertiò quæritur, † extat statutum, quòd
ille, qui super positionibus interrogatus nega
uerit: si deinde contrarium probetur, in pœnam, ut
puta centum incidat; an tale statutum, si talis negans
absoluatur a petitione in causa principali, locum ha
beat. Et Petrus de Anchara. in consilio 145. num e.
2. ut locum non haberet, firmauit; Mouetur autem
Ancharanus: quia cum talis negans definitiuè à pe-
titione actoris absolutus fuerit, & sic à causa princi-
pali: nam certum est; quòd si ex aliquo facta, & arti-
culo incidēte in causa quis pœnam & præsertim per
2 sententiam pati debet † Iudicis officium perempta
principali causa expirat, & ita inquit Anchara. not.
3 Ioan. Andre. post Inno. in c. fi. de iuram. calum. † Di
citur enim ibi. ea, quæ in iudicio post litem contesta-
tam emergunt; ad officium iudicis ualdè pertinent.
l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædilic. edict. Hoc au
tem officium causa principali per sententiam fi-
4 nita expirat. l. 4. C. deposit. † Facit etiam, quòd alia
lis ex materia primæ litis oriri non debet l. termina-
to. C. de fruct. & liti. expens. Cum igitur in casu no-
stro talis condemnatio in centum propter positio-
nem negatam ex sententia oriatur: cum statutum
5 per uerbum incidat, loquatur: quòd in dubio † per
sententiam, non ipso iure intelligi debet. ca. 2. de hæ
ret. in 6. & l. in criminali. C. de iurisdi. omni iudi. cau
sa finita super hoc iudicis officium implorare non
potest. Subdit præterea Anchara. sententię exitus
actorem iniustam litem mouisse declarat; & ideò in
ea lite contra eum iniustè mota negans per alias re-
sponsiones & defensiones etiam cauillosa se defen-
dere potuit; & sic aduersarium in sua improba peti-
6 tione excludere † nec in dolo uersari dicitur; qui
fraudem qualitercunque excludit. ca. dominus no-
ster 23. quæst. 2. & not. in c. cupiens. de electio. in 6.
in princ. in glos. in uerbo malignantium. & in l. cum
pater. §. Titio. ff. de lega. 2. & in l. si pup. aliàs incipie
Iulianus. in princ. ff. de acquir. hæred. Est tamen ani-
maduertendum, quia hęc conclusio Ancharani, quā
do officium iudicis competit pro ills pœna, proce-
dere uidetur; At si talia essent uerba, quòd condi-
ctio competeret ex eo statuto; prædictæ rationes &
argumenta procedere non uidentur.

1 *Positioni uera significatu falsa uoce, an responderi debeat, stante statuto, quòd positioni negatiuè respōderi non debeat.*

2 *Statuta uerbis circumuenienda non sunt.*

3 *Positiones de corpore tantum libelli ab aduocato fieri possunt.*

4 *Procurator, uel aduocatus, statim quòd assumptus, est ad omnia, quæ natura petitionis requirit, mandatū habet.*

CAP. XIIII.

1 DEcimoquartò quæritur, statutum dicit † quòd
positioni negatiuè responderi non debeat; Ac
cidit, quòd Aduocatus, uel procurator positionem
significatu negatiuam uoce tamen affirmatiuam
fecit; quærit quid iuris. An scilicet debeat huic po
sitioni responderi. & Bald. in cap. ultra tertiam. sub
numer. 2. uersic. dicit statutum, quòd positioni, extra
de testib. inquit, hoc uerborum ἀμφιβολία & cautela
2 statutum circumueniendum non esse, per glo. quam
3 reputat singularem in clemen. ult. de rescript. † sub-
dens aduocatum de corpore tantùm libelli ponere
posse; quia ad eum pertinent uulgares formulæ. l.
4 si defensor. ff. de interrog. actio. † quia eo ipso, quòd
aduocatus adsumpus est; ad omnia, quæ natura peti
tionis requirit, mandatum habere uidetur. C. de er-
rore calculi, per totum, & l. 1. in princ. ff. eod.

1 *Confessus si uigore statuti intelligatur, qui non respondet positionibus, an appellans audiatur, stante dispositione iuris communis; quòd confessus & cōuictus appelans non audiatur.*

2 *Confessus & conuictus appellans non auditur.*

3 *Dispositiua in casu uero ad fictum non trahuntur, & quomodo procedat.*

4 *Fictio ex mēte disponētis id, quod ueritas operari debet.*

5 *Defensionem ex causa statutum tollere potest.*

6 *Appellans, mora ut subsistat, facere non potest.*

CAP. XV.

1 DEcimoquintò quæritur, stante statuto † ut nō
respondens positionibus habeatur pro con-
fesso; an ille, qui positionibus non respondit; appel-
lans audiatur, stante dispositione iuris communis;
2 † quod confessus & conuictus appellans non audia-
tur, ut habetur in l. 2. C. quor. appell. non recipia. &
c. Romana. §. sin autem post sententiam, de apella. in
6. Hac in re Imol. in l. si insulam. colum. 9. uersi. quid
autem si statuto caueatur. ff. de uerb. obliga. primò
inquit uideri audiendum non esse, per ea quæ notan
tur in d. l. 2. C. quor. appell. non recipiun. & ita uide-
tur intelligere Angel. si benè ponderentur eius uer-
ba. ibi per Imol. ut ipse ait, discussa. At his non ob-
3 stantibus contrarium suaderi subdit Imol. ex † regu
la, qua dicitur, disposita in casu uero ad fictum non
trahi. l. 3. §. hæc uerba. ff. de negoc. gest. & ca. susce-
ptum. de rescript. in 6. Rursus subdit Imol. redeundo
ad primam opinionem, eam fortasse ueriorem esse
4 † propterea quód ex mente di ponentis fictio id
quod ueritas operari debet; ut not. glos. in §. si ue-
rò constāte. in uerbo mulieris, in Auth. de sanct. Epi
scop. & facit illud, quod habetur in l. postliminij &
l. ratio, & quasi per totum titulum. ff. de capt. & post
limi. reuers. & uidetur etiam ex intentione Barto. in
simili in l. si maritus sit in magistratu. §. legis Iulie
de adult. Nec secundùm eum, quòd statutum ad
casum fictum trahi nō debeat; obstare uidetur; Quo
niam illud, quando simpliciter, non fingendo dispo
nit;

nit;verum est;exemplum affert ex dicto.§. hæc uer-
ba.& ex d.c.susceptum, At secus cũ expresse fingen-
do disponit;Quia tunc eius mentis esse videtur, ca-
sũ fictũ ad verũ trahendi: vt colligitur ex not.in l.1.
§.lex falcidia ff.ad l.falci.Rursus inquit non obstare
5 †si statutum defensionem tollere non posse obiicia-
tur;quia id verum est;nisi legitima causa accedat p
ea quæ notantur in l.fin.C.si contr.ius vel vtilit. pu-
bli.& not.in c.quę in ecclesiarũ,de constit.& in cap.
olim causam.ad fin.de restit.spoliat.& quod habe-
tur in l.sed si per prætorem.§.si dum de cer.Ex quib.
cau.maior.At iusta causa videtur ipsa contumacia
per ea,quæ habentur in d.§.sed si, & per Inno. in d.
cap.olim.Ex prædictis igitur sequitur Imol. primã
opinionem,videlicet quòd non audiatur, cui adhe-
ret etiam Ioan.de Anan.in c.si autem.colum. fina.
versi.ecce quòd iure communi, de simon. Sed con-
trarium tenuerunt Iacob.de Aren.Guid.de Suza.&
Cyn.in l.2.de milit.vasal.qui contu.est per tex. in l.
mancipiorum.& in l.electio.ff.de noxali. Id autem
tunc verum esse existimant:nisi iudex eum pro con-
fesso haberi pronunciasset; Tunc enim cum execu-
tio facta sit,vt notat Bar.in d.§.quòd si actor;& Ab
ba.in ca. fin. extra de iuramen.calum.appellans au-
6 diendus nõ est†& ut mora subsistat facere non põt;
vt in terminis voluit Salice.in l.si pacto. C. de pact.
& refert & sequitur Alex.in d.l.si insulam.num.36.
ff.de verbo.obliga.& Curt.in tracta. positio. in 6.
priuilegio,quem refert Ripa in d.l.si insulam. num.
89.ff.de uerbo.obliga.& Iacob.de Nig. in eadem.
l.si insulam.num.285.vbi id verum, dummodo res
sit integra,& ius aduersarii deterius factum non sit
arbitratur. Quoniam hac in re ita variè loquuntur
Doct.Breuiter dicendum pro eorum conciliatione
videtur;vt in terminis statuti de quo supra,& in quę
stione proposita,optimè loquantur illi,qui dicunt,
appellantem audiendum non esse; quia tunc, ex
quo non respondendo positionibus pro confesso
habetur; satis super ea pronunciatum videtur,un-
dè res integra non est; Aliorum uerò conclusio
in aliis terminis; ubi res est integra, procedere
poterit.

1 *Pœnam an euitent, qui positiones criminales, & dif-
famatorias porrexerunt, si deinde eos pœniteat, &
eas retractent.*
2 *Pęna maleficij consumati per pęnitentiam non tol-
litur.*
3 *Statuto si caueatur, quod si aliquis iurisdictionem iu-
dicis declinare reperiatur impunè offendi possit, &
inueniatur, qui opposuit exceptionem declinatoriã
impunè offendi non poterit.*

CAP. XVI.

1 DEcimosextò quæritur, si statutum † crimina-
les positiones uel diffamatorias porrigẽtibus
pœnam imponat;an si deinde eos pœniteat, qui ta-
les positiones porrexerunt, & ideo eas retractent,
pœnam euitasse dicantur.Et breuiter quòd non eui
tent,dicendum est;nisi aliud statutum hoc expresse
dicat;ut notabiliter uoluerunt Bart.Angel. Fulgo.
Alex.& Paul.de Castr.in d.l.quamuis.num.3. ff. de
in ius uocan.Mouentur autem: quia delictum ex so
la porrectione perfectum fuit;ex quo statutũ aliud
non requirit.l.qui ea mente.ff.de fort.ubi regula est
2 generalis†quòd pœna maleficii consumati per pœ-
nitentiam non tollitur;& Alex.in d. l. quamuis. in-
quit facere illud, quod notat Barto.in l. si insulam.
in 6.quæst.ff.de uerbo.obliga.& in l. qui ea mente.
col.2.& 3.ubi rationem huius legis ponit;& hoc pu
tat uerissimũ Alex.ubi supra, licet Bal. ibi aliter sen
tiat per illam legem.Nec prædictis obstare dict, sub
dit Alex.illud,quod notat Barto.in l.eum. ff. de iu-
re patro.& Bal.in in l.siquis in suo.C.de inoffic. te-
3 stam.†Vbi inquiunt si statuto cauetur quòd si quis-
piam iudicis iurisdictionem declinare inueniatur;
impunè offendi possit; & inueniatur aliquis exce-
ptionem declinatoriam opposuisse;impunè offendi
non poterit; quia nondum fuit supèr declinatoria
pronunciatum:Propterea quòd subdit Alex.eorum
decisionem in pœna,quæ non erat commissa,nisi la
ta sentẽtia, intelligendam esse.l.qui cum natu ma-
ior §.accusasse,& l.in seruitutem.§.petiisse.ff.de bõ.
libert.Sed Barto.& alii in d.l.quamuis.in pœna cõ-
missa loquuntur.Præterea hoc idem fuit ex mente
Barto.in d. l. qui ea mente.colum.3. dum opponit
de.l.Papinianus.§.meminisse.& Bald.in l. 3. §. 1. ff.
quod quisque iur.Casus enim illius legis est specia-
lis,& rationem specialitatis ponit Barto. in d. l. qui
ea mente.Hanc conclusionem Alexan.sequitur So-
cin.in d.l.quamuis.num.2.& 3.& Riminal.num. 2.
sequen.& Ias.ibidem in princ.ubi plura pro confir-
matione adducit.

1 *Confessus intelligi non debet, si ex causa modificatè
respondet;si statutum dicat positionibus responden-
dum esse simpliciter, alioquin pro confesso habea-
tur.*

CAP. XVII.

1 DEcimoseptimò quæritur, †si statutum man-
det positionibus simpliciter responderi, alio
quin pro confesso habeatur; An id: cum responsio
ex causa modificatur locum habeat;& quòd nõ ha-
beat dicendum est:ut uoluit Bal. in l. iusiurandum.
§.ait prætor.uersi.non semper per illum tex.ff. de iu
reiuran.& post eum Alex.ibidem nume. 3. & idem
notat idem Bald.in l. 1. in princ.num.2. C. de ædili.
actio.ubi subdit, quando iudex uideret, quòd reus
simpliciter respondens,ex calumnia producẽtis cir-
cumueniri posset;ut cum modificatione respõdea-
tur,permittere posse.

1 *Confessus an habeatur, stante prædicto statuto, quòd
positionibus simpliciter responderi debeat, si respon
deat quis nego me habuisse centum, & si apparebit
me habuisse, dico in tuis negociis expendisse.*
2 *Responsio simplex est illa, quæ est sine aliqua plica, et
confertur in unum casum tantum.*
3 *Reus negans occidisse, & si occidit ad suam defensio-
nem occidisse inquiens, non admittitur.*

Respon-

4 *Responsionem ambiguam an iudex in actis scribi permittere debeat.*

CAP. XVIII.

DEcimooctauò quæritur stãte prædicto statuto: †si aliquis respõdẽdo dicat; Nego me habuisse centũ, quæ petis; & si apparebit me habuisse; dico me in tuis negociis expẽdisse; an statuto satisfactũ esse dicatur. Bar. in l. 1. in princ. per illũ tex. nu. 4. ff. de vulg. & pupilla. statuto satisfactũ nõ esse existimauit; Immo talẽ ita respondentẽ ꝓ confesso haberi: & pariter idẽ dicitur, si positionibus sub conditione respondeatur; vt puta si dicat respondens, si nauis ex Asia venerit, ꝓmisisse; Hæc. n. simplex respõsio non dicitur. ut inquit Speculator in titu. de po. §. fi. uers. pen. & ita not. Alex. iu d. §. siquis simpliciter

2 nu. 4. Nã ut inquit Bart. †illa est simplex respõsio, quæ est sine aliqua plica: & confertur in unũ casum tãtũ. & iõ si in duos casus conferatur; nõ simplex, sed duplex responsio dicetur: ut in d. tex. & in l. coiri. ff. pro socio. & l. cã quã. C. de fideicõmis. & l. inter stipulantẽ. in princ. ibi. simplex. ff. de uerb. obl. & l. 1 §. siquis simpliciter. eo. tit. Id qđ uoluit ẽt ibidẽ Alex. nu. 2. inquiens optimè facere id, qđ notat gl. in clemen. de sæpe. in uerbo simpliciter. de uerbo. signi. & idẽ rursus tenuit idẽ Bar. in d. l. 1. §. siquis simpliciter, ubi ẽt Ang. per illũ tex. ff. de uerb. obl. & faciunt not. p Bart. in l. fin. per illũ tex. in uerbo simpliciter. C. de dot. promissio. & allegatur tex. in c. 1. qui non uidetur ꝓbare, & ibi not. Archidia. extra de fer. & idem Bal. in l. in testato. C. de suis & legit. & in l. iube

3 mus. C. de appella. ubi inquit †reũ negantẽ occidisse, & si occidit ad suã defensionẽ occidisse dicentem non admitti; quia tunc nõ dicitur simpliciter respõdere. Præterea idem dicit Ange. in d. §. siquis simpliciter. & Bal. in l. siquidem. C. de except. & iu l. 1. col. 11. C. de confessi. quamquam ego Bal. id dicentem nõ reperiam, & quicquid ibi Rapha. Cuma. & Paul. Castren. in d. §. siquis simpliciter. contra Bart. deducant, inquit Alex. iu d. l. 1. ab opinione Bart. quæ est communis & uera, recedendum uon esse; quam idẽ met Alex. secutus etiam est post alios relatos per eũ in d. l. 1. §. siquis simpliciter. num. 2. & 3. ff. de uerbo. obligat. ubi Alcia. nu. 24. & sequen. pluribus comprobans; qui etiam inquit hanc esse communẽ opinionem, & idem tenet Paul. Castren. in l. 1. nu. 2. ff. de vulga. & pupilla. & Philip. Franc. in c. 1. col. 3. nu. 12. de confes. in 6. & Guiliel. Ponta. in d. §. siquis simpliciter. nu. 6. ubi alios cumulat; & Bal. in d. l. 1. nu. 1. ff. de vulga. & pupilla. & Sociu. in d. §. siquis simpliciter. in princ. & in d. l. 1. num. 6. & 7. ubi ait communem esse opinionem. ff. de vulga. & pupilla. ubi etiam Aret. sub num. 4. uers. ex his infert Bart. & in d. §. siquis simpliciter. col. 1. ubi & ipse dicit communem opinionem & adducit ultra alios Bal. in l. fi. C. de sponsa. iu l. nequicquam. §. de plano. ff. de offic. ꝓconsu. & legat. & Ripa. in d. l. 1. nu. 23. ff. de vulga. & pupil. ubi etiam Imol. in princ. & in d. §. siquis simpliciter, & Iaf. ibidem nume. 8. & 9. ubi hanc opinionem comprobat quatuor mediis: & in d. l. 1. nu. 8. & 9. ff. de uulg. & pup. & Galiau. in d. §. siquis simpliciter. sub nume. 18. cum concordantibus.

Ampliator huiusmodi conclusio, ut stãte hoc statuto, si conditionaliter, uel qualificatè respondeatur,

4 talis actus ita sit nullus; †ut Iudex talẽ respõsionem in actis scribi permittere non debeat, ut uoluit Bal. in c. dudum. il secondo, col. antepenult. uu. 35. de electio. & facit gl. in l. 1. in uerbo libellis, de offic. asses. Sed Alcia. in d. §. siquis simpliciter. nume. 38. hoc dictum non probat; ex quo ut ponatur propter alleuiandam pœnam interest rei per e a, quæ uoluit Abb. in c. auditis. de rescript.

1 *Responsio simplex appellatur, quando quis secundũ uerba respondet, licet uerba illa duplicem intellectum habeant.*

Hæc conclusio limitatur aliqnibus modis, seu nõ

1 procedere declaratur. †Et primò, quãdo aliquis secundùm uerba responderet; Licet uerba illa duplicem intellectum haberent. Planè tunc simplex responsio appellatur: & ideo statuto satisfactũ erit, ut uoluit Bar. iu d. l. 1. sub nu. 4. uers. tamen aduerte. ff. de uulga. & pupil. & cęteri post eũ, ut Alex. & Socin.

1 *Responsio duplex uel incerta admittitur, cum petitio est incerta, uel duplex.*

II. Limitatur prædicta conclusiõ secundũ Bal.

1 quem refert, & sequitur Alex. in d. l. 1. †quãdo petitio duplex, uel incerta esset; quandoquidem tunc responsio duplex, ut incerta, uel alternatiua admittitur; cum talis responsio, qualis præcedens interrogatio esse debeat. l. ut responsũ. C. de trãsactio. & ideo cauteła est, ut simplex fiat petitio, ut inquit secundũ eũ gl. in l. 2. §. qđ obseruari. C. de iuram. calum. & in c. fi. de confes. in 6. Hanc limitationẽ sequitur idem Alex. in d. l. 1. §. siquis simpliciter. nu. 6. ff. de uerbo. obli. ubi ẽt Alc. in rep. nu. 35. in fi. & Franc. Curt. in d. l. ut responsũ. nu. 2. C. de trãsactio. & Guiliel. Ponta. in d. §. siquis simpliciter. sub nu. 6. uers. secundò limitatur nisi. & Bal. in d. l. 1. in princ. ff. de uulga. & pup. subst. ubi etiam Soci. in d. l. 1. nu. 8.

1 *Responsio simplex dicitur, etiam si fiat sub conditione, quæ ex natura rei insit.*

2 *Expresio eorum, quæ tacitè ex natura actus insunt, nihil operatur.*

1 IIII. Limitatur, †nisi sub conditione; quæ ex natura rei insit, respondeatur; nt est tex. & ibi Bald. in l. Gallus. §. quidam rectè. in primo exemplo. ff. de liber. & posthum. ubi quosdam concordantes adducit Alexan. ut ipse inquit in d. l. 1. ubi hanc limitationem refert & sequitur; & dicit inspiciendum esse tex. & Angel. hoc dicentem in l. qui liberis. in princ. ff. de uulga. & pupil. Subdit præterea Alexan. hanc tertiã limitationem ab illa Bar. quã supra primo loco retulimus; dum diximus, responsionem esse simplicem; quando uerba simplicia tacitè casũ duplicem continent, per illum tex. in d. l. 1. iuucta. Liã hoc iure. de uulga. & pupil. in eo differre; quòd Bar. loquitur,

loquitur, quando in figura verborum responsio fuisset simplex; Hæc autē intelligitur quando & in sententia, & in figura verborum responsio, cum duplicitate, ex natura tamē proueniente facta esset. Rursus hanc limitationem sequitur idem Alexā. in d. l. 1. §. siquis simpliciter. nu. 5. ff. de verb. oblig. & Hyppo. in Rub. num. 17. C. de probatio. & Ias. in d. §. quidam rectè. nume. 8. vbi id ea regula confirmat, qua
2 dicitur, † quòd expresſio eorum, quæ tacitè ex natura actus insunt, nihil operatur. l. non rectè. C. de fideiuss. & l. 3. cum similibus de lega. 1. & si ipse Iaso. post Aret. hanc conclusionem contra Bal. per text. in d. §. quidam rectè. non probari affirmet. Præterea hanc limitationem sequitur Alciat. in d. §. siquis sim 1
pliciter. num. 34. & ibidem Guiliel. Ponta. sub num. 6. versi. limitatio tamen hæc Barto. est communis, & Soc. in d. l. 1. num. 8. ff. de vulg. & pupilla. & ibidē Ripa num. 29.

1 Responsio duplex admittitur, ubi ita iudici ex causa uidetur.
2 Responsio duplex & dubia admittitur, quando petitio esset captiosa.
3 Positionibus respondens, absente aduocato, & non instructus, respondere debet, nisi sit rusticus & idiota.
4 Rusticus & idiota positionibus præsente aduocato, & instructi respondere possunt.
5 Causa legitima & sufficiens, qua iudex responsionem duplicem admittat.

1 IIII. Limitatur † secundùm Bal. in l. 1. in princ. numero. 2. C. de ædilit. actio. & refert & sequitur Alex. in d. l. 1. nisi ex causa iudici responsio duplex admittenda esse videretur, per tex. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. non sēper. vbi Bald. Roma. & Ias. ff. de iureiuran. & Soci. & alii in d. l. 1. de vulga. & pupilla. & Alcia. in d. §. siquis simpliciter. nu. 20. versi. & facit: quia iudex, & nu. 36. versi. 3. limita, ubi hoc declarat, & Guiliel. Pōta. in d. §. siquis simpliciter. sub nu. 6. versi. tertiò limitatur, & idem Alex. ibi, & in d. l. 1. §. siquis simpliciter. num. 10. in fin. ff. de uerbo. obliga. & Ripa in l. 1. num. 27. ff. de uulga. & pupil. Hæc autem limitatio ad duo optimè facere uide-
2 tur. † Primum est, quādo petitio captiosa esset, adeo ut simpliciter respondendo in laqueū incideret. Se-
3 cundū uerò: quia licet dici soleat, † quòd positionibus rēsponsurus absente aduocato, & nō instructus respondere teneatur, ut notat Bar. in l. si postulauerit.
4 §. quæstioni. ff. de adult. Id tamen fallit † nisi responsurus esset idiota; utputa rusticus; Nam talis instrui & præsente aduocato positionibus respondere pōt, ut uoluit Hostiens. in c. dilecti. de iudic. & Bal. in l. 2. in prin. C. de iuramen. calum. Redeundo igitur ad
5 rem nostram, si respondens sit † rusticus uel idiota; satis sufficiens & legitima causa erit, propter quam iudex responsionem duplicem admittere possit, & ita inquit Alex. in d. l. 1.

1 Terminus statutus non currit stante statuto, quòd qualibet pars cum iuramento calumnia positionibus respondere teneatur, si pars illis respondere differat.
2 Terminus statutus à iudice ad probandas aliquas exceptiones non currit, dum, an illa exceptiones admittendæ sint, disputatur.
3 Tempus non currit, donec ille, qui scripturam ædere tenetur, ædat uel producat.

CAP. XIX.

1 Vigesimonouò quæritur, statuto † disponitur, ꝙ quælibet pars cū iuramento calūniæ positionibus respondere teneatur; accidit, ꝙ factæ sunt positiones; & pars illis differt respondere; an terminus statutus currat, necne. Et ꝙ huiusmodi terminus non currat, tenet Bal. nu. 4. & post eum Francis. Curt. in l. 1. nu. 5. C. de iuramen. cal. ubi num. 6. in si-
2 mili dicit, † iudice terminum addandas aliquas exceptiones statuente; dū an illæ exceptiones admittēdæ sint, disputatur; terminū ad probandū cōcessum non currere ad qđ quotidie allegatur Bald. in d. l. 1. & uoluit gl. singularis in cle. sæpe. in uerbo post dationē de uerbo. signifi. & tradit Spec. in titulo de dilatio. §. 1. uersi. licet nūquid currit; & idē Bald. in l. si cū ipse. uersi. 20 not. ff. de excusatio. tut. & Doct. in l. cōtra maiores. C. de inoffi. testam. & Ang. in l. Paulus. §. hæres. ff. de usur. & sequitur Salic. & recentiores in d. l. 1. & Cynus Bal. & Salic. in l. si. C. de adulte. & Bal. in l. fin. col. 4. uersi. iuxta prædicta q̄ro, sub nu. 11. ff. de seruis, & sequitur Pau. Cast. ibi, & Bald. Imol. & Roma. in d. l. quādiu. la tera a. ff. de acq. hæred. ubi inquiunt, si iudex actori terminū ad probādū assignauerit, & ꝓductis capitulis, an ipse admittenda essent, disputaretur; pendente huiusmodi disputatione numquā tēpus ꝓbationis currere. Id qđ optimè ex iis cōprobari uidetur, quæ uoluit Bal. in
3 l. 1. §. fi. ff. de ædend. dū inquit † si quispiā instrumenta ædere: uel aliquā scripturā semel in iudicio ꝓductā rursus producere teneatur; non teneri partē aduersam prosequi; nec illi aliquod tēpus antè quàm ædatur, uel producatur currere.

1 Responsum ne sit simpliciter, uel intellectualiter positioni, si stante statuto, quòd positionibus uerbis expressis respondeatur, & in positione id, per quod aliquid sequitur, expressè ponatur.

CAP XX.

1 Vigesimò quæritur, si statutum uelit, † ꝙ positionibus uerbis expressis respondeatur; & in positione id, per quod aliquid sequitur; expressè ponatur. An si illi consequutiuè respondeatur simpliciter, uel intellectualiter responsum uideatur, & ꝙ intellectualiter responsum sit, tenuit Barba. post Anton. à Butrio ibi secundùm cum in ca. translato. nu. 9. extra de constit.

1 Respondere quomodo debeat stante statuto, quòd positionibus simpliciter respondeatur, alioquin pro confesso habeatur, & stante communi opinione, quòd tali statuto satisfactum non sit, quando quis

respondendo dicit, nego me pecuniam habuisse, & si me habuisse apparuerit, dico in tuis negocijs expendisse, si fortasse accidat, quòd alicui in talamo cent i mutuentur, quæ deinde pariter nemine præsente illi restituta sint; si ille, qui mutuò dedit, interroget, an illi centum mutuauerit.

2 *Positiones à iure inuentæ sunt, ut pars ab onere probandi releuetur.*

3 *Responsionem qualificatam ex æquitate iudex admittere potest, euitandæ calumniæ ponentis causa.*

CAP. XXI.

1 VIgesimoprimo stante† statuto, de quo supra: quòd positionibus simpliciter responderi debeat; alioquin respondens pro confesso habeatur: & stante etiam communi conclusione, de qua supra quæstione. 18. q scilicet tali statuto satisfactum non dicatur; quando quis respondendo dicit; Nego me pecuniã habuisse, & si me habuisse apparuerit, dico me in tuis negociis expendisse. Quæritur, si fortassè accidat, quòd alicui in talamo nemine præsente centum mutuentur; Quæ deinde eidem mutuanti nemine pariter præsente restituta sint; si fortasse ille, qui mutuò dedit, eũ, cui mutuanerat, an illi centum mutuauerit, interroget, quomodo ipse respondere debeat. Planè si respõdeat, mutuò ab eo accepisse; sed restituisse; illius responsioni non stabitur; Immo ex quo cõfessio simplex nõ est; pro confesso habebitur. Alcia. in d. l. 1. §. siquis simpliciter in rep. nu. 26. ff. de verb. obli. format hanc quæstionem; & inquit, si pars reclamet, Iudicem talem positionem seu interrogationem ita generalem admissurũ non esse; & id æquitatem ad obuiandum calumniis suadere existimare: & ideo hoc modo addere debere. Interrogo te, an tibi centũ, quorum sis mihi debitor, mutuauerim; & ita inquit tenere Petrũ de Ancha. Ioã. de Imo. & Domini à S. Geminiano in c. cupientes. in prin. de electio. in 6. & Bar. Veronẽ. ĩ cau te. 60. incipiẽte si mutuaui centũ, & caute. 136. incipiẽte, si debitor soluit in secreto, & sequitur Franc. Curt. in l. 2. §. quod obseruari. vbi tractat materiam positionem breuiloquio. 24. C. de iuramẽ. calum. & Ias. in l. manifestæ col. pen. ff. de iureiur. & Archidia. in c. nullus. 4. quæst. 1. & facit secundùm Alciat. ubi

2 supra; huiusmodi ratio;† Positiones enim à iure, ut partes ab onere probandi releuentur, inuentæ sunt. c. 1. de confess. in 6. vbi notatur & l. eum qui in princip. ff. de iureiurand. & l. 2. & 3. ff. de inter actio: & ideo vt reus onere probandi grauetur, operari non debet; id quod in casu nostro accidetet; ex quo se restituisse probare deberet, cum probationum respectu reus actore fauorabilior sit; & vbicunque iudex conscientiam aliquam, vel coniectutam habet, illud sine dubio facere debeat; vt inquit etiam Bald. in consi. 398. statuto Perusii. lib. 5. & Lanfran. de Orian. in repet. clemen. sæpe. col. vltim. de verbo. signifi. At si verò iudex generalem interrogationem admittat, & pars se quicquam mutuò, cuius sit eiusde bitor, non accepisse, respondeat: vtique hæc responsio de iure admittenda erit, vt inquiunt prædicti doctores. Id quod rursus ex eo comprobatibidem Al

3 ciat. quòd iudex† ex æquitate ponentis euitandæ calumniæ causa qualificatam responsionem admittere potest. l. iusiurandum & ad pecunias. §. non semper. vbi Bald. Roma. & Iaso. ff. de iureiurand. & idẽ Bal. in l. t. C. de ædilic. actionibus. & Soc postalios in d. l. prima. ff. de vulga. & pupilla. & diximus supra. Stante verò stãtuto, quòd simpliciter respondeatur, huiusmodi responsionem admittere nõ potest: & ita procedit communis opinio, de qua supra quæstio. 18. & ideo antequàm interrogatio admittatur ne iudex eam ita indistinctam admittat, instare debet.

1 *Respondenti sibi fuisse mutuatum, sed restituisse, an credatur, stante statuto, quòd quis positionibus suo iuramento respondere teneatur, & quòd tam in contentis in forma, quàm super connexis tali iuramento standum sit.*

2 *Connexum an aliquid sit, iudicis officium multum operatur.*

CAP. XXII.

1 VIgesimosecundò quæritur, si statutum disponat,† quòd quis position. bus suo iuramento respondere teneatur & quòd tam in contentis in forma, quam super connexis tali iuramento standum sit, an iuranti sibi fuisse mutuatum, sed se restituisse, credendum sit. Alciat. in d. l. 1. §. siquis simpliciter. num. 35. in repet. ff. de verb. oblig. ei credẽdũ esse arbitratur; Mouetur autem ex eo, quòd an aliquid sit connexum, iudicis arbitrium multum operatur, p ea quæ voluit gl. i c. si ciuitas. de sentẽ. excõ.

2 lib. 6. & Ioan. de Imo. in consi. 139. col. ult. † sed iudex in tali casu id esse connexum arbitrari debet, ut notatur in c. cupientes de electio. in 6. & hac ratione uidentur consuluisse Signorel. de Homode. & Rapha. Fulgo. in quodã consi. impresso post tracta. Malcfi. Ang. Aret. At in contrarium facit, ut subdit Alciat. illud, quod uolnit Ant. à Butri. in consil. 65. circa medium, & pariter contrarium uidetur uoluisse Bat. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de liber. lega. & ideo tutius putare subdit Alciat. ut pars à prædicto formam modificari faciat, Nec arbitraturobstare, illud quod notat Bar. in l. 1. §. accusationem. in fi. ff. ad turp. quia in casu Bar. l. contra negantẽ, ut scilicet esser culpabilis, præsumebat. At in casu nostro lex nec pro restitutione mutui, nec econtra præsumit. ex quo hæc quædam extrinseca accidentia sũt, in quibus lex nihil præsumit, sed ea in suo statu, & esse relinquit: & quidicit probare debet. ut declarat Cuma. in l. 2. §. fi. ff. de exceptio. Præterea ibi factam inquit fuisse interrogationem, ut factum ipsum, qđ ipsius iudicis inquisitionis fundamentum erat, explicaretur. Vnde ut specificaretur, necessarium fuit & cessat æquitas, de qua in casu nostro.

1 *Positionis prioris declaratio, si ad ponendum & articulandum terminus datus sit, post lapsum illius termini an fieri posit.*

Posi-

2 *Positionis declaratio post conclusionem in causa fieri non potest.*

CAP. XXIII.

1 VIgesimotertio † quæritur, si ad ponendum &
articulãdũ terminus datus sit; an post lapsum
termini declaratio prioris positionis fieri posit.
Hac in re ꝙ posit, respondendum est. Ratio autem
est; quia huiusmodi declaratione nihil priori positio
ni additur; ut uoluit Ioan. Andre. in additio. ad Spe-
cul. in titulo de teste. §. nunc dicendum. uersic. hoc
etiam nota, uel in §. nunc uidendum. num. 18. in uer
bo. similibus. Præterea idem tenet Anto. à Butri. in
ca. licet causam. de probatio. & Bald. in l. 1. §. huius
studij, quæstio. 2. de iustit. & iur. & Aret. in l. hære-
de palam. §. siquid post in prin. numer. 7. ff. de testa-
men. inquiẽs, nec etiam protestationem in termino
præcedere debere: licet Bal. contrarium dicerit in l.
tres denunciationes in fin. C. quomo. & quando iud.
ubi indistinctè inquit; & ibidem approbat Aret. post
2 † conclusionem in causa, hanc declaratiorem fieri
non posse, & Idem refert & sequitur Ruinus in con
sil. 188. num. 7. lib. 1.

1 *Responderi si debet capitulis uirtute statuti quadam forma, an habeat locum in interrogationibus.*
2 *Positiones quomodo fiant.*
3 *Interrogatio quomodo fiat.*
4 *Ponens id, quod ponit, affirmat & confitetur.*
5 *Positio nocet ponenti.*
6 *Interrogatio interroganti nocere non debet.*
7 *Interrogationes inuenta à iure communi scripto.*
8 *Positiones inuentæ à consuetudine.*
9 *Illatio non fit ex diuersis, & separatis.*
10 *Casus omissus à statuto remanet in dispositione iuris communis.*

CAP. XXIIII.

1 VIgesimoquartò quæritur; † stante statuto, ꝙ
positionibus, seu capitulis seruata quadam for
ma responderi debeat; ut puta per uerbum credit,
uel non credit: Alioquin respondens pro confesso
habeatur; an tale statutum interrogationibus locũ
habeat. Paul. Castr. in consil. 147. ad primum quæsi-
tum. num. sequen. lib. 2. & locum non habere arbi-
2 trar. † Mouetur autem: quia statutum de positioni-
bus loquitur; quæ aliquid negando, uel affirmando
3 fiunt, ut patet ibi, & positionibus, seu capitulis; † sed
aliter fit interrogatio; quæ quærendo, non ponen-
do, uel affirmando fit, & ex consequenti dubitatiuè,
unde magna differentia est, meritò de uno ad aliud
4 inferendum non est. † Qui enim ponit id, quod ponit
affirmat, ac confitetur, & ideo si aliquid contra po-
5 nentem contineat † positio, illi nocere potest. l. cum
precum. C. de liber. caus. & tradit Alexand. in consil.
6 71. colum. 1. nume. 4. lib. 3. At † non èconuersò inter
rogatio interroganti nocere potest; cum interro-
7 gans nibil afferat. Planè † interrogationes à iure
communi scripto inuentæ & introductæ fuerunt
8 toto titulo. ff. de interrogat. actio. † At non positio-
nes, sed à consuetudine, ut not. in ca. primo. de con-
fess. in 6. ubi glos. & per Speculat. in titu. de posit. §.
1. & uoluit. Cyn. in l. secunda. §. sed quia. C. de iuram.
caln. & Barto. in l. Ofidius. num. 3. ff. de lega. 3. Statu
tum igitur, quod de positionibus loquitur; cum pœ
nale sit, ex quo eum, qui secũdùm formam ab eo tra
ditam nõ respondet, pro confesso habet; pariterque
& cõtra ius cõmune; ad interrogationes prorsus di-
9 uersas extendi nõ debet, † Regula namque est, quòd
ex diuersis & separatis non inferatur. l. Papinianus
exuli. ff. de minor. & l. si. ff. de calum. & l. si maritus. la
10 prima. C. de donat. inter uir. & uxor. Vnde est † ut ta
lis casus in iuris dispositione remaneat. l. cõmodissi-
mẽ. ff. de liber. & posthu. & l. si cum dotẽ. in princ. ff.
solut. matri. cum similibus.

1 *Responderi si debeat positionibus uirtute statuti per uerbum credit, uel non credit; an sufficiat per uerbum aliud æquipollens respondere.*
2 *Conditio in forma specifica impleri debet.*
3 *Conditio per æquipollens impleri potest.*
4 *Dictio taxatiua non excludit simile, & idem per alia uerba illatum.*

CAP. XXV.

1 VIgesimoquintò quæritur, † stante dicto statu-
to, quòd positionibus solum credit, uel no cre
dit, respõdendum sit; an per uerbum aliud æquipol-
lens responderi posit. Pau. Cast. in d. consil. 157. ad
primum quæsitum. sub num. 2. uersi. sed certè etiam
forma. lib. 2. posse existimat. Mouetur autem ex ijs,
quæ in simili, uoluit Bart. in l. ab emptione. nu. 13. ff.
2 de pact. & † hinc est; quòd licet conditio in forma
specifica impleri debeat. l. Meuius. & l. qui hæredem
3 ff. de condit. & demostra. † per æquipollens impleri
posit. l. si mater. C. de institutio. & substit. sub cond.
fa. & l. mulieri. in princ. ff. ad trebellia. & l. peculium.
§. 1. in fin. ff. de statu. liber.
Nec obstat, ut inquit Castr. ibi, dictio taxatiua ui
delicet, quòd per uerbum credit, uel non credit tan-
tum respondendum sit; † propterea quòd non exclu
4 dit simile, uel penitus idem l. ab ea cum ibi not. C. de
prædi. mino. & l. illud. in fin. C. de sacrosan. eccl. Pla-
nè absurdum esset; si ego te mihi centum ex quadam
causa debere ponerẽ; & tu neges ex dicta causa quic-
quã debere; talem responsionem non sufficere; & ex
consequenti; quia adamusim per illa uerba non re-
spondideris, pro confesso habearis. equidem ex men
te & intentione statuentium illud non fuisse creden-
dum est; Propterea quòd quædam superstitiosa, &
uerba lis obseruantia esset, & lex uerbis potius quam
rebus imposita; quod nullo modo concedendum
est. l. 1. C. commu. de legat. Non sunt enim uerba sta
tuti captanda, uel ita rigorosè intelligenda. l. pen. ff.
de exhibe. reis, sed ita, ut eius mens seruetur. l. scire le
ges, & l. benignius. ff. de legibus.

1 *Stante statuto, quod positionibus intra terminũ unius diei utilis respõdeatur, alioquin iudex eas pro cõfes-*

sis habeat, & iudex moneat, ut plenè, clarè, sufficienter, & sine aliqua additione, uel conditione infra certum terminum peremptoriè respondeatur, si respondeatur, dictam positionem eatenus credere, quatenus legitimè in ea uerba contenta sint, si uerò aliter uel alio modo appareat, eam & contenta in ea non credere, an pro confessis habeantur.

2 *Responsio non dicitur, quæ interrogationi nō conuenit.*
3 *Responsioni super facto proprio & de præterito conditio adijci non potest.*
4 *Positionibus respondēs, ita respondere debet, ut aduersarius ab onere probandi releuetur.*
5 *Verbum legitimè, an sit captatorium.*
6 *Confessio pro ambigua & captatoria haberi nō debet.*

CAP. XXVI.

1 VIgesimosextò quæritur, stante † statuto, quòd
positionibus intra terminum unius diei utilis
quis respondere teneatur. Alioquin iudex eas pro
confessis habere, & tenere debeat; & iudex Titium,
ut positionibus per aduersarium factis plenè, clarè,
sufficienter, & sine aliqua additione, uel conditione
infra certum terminum & peremptoriè respondeat,
si Titius respondeat dictam positionem eatenus cre
dere; quatenus legitimè in ea contenta uera sint; si ue
rò aliter uel alio modo appareat, eam & contenta in
ea, non credere: An stante talis statuto, & monitione
iudicis, & responsione subsequuta, pro confessis habeātur, uel statuto, & monitioni iudicis satisfactum
dicatur. Bald. in consil. 269. numero 1. lib. 1. Primò
inquit confessas non uideri ex eo; quòd confessio pu
ra non sit; sed per uerba futuri temporis suspensiua,
& ideo tanquàm interrogationi non conueniat,
2 prout facta est; † responsio dici non possit. l. 1. §. cum
adijciet. ff. de uerbo. oblig. & ca. cum Ioannes hæremita. extra de fide instrum. His tamen non obstantibus contrarium uerius esse subdit Bald. ibi, propte
rea quòd inspecta legis, uel iudicis potestate pro con
3 fesso habendus sit. Propterea † quòd super facto
proprio, & de præterito conditio in responsione adij
ci non potest. l. Marcellus. ff. rer. amota. Planè uerba illa, si probabitur, uel similia conditionem, nec
quidem potestatiuam, sed mixtam inducunt. l. Lu-
4 cius. ff. de condit. & demon. Præterea † illæ, qui po-
sitioni respondet, ita respondere debet, ut aduersarius tali responsione ab onere probandi releuetur,
ut not. in ca. 1. de confess. in 6. & l. 2. §. quod obserua
ri. C. de iuramen. calum. sed responsione, de qua agi
tur, ab onere probandi non releuatur, ergo responsio nec sufficiens, nec bona est.
5 Accedat † etiā, quòd talis responsio est captiosa pro
pter aduerbium legitimè, ut not. in simili in ca. 1. de
procurat. in clemen. Rursus hæc responsio non est cō
fessio, nec negatio; cum per uerba futuri enunciatiua
fiat; quæ in præsenti nihil operatur. Adhuc etiam facit, quia ex tali confessione actio in factum, tempore confessionis non oritur. & ex consequenti non
disponit; unde ea, quæ ad confessionem pertinent,
6 non continet, † Item confessio talis esse debet; quæ
pro ambigua, uel incerta non habeatur, ut notatur
in l. 1. C. de confes. & in l. certum. in princ. ff. eod. & l. de ætate. §. nihil. ff. de interro. actio. Quòd autē respōsio, quæ rectè & ritè nō fit, respōsio non dicatur, ex eo patet, ut supra diximus, quod ad interrogata facta non est; ut uidetur casus in d. §. cui adijcitur, & ideo siue formā responsionis; siue naturā iudicij, siue mandatū Iudicis: siue statuti tenorem inspiciamus; talis positio pro confessata haberi debet d. l. 2. §. pen. C. de iuram. calum. & c. sed præstitum. extra de confes. lib. 6. Hæc quatenus pertinet ad hunc locum, de positionibus sufficiant; cætera potes perquirere in locis supra adductis, & præsertim apud Curt. in repet. l. 2. §. quod obseruari. C. de iuramen. calumn.

Vidimus hucusque de probationibus in genere, Item de positionibus, seu articulis; Verùm cum in hoc text. de testibus mentio fiat, de ipsis nonnulla, quatenus pertinet ad eius interpretationem, dicendum erit.

1 *Statutum disponens, quòd unico testi credatur, an ualeat.*
2 *Testi unico ut credatur, quando per statutum disponi possit, & nu. 10.*
3 *Vnico testi an ex consensu partium credatur.*
4 *Testi unico in multis casibus ut stetur, prouisum est.*
5 *Testi unico ut stetur, an cōuentione & pacto partium fieri possit, & nu. 9.*
6 *Quod fieri potest pacto, potest etiam statuto, uel, consuetudine fieri.*
7 *Consuetudo ualet, quæ facit autenticam scripturam, quæ aliàs non esset, & quod iudex scripturæ priuatæ plenam fidem adhibere possit.*
8 *Inferior licet legem superioris, uel ius diuinum tollere non possit, illud tamen distinguere, uel in quibusdā casibus tollere potest.*

CAP. XXVII.

1 VIgesimoseptimò igitur locò quæritur; † An sta
tutum disponens, quòd uni testi credatur, ua-
leat, Andreas de Iser. in proœmio constitutio. col. 9.
in fine inquit non ualere; mouetur autem authorita-
te Euangelij, dum in eo dicitur, in ore duorum, uel
trium stet omne uerbū: Id quod deinde repetitū est
in l. ubi. ff. de test. & in l. quoties. C. de naufr. li. 10. & i.
c. ab isto die. il 2. 35. quæst. 6. & c. licet. & c. in omni
negocio. de testi. cū simili. & eādem opinionē tenet
Mathesi. sing. 51. saltem in causis criminalibus, uel
ciuilibus, & mouetur: quia tale statutum irrationa-
le, & inohonestum uidetur, contra tex. in ca. erit au-
tem lex. 4. distinct. & in c. fin. de consuetud. & in ad-
ditio. ad Alexand. in consi. 188. colum. 2. in uerbo ua
leat. lib. 7. ubi quamplures adducit. Præterea idem
uoluit Ias. in l. 1. §. fin. sub num. 9. uersi. contra istam
communem. ff. de uerbo. obligat. ubi allegat Anto.
à Butrio & alios. ca. 2. de probati. eandem quoque
opinionem tenet Hyppo. Marsi. in consi. 33. nu. 14.
& 15. & præcedentibus num. ubi latè disputat; &
Iacob. Petrus de Tolomeis in l. admonendi. nu. 100.
ff. de iureiuran. Vbi limitat hanc cōclusionem, non
2 procedere, quando tali statuto † quòd causa crimi-

nalis,

nalis,uel ciuilis solo Episcopi, Ducis, Marchionis,
uel alterius in dignitate constituti testimonio termi
naretur,dictum esset;ut est secundùm eum casus sin
gularis in c.quicunq; 11. quæst. 1. Præterea etiam,
quòd tale statutum non ualeat,tenet Alciat.in l.1.§.
eadem autem.num.20.ff.de uerb.obliga. ubi inquit
hanc esse communem opinionem Canonistarum,in
d.c.2.de probatio.ubi etiam idem Alciat.latè dispu-
3 tat;quid dicendum sit † si partes,quòd uni testi cre-
datur consentiant. Hanc eandem opinionem sequi-
tur Crot.in d.l.1.§.eadem autem, num. 14. in fin.ff.
de uerbo.obligat. Vbi disputando, an id partes ip-
sæ facere possint, quatuor satis notabiles casus po-
nit.Idem etiam uoluit Ias.in ead.l.1.§.eadem autem
num.9.uersi.contra istam communem.Hæc conclu
sio licet magis communis, ut ex prædictis apparet,
habeatur;Attamen Alexand.in consi.187.sub num.
3.uersic.potest enim.lib.7.contrarium uoluit;Moue
4 tur autem ex eo † q in multis casibus,ut dicto unius
stetur, prouisum apparet. l. Theopompus. de dot.
prælega.& c.tanta. & ibi glo. in uerbo filius 86. di-
stinctio.& de alijs casibus notatur per glos.& Doct.
in c.ueniens.il primo,in fin.& in c.licet uniuersis.de
testib.& latè per Speculat.in tit.de test.§.restat. uer-
si.hoc tamen fallit,num.8.ubi cumulat triginta ca-
sus,in quibus unico testi creditur;Et in terminis no
stris statutum,quòd stetur dicto unius testis, ualere
uoluit Bal.quem refert Alex. in loco supra adducto
in l.cunctos populos, in magna repetitione,colum.
28.uers.& contra pono conclusionem affirmatiuã,
quæ repetitio communiter non habetur. C. de
summa Trinit. & fid.cath.per tex. in d.l. Theopom-
pus; Confirmat Alex.hanc conclusionem; quia con-
sensu, seu conuentione partium, quòd stetur dicto
unius,fieri potest:ut inquit Specula.in d. uersi. Hoc
tamen fallit in casu 24. Id quod notabile existimat
Anto.à Butrio in d.c.ueniens; & faciunt ea, quæ no-
tat Bar.in l.fin.ff.de præto.stipulat.cum similibus.Si
igitur id conuentione partium fieri potest:ut statu-
to multò magis fieri possit,dicendum uidetur.Nam
6 † regula est, ut illud,quod pacto fieri potest,per sta-
tutum quoq; uel consuetudinem fieri possit.l.fin.C.
de fideicommiss.& not.Bart.in l.fin.uersi. per hoc in
duco ad quæstionem de facto in fine illius quæstio-
nis.C.de pact.& Bal.in l.2.col.3. nume.6.C. quæ sit
long.consu.& in d.l.cũctos populos, in lectura or-
dinaria col.16.& in l.programma.uersi.caue ubi.C.
commina.episto. Preterea pro hac opinione facere
inquit Alex.illud;quod habetur in c.cũ dilectus.de
fide instrum.ubi dicitur,cõsuetudinẽ ualere;quæ scri
7 pturam (quæ aliàs non esset) authenticã facit † &
pariter ualet statutum,uel consuetudo; quòd iudex
scripturæ priuatæ plenam fidem adhibere possit, ut
inquit Bal.in l.unic.col.4.sub num. 13. uersi. nam si
consuetudo loci est. C. de confess. & in d.l. cunctos
populos.colu.14.uersic.deinde quæro circa statuta
permissoria,num.17.& Angel.in l.quædam. §.num-
mularios.in fin.ff.de eden.& Petr.de Anchar. in ca.
canonum statuta:uersi.procedo ulterius,quòd statu
tũ,extra de constit.& Abba.in c. bonæ.il 2.in fin.de
postula.prælat.& in d. c.cum dilectus. Rursus com-
probat Alex.ex eo, quòd licet inferior, per legẽ, uel
statutũ legem superioris, uel ius diuinum tollere nõ
8 possit.Illud tamen † distinguere, seu in quibusdam
casibus tollere potest.c.à nobis.& ibi not.de decim.
& notatur in l.fin.C.si contr. ius uel util. publi. & in
l.1.ff.de constitut.pecun.& in c.quæ in ecclesiarum.
de constit.Præterea hanc opinionem Alexan.scilicet
quòd hoc statutum ualeat,uoluit Deci.in d.c.ueniẽs
il primò colu.fin.extra de testi.Quicquid tamen dixe
rint Alex. & Dec. communis conclusio, ut ex pri-
mo loco deductis appareat, ea est; ut tale statutum
non ualeat;Quę fortassè tunc limitari potest; quan-
do testis aliquis omni exceptione maior esset ut uo-
luit in l.directas.C.de testam.manu.& Alex.in cons.
114.col.2.uol.4.cum alijs adductis per Alciat. in d.
l. 1.§.eadem autem.nu.23.ff.de uerbo.oblig.& ideo
dixit,quatenus ad partiũ conuentionẽ & pactũ per-
tinet.Crot.in d.l.1.§.eadem autem. nu.16.ff.de uer-
9 bo.obligat.† quando partes,ut dicto unius in gene-
re stetur, conueniunt; conuentionem non ualere,ut
uoluit Angel.in l.pactum inter hæredes. ff. de pact.
quod probatur,ut ipse inquit, ea ratione, quòd præ-
berer materiam falsum committendi; ex quo,qui fal
sum diceret,facilè inueniri posset.§.1. Auth. ut sine
prohi.mat.debi.& credit.ubi glo. & ideò nulla.l.con
ueniri.ff.de pact.dotal.& l.si unus.§.illlud.ff.de pact.
Aut uerò partes inter se: ut dicto alicuius hominis
certi;& determinati stetur, conueniunt:& tunc talis
conuentio ualet, ut inquit Angel. in d.l. pactum; &
Aret.in d.l.1.§.eadem autem,per text.in l.2.C.de põ
der.& aur.illa.lib.10.ibi, qui sua probitate non fal-
lit,neque fallitur.Id autem secundum Crot.ibidem
limitandum est,cum partes in persona non autem in
dicto conueniunt;Nam tunc talis testis semiplenam
tantùm probationem faceret;ut uoluerunt Bald. &
Salic.in l.in bonæfidei.colum.penul.C.de reb.cred.
10 Quò uerò ad statutum quando disponit; † ut dicto
alicuius propter eius magnam excellentiam,& pro-
bitatem stetur;Tunc ualet.c.quicunque 10.quæst.1.
in uersi.testimoniũ.quem text.ad hoc not.Ludo.Ro
ma.in singulari 356.Immo dicit Aret.in d.§.eadem.
in hoc casu ualere statutum ab aliquo collegio edi-
tum.Quartus & ultimus casus est,quando statutum
disponit,quòd testi omni exceptione maiori creda-
tur.

1 *Testis quòd non iuret,& ei credatur, an statuto fieri possit.*
2 *Iuramentum testium quare inductum,& quid operetur.*
3 *Iuramentum testium per partes remitti potest.*
4 *Pacta fieri potest,pariter & statuto fieri potest.*
5 *Iuramento quare potius per partes,quàm per statutũ renunciari possit.*
6 *Dicto alicuius si standum esse statuto caueatur,intelligitur,si iuramento illud confirmet.*

CAP. XXVIII.

1 VIgesimooctanò quæritur † si statutum uelit,
quòd testis non iuret, & ei sine iuramento
credatur, contra l.iusiurandi. C. de testibus, an ua-

leat.Andre.de Iser.in proem.constit.colum.9.limit.
65.uersi.uel ut testis, tale statutum non ualere arbi-
tratur;Mouetur autem;quia huiusmodi statuto ue-
ritas celaretur,& contrarium institueretur; Nam iu
ramentum malignos cohibet ; cum non sinat esse
æternæ salutis immemores.l. fin. C. ad l. Iuli.repet.
& in animo testium formidinem amputat.c.horta-
mur 3.quæst,9. Verùm his non obstantibus contra-
rium uoluit Roma.in consil.20. uiso puncto, & sta-
3 tuti copia.num.3.& mouetur † quia tale iuramentũ
per partes remitti potest,ut est tex.in c.tuis.in fin.&
ibi notant Abba.Felin.& Cæteri, extra de testib. &
attest it.& est apud Legistas glo.in l. iusiurãdum.C.
de testib. & in l.2.§. sed quia ueremur. in uerbo re
mitti,uersi.item sacramentum testis,num.4.C.de iu
ram.calnm.& in l.1. in uerbo sententia. ff. de fer. &
not.Bart.in l.siquis legatnm, in princ. ff.de fals. & in
l.filiusfamilias.sub num. 5. ff.de donat. Si igitur ex
conuentione partium iusiurandum remitti potest;
4 ergo pariter & per statutum remitti poterit † cum
regula sit,ut snpra sæpe diximus,illud,quod per pa-
ctum,pariter etiam & per statutum fieri posse,ut est
glos.in Rub.C. de decret. decurio.lib.10.& in l. non
impossibile. ff.de pact. & in l. nec ex prætorio ff. de
reg. iur. Est tamen hoc loco animaduertendum ,
quòd Felin.in d.ca.tuis.col.2.sub num.5.uersi.sed de
hoc dubito,de testib.relata Roma.opinione;opinio
ni Iserniæ adhæret, licet de eo mentionem non fa-
ciat; & mouetur: quia in hoc casu inter pactnm &
statutum maximam differentiam esse arbitratur ,
5 † qnandoquidem cum partes de hoc conueniunt;:in-
tegritate testium,quos optimè nosse credendum est;
monentur;& ideo cum causæ cognitione iuramento
renunciare nidẽtur; At cum statutum simpliciter di
sponit, quòd testi non iurato credatur; contra ius
naturale est:ut in simili inquit Imol.in l. filiusfami-
lias.ff.de donatio. & faciunt not. in ca.2. de probat.
& quod ibidem dixit Felin. in 2. limtatione 2. con-
clusionis.Tenendo igitur opinionem Iser. & Felin.
6 ex eo comprobari potest † quòd licet statuto cauea
tur;ut dicto & assertioni alicuius standum sit; intel-
ligitur tamẽ dnmmodo, illam suam assertionem iu-
ramento confirmet;ut inqnit Bart.in d.l. Theopom
pus.num. 7. ff. de dot.præle. & Ias. in l. iusiurandum
quod ex conuentione, in princ.num. 6.ff. de iureiu-
ran. & in consi. 147.colum.penult. & in consi.200.
colu.penult.lib.2.& Ruin.in consi.21.nu.1.lib.2. &
Aymo Crauet. in tract. de antiquit. tempo. part.6.
primæ part.princ.nu.47. & Didac.Couarruu.lib.2.
uariarum resolutio.cap.23.nu.3.& Plotus in l.siquã
do.num.748. C.unde ui.Id quod non modicæ utili-
tatis in illius statuti interpretatione est , ut refert Ia
cob.Menochi.super constitu.recuper.possess. reme-
dio 15.num.498.

1 *Testes per uerbum credo deponentes non probant.*
2 *Statutum,quòd testibus per uerbum credo deponenti bus credatur,an ualeat.*

CAP. XXIX.

1 VIgesimonono quæritur,an statutum dispõnẽs
† quòd testibus de credulitate deponentibus
credatur,ualeat, de quo in l.1.ff.de uentr. inspicien.
& in l.quid tamen ff.de arbitr. & Specul. in tit.de te-
stib.§.1.uersic.quid de credulitate , & tradit Anto. à
2 Butr.latè in c.quoties.de testib.† ubi concluditur, te
stium dictũ per uerbum credo,non ualere.Huiusmo
di autem statutum non ualere uoluerunt Hostiensis
& Ioann. Andre.in c.1.de appellatio.& sequitur Lu
doui. Roma. in singul. 363. ualeat ne statutum &
Alex.in l.si non speciali.num.44. C.de transactio. &
Ias.in Rubr.ff.de iureiurand.colum.2.num.3.& Bal.
in d.l.si non speciali.in fin.dum uult, testibus sui di-
cti malam rationem reddẽtibus creden. non esse, de
quo sequenti quæstione dicemus. Præterea hanc ea-
dem opinionem sequitur Decius in capit. sicut. co-
lum. 7. sub num. 10. uersic. quartò non ualet con-
suetudo.de probatio.& in c.1.num.11.extra de pro-
ba.& Ioan.Crot.in tract. de testib.nu.316.

1 *Testibus malam rationem dicti sui reddentibus,si statutum credi uoluerit;an ualeat.*

CAP. XXX.

TRigesimò quæritur , an statutum disponens,
1 † quòd testibus malam rationem sui dicti red-
dentibus credatur:ualeat.Et dicendum esse non ua-
lere;etiam contra bannitum,ut uoluit Bald.in d.l.si
non speciali.in fin.C.de testa. quẽ refert & sequitur
Tiraquel.in tract.de nobilit.cap.37.nume.92.in fin.
& Anto.à Butr.in c.1.de appell.quem refert & sequi
tur Barba.in c.si quando.nume.25. de rescript. & in
consi.3.colu.9.uersi.& dicit D. Anto.in c.1. lib.2.&
Hyppo.Mars.in consi.33.num. 33.post Angel.Aret.
in tracta.malefi.uersic.fama publica,num.47.uersi.
quærit Ludo. in d.l.Cornelia. ubi August. Arimi. in
addictione incipiente,contra ius commune qui alle
gat Calder.in consi.4.& idem tenet Claud.de Saisel,
in l.ut uim.nume.6.ff.de iustit.& iur.& Roma.in l.1.
in fin.princ.ff.de nou.oper.nunc. & Decius in cap. si
quando.num.7.extra de iudic. ubi id ampliat, ut ibi
per eum:& idem Decius in ca.1. sub num. 11.uersi.
sic etiá non ualet cõsuetudo,quòd credatur testibus
extra de appella.ubi inquit facere, quod not.Bald.in
l.solam.circa finem. C.de testib.dum inquit: Iudicẽ
ratione arbitrij sibi concessi,testi,qui malam & ine-
ptam rationem adducit,credere non debere. & Ra-
tio est,ut inquit Decius , quia præsumptio fraudis,
& delinquendi occasio præstatur; & ideo tale statu-
tum ualere non debere.l.conuenire.ff.de pact.dota.
& facit tex.in c.fin.extra de consuet.& in ca.mala.8.
distinctio. Præterea eãdem opinionẽ, scilicet quòd
tale statutum non ualeat,tenet idem Andre. Barba.
in tract.de testib.nu.41.uersi.4.facit.nol. 2. tract.&
Alex.in cõsi.3.sub nu.6.uersi. & iuxta prædicta dicit
Bald.lib.2.& Deci.in c.2.sub num.10.col.7.uers.ter
tiò non ualet statutum : extra de probatio. cum si-
milibus.

1 *Statutum de instrumentis loquens, an in testibus locũ habeat.*
2 *Testes instrumenta non dicuntur,*

Loquendi

3 *Loquendi communis usus potissimum in statutis attenditur.*
4 *Producens falsos testes non punitur pœna producentis falsa instrumenta.*

C A P. XXXI.

1 TRigesimoprimò quæritur, † an statutum de
instrumentis loquens in testibus locũ habeat.
Et hac in re breuiter locum non habere; concluden-
dum est. Ratio autem est: quia ex communi usu lo-
2 quendi † testes instrumenta non dicuntur; qui planè
3 communis loquendi usus in statutis † potissimum at
tendendus est; ut inquiunt Barto. & Alciat. in l. no-
tionem. §. instrumentorũ. ff. de uerbo. signifi. & Imol.
Felin. & Deci. in Rub. extra de fide instrum. & Fran.
Aret. in consi. 51. uidetur. post medium, & Firma. in
tract. gabella. 3. parte 8. part. prin. quæst. 35. & ideo
mirum non est, si in statutis testes instrumentorum
appellatione non comprehenduntur: ut uoluit Iac.
Butriga. in l. 1. ff. de fid. instrum. & Imo. & Felin. in
Rubr. de probat. nume. 2. & refert & sequitur Tira-
quel. de utroque retrac. tit. 1. §. 2. glo. 1. numer. 15. &
idem uoluit Alciat. in d. §. instrumentorum. & idem
Firma. in tract. de gabel. in d. 3. part. 8. part. princ.
quæst. 35, numer. 59. & idem tenet (ex communi usu
loquendi, ut supra diximus (Alber. in l. 1. num. 4. &
4 5. ff. de fid. instru. † Vbi inquit stante statuto; ut pro-
ducens falsa instrumenta quadam pęna puniatur, fal
sos testes producentem ea pœna puniẽdum nõ esse;
& Bononiæ ita refert iudicatum fuisse: & rursus Per
gomi. Præterea idem tenet Alber. in tracta. statut.
quęst. 106. lib. 1. & Lanfra. in ca. quoniam contra. in
uerb. de instru. fid. & prod. in princ.

1 *statutum disponens, quòd in testium examine pars nõ citetur, ualet.*

C A P. XXXII.

1 TRigesimosecundò quęritur; an † statutum dispo
nens, quòd in testium examine pars non cite-
tur, contra. l. si quando. C. de testib. & c. 2. eodem tit.
ualeat. Et breuiter ualere concludendum est. per
ea, quæ uoluit Alexan. in consi. 65. colum. fin. nume.
10. uersic. & statutum, uel stilus, uel consuetudo. lib.
1. qui dicit ita uoluisse Bald. in auth. si quis in aliquo.
in colum. penult. sub numer. 14. uersi. tu dic ut supra
dixi, quòd requiratur. Id quod sequutus est etiam ibi
dem Salice. num. 4. in fin. C. de edend. & idem uoluit
Egid. Bossius in tract. crimi. in tit. de opposi. contra
testes, nu. 35.

1 *Statutum an ualeat, quòd per unum testem, uel plures singulares quis usurarius probetur.*
2 *Testis unicus quando probet, quem esse usurarium.*
3 *Probatio generalis quando sufficiat.*
4 *Singulares testes plures fide digni notorium probant.*
5 *Mores per actus singulares, & diuersis locis & temporibus facti probantur.*
6 *Consuetudo unde oriatur.*

C A P. XXXIII.

1 TRigesimotertiò quæritur, † an per statutum,
quòd per unum testem, uel per plures singula-
res, & similes aliquem usurarium esse probetur, fie-
ri possit. Bald. in capit. cum omnes. numer. 28. extra
de constit. latè examinat hunc articulum; & refert
Collectaneum non ualere noluisse; Mouetur autem
ex eo; quòd sit contra ius commune; At Bal. ibidem
simpliciter non approbat; sed distinguendo ait; Aut
loquimur de qualiatte certi & determinati contra-
ctus probanda; ut puta de emptione à Titio facta;
2 † & tunc huiusmodi contractum fœneratitium, nisi
ille singularis testis qualitate indiciorum alterius te
stis iuuetur, non probari ca. illo nos, extra de pigno.
& ca. cum dilectus, extra de successi. ab intestat. Aut
uerò de qualitate personæ in genere probanda tra-
ctatur; ut puta; quòd aliquis manifestus usurarius
fuerit; ad suum testamentum adnullandum, & tunc;
quia omnes species sub genere contentæ, ad unam
eãdemq; conclusionem tendunt, singulares non di-
cuntur. Nam cum omnis species eiusdem qualitatis
3 & conditionis sit, † generalis probatio sufficit; pro-
ut ad aliquem furem & hæreticum manifestum pro
bandum dici solet. Bal. post hanc suam distinctionẽ
inquit, nonnullos tenere contrarium: quia non pos-
sunt esse fine singulares; cum simul non uiderint; cũ
vnus unum, alius alium actum uiderit, & in uisu &
auditu testimonium fundetur. c. licet causam. extra
de probat. & l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. Ad hanc
obiectionem respondendo subdit Bal. testium singu
laritate in sensu non consistere; quia naturaliter qui-
libet testis proprium sensum ab alio teste separatum
habet: & potest unus sensus numero esse in duobus
corporibus, sed insensato consistit; ex eo quòd unum
& idem nõ uiderunt, sed numero, essentia, specie, &
qualitate diuersum, unde in dicto casu, cum testes
idem non uiderint, idem probare non possunt: Atta
4 men si notorium esse subiungat, † & sint plures te-
stes fide digni, notorium probant; licet factum non
probent; At uerò si notorium non adijciant, etiam
si sint mille testes, notorium, de quo non deponunt,
neq; factum, de quo discrepant, non probarent. c. li-
cet causam; extra de probatio. Quicquid tamen ex
prædictis sit, putat Bal. quòd odio fœneratorum, ad
eorum malitias & cautelas reprimendas, constitutio
Episcopi longis temporibus practicata ualeat, &
per plures testes singulares: puta decem; ut notatur
in l. ea quidem. C. de accusatio. quem usurarium esse
manifestum, etiam si constitutio fingat, & interpræ-
tetur omnes eius cõtractus esse duplicis sortis prin-
cipalis, probetur: Nam probationum difficultate, &
odio fœneratorum, ut ex præsumptionibus proce-
datur, æquũ esse arbitratur; cum fœneratores rapto-
ribus ęquiparentur: argumento. l. si quando. C. unde
ui; Facit non modicum, quòd hoc testimonium de
5 de moribus est † qui per actus singulares, & diuer-
sis locis, & temporibus facti probantur. Planè to-
tus consuetudinis contestus, & successiuum tempus
cum actuum & temporum pluralitatem requirat, si
mul, & eodem tempore à testibus uideri & percipi
non potest; sed ex actuum & temporum conuentio-

6 ne vel concursu constat, vnde † deinde oritur cõsuetudo.l.venditor.§.si constat. ff.commun. prædio.

His non obstantibus Federi.Senensis in consi.17. ponendo hanc quęstionem, an statutum episcopale, ꝙ per vnum testem de veritate, vel tres de fama, vel quatuor singulares, vel per confessionem, coram quocunque presbytero extra iudicialem de crimine vsurarum conueniri posit; ibi latissimè pro vtraque parte arguendo; tandem huiusmodi statutum nõ valere arbitratur, & ad contraria latè, vt ibi per eum respondet. Hanc opinionem Federic. refert & sequitur Angel. in tracta. maleficio. vbi etiam Augustin. Arim.in glo.fama publica, num.47.versi.quærit Ludouicus in d.l.& idem tenet Hyppolit.Marsi.in consilio 33. numero 33. allegans Ludoui.Roman.idem tenentem in l.lege Cornelia, ff.ad sillan. & Alexand. in consil.3.col.3.sub num. 6. versi. & etiam per prædictam, lib.2.& refert ita determinare Angel.in qua dam disputatione incipiente, Astensis miles; & si Calderinus in consi.4.& in consi.22. contrarium tenere videatur.

1 *Testis dictum non interrogati de causa scientiæ, an valeat, si statutum disponat, quòd nisi fuerit interrogatus, non valeat.*

CAP. XXXIIII.

1 TRigesimoquartò quæritur, si statuto † caueatur, dictum testis, nisi de scientiæ causa interrogatus fuerit, non valere; si testis cum scientia causæ, & si de hoc, vt disponit statutum interrogatus non fuerit, concludenter respondeat; an tale eius dictum valeat. Barbat.in c.edoceri, nu.115.post Bald. in loco ibi per eum citato extra de rescrip. non valere arbitratur; Mouetur autem; quia illud à statuto pro forma introductum est; à qua recedi non potest, comprobat id Barb. multis similibus, & idem repetit in consi.44.scribitur apud Prophetam, col.4. nu. 32.versi.facit, quod pulchrè dixit Bal.lib.1.

1 *Statutum capituli per testes probari potest.*

CAP. XXXV.

1 TRigesimoquintò quæritur, an † statutum capituli per testes probari posit; Ioan. Franc. de Pauinis in tractat.de offic.& potest.capi.sed.vaca. q. 6.primæ par.princ.nu.5.inquit, probari posse, & ita dicit tenuisse Domi. Rotæ in decis. 242. incipiente, item constitutio, in nouis.

1 *Statutum, quòd stetur attestationibus extraiudicialibus, an valeat.*

2 *Statuta in iurisdictione tribuenda non valeat.*

CAP. XXXVI.

1 TRigesimosextò quæritur, an † valeat statutum disponens; quòd attestationibus extraiudicialibus stetur; Bald.in l.quoties, col.vlt. versic. & si iu-
2 dicis.C.de iudic.dicit valere.Mouetur autem; † quia licet statuta in iurisdictione tribuenda non valeant; in sequenda tamen in informatione valent. Comprobat huiusmodi simile: nam cum petebatur bonorũ possessio; iudex nõ ex figura iudicij de filiatione, vel cognatione instruebatur; & tamen valebat decretum.l.3.§.pen.ff.de bono.possess.

1 *Probanda an sit fama bona, & opinio testium productorum, stante statuto, quòd quid per testes bonæ opinionis, & famæ probetur.*

2 *Qualitates à statuto requisitæ probandæ sunt.*

CAP. XXXVII.

1 TRigesimoseptimò quæritur; stante † statuto, quòd quid per testes bonæ opinionis, & famæ probetur; an bonam opinionem & famam testium productorum probare necesse sit; & probandam esse dicendum est. Alioquin probatio non valeret
2 Quandoquidem cum huiusmodi † qualitates à statuto requirantur, probari debent; vt voluerunt Iacob. de Aren. Cyn. & alij in l. 2. C. de probatio. & Hyppol.sing.187.& Ang.in l.tabularum. §.diem autem, col.fi. versic.ibi, de optima opinione probandũ st.quemadmo.testam.aperi. quem refert & sequitur idẽ Hyppol.de Marsi.in l.si quis ne quæstio. nu. 136. & 137.ff.de quæst.& refert & sequitur Alex.in cõsil. 82.in causa inter Petrum, col.2. nu.3. versi. pro hoc bene facit, lib.1.& Cæpol.in consi.57.Fraciscus, col. fin.versi.postremò in criminalibus, vbi inquit, si statutum mulierem bonæ famæ,& honestæ vitæ abducentem puniat, huiusmodi qualitates probandas esse; alioquin abducens mulierem pœna statuti, etiam si talem mulierem abduxisse fateatur, pœna statuti puniendum non esse, id quod sequitur idem Hyppol.in rub.C.de probat.nu.441.

1 *Statutum minuens numerum testium a iure communi requisitum, an valeat.*

CAP. XXXVIII.

1 TRigesimooctauò quæritur, an † statutum testium numerum à iure cõmuni requisitũ minuens valeat; exempli gratia, ꝙ testamentũ, coràm quatuor, vel quinq; testib.factũ valeat; Hac in re cõclusiuè procedendo, ꝙ valeat, magis cõmunis doctorum opinio est. Nam huiusmodi opinionẽ tenuerũt Bar.nu.22.& sequen.Bal.sub nu.17.versi. sed quero de effectu,& Salic.sub num.9.& Fulgo. & Aret.nume.14.vbi ait communem; & Alciat. num.19.& Signo.de Homod.num.15.& Ioan.Bapt.de Sancto Seueri.nu.161.vbi inquit esse communem,& Iaso.in l. cunctos populos.C.de sacrosan.eccles.& idem Bar. Bald. & Salic. in l.si non speciale,& ibi Aret. & Corne.nume.28.& 33.& Alex. num.2. vbi de communi testatur,& Pau. Castr.num.2. vbi & ipse dicit communem,& Iaso. num.1. & 2.& in l. fin. C. de transactio.& idem Bal.in l.sed &,in prima lectura.ff.de legibus,& Angel.& Paul.Castren.num.11.in l.3.ff.de testam.

testam.& Specula.in titulo de instrum.ædit.§. compendiosæ.uersi.sed nunquid,cum uersi.sequ.de consuet.& Bar.in repeti.l.de quibus.col.11.nume.28.ff. de legib.& Ange.in consi.126.testamenti factio publici iuris est,ꝙ hæc sit communis conclusio,attestatur Ias.in d.l.cũctos populos.nu.80. in fin.& Ange. Aret.in §.siu.num.2.uersi.nota,ꝙ ualet statutum.Instit.de testam.& Feli.post alios in c. 2.nu.17.ubi Decius nu.19.extra de probatio.Præterea hanc cõmunem esse opinionem,inquit Cephal.in consi.32. nu. 6.lib.1.& Ange.in consi.88.præmitto primò, & in consi.233.in causa prędicta.colum.prima, ubi ita in iudiciis practicari dicit; Id autem de testibus omni exceptione maioribus intelligendum arbitrantur ex iis, quæ notat Baldus in l. qui accusare. C. de edend.& tradunt recentiores omnes in l. admonendi.ff.de iureiurand.& facit,quod not. Angel. in l.2. §.diem autem,colum.fin.ff.quemadmod. testamen. aperian.& tradit Deci.in consi.106.sub nume.4.uersic.3.respondetur,lib.1.& in c.1.sub nume.20.uersi. 4.requiritur,extra de appella.& Ioan.Cephal.in consi.33.nu.17.

1 *Statutum,quòd testi omni exceptione maiori fides non adhibeatur, an ualeat.*

2 *Statutum disponens,quòd testis etiam si sit omni exceptione maior non probet, ita ut iusiurandũ suppletiuum non deferat, an ualeat.*

3 *Iuramentum deferre probanti per unum testem,est contra iuris communis regulas.*

CAP. XXXIX.

1 TRigesimononò quæritur,an † ualeat statutum, quòd testi omni exceptione maiori fides non adhibeatur. Ludo. Roma.in singul.757. Domini huius ciuitatis, inquit, hanc quæstionem in regno ex facto extitisse;& à quodam legato de Caraffa interrogatum fuisse;& non ualere consuluisse,& dicit de hoc esse text. in cap. talia.8. quæstio.3.& uoluit Decius in c.1.not.2.de fide instrum.& Ioann.Crot. in tracta.de testibus,nume.224.& August. Beroius in ca.sicut.nume.54.de probatio. At Ioan.Crot.in l. 1.§.eadem.nume.18.ff.de uerbo.obligat. hanc conclusionem dupliciter intelligit; Primò statutum disponens, quòd testis omni exceptione maior iunctus cum alio non probet; & hoc modo loquendo procedat illud, quod dixit Roma. & sequuntur alij. & ratio est:quia hoc statutum facultatem probandi per duos testes aufert; & ex consequenti contra ius diuinum disponit.c.sunt quidam. 25. quæst. prima.
2 Secundò † si statutum disponat,quòd testis, etiam si sit omni exceptione maior, non probet, ita ut probanti iusiurandum suppletiuum deferri non possit: & hoc secundo casu Crotus eodem in loco Romanum malè dicere arbitratur. Nam † quòd probanti
3 per unum testem iusiurandum deferatur, est contra iuris communis regulas.l.ubi numerum.ff.de testi.& c.in omni negocio.& c.licet,eodem titulo. Si igitur statutum,quòd probanti per talem testem iusiurandum non referatur disponat:ualebit;cum dispositio ni iuris cõmunis conueniat, per ea quæ habentur in c.2.in princip.de decim.in 6.& est glos. in ca.statutum,in uerbo numerandum, de prębend. in 6. Præterea subdit ipse, huiusmodi iusiurandi delationem ex quadam æquitate descendere, iuris scripti rigore repugnante;ut inquit Bal.in rub. de contr. inuest.in usibus feud. Cum itaque rigori iuris scripti conueniat,ut ualeat,dicendum est.

1 *Testi uno ut credatur,quando fideiussor agit.ut extrahatur de obligatione, si statuto caueatur,an locũ habeat in eo,qui dicit se soluisse,et solutum repetere intendit.*

2 *Fideiussor facta solutione liberatur.*

CAP. XL.

1 QVadragesimò quæritur,stante statuto;† quòd uni testi, quando fideiussor agit, ut extrahatur de obligatione,credatur,an in eo locum habeat; qui dicit se soluisse,& solutum repetere intẽdit. Pau. Castr.in consil.244.uiso suprascripto puncto, & dictis reformationibus. lib.1. non ualere dicit; Mouetur autem ex eo,quòd hoc statutum in duobus iuri communi repugnare uidetur.

Primò in modo probandi;cum unum testem sufficere uelit.l.iusiurandi.C.de testibus &c.à nobis. eo. titulo.Secundò in modo procedendi: quia summariè & de planò procedi uult; quod regulariter ex iure cõmuni non est.l.iudices.C.de iudic.& Authen. offeratur. C. de lit. contesta.& ideo strictè intelligendum est;in casu scilicet tantum,in quo loquitur; siue quem eius uerba compræhendunt, & non ultra l.quicquid adstringendæ.ff.de uerbor.obligat.& sic pro uiribus minimum, aut nihil corrigat ius commune:ut notatur in authen. quas actiones. C. de sacrosan.Eccles. Tum etiam quia casus omissus iuris communis dispositioni relinquitur.l. si cum dotem in prin.ff. solut. matri.& l. si extraneus. ff. de conditio.ob causam,& l.commodissimè.ff.de liber.& posthum.Casus uerò,in quo dictum statutum loquitur quiuè ex eius uerbis colligitur,est,cum fideiussor se à fideiussione extrahi petit;indemnisuè ab ea conseruari. Id autem antequam soluat siue nihil siue totũ
2 accidere potest; † Planè facta solutione à fideiussione liberatur,cum obligatio fideiussoria iam ipso iure extincta sit; & licet ope exceptionis, eius tamen contemplatione,principalis soluisse uidetur, ut notatur in l.Modestinus.ff. de soluti.& in l. Stichum.§. si mandato.eod.titu.ut igitur amplius liberetur, necessarium non est; nec ad hoc agi potest;sed ad illud tantum,quod soluisset,recuperandum;Vnde cum in hoc uerba statuti nõ conueniant; meritò nec eius dispositio locum habere potest.l.4.§. toties.ff.de dam. infect.& l.hos accusare.§. omnibus.ff.de accusatio. & l.1.ff.de aqua quotidia.& ext. Videntur igitur statuentes,tũc tantũmodo;cum de modico pręiudicio agitur;prouidere,id quod tunc accidat;cũ adhuc solutio sequuta non est;planè tunc eum,pro quo fideiussit,ad aliquid dandũ, quod quidẽ præiudiciale esset,condemnari non petit; sed ut se ab obligatione extrahi,& liberari curet; Id quod creditore uolẽte, propter alios fideiussores;quos deinde debitor forte

te daret, fieri oportet; & ideo si creditor consentire voluerit; vt eidem fideiussori de indemnitate caueat condemnabitur, quod tunc adimplesse intelligitur; si ei alios fideiussores, vel pignora, suæ indemnitatis causa præstiterit. l. si mandato meo in fin. ff. manda. & id proculdubio eius præiudicij, cuius solutio non est, & ideo mirum non est, si statuentes, vnum testem sufficere, existimarunt.

DE TERMINO AD ACCVSANdum & redarguendum testes de falso, & producendum eos, & termino ad reprobatorios reprobandum. §. XX.

Et post dictam publicationem testium, siue fiat à iure, siue fiat à iudice, quælibet partium intelligatur habere, & habeat ipso iure terminum sex dierum vtilium ad accusandum, & redarguendum testes de falso, & producendum eos, secundùm formam statutorum ciuitatis Florentiæ, & similiter habeat ad reprobandum, & reprobatum habendum tales testes ciuiliter dictos sex dies vtiles. Ad quos testes ciuiliter reprobatorios ex aduerso ciuiliter reprobandum, & reprobatum habendū, habeat, & habere intelligatur à iure quælibet partium terminum quatuor dierum vtilium, post dictos sex dies vtiles immediatè sequentium.

1 *Falsos testes producens, si pœna statuti sit puniendus, an ille, qui vnum tantum falsum testem producit, puniendus sit.*

2 *Pluralitas in singularitatem resoluitur.*

CAP. I.

TRactatur, vt vidimus, in hoc §. de accusando, & redarguendo testes de falso, eosque reprobando. Meritò pro prædictorum declaratione nonnulla hic referenda sunt.

Primo igitur quærendum est; stante statuto, quod
1 †qui falsos testes produxerit, puniatur; an ille, qui vnum tātum falsum testem produxerit, tali pęna puniendus sit. Gandinus in tractat. maleficiorum, in rubr. de falsar. num. 13. hanc quæstionem ad partes dispundando; vt in prędictam pœnam incidat; pluribus comprobare conatur, inter quæ, ea potissimum
2 ratione mouetur, †quòd illa pluralitas communi loquendi vsu inspecto in singularitatem resoluatur. l. falsam, §. fin. ff. de conditio. & demon. & l. 2. §. ex actis ff. de orig. iur. & l. non est sine liberis, ff. de verb. signi. & l. ait Prætor, §. 1. ff. de negoc. gest. Præterea hanc eandem opinionem tenuit Cynus in l. 1. C. vti possidetis; & Iacob. Butrig. & Bart. in l. 3. §. negocia, vbi Angel. qui illum, §. legit cum princ. illius legis. ff. de negoc. gest. & Idem Bart. in l. 2. §. si vnus, vbi etiam Dynus, & Alberi. ff. vi bonor. raptor. & rursus idem Bart. in l. 1. vbi etiam Bald. ff. de procurator. & idem Bald. in l. Gallus, §. quid si is, paulò antè finem, vbi etiam recentiores, ff. de liber. & posthum. vbi Ias. nu. 2. & in l. Diuus, §. Diuus, vbi Angel. ff. de petit. hęrc. & in cap. mandatum, colum. 2. extra de rescri. & Alb. iterum in l. 2. §. 1. ff. de liber. homi. exhiben. & in 2. parte statutorum, quæst. 28. incipiente secunda quęstio est; & Bonifac. de Vitali. in tract. eiusdem mate. in titulo, de falsis, nu. 18. & Angel. in l. 1. §. 1. in prin. ff. de dolo malo, & Petr. Ancharan. & Imol. in cap. relatum, il secundo, de testament. & idem Ancharan. in cap. 1. de lit. contesta. lib. 6. & in cap. cum ab vno,
1 colum. 2. not. 3. de senten. & re iudic. lib. 6. & Imo. in clemen. & si principalis, de rescript. & Anton. à Bur. in cap. vlti. colum. 59. versic. fallit nonò, extra de cōsuetud. & Domini. à S. Geminiano in cap. duobus. quod est penult. colum. 8. de rescript. lib. 6. & in cap. si compromissarius, colum. 1. de electio. in 6. & in c. 1. colum. 4. versic. fallit decimò, vbi etiam Philip. Franc. de temp. ordina. eodem lib 6. & Angel. Aret. in §. 1. colum. 2. versic. quid in delictis, instit. de iur. perso. & in §. 1. insti. de obliga. quę ex quasi contra. nascun. & in tract. malefic. in verbo falsario, colum. 2. & Alexand. in l. qui quartam, §. 1. ff. de leg. 1. & Io. Bapt. Seueri. in l. omnes populi, in materia interpretationis extensiuæ, quæ est circa finem, fol. 14. ff. de iustit. & iur. & Franc. Curt. senior in consil. 69. Dominus Ioannes colum. 4. versic. credo, quòd voluerit, & Barbat. in l. 5. §. satis acceptio, colum. vlti. ff. de verborum oblig. & in cap. Raimaldus, colum. 31. ver- 2
sic. & pondera vnum, extra de testamen. & Guiliel. de Bened. in cap. Rainutius, in vers. duas habens filias, num. 142. & Carol. Ruin. in consi. 114. circa primum, colum. 3. num. 6. lib. 5. & Georg. Natta in cap. quamuis, de pact. in 6. & Ias. in l. singularia, colum. 3. versic. ad istud notabile, ff. si certum peta. & in consi. 145. Beatissimus Papa, colum. penul. versi. quinimò fortius, lib. 2. & Cardinal. Alexand. in cap. omnes, colum. 2. distinct. 1. & Matth. Afflict. in constit. Siciliæ incipiente, multę leges, colum. 3. versic. tertiò noto. & in constitutione incipiente, qui falsitatem, post princ. & Nicol. Euerard. in locis legalibus in loco à ratione legis, in 3. casu principali, colum. 9. vers. hinc est, quòd si per statutum, & Tiraquellus, qui hos refert, in l. si vnquam, in glos. susceperit liberos, num. 248. C. de reuocan. donatio. vbi hoc idem pluribus comprobat. Verùm vltra eos, quos adduxit Tiraquellus, idem voluit Hieronym. Zanchus in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 871. ff. ad Trebellia. & Calcan. in consil. 1. num. 15. & Alber. in rubr. ff. vi bono. raptor. num. 3. & Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus, num. 52. ff. ad Trebellian. & Alexand. in consil. 85. animaduersis, num. 3. lib. 4. & Angel. in l. 1. §. hęc verba, num. 1. ff. de dolo; & in l. pretor, §. homines coactos, num. 7. ff. vi bonor. raptor. & Alexand. in l. Gallus, §. quid si is, num. 1 ff. de liber. & posthum. & in l. qui quartam, §. si quis, num. 3. ff. de legat. 1. & Barbat. in cap. mandatum, nume. 46. de rescript. &

Fulgos.

Fulgos.in l. 1. num. 2. ff. de procura. & Franc. Niconitis in rubr. ff. de oper. no. nunciat. nu. 265. qui plures refert; & Paul. Castr. in l. Gallus, §. quid si is, nu. 2. ff. de liber. & posthum.

1 *Statutum, vt in quibusdam casibus, an testibus vti velit, respondere non teneatur, locum non habet, quando testes scienter falsum deposuerunt.*

CAP. II.

1 SEcundò quæritur, † stante statuto (vt est Mediolani) vt in quibusdam casibus quis, an testibus vti velit, respondere non teneatur; procedat ne tale statutum; quando testes scienter falsum deposuerunt. Et Egidius Bossius in sua practica criminali, in titulo, de falsis, num. 118. & num. 153. vult, vt in eo casu tale statutum non procedat, quandoquidē, si aliter, quòd scienter falsis testibus vsus fuerit; constat non obstante statuto, respondere tenebitur, vt ibi per eum.

1 *Inquiri non potest post tempus à statuto ad accusandum constitutum.*

CAP. III.

1 TErtiò quæritur † si statutum certum tempus ad accusandum asignet (vt puta testes de falso) an vltra illud tempus inquiri posit, & quòd non posit, respondendum est; vt voluit notabiliter Bartol. in l. querela, vbi id dixit memoriæ mandandum esse, C. de fals. quem refert & sequitur Hieronym. Gig. in tractat. de crimin. læsę maiesta. lib. 1. in titu. quis de crimin. læsæ maiestat. cogn. poss. quæstion. 29. num. 8. in fin. quæst. Ratio autem ea est; quia inquisitio in locum accusationis succedit, capi. qualiter & quando, extra de accusat. Cessante igitur iure ad accusandum; etiam ad inquirendum cessare debet. At Angel. in dicta l. querela, versic. in eadem glo. quicquid dicat Bartol. aliter declarat: Nam illud, an de crimine principaliter inquiri posit, potissimum attendendum arbitratur; vtputa, quia statutum fortè ita disponat; uel quia ita iuris est; ut in casibus notatis in l. ea quidem, C. de accusatio. Tunc enim, inquit Angel. distinguendum esse. Aut enim via criminis cognitioni simpliciter lapsu temporis præcluditur, & tunc comprobat opinionem Bartol. vt scilicet ius inquirendi vltra ius accusandi non protrahatur. Aut verò via fori accusationi præcluditur, vt in prędicto statuto habetur, & tunc per 30. annos inquiri poterit, vt inquit gloss. in dicta l. querela. ratione de qua per eam, id quod ex eo comprobandum arbitratur; ꝙ prędictum statutum iuri communi repugnat; vnde strictè interpretādum est, l. quicquid astringendę, ff. de verbor. oblig. & l. constitutionem. ff. ad municip.

1 *Statutum disponens, quòd producens falsos testes cadat à causa, procedit etiam in assistente causæ.*

CAP. IIII.

1 QVartò quæritur, † stante statuto Bononiensi, & Florentino sub tub. ꝙ producens falsos testes cadat à causa; an tale statutum in causæ assistente locum habeat; Et hac in re locum habere voluit Hieronym. Gratus in consil. 48. num. 2. lib. 1. post Ludoui. Roman. qui hanc conclusionem pluribus comprobat, in consi. 105. viso themate, per totum, ex quo enim assistit, id, quod suo nomine factū est, ratificare intelligitur, vt ibi latius per eum, ad quem me refero, intelligenda tamen est præcedens conclusio; si sciens tales testes produxerit; secus verò si ignoranter, vt voluit Grat. in d. consil. 48. num. 4. lib. 1.

1 *Statutum disponens, vt producens plures testes falsos puniatur in centum, an intelligatur pro omnibus, uel pro quolibet, si tres, vel quatuor produxerit.*
2 *Delicti vnitatem vnitas temporis inducit.*

CAP. V.

1 QVintò quæritur, si statuto † caueatur, vt producens plures testes falsos in centum cōdemnetur, & fortassè quispiam tres, vel quatuor falsos testes produxerit; an pœna centum pro quolibet puniendus sit, nec ne. Alb. post Dinum in l. agraria. in prin. per illum tex. ff. de term. amot. & per text. in l. penul. §. fin. ff. de colle. illici. vt pœna centum pro quolibet imposita sit, arbitratur; Verùm Bart. in d. l. agraria, & in l. inficiando, §. infans, num. 3. ff. de furt. post Dinum in l. nunquàm plura. ff. de priua. delict. ita distinguebat; Aut prędicti testes ad vnum effectū producuntur, & tunc: quia vna est productio, pro vno tantum delicto punietur, argumento. l. illud, ff. ad l. Aquiliam. Si verò ad diuersos effectus producātur, & tunc pro quolibet pœnam centum impositā esse, argumento. l. agraria. ff. de termi. amo. & l. nunquā plura, ff. de priuat. delict. Hanc declarationem Bar. sequitur Angel. in d. l. inficiando, §. infans, ff. de furt. & quatenus Bar. pro omnibus vnam tantum cōpetere existimat, si producti vno contextu, & tempore omnes falsi testes, eodem contextu testimonium
2 dicunt, verum arbitratur, † Propterea, quòd vnitas temporis vnitatem delicti inducit. l. 1. C. vnde vi. Idē quoque voluit Cepolla in consi. 77. num. 9. consilio. crimi. & idem Angel. rursus in d. l. agraria. ff. de termi. amot.

1 *Pœna amputationis manus destræ an in aliam pœnam commutanda sit, si destram non habeat, uel eam aridam.*

CAP. VI.

1 SExtò quæritur, † stante statuto; quòd falso testi manus destra amputetur; si accidat, ꝙ dextram non habeat, vel si eam habet, arida sit, an in aliā pœnam commutari debeat. Et hac in re in aliam pœnam cōmutandam tradit Bal. in l. moneri, per illum tex.

tex.nu.5.C.vt intra cert.temp.& per text. in l.si quis iniuriam.ff.de iniur.& rursus idem Bal.quem sequũtur alij,in auth.sed nouo iure,C.de seru.fugit.

1 *Statutum si de falso mentionem faciat, de quo falso intelligendum sit.*

CAP. VII.

1 SEptimò quæritur † si statutum de falso mentionem faciat,de quo falso intelligendum sit. Respondetur de falso strictè intelligendum esse, & ex consequenti, quòd sub aliquo ex capitibus.l. Corneliæ comprehendatur,vt voluit Bartol.in l.quid sit falsum,in fin.ff.ad l.Cornel. de fals. id quod refert & sequitur Ioan.de Anan.in rubr. extra de crimin.fals. colum.1. versic. Tertio modo dicitur; & Riminald. in consi.53.nume.4. lib.1. & Salicet. in l. nec exemplum,C.eodem titu.de fals.& Petr. de Ancharan. in consi.271.num.3. De titulis criminum,& in consil. 24. visa inquisitione,num.5.& rursus idem Rimin. in consil.148. num.14.lib.1.& Paris. in consil.151. num.24.lib.4. & Angel. Aret. in tracta. malefic. in verbo falsario, colum.2.versic. quot modis,num.2. & ibi Augustin.Arimin.in additione, & Alexand.in consi.73.num.5.lib.1.& Afflic.decis.21.sub. nu.11. in fine,cum simil.

1 *Reus an comprehendatur sub statuto, imponente pœnam producenti falsum instrumentum, si ipse etiam produxerit.*

CAP. VIII.

1 OCtauò quæritur,extat statutum,quòd† producens falsum instrumentum causam amittat; Accidit,quòd tam reus,quàm actor falsa instrumenta produxerunt. An reus quoque comprehendatur. Bald.in rubr.C.de fide instrum.col.8.num.30.versi. incidenter etiam quæro, non comprehendi arbitratur; Mouetur autem ea ratione, quòd in pari turpitudine melior est conditio possidentis,vt notatur in l.cum mulier.ff.solu.matri.

1 *Pupillus an comprehendatur a statuto mandante, vt qui producit falsos testes,amittat causam, si eius tutor produxerit.*

2 *Actiones cedendo pupillus liberatur.*

CAP. IX.

1 NOnò quæritur, stante † prædicto statuto, quòd producens falsos testes causam amittat; An pupillus, cuius tutor falsos testes produxit; comprehendatur. Paul. Castren.in l. Polla.num. 5. C.de his quibus, vt indig.hanc quæstionem ponit, & tenet comprehendi. Mouetur autem, quia hæc pœna in tutorem non cadit; sed in ipsum pupillum, dicit tamen, pupillum damnum a tutore recuperare; & ideo subdit,si fortasse à statuto pœna pecuniaria imposita sit,vtputa centum; pupillum ad illa centum condemnari posse; Verùm ad solutionem
2 compelli non posse; † sed cedendo contra tutorem actiones liberari.l.qui solidum,§.etiam, ff. de legat. 2.& l.non inignotum,C.de administr. tutor.& hoc refert,& sequitur Corn.in d.l.Polla,num.3. C.de his quibus,vt indign.

1 *Statutum infamen & criminosum an ad probandum habilitare possit.*
2 *Verbum nullatenus,inferioribus disponendi, uel statuendi contrarium potestatem aufert.*
3 *Iustitia cum scelerato manere non potest.*
4 *Statutum iniustitiam inducens est nullum.*
5 *Testibus malam causam dicti sui reddentibus,vt credatur,statuto fieri non potest.*
6 *Testi malam causam dicti sui reddenti iudex credere non poterit,etiam si arbitrium habeat.*
7 *Statutum,quòd vilis efficiatur ciuis,non valet.*
8 *Ciuitas liberis legitimis, non naturalibus replenda est.*

CAP. X.

1 DEcimò quæritur, an † statutum infamen & criminosum ad probandum habilem reddere possit. Andræas Barbat.in tracta.de testibus,nume. 40.tenet non posse,per text.in cap. Constantinus, §. criminosi, periuri, similesque eorum nullatenus
2 3.quæst.1. † Verbum enim illud nullatenus, inquit ipse, inferioribus dispensandi, vel statuendi contrarium,potestatem auferre videtur, prout voluit glo. in clemen.hi qui.de ætate,& qualitate, quæ expressè dicit; per illa verba & similia, potestatem dispensandi inferioribus denegatam esse, demonstrari. vn de Angel.in l.si quæramus, ff.de testamen. quatenus Bartol.volebat,vt statutum doli capacem ad faciendum testamentum habilitare posit;contra eum adduxit text.in l.fin.C.de testam.milit.in versic.Ideoq; hoc fieri nullo modo concedimus,quasi per illa verba inferioribus potestas aliter statuendi denegata videatur. Vnde etiam Imol. in l.si quæramus, ad hoc adducit glo. in dicta clement. hi qui, & idem etiam voluit in cap.quia ingredientibus, de testament. II.
3 comprobat,† quia iustitia cum scelerato manere nõ potest, capit.forus,§.fin.de verborum significat.Ergo eo ipso, quòd statutum disponit, infames, seu criminosos ad testimonium admitti, ininstitiam indu-
4 cit; † sed statutum iniustitiam inducens est nullum, vt inquit Innocent.in c. quæ in ecclesiarum, de constit. & not. Angel. & Ludouic.Roman. in l.cum speciali. C. de testamen. meritò hoc statutum nullius momenti erit. III. Facit cap.susceptos.3.quæst.5. versic.antecessores apostolici prohibuerunt, & nos eorum authoritate submouemus; & futuris temporibus includimus. Nam apertè videtur in futurum contrarium probandi prohibita facultas; & si dicatur, subdit Barbat. prædictos Canones in iure canonico, non ciuili procedere, & ex consequenti in statuto populi l. fin. ff. de iurisdict. omnium iudic. & c. vt animarum periculis, de sentent. excommunicat. in sexto. Respondetur, illos canones in vtroque foro

foro militare. IIII. comprobat ex ijs, quę voluit
5 Anton. à Butr. in cap. 1. de appellat. dum voluit, † ſtatutum diſponens, teſtibus malam cauſam dicti ſui reddentibus ſtandum eſſe, non valere, de quo diximus ſupra in §. 19. quæſt. 30. & Bald. in l. ſolam, C. de teſtibus, inquit, quòd iudex licet de iure, & de fa-
6 cto arbitrium habeat: † Attamen non obſtante tali arbitrio teſti malam cauſam dicti ſui reddenti credere non poterit; ergo multò minus ſtatutum, de quo agitur, valere debet. Comprobatur ex ijs, quę dixit Angel. in l. fi. per illum tex. C. de bon. quę liber.
7 Dum voluit † ciuitatem ſtatutum facere non poſſe; vt vilis illius ciuitatis ciuis efficiatur; Debet enim ciuitas bonis ciuibus, non vilibus repleri, & ideo dixit
8 Bal. in l. 1. ff. ſolu. matr. † ciuitatem liberis legitimis, non naturalibus replendam eſſe.

1 *Teſtes infames ad probandum matrimonium an admittantur, ſtante ſtatuto, quod adulterium per teſtes infames probari poſſit.*

2 *Teſtes infames, qui ſufficiunt ad probandum crimen læſæ maieſtatis, non probant eius adminicula.*

3 *Teſtes integri non ſunt teſtes infames, etiam ſi per ſtatutum ad probandum adulterium admittantur.*

4 *Teſtes habilitati per ſtatutum ad probandum adulterium, non ſufficiunt ad torturam.*

CAP. XI.

VNdecimò quæritur ex prædictis, ſtante ſtatuto, quòd adulterium per teſtes infames
1 probari poſſit; an † teſtes infames vigore ſtatuti ad probandum matrimonium admittantur; quandoquidem adulterium ſine matrimonio non eſt. Bald. in authent. ſi teſtis productus dicatur, numero ſeptimo, C. de teſtibus tenet non probari. Nam, inquit ipſe; licet matrimonium violari requiratur, tamen in matrimonio non conſiſtit crimen per infames per ea, quę in ſimili dixit Bartol. in l. in quæſtionibus, vbi inquit omninò eſſe videndum, ff. ad l. Iu-
2 liam maieſtat. Vbi voluit Bartol. † teſtes infames, qui in crimine læſæ maieſtatis ſufficiunt; ad adminicula illius criminis probanda non admitti; ſed ea tantum, quæ ipſum delictum reſpiciunt, vt eſt optimus text. in cap. per tuas, de ſimon. Hoc dictum Bald. refert, & ſequitur Riminald. in conſil. 258. num. 35. & 36. lib. 2. & Barbat. in tractat. de teſtibus poſito in cap. teſtimonium, extra de teſtibus, num. 46. verſ. circa ſecundum. Id quod voluit etiam idem Barbat. in clemen. cauſam, colum. 3. verſic. limita, vt fuit notabile dictum, de electio. & Ioan. de Anan. in dicto cap. per tuas, colum. ſecunda, verſic. & ſic habes ſecundùm Bart. de ſimon. Salicetus autem in dicta authen. ſi dicatur, ſub nume. 8. verſicu. ex quo infertur, quòd ſi infamis, C. de teſtibus contrarium verius arbitratur; Mouetur autem, quia cum adulterium non detur, niſi mulier nupta ſit; videtur etiam matrimonij probatio permiſſa; argumento. l. ſecunda, ff. de iuriſdict. omnium iudic. & l. illud, ff. de acquirenda hæreditate. Nec obſtat inquit Salicet. tex. in dicto cap. per tuas, extra de ſimon. quia de adminiculis ad probandum, non de probandis loquitur. Præterea inquit ipſe, matrimonium de ſubſtantia, non de adminiculis adulterij eſt; Hanc opinionem Saliceti ſequitur etiam Angel. in l. famoſi, in princ. ff. ad l. Iuliam maieſta. His tamen, quæ per Salicet. & Angel. dicta ſunt, reſpondet Barbat. in locis prædictis, vbi inquit, quòd quando alioquin matrimonium per teſtes bonæ famæ probari non poſſet; fortaſsè locum haberent. Eſt tamen, quando retineamus opinionem, quòd adulterium per teſtes infa-
3 mes probari poſsit, animaduertendum, prædictos teſtes integros non dici, dicto cap. per tuas, de ſimo. & tradit Alexan. in conſilio 11. circa princip. num. 1.
4 & 2. lib. 1. inquiens † ad torturam in illum inferendam, contra quem teſtificatur, vnum ex prædictis teſtibus non ſufficere per ea, quæ habentur in dicta l. 3. §. lege Iulia, & aliis iuribus ibi per eum allegatis, & vtrobique per Bartol. & ideo ſubdit ibidem Alexan. quòd in caſibus, in quibus ſpecialiter inductum non eſt; quòd huiuſmodi teſtes infames ad teſtimonium contra accuſatum, vel inquiſitum recipiantur, ſine tortura recipiendi non ſunt, & ita ſecundùm eum not. glo. Innocen. & alij in cap. cum P. extra de accuſatio. & glo. in dicto cap. per tuas, de ſimon. & refert Hyppol. Marſil. in conſilio 101. numero 16. 17. & 18. & in conſil. 102. numero 11. Verùm ſi teneremus præcedentem concluſionem, quòd huiuſmodi teſtes ſtatuto habiles fieri non poſſent, omnia prorſus ceſſarent.

1 *Statutum diſponens, quòd teſtes de falſo teſtimonio infra menſem accuſari poſſint, an tollatur per aliud, quòd quis de falſitate infra decem annos accuſari poſſit.*

2 *Iudex, cum ſunt diuerſæ leges, quam vult, accipere quando poſſit.*

CAP. XII.

1 DVodecimò quæritur duo † ſunt ſtatuta, vnum, quòd teſtes de falſo teſtimonio infra mẽſem tantum accuſari poſsint; aliud, quòd quis de falſitate infra 10. annos accuſare poſsit. An per ſtatutum hoc generale vltimum inductum ſit, vt quis poſsit de falſo teſtimonio accuſari. Bartol. in l. ſanctio legum, colum. 2. num. 3. verſicu. circa hoc quæro, duo ſunt ſtatuta, ff. de pœnis, hanc quæſtionem ponit; & inquit videri, quòd poſsit; Nam cum ſint diuerſæ le-
2 ges † iudex quam voluerit ſiue generalem, ſiue ſpecialem eligere poteſt. Attamen his non obſtantibus Bar. contrarium ibi determinat. Inquiens prædicta vera eſſe; quando leges generales, & ſpeciales diuerſas accuſationes, ſeu diuerſa accuſandi iura ponunt; At cum in terminis noſtris id non faciant; ſed circa vnum & idem ius accuſandi diſponunt; meritò clauſula generalis ad ſpecificata nõ refertur; Eſſet nãque iniquum, vt vna & eadẽ accuſatio, accuſandi ve ius, annale & perpetuum eſſet, d. l. ſanctio. & ideo inquit Bar. inſpiciendum eſſe, an leges illæ diuerſæ, diuerſum ius accuſandi inducãt. Ideve circa ius diſpouãt.

DE

DE DILATIONE examinandum testes extra territorium. §. XXI.

In omnibus tamen prędictis casibus, si qua partium vellet producere testes existentes, seu quos diceret habere in alio territorio, quam in territorio ciuitatis Florentię, iudex causæ, si ei videbitur, possit & debeat statuere ad hoc terminũ competentem, suo arbitrio moderandum secundùm loci distantiam. Qui terminus non computetur in termino instantiæ. Dummodo illa talis pars, quę diceret habere testes in alio territorio, infra quintã diem proximè futuram à die litis contestatæ verè, vel fictè, in causa comparuerit, & asseruerit suo iuramento, præsente, vel legitimè citata aduersa parte, se prædicta non dicere, seu proponere in fraudem, vel pro dilatanda causa, & si huiusmodi dilationis petitio inuenta fuerit calumniosa, puniatur petens, cuius causa agitaretur, in libras 50. piccioli, dandis & soluendis camerario cameræ communis Florentiæ pro ipso communi recipienti, etiã si per generalem procuratorem, vel aliquem alium legitimũ administratorem, seu mandatarium petitum fuisset: Quæ pœna possit & debeat per quemlibet rectorem, & officialem communis Florentiæ exigi. Et intelligatur dicta petitio fuisse calumniosa, si infra dictum terminum non ostenderit pars, se aliquos ex prędictis testibus, ad quos producendos de alio territorio dilationem habuerit, coram iudice produxisse & in tali causa examinari fecisse testes, quorum dicta, vel testimonia facerent ad causam.

1 *Testium extra territorium examinandorum modus, & forma etiam de iure communi.*

2 *Dilatio quarta ad producendum & examinandos testes regulariter non datur, verum aliquando ex causis conceditur.*

3 *Statutum conuenit cum iure communi.*

4 *Dilatio quando arbitraria sis, & quorum causa.*

5 *Dilationes citatoriæ arbitrariæ, nisi sint nimis breues.*

6 *Iudex, qui nimis breuem dilationem citationis concedit, parti læsæ tenetur.*

7 *Citatio cum competenti termino ad comparendum fieri debet, & qui terminus dicatur conueniens.*

8 *Dilationes etiam expectatiuarum sunt iudici arbitrariæ.*

9 *Iudex ex sua benignitate post peremptorium edictũ, potest partem aliquot dies expectare.*

CAP. I.

POsuerunt in hoc §. statuentes modum testium extra territorium examinandorum; quapropter hinc sumpta occasione nonnulla ad rem hanc pertinentia adnectemus. Voluerunt igitur hoc loco statuentes, quòd si aliquis testes in alio territorio habeat; iudex, si ei videbitur, terminum arbitrio suo secundùm loci distantiam statuere posit. Hæc statuti
1 † nostri dispositio, quatenus ad ciuiles causas pertinet, cum iuris communis dispositione concordat. Habemus namque de iure communi tex. expressum in l. iudices, C. de fide instrum. & in auth. de testibus, §. & quoniam, vbi Doctores id latè discutiunt. Nam de iure communi ita obseruatur, si enim testes, qui in ea prouincia degunt, in qua lis agitur, examinari petantur; trium mensium dilatio est; Si verò in continentibus prouincijs, idest, quæ nullo, aut modico freto distinguuntur. l. notionem, §. continentes, ff. de verbo. signifi. sex mensium; At si in transmarina prouincia nouem mensium dilatio erit. De hic est tex. expressus, vbi tradunt Doctores omnes in l. 1. C. de dilatio. & in cap. spacium. 3. quæst. 3. & rursus Doctores omnes in c. vltra tertiam, vbi Bellame. Abba. Felin. & cæteri extra de testib. & attesta. & Angel. in l. interdum, ff. de iudic. & Dinus in tracta. præscriptio. num. 20. Vnde animaduertendum est; quòd si ad testes in prouincia examinandos tres menses dati fuerunt; si deinde in continentibus prouincijs examinare velit, sex menses dandi erunt, & si rursus in transmarina nouem; vt in locis supra relatis tradit Alberi. post Petr. ibi, & post Innoc. in c. fin. extra de testib. & in l. in pecuniariis, num. 21. ff. de feri. & si vt vna nouem mensium ex æquitate ad breuiandarum litium causa solum danda videatur, quam opinionẽ sequitur Cynus, quem refert Alber. in d. l. 1. num. 2.
2 C. de dilatio. Quarta autem dilatio † ad producendos, seu examinandos testes regulariter nõ datur. d. c. vltra tertiam, vbi omnes, conceditur tamen aliquãdo ex causis, de quibus ibi latè per Doctor. & tradit Lanfran. in c. quoniam contra, in tract. de testib. nu. 58. & licet de hoc satis clarè & expressè prædictæ leges loquantur; non defuere tamen, qui has dilationes arbitrarias esse voluerint, vt infra dicemus, cum de arbitrio tractabimus; Redeundo igitur ad
3 rem nostram, † statutum hoc nostrum prorsus cum iure communi conuenire videtur; Planè dum in eo dicitur, si ei videbitur; idem quoque de iure cõmuni habetur, vt est tex. in d. l. iudices, ibi, si hoc prospexerint, vbi etiam not. Salicet. Rursus etiam dum in hoc statuto dicitur, infra terminum suo arbitrio moderandum, pariter idem de iure communi habetur in d. §. & quoniam, in auth. de testib. ibi. Iudice hoc decernente, & sufficiens spacium temporis definiente.
4 Prẹterea animaduertendum est, † dilationem in pluribus dilationum speciebus, tam termini, quàm loci respectu arbitrariam esse l. 2. & ibi Bartol. & præsertim

fertim.num.9.ff.de re indic.& tradit Iacob. de Aré.
in l.itaque.nume.1.ff.de iur.delib.& est tex.in l.non
numquam.ff.de iudic.& glo.in ca.præterea.in glos.
magna circa medium extra de dilatio.& Abb. in c.
1.num.7.eod.tit.de dilatio.vbi col.fin.nume.15.di-
lationum species colligit:& Cynus & omnes in l. 1.
C.de dilatio.& Nicola. Boeri. in l. consentaneum.
num.31.C.quomodo.& quand.iud.inquit,consue-
tudinem ita seruare;& Pet.de Bellapert.in l.in pecu
niariis.num.20.ff.de feriis, & quatenus pertinet ad
rem nostram,quòd in dimissoriis literis ad testes ex
tra prouinciam examinandos dilatio in causis ciui-
libus arbitraria sit, est tex.in d.l. iudices. cum auth.
sequen.apud eloquentissimum, & in corpore vnde
sumitur.C de fide instrum.& in clemen. 1. de offic.
delega.& voluerunt Archidi.& Ioan.Andr. in cap.
præsentium.vbi etiam Philipp.Franc.col. 4. nume.
12.& Ioan.Franc.Pauinus in tract.de offic. & pote
sta.cap.sede vaca.in 10.quæst. primæ partis princi-
palis col.4.sub num.10.versi.& aduerte quia audi-
tores in curia Romana:vbi hanc materiam declarat
& eum refert & sequitur Cassad.in Decis. 3. nume.
5 1.in tit.de dilatio.Sunt præterea† & citatoriæ dila-
tiones iudici arbitrariæ.c.si ægrotans 5.quæst.3.vbi
notat Proposi.& voluit Guid. Papæ in decis. 429.
num.5.nisi fortassè dilatio nimis breuis sit:Nam in
6 eo casu præterquam quòd † iudex parti læsæ teno-
tur;poterit etiam appellare,vt videtur tex.in c.1.de
dilatio.& tradit Roma.in consi.497.nume. 2. & in
extrauaganti rem non nouam,de dolo & contuma.
7 & Bonifa. VIII. & in clemen.1.de iudic.†citatio-
nem cum competenti termino ad comparendum
fieri debere;expressè cauetur. Dicitque Octauia.
Vestri in sua practica,quam iudiciorum mores ap-
pellat.lib.4.in tit.de citatio.extra curiam pro singu
lis vicenis miliaribus vnam diem assignandam esse,
per.l.1.ff.si quis cautio.& in §.qui excusare.Instit.de
excusa.tuto. Alioquin tanquam temeraria citatio
citatum ad comparendum,etiam post terminū nō
arctaret.l.aut qui aliter.ff.quod vi aut clam,& Abb.
in c.cum dilecti.num.20.extra de dolo,& contu. &
tradit Petr.Foller.ī sua praxi crimina.cano. 2.part.
iudi.versi.Reperti culpabiles citentur,num.21. Pa-
8 riter † etiam expectatiuarum dilationes iudici sunt
arbitrariæ;Nam post peremptorium ædictum ema
9 natum potest† Iudex sua benignitate pariē aliquot
dies expectare,vt voluit Barto.in l.& post ædictum
num.1.ff.de iudic.asserens ita sese consuetudinē ha
bere,& idem uoluit Bal.in l.non nunquam.ff. de iu
dic. non solùm in ciuilibus, sed etiam in criminali-
bus,vt idem ait in d.l.2.C. quomodo & quádo iud.
& in d.l.non nunqnam,& voluit antè eum Barto.in
l.inter accusatorem.col.2.in princ.ff. de public. iu-
dic.& Lancello.Conrad.in sua pratti.lib.1.ca.9. de
prætore.§.2.de offic.præto.in causis ciuilibus,in tit.
de perempt.nu.2.in fi.& nu.3.

1 *Terminus datus ad examinandum testes extra terri torium,quòd in instantia non computetur conuenit cum iure communi.*

2 *Statuto disponente, ut certo tempore omnis causa ter minetur, si aduersarius suos testes in longinquis re-gionibus habeat;& ob id illi aliquod tempus ad exa minandum concedatur, interim instantia non currit & quando,& quomodo id procedat.*

3 *Prorogatio instantiæ partibus consentientibus de tē-pore in tempus fieri potest.*

CAP. II.

1 SVbdit tex. noster † qui terminus non compute-
tur in termino instantiæ, in hoc etiam, ut dixi-
mus, cum iure communi statuentes in casibus, de
quibus infra, conuenire videntur; Nam statuto di-
2 sponente, † vt omnis causa certo tempore, puta 60.
dierū terminetur; vt supra latius loco suo diximus,
si aduersarius testes suos in longinquis partibus ha
bere dixerit, & ob id illi aliquod tempus ad exami-
nandum concedatur,interim pendente illo tempo
re,non currit instantia.l.si cum ipse,iuncta.l.præce-
denti,& ibi Dinus,Cynus,Alberi.& Bald. ff. de ex-
cus.tuto.& est tex.in l.petendæ.C.de tempo. in in-
teg.restit.vbi Docto.& in l.intra vtile.in princ.ff.de
mino.& in l.contra maiores.C.de inoffic.testamen.
vbi inquiunt,Cynum velle,licet id mihi dicere non
videatur:quòd si causa infra certum tempus expedi
ri debet,impedito, dilatione ab aduersario petita,
tempus non currere. & idem refert & sequitur Ioā.
de Amic.in consi.139.Christi eiusque matris nomi
nibus inuocatis:& Petr.de Anchara. in clemen. ab
ecclesia.num.5.de in integr.restit.vbi allegat Ioan.
And.in c.vltra tertiam.de testib.in nouellis, quæst.
3.contrarium tenentem. Verùm prædictam primā
opinionem tenet Alexan.in consi.72.videtur prima
consideratione.num.1.lib.3.& in consi.71. colum.
1.lib.5.& Abb.in c.venerabilis.num.10.extra de iu
dic.& Cataldi de Boncompag.in tracta. de sindica.
num.45.vbi adducit Cynum,& Dynum in l.fi.C.de
adult.Subditque post Bald.in d.l.si cum ipse.de ex-
cusa.tuto.hoc locum habere;cum liti terminus præ
figitur; secus verò si mora iurisdictioni præfigatur,
3 † propterea quòd tunc huiusmodi dilatione parte
contradicente prorogari non potest, partibus uerò
consentientibus de tempore in tempus prorogatio
fieri potest:vt not.in l. 2. ff. de iudic. & tradit Hyp-
po.Marsi.in singul.384.Dixi tibi, per ea quę uoluit
Castren.in l.interdum in prin.per illum tex.ff.de in
terd.& Alexan.in l.1.in prin.col.vlt.versic. item in-
quantum.ff.si quis iusdicen.non obtemper.& Ias.in
l.properandum in prin.col.1. C. de iudi. Vt igitur
omnis dubitationis occasio remoueretur;Quoniam
vt supra vidimus in principio huius statuti, ad expe
diendas & terminandas causas. 60. dierum termi-
nus à statuto Iudici instātiæ & iurisdictioni præfi-
xus est, iure optimo hoc loco statuentes huiusmo
di terminum ad examinandum extra territorium
datum, in instantia non computari; expressè de-
clarauerunt.

1 *Dilationem de iure communi etiam potest iudex con cedere sub comminatione,quòd si non probabit, eum multabit;& eum non probantem multare.*

2 *Iuramentum exigi calumniæ in concessione dilatio-nis inuenit Papa.*

Iuramen-

3 *Iuramentum calumniæ, quod ſemel tantum in cauſa præſtatur, aliud eſt, & aliud iuramentum quòd malitiosè dilationem non petat.*

4 *Iuramentum, quòd calumniosè dilationem non petit ubi iudex de malitia dubitat, petere poteſt.*

CAP III.

PRæterea adhuc ſubdit tex. noſter, partem teſtes extra territorium examinari petentem; modo & forma, de qua hic in tex. iurare debere; hanc dilationem calumniandi animo, & ad dilatandam cauſam non petere. Alioquin ſi eo animo petierit, pœna librarum 50. puniendam eſſe; Calumniosè autẽ (inquit tex.) intelligatur; ſi teſtes non habuerit; uel ſi quos habuerit; infra terminum præfixum examinari non curauerit.

Dum igitur tex. noſtr iuramentum illud calũniæ & pœnam 50. librarum adhibet; qd ſimile cum iuris diſpoſitione habere dicẽdum eſt, per ea quæ dixit Alex. in l. 1. in prin. col. ult. uerſi. item in quantũ. nu. 18. ubi etiam Iaſ. nu. 27. ſi quis ius dicẽt. non ob-
1 tempe. Inquit † enim ibi. ſi iudex partem aduerſam per calumniam huiuſmodi ad probandũ dilationẽ petere ſuſpicetur; poſſe ei talem dilationem ſub ea comminatione concedere; ꝙ ſi nõ probauerit eum multabit; & ipſum poſtea non probãtem multare, per ea quæ uoluit Petr. Ancha. in c. cõſtitutus. de fideiuſſo. per tex. in l. ſi quis dicat. ff. de manumiſ. & in l. ius alimentorum §. pen. & ibi Bar. ff. ubi pupil. edu ca. debeat. Id quod, ut ipſe inquit, in practica notabile eſt, ſecundũ Imo. in d. c. conſtitutus. col. fi. uerſ. alia, ubi etiam Abb. nu. 9. de fideiuſſo. & reffert & ſequitur Hyppo. Marſi. in ſingul. 384. Dixi tibi ſupra. Id qd probare uidetur tex. ĩ l. de die. §. tutor. ubi Bal. Angel. & Paul. Caſtren. & Alex. ff. qui ſatiſd. cogan. Quinimo tex. ſtatuti noſtri cum. c. ſtatutum. de
2 reſcri. in 6. concordare uidetur; † ubi Pontifex hanc dilationẽ malitiosè petẽtibus occurrendo, iudicem à petente calumniæ iuramẽtũ exigere, & ad uiatica omnia neceſſaria deponenda compellere ſanciuit, ut latius infra dicendum erit, & uoluit Ange. in l. interdum. nu. 2. ff. de iudi. & ideo dixit Afflic. ſuper cõſti. Regni. ſuper conſti. Iuſtitiariũ. §. cauſas aliàs. num. 7. uerſi. 6. nota; ꝙ quando in cauſa criminali terminus ad probandũ in locis diſtãtibus petitur; iudicẽ parti ꝙ talẽ dilationẽ animo nõ differendi iudiciũ petat, date debere, ſed neceſſaria ſua in cauſa ciuili
3 defenſione. Propterea † ꝙ aliud eſt iuſiurandum calũniæ, qd ſemel tantum in cauſa præſtatur, ut in Authẽ. hoc ſacramentũ. C. de iuramen. cal. Aliud uerò iuramentũ qd malitiosè dilationẽ nõ petat † Quod
4 quidẽ iudex ubi de malitia dubitat, exigere poteſt, ut notatur in c. 1. de iuram. cal. in 6. & firmat Card. in cle. ſæpe. §. 1 q. 7. de uerb. ſign. & latius quãdo iudex uidet, aut ſuſpicatur, petentẽ talẽ dilationẽ id calumniæ animo facere: tradit Caſſad. in tit. de dilatio. decis. 3. nu. 1. uerſi. quæ remiſsio per ea quæ uoluit Inno. in c. poſt electionẽ. de conceſsio. præben. & Bal. in l. iudices. C. de fide inſtrum. & Ludou. Roma. in conſ. 273. clarum eſt. & Alcia. in reſponſo. 462. num. 3. & de hac calumnia inquit in hoc caſu, & aliis plura Fel. cumulando: in c. decætero. col. tertia in fi. cum ſeq. de re iudic.

1 *Teſtium examinandorum forma extra territorium.*

2 *Teſtes ſi ſint in alio territorio, non ſolent ad iudicem cauſa, ut ab eo examinẽtur deduci, ſed literæ, ut ibi examinentur, mittuntur.*

3 *Teſtes alterius territorij ut compareant, compelli nõ poſſunt.*

4 *Teſtium uacillationes & trepidationes, & alias ſuſpiciones ſiquas habent, Iudices quibus examen cõmittitur, in actis & atteſtationibus ſcribere debent.*

5 *Literarum dimiſſoriarum ad teſtes extra territoriũ examinandos practica.*

CAP IIII.

PRoſequendo declarationẽ tex. noſtri, uidendũ eſt, à iudice dilatione cõceſſa; quomodo teſtiũ examinatio fiat; quo uè ordine citentur, examen uè cõmittatur, & quomodo etiam teſtium examinatorum teſtificata ad iudicem remittantur. & id primo iure communi inſpecto, deindè uerò quid ex cõſuetudine, & ſtilo in hac noſtra ciuitate ſeruetur.

Hac in re breuiter ad primũ redeũdo Azo in sũ-
1 ma nu. 26. C. de teſtibus inquit † teſtes uel ad tribunal, ubi lis uertitur adducendos eſſe, uel ꝑ literas iudicis ad eum locum, uel iudicem, ſub quo ſunt, ut ibi examinentur, dimittendos. Primò igitur inquit ipſe ſi iudex oportunum duxerit, teſtes ad ſe ipſum adduci data dilatione iubere poteſt; & ideo teſtes de prouincia in Italiam, uel de prouincia in prouinciam, uel de ciuitate in ciuitatem, ad eum ſcilicet iudicem, coram quo lis agitatur, ſi iudex proſpexerit expedire; & iuſtitia patiatur; uocari poſſunt; Si uerò non expedire exiſtimauerit; poteſt literas ad eũ iudicem, ſub cuius iuriſdictione ſunt, dirigere: ut apud eum examinẽtur, quorum deinde teſtificata in ſcriptis redacta, & nulli partium prodita, ipſe ad iudicẽ cuius authoritate examinauit, remittat; Et id in ciuilibus cauſis locum habet, in criminalibus autem; an aliter res ſeſe habeat, ſuo loco dicendum erit. Quatenus autem inquit Azo, iudicem ſi expedire exiſtimauerit, poſſe ad ſe ex eo loco, ubi ſunt, ut examinẽtur uocare parum antiquitus, & fortè nũquàm: niſi magna ex cauſa obſeruatum fuit, & hodie nuſquã
2 obſeruatur. Quandoquidem † ubicunquè teſtes extra territoriũ examinãdi ſunt. Iudex cauſæ literas ad iudicẽ, ſub cuius iuriſdictione ſunt, mittit, quibus illi, ut ꝑdictos teſtes citet, & examinet, ut ſupra diximus, iniungit: ut inquit Alber. in l. teſtium. §. teſtes nu. 32. ff. de teſtibus, per tex. in l. cum unus. §. fi. ff. de bon. autho. iudi. poſſi. inquiens hoc frequentius in uſu eſſe, & adducit Speculato. in titulo de compe. iud. adit. §. generaliter, uerſ. ſed quomodo iudex nu. 5. Preterea tales teſtes ab eorum iudice per literas iudicis cauſę examinari, & atteſtationes ſigillatas remitti uoluit Bal. in rub. extra de iudi. in lectura ſecũda col. 2. num. 5. uerſi. poteſt etiam incidenter, per tex. in l. 3. §. fin. ff. de teſtibus, & tradit de hoc Alciat. in reſpon. 462. nu. 1, & ſequen. Dum inquit, regula-

gulariter secundùm cõsuetudinem locorum, huiusmodi literas concedi. Idem etiam voluit Soci.iun.in consil.60.numero 2.volum.2.& Angel. in l.iudices, num.1.C.de fide instrum.vbi inquit,ita seruare consuetudinem,& Bartol.in l.cum ab initio,in fi.ff.quẽadmo.testa.aperia.& Ang.in §.& quoniam, in auth. de testibus,& Paul.Castr. in l.si quando,numero 5.
3 C.de testib. † vbi loquitur,quando testes alieni territorij sunt, qui ad ueniendum compelli non possunt; & ideo iudici loci scribitur, vt illos super articulis transmissis examinet, per text.in l.si quis ex signatoribus,ff.quemadm.testa.aperia. & adhoc videtur facere illud,quod voluit Imo. in c.cum olim, nu.2. extra de testibus, vbi inquit, testes extra prouinciã ire cogendos non esse,& Abba.in c.constitutus,num.5.
4 extra de testibus,vbi ait,quòd † si iudex ille,ad quem literæ directæ sunt,testes vacillare, vel cum trepidatione loqui, vel aliter eos quoqnomodo suspectos habeat,id in actis scribere debet, & idẽ voluit Imol. in l.cum ab initio.in glo.fin.ff.quand.testam. aperia. Præterea,ꝙ huiusmodi examen,vt supra diximus,cõmitti debeat.tenet etiam Nellus à S. Geminiano in tracta.de testibus,inter tracta.Bar.in versi.debet iudex,nu.3.versi.testes producuntur de prouincia, & Iacob.de Nigr.in l.omne officium,nu.25. ff.de offi. assessor.vbi quærit, si attestationes non sigillatæ remittantur,an faciant fidem,& nõ facere fidem, post lougam disputationem concludit,vbi etiam Rimin. nu.8.qui etiam multa de hac disigillatione refert.
5 Practica igitur ex prædictis colligitur, † vt iudex causæ iudici territorij,seu iurisdictionis illorũ, qui examinandi sunt,literis examen committat; qui deinde testes citare,iusiurandum deferre, & super capitulis transmissis examinare debet; & deinde attestationes sigillatas remittere.

1 *Literæ dimissoriæ ad examinandum testes extra territorium in quibus casibus denegentur,& primò quando non præstatur iuramentum calumniæ.*

CAP. V.

QVinto loco, quoniam autem aliquãdo huiusmodi examen non cõmittitur, & literæ prędictæ examinatorię deneganẽ;meritò ꝓ clariori tex.nostri declaratione, in quibus casibus id accidat,inspiciamus.

1 Primus igitur † casus,in quo literæ examinatoriæ denegantur est;quando ille,qui eas petit;quod id nõ facit animo dilatandi iudicij, & ex consequenti calumniosè;non iurauit.l.de dic.§.tutor,vbi Bald. Angel.Paul.Castren.& Alex.ff.qui satisda.cogant. cum alijs supra adductis, cum de hoc iuramenti genere loqueremur.

1 *Literæ examinatoriæ non conceduntur, nisi depositis expensis faciendis.*

1 Secundus casus est;† quando ille, qui eas literas petit,expensas necessarias in huiusmodi remissioue deponere nollet,& primò pro alendis testibus;si ex longinquis partib.ad locum iudicij venire deberẽt, iuxta l.si qñ,C.de testib.& c.statutum, §.proferendo,de rescri.in 6.Si verò testes venire nolint. Aliæ saltẽ expensæ deponendæ sunt. Alioquin iudex petentẽ audire non dẽt,vt inquit Imol.in l.cum ab initio,col.2. ver. & prædicta vera,nisi aliter,ff.quemadm.testam. aperian.& tradit gl.in d.c.statutum.§.fi.vbi Doct. & Alciat.in responso.462.nu.3.& Ias.in l.1. in prin.nu. 27.ff.si quis ius dicenti nõ obtemperauerit, & Ang. in l.interdum,nu.2.ff.de iudic.& Abb. in c.constitutus,num.8.extra de fideiusso.

1 *Literæ remissoriæ ad examinandos testes non conceduntur, quando iudex testes suspectos putat.*

1 III. Casus est,† quando iudex testes suspectos putaret;Tunc remissorias literas denegare potest; & coram se ipso produci iubere. Vt inquit Imo.consuluisse in d.l.cum ab initio, per tex.in c. præsentium, §.testes,de testib.lib.6.vbi etiam Archidiac. & Ioan. Andr.& Alcia.in d.responso.462.nu.4.

1 *Literæ remissoriæ ad examinandos testes extra territorium non conceduntur,nisi nomina testium iudici saltem edantur.*

1 IIII. Casus est; † qui à prædicto pendere videtur,& Alc.in d.respõso.462.nu.5. frequenter inquit in practica versari,quando.s.pars nominatim ipsorũ testium mentionem non facit,vel facere recusat;Vnde iudex cuius fidei, & qualitatis sunt testes examinandi;scire non potest; Interest enim in tali casu, vt saltem iudici nomina testium edãtur, nec oppositio in personas vsque ad aperturam expectetur, vt notat Ioan.Andr.in d.c.præsentium, ad fi.in verbo specificationem,& facit,quod voluit Bal.in l.edita,in repetitione paduana,C.de edendo,& Alex. in l.1.§.1.in fi.ff.eod.tit.

1 *Literæ remissoriæ non conceduntur ad examinandos testes, vbicunque pars potuit eos examinari curare in loco iudicij,& non fecit.*

1 V. Casus est,† quando negligẽtia ipsi petẽti imputari põt;vt quia potuerit aliquando illos testes in loco iudicij examinari curare, & non curauit, vt inquiunt Ang.Paul.Cast.Alex.& recentiores in d. l.de dic.§.tutor.& Alciat.in d.responso.462.nu.6.

1 *Literæ remissoriæ ad examinandos testes in causis arduis non conceduntur.*

1 VI. Casus est,† in causis arduis; Nam in illis testibus per dimiossorias literas examinatis, quasi omni exceptione maiores non sint, credendum non est; Planè si falsum dixerint, iudex eos punire nõ potest, vt voluit Decius & Crot.in d.c.1. in fi.de appella. & tradit Alcia.in d.responso.462.nu.7.

1 *Literæ remissoriæ ad examinandos testes extra territorium in causis criminalibus an concedantur.*

1 VII. Casus est † in causis criminalibus; in quibus, vt nonnulli voluerunt, testes p iudicē causæ examinari debent; Nec debet iudex causæ huiusmodi examen alteri cōmittere, vt est tex. in Auth. apud eloquentissimū. & in corpore vnde sumitur. C. de fide instrum. & tradit Abba. in c. cum causam. nu. 21. vbi etiam Felin. numer. 21. de testibus, & Alexand. in consi. 213. num. 5. volum. 2. & Aret. in cōsil. 82. illud tamen animaduertendum est, Doctores supra citatos id in testibus in territorio iudicis examinandos intelligere; secus verò si extra territorium examinari debeant. Verùm quòd etiam de testibus extra territorium examinandis iudex tale examen cōmittere non debeat; tenuit Cynus, & post eum latè Salice. in d. authen. apud eloquentissimū: vbi id pluribus rationibus comprobat, & Abb. in c. constitutus. de fideiusso. & in d. c. cum causam. extra de testibus: Quicquid tamen dictum sit, vt tales literæ concedantur, ex consuetudine obseruari tradunt scribētes: in d. c. constitutus. de fideiusso. & in specie Ioan. Andre. Anto. à Butrio & Anchara. quos refert Augusti. Arim. in additio. ad Angel. de malefi. in verbo qui iudex statuit. circa finem; & Carauit. super Ritu. 157. magnæ curiæ nu. 7. & Socin. Iunior in cons. 60. num. 7. in fin. lib. 2. & idem seruari de consuetudine etiam in causis capitalibus attestatur Bald. in d. authen. apud eloquentissimum. nu. 2. quem refert Anania in c. fin. num. 3. de collu. detegen. & Curt. Senior de testibus, conclusio. 29. num. 61. & Ioan. Grāmat. in consi. 41. num. 16. in criminali. & Affli. super prima parte constit. Regni Rub. fin. in prin. post nu. 2. & Bosi. in titulo, de opposi. contra testes, nume. 26. Dixit tamen Alciat. in d. consi. 462. num. 2. licet plerunque ex cōsuetudine huiusmodi literas remissorias concedere solitum sit; id tamen non fieri, nisi ex magna & necessaria causa, quando aliter veritas haberi non potest, & tradit etiam Iulius Clarus sētentiarum lib. 5. §. fin. practica crimi. versi. sed quæro quid. Præterea quòd ex consuetudine concedantur, voluit Feli. in d. c. cum causam. nu. 24. versi. fallit quintò. extra de testibus. ubi num. 25. dat formā practicandi, & idem tenet Ioan. Andre. post Ioann. Mona. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. & Bal. in ca. si qui testium. num. 1. de testib. & Lanfran. de Oriano in c. quoniam contra in uerbo testium, num. 16. extra de probatio & Egid. Bossius rursus in sua practi. crimi. in Rub. testium vocatio, in verbo reuocatus num. 3. & Barba. in d. c. constitutus. num. 8. & 9. de fideiusso.

1 *Testes si uelit examinare una pars pendente termino ad examinandum extra territorium assignato, debet aduersarium citare.*

CAP. VI.

VIdimus, quæ ad ius cōmune pertinēt; quæ autē in hac curia obseruentur, ponit hic statutū nostrum: quæ in alijs; cum iure communi conuenire videntur; & ideo vlterius insistendum non est.

VI. Loco vt nihil pro viribus omittatur, illud
1 adnotandum est, † q si terminus ad testes ex longinquis regionibus venientes examinandos constitutus sit; si interim pendente illo termino vna pars testes examinare velit, aduersarium citare debet. l. si quādo. C. de testibus. Ratio autē est; quia actor qua die id facere velit, diuinare non potest. l. si putator. ff. ad l. aquiliam. & l. si fideiussor. §. si eum debitor. ff. manda. & c. vni. vt eccl esia. benefi. & refert & sequitur Iaso. in l. qui antè calendas. sub nu. 6. versi. in secunda quæstione. ff. de uerb. oblig.

1 *Testium productio & publicatio an fieri possit post huius termini lapsum, data dilatione ad probandū per testes in prouincia.*

CAP. VII.

1 SEptimò etiam quæritur, † an data dilatione ad probandum per testes in prouincia, in qua est locus iudicii existentes, possit eorum productio, post huius termini lapsum fieri; & publicatio peti. Roma. in consi. 443. num. 3. hanc quæstionem latè examinat, ad quem me refero: cum de testibus in prouincia, vbi est locus iudicii, examinādis loquatur, nos verò de examinandis extra territorium loquamur.

1 *Testium reprobatio an commissa esse intelligatur iudici, cui examen testium extra territorium, uel in longinquis regionibus commissum est.*

2 *Testium reprobandorum examini maior diligentia quàm negocij principalis adhibenda est.*

CAP. VIII.

OCtauò, quoniā aūt supra sæpe de exāmine extra territorium cōmittendo mentionem feci-
1 mus; † Quærunt doctores, an eidem testiū reprobatio cōmissa esse intelligatur; Hac in re Ang. in l. cui iurisdictio. nu. 2. ff. de iurisd. omn. iud. post Inno. in c. licet causā. in prin. de pbatio. hanc quæstionē referendo, per illū tex. inquit, eū iudicē, cui examen cōmissū est ad testiū examinatorū reprobationem testes, quasi id ei cōmissū non sit; recipere non posse. Debere tamen protestationē super reprobatione recipere: quia sine illa receptio testiū benè fieri nō potest, argumento. d. l. cui iurisdictio. Vbi illud vulgatissimū habetur; q vno cōmisso, reliqua ēt, sine quibus illud expediri nō pōt; cōmissa esse intelligūtur. Hanc eandē cōclusionē tenet Felinus ī d. c. licet causā. nu. 14. in fin. vbi ēt Bal. nu. 2. & Decius in 7. nota. & Augusti. Beroius nu. 17. extra de probat. Rō au-
2 tē secundū Beroiū eo in loco ea est, q maior † industria & diligentia in testiū reprobatoriorū examine q̃ examinandorū requiritur; vt colligitur ex tex. ca. psentiū. de testibus in 6. & in c. cū causā. eo. tit. eandē opinionē tenet etiā Speculator in titulo de testi. §. qualiter. versi. sed quare opponitur, nu. 21. & Pau. Castr. in d. l. cui iurisdictio. nu. 2. ī fi. & Riminal. nu. 2. in fin. & Ias. num. 9. & Soc. nu. 4. & in summa hæc est magis communis doctorum nostrorum opinio. Licet Egidius Bellamera post Hostiensem in d. c. licet causam. nu. 8. contrarium ex iis voluerit; quæ habentur

bentur in authen. & consequenter. C. quomod. & quando iud. & in c. prudentiam. de mutu. petit. & in l. terminato. C. de lit. & fructu. expens. & in Rub. & nigro per totum. ff. quod quisque iur. Tum etiã quia, cum eorum opinio, an fides testibus sit adhibenda, uel quę fides adhibenda sit, ponderanda & diligenter consideranda sit; aliter id fieri non posse uidetur, argumento, l. ad rem & l. ad legatum. ff. de procur. Secundò etiam quia hoc modo lites abbreuiantur; & laboribus & expensis parcitur: & ideo inquit Bellamera hanc opinionem, uti magis æquam amplectendam esse; argumẽto. c. finem litibus extra de dolo & contuma.

DE TERMINO AD PRODVCENDVM omnia instrumenta & iura & dilatione concedenda, si dicatur ea habere extra territorium.

§. XXII.

Post quos terminos, & dilationes; quæ in dicta causa immineret, secundùm supra narrata; Quælibet partium habeat, & habere intelligatur ipso iure terminum quinque dierum utilium ad producendum omnia instrumenta, & iura; quibus uti uoluerit, facientia ad causam prædictam, coram iudice dictæ causæ: Quæ si diceretur se habere extra territorium ciuitatis Florẽtiæ; dari posit sibi maior dilatio, ut dictum est de testibus: & eadem pęna similiter immineat, si huiusmodi instrumẽta infra dictum tempus nõ produxerit iudici dictæ causæ. Quæ dilatio non computetur in termino instantiæ, ut dictum est de testibus extra territorium ut supra.

1 *Terminus à statuto ipso iure ad producẽdum assignatus à iudice impetrandus non est.*
2 *Terminus ad producendum omnia, & dicendum contra producta, est de substantia iudicii.*

CAP. I.

POst prædicta sequendo ordinem iudiciarium, terminus ad producendum omnia instrumenta & iura assignandus erat; & ideo statuentes deliberauerunt, ut quælibet partium quinque dierum otilium terminum ad omnia instrumenta, & iura producendum haberet; quæ si fortasse extra territorium habere diceret; seruetur in omnibus ut supra de testibus dictum est.

Quoniam cum instrumenta extra territoriũ sunt, referunt se statuentes ad ea, quæ de testibus dicta sunt; meritò & ea qooque quæ nos, pro eorum declaratione tractauimus, ad hæc quoque, quatenus subiecta materia patitur, accommodari poterunt. Verũ ad rem nostram redeundo ex hac materia productionum, quæ latissima est, illud tantum accipiemus, quæ ad declarationem statuti nostri, & talæ huius iudiciariæ facere uidebuntur.

1 Primò igitur adnotandum est, † ꝙ cum huiusmodi
terminus à statuto nostro ipso iure assignatus sit, à
Iudice necessariò impetrandus non est, ut uoluit
2 Roma. in consi. 176. nume. 4. Est † tamen hic terminus ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta de substantia ipsius iudicij: ut tradit Bellamera in decis. 22. & Guiliel. Cassa. in decis. 8. in tit. de restit. incipiente, fuit dubitatum, & idem Rom. in consi. 59. & refert Ioann. Bapt. Ferret. in consil. 95. num. 2. & in consi. 99. num. 3. Id quod etiam in causa matrimonij uerum est, ut uoluit idem Ioann. Bapt. Ferret. in consi. 219. num. 3.

1 *Iura & instrumenta termino ad producendum elapso, an amplius produci possint. & quousq;.*
2 *Termino ad producendum elapso, amplius produci instrumenta non possunt, quando ad producendum instrumenta constitutus est.*
3 *Terminus ad producendum uim interlocutoria habet.*
4 *Impedimentum occurrẽs ultima die, puta quia sit feriata, excludit producentem, ut amplius producere non possit.*
5 *Imputandum sibi est, quod quis sua culpa petitur.*
6 *Probationes de facto etiam si termino à Iudice dato recipiantur, lapso primo termino sine causa cognitione ipso iure nulla sunt.*
7 *Termino ad faciendum elapso, uel ad producendũ, ius est quæsitum parti, ut quis amplius non audiatur.*
8 *Terminus à lege datus à iudice tolli non potest, nec restringi.*

CAP XI.

SEcundò postquam uidimus, statuentes partibus quinque dies ad instrumenta. & iura producen-
1 da dedisse; † quæritur an post illum terminum partes iura & instrumenta deducere posint; Non leuis hac de re apud doctores nostros cõtrouersia est, Verùm breuiter procedendo, ac conclusiuè loquendo, iura & instrumenta usq; ad conclusionem in causa regulariter produci posse respondendum est; text. est expressius in c. cum dilectus. ubi omnes canonistę extra de fide instrum. & tradit Bald. in consi. 351. num. 7. lib. 5. & Paul. Castren. in l. oratione. num. 77. uersi. non obstat. ff. de ferijs, & August. Beroins in c. quoniam contra. num. 209. de probatio. & Cephal. in consi. 77. nu. 34. Immo, quod plus est, usq; ad sententiam, ut uoluit Angel. in l. peremptorias. num. 3. C. senten. rescind. nõ poss. Et ideo dixit Bal. in consi. 41. numero 7. lib. 5. instantia disceptatiua durãte instrumenta produci posse.

Hæc autem conclusio nonnullas patitur limitatio
2 nes, & primò † quando terminus; ut in casu nostro; ad producendum instrumenta constitutus esset: Planè tunc si terminus lapsus fuerit amplius produci nõ poterunt, ut uoluit Bald. in consi. 351. num. 7. lib. 5. post Iacob. de Aren. in l. Iudicem. num. 5. C. de iudic.

per tex.in l.si ea.C.qui accusa. non poss. & in l.diffa-
mari.C.de ingen. manum. & in l. si eo tempore. C.
de remissio.pigno.& in l.si mancipium.ff. de optio.
3 legat.& idem Bald.in consi.67.num.8.lib.3.† ubi in
quit, huiusmodi terminum uim interlocutoriç habe
re; qua eum partibus ius acquiratur; sine causæ co-
gnitione auferri nõ debet, id quod uoluit etiam Do
minicus à Santo Geminiano in consi.91.nu.12. qui
ultra prędicta inquit, si dilatio, intra quam quis iura
sua producere debeat, statuta sit, & ultima dilatio-
4 nis die aliquod impedimẽtum † occurrat; ita ut pro
ductio tempore ad id constituto fieri non posit, ut
puta, si dies ultima feriata, sit, deinceps amplius pro-
5 duci non posse,† Ei namq; imputandum est, qui ita
in extremum dilationis productionem distulit; ut
uoluit Specula.in tit. de dilatio.§. dilationem, uersi.
sed pone Iudex.num.4.& tradit glo.in ca.cupientes.
in uerbo comparere, de electio. in 6. Præterea ean-
dem conclusionem tenuit Ioan.de Amic. in cõsi.28.
num. 1. Vbi num. 2. subdit, ideo leges terminum pro
batorum ad faciendum aliquid, uel producendum
induxisse, ut eo elapso pars amplius non audiatur.l.
6 1.ubi omnes.C.de dilatio.† Immo si probationes de
facto, etiam termino à iudice dato recipiantur, lap-
so primo termino sine causæ cognitione ipso iure
nullas esse, ut uoluit Specula.in tit.de dilatio.§.nunc
uideamus.& Angel.in l. fina. numer. 5.ff. de feri. &
Paul.Castren.in d.l.j.uersi.Item Iudex.C.de dilatio.
& ita teneri & in pactrica obseruari asserit eodem in
loco Ioann. de Amic. Quod comprobat hac ratio
7 ne.† Planè elapso ad probandum; uel aliquid facien
dum termino, parti ius, quòd ulterius quis nõ audia
tur, quæsitum est; quod quidem ei à Iudice auferri
non potest, d.l.1.C.de dilatio. Vbi hoc firmat Paul.
Castren.num.8.& uoluit anteà Specula. in d.§.nunc
8 uideamus.& Angel. in d.l. fin.ff. de ferijs.† & quod
terminus à lege datus à Iudice tolli nõ posit; uoluit
Roman. post alios in singul.465. num.1. Immo nec
etiam restringi, cum talis terminus pro forma indu-
citur, ut tradit Niconit.post alios in c.quoniam con
tra.num.8. extra de proba. Præterea præcedentem
generalem conclusionem firmauit Angel. in l. per
emptorias, num.3.C.de fruct.& lit.expens.& Cardi.
in element.sæpe.§.& quia.quæst.15.num.16.de uer
bo.signifi.& Paul.Castren.in l. admonendi.numero
28.& de iureiurando, & in l.oratione.num.6. & 7.ff.
de feriis.& Imol.in c.licet causam.nume.31.extra de
probatio.

1 *Termino ad producendum elapso adhuc productio fie-
ri potest; ubi ius actoris deterius factum non est.*

1 Primò sub limitatur hęc limitatio, nõ procedere,
ubi ius actoris deterius factum non esset; Eo namq;
casu etiam post terminum iura, & instrumenta pro-
duci possent: ut notat Cynus post Iacob.de Aren. in
d.l.Iudices.C.de iudic.& tradit Bal.in consi.351.nu
me.7.lib.5.& Angel.in d.l.peremptorias.num.3.C.
de fruct.& lit.expens.& Cardi.in clemen.sæpe.in uer
bo & quia.quęst.15.nu.16.de uerbo.signifi.& Paul.
Castren.in d.l.admonendi.num.28.ff.de iureiura.&
Imol.in d.c.licet.causam.nu.71.de proba.

1 *Elapso termino produci instrumenta poterunt, ubi
quis fuit legitimè impeditus.*

1 Secundò sublimitatur prædicta conclusio, quando
ille; cui terminus statutus esset; legitimè impeditus
esset. Planè tunc, etiam post terminum producere in
strumenta poterit; ut uoluit Ioan.de Amic.in d. con
si.28.num.1.per tex.in d.l. 1.ubi Bart. & Doctores
communiter tradunt, & præsertim Paul.Castren. C.
de dilatio.& in l.2.in princ. C.de tempo. appella. &
in l.2.C.ut infra cert. tem.& Paul.Castr.in l. oratio-
ne.numer.6.ff.de ferijs, & Afflic.post Bald.in ca.sa-
tis bene dispositum.§.quoniam inter, de prohi.feud.
alien.per Lotha.num.17.lib.3.feud.ubi ad hoc plu-
ra iura adducit.

1 *Termino ad producendum elapso, an sacramentum de
ferri possit.*
2 *Probari per confessionem partis potest, etiam elapso
termino ad probandum dato.*
3 *Termino ad probãdũ per omne genus probationis statu
to elapso iuramentum necessarium deferri nõ potest.*

C A P. III.

1 SEcundò quæritur † ex quo supra uidimus, regula
riter post terminum ad producẽdũ datum pro-
ductionęs non admitti; an post dictum terminum sa
cramentum deferri posit. Bald. singulariter, de quo
doctores, quòd ego uiderim, mentionem non faciũt
præter Ias.in l.admonendi, nume.319. uersic.adde
Bald.de iureiu.in ca.fin.num.25.de iureiuran. hanc
quęstionem ponit, & breuiter procedendo, ita di-
stinguit; Aut de iuramento probationis necessariò
loquimur; ut est suppletorium, uel conuentionale,
& hoc post terminum statutum deferri non potest.
Ratio antem est, ut ipse inquit; quia hoc iuramentũ
probationis genus est; & ideo qui excluditur à pro-
batione, pariter & ab eo iuramento exclusus est.l.
in contractibus.§.illo uidelicet.C.de non nume. pe-
cu. Aut uerò de iuramento purgationis: & tunc pro-
batio, etiá post lapsum termini admittatur; cum ta-
le iuramentum probatio, uel probationis species
non sit.d.ca.fin.ubi est casus, ut inquit Bal. ualdè no
tabilis. Hæc distinctio Bal.in secundo membro, qua-
tenus de iuramento purgationis loquitur, difficulta
tem habere, nõ uidetur. Tota uerò difficultas in pri
mo membro, quò ad iuramentum suppletorium uer
satur. Procedendo igitur ad ulteriora; Hanc quæ-
stionem, an elapso termino ad probandum posit de
ferri iuramentum posuit etiam Roma. licet de Bald.
in d.ca.fin.mentionem non faciat, in l. admonendi.
num.92.de iureiuran. & duas inquit opiniones ex-
titisset. Vnam Bal.in Rub.C.de probatio. qui dixit,
quòd cum probatio per iuramentum non sit pro-
priè probatio, sed ipsius probationis suppletio, ar-
gumento.l.eum qui ff.de iureiuran. Meritò sub ter
mino ad probandum dato comprehẽdi non debet,
per ea quæ uoluerunt Ioan.Andre.& Ant. a Butr.in
2 Rubr.extra de probatio.† Dum noluerunt etiá post
terminum ad probandum datum per confessionem
partis probari posse; ex quo sua termino inclusa non
est;

est; cum non propriè probatio, sed probationis releuatio sit; Alia verò fuit opinio Angel. in l. admonendi, sub num. 4. vers. immo facit. ff. de iureiuran. qui contrarium vetius existimauit, per tex. in d. l. in
3 contractibus. §. illo. C. de nō numer. pecu. † quādo terminus ad probādum pro omne genus probationis statutus esset; Nam tūc elapso termino iuramētum illud necessarium deferri non posse arbitratur; Verùm Ludo. primam opinionem veriorē dicit rationibus supradictis, & ad tex. in d. §. illo. respōder, vt ibi per eum, & licet Ias. ibidem nu. 319. eius responsionem reprobet, & aliam afferat. Attamen ipse etiam ibidem eodem nu. 319. vers. breuiter concludo, quādo simpliciter partibus terminus ad probandum statutus est, eandem opinionem, vt scilicet elapso prædicto termino, probatio per iuramentum admittatur, sequitur, & veriorem arbitratur. Limitans etiam ipse, vt voluit Angel. quando terminus per verba vniuersalia; vt puta per omne genus probationum, constitutus esset. quādoquidem termino eo modo constituto nec iuramentum quidē admittendum erit; prout magis communiter à doctorib. conclusum est; Eam enim primò firmauit Angel. in d. l. non erit. in princ. vbi Alex. in §. dato. ff. de iureiuran. & rursus idem Angel. in d. l. admonendi, & Bald. in d. c. fi. nu. 25. extra de iureiuran. & de hac materia tradit Angel. in l. certū. §. si quis absens. ff. de cōfess. & Roma. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. & Domin. à Sancto Gemin. in c. 1. §. 2. de except. in 6. & Spec. & Io. Andr. in tit. de test. §. 4. vers. sed quid si aliquis, & rursus Spec. in tit. de dilatio. §. fi. vers. Itē quid si datur, & Paul. Castren. in l. fin. ff. de feri. Concludendo igitur dicendum est, quòd aut terminus simpliciter constitutus est; & tunc per iuramentum elapso termino probato admittatur. Aut verò per illa verba, per omne genus probationis, & tunc nullo modo admittatur, & ita procedere videtur illud, quod dixit Bald. in d. c. fin. n. 25. extra de iureiur. & hoc modo intelligendo non repugnat ijs, quæ dixit in d. Rub. C. de probatio. per ea quæ supra diximus.

1 *Apodissa, & priuata scriptura an comprehendantur si terminus ad producendum instrumento à statuto assignatus sit.*
2 *Litera, id est scriptura priuata.*
3 *Instrumenta, id est scriptura publica.*
4 *Instrumentorum appellatione scriptura priuata non continentur. & num. 6.*
5 *Instrumentorum appellatione contineri omne id, quod causam, seu mentem iudicis instruit.*
7 *Scriptura priuata an produci possint elapso termino ad instrumenta producenda dato,*
8 *Instrumentorum appellatione ex proprio significatu omnes scriptura etiam priuata comprehenduntur.*
9 *Instrumentum non intelligitur nisi publicum ex communi vsu loquendi.*
10 *Dilationes dua dantur, vna ad probandum, & testes producuntur, & alia ad producendum iura, & tunc instrumenta, & alia producuntur.*
11 *Index tanquam iuris peritus secundùm proprias verborum significationes, ac iuri consonas loqui censetur.*
12 *Statuentium animaduerso ad tollendas difficultates in statuto nostro.*
13 *Iurium appellatione omnia comprehenduntur.*

CAP. IIIJ.

Tertio quæritur, si simpliciter terminus ad producendum instrumenta á statuto constitutus
1 sit, an† apodissę comprehendantur. Bald. in l. 1. nu. 6. C. de iureiur. propter calum. post Speculatiō. in tit. de dilatio. §. videndum. ver. item nota, quód cum datur; hanc quæstionem de apodissis quando solum verbum instrumenta iniunctum est, ponit; & omnes probationes, & scripturas exceptis testibus cōtineri ait. Verùm his quæ dixit Bald. repugnare videtur illud, quòd voluit gl. & sequuntur Doct. in d. l. 1. per illum tex. C. de iuram. calum. vbi glo. expo-
2 nendo dicit† literas; id est scripturas priuatas; & in-
3 strumento, id est publico, & ideo Salic. ibidem n. 3.
4 nonnullos inde colligere ait† instrumentorum appellatione scripturas priuatas nō contineri. Id quod voluit etiam Roma. in cons. 77. Pater Reuerende. in fi. & Imol. in clemen. 1. in primo not. de procur. Adhuc tamen, vt inquit Salic. in d. l. 1. n. 3. C. de iuramen. propter calum. opinio Bald. sustineri videtur ex ijs; quę habentur in l. 1. ff. de fide instrument.
5 vbi omne † id, quod causam, seu mentem auditoris instruit, continetur; Immo etiam scripturæ priuatæ instrumentum dicuntur. l. instrumēta. C. de probatio. Unde instrumentum genus esse apparet, quod alias species ab expressa mente proferentis, qui vtrumq; exprimit, comprehendit. & Corne. in eadem
6 l. 1. inquit, non tantum ex† proprietate, quā ex cōmuni vsu loquendi instrumentorum appellatione, priuatas scripturas non cōprehendi; sed instrumenta publica manu tabellionis confecta; id quod not. ibidem Aret. & Paul. Castren. pariter in d. l. 1. n. 8. instrumentorum appellatione, inquit, priuatas scripturas non comprehendi; Vnde etiam dicit argumentum summi, quòd si terminus ad instrumenta
7 producenda detur † post illum terminum; priuatas scripturas produci posse. Uerùm contrarium subdit Castren. determinare Speculatorem, vt scilicet omnes scripturę infra illum terminum produci de-
8 beant† quia omnes appellatione instrumentorū ex propria significatione comprehenduntur, vt habetur in d. l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verb.
9 signif. Verùm quia† ex communi vsu loquendi, nō dicitur instrumentum, nisi publicum. Ideo, inquit Castrens. si statutum de instrumentis mētionem faciat; hac communi consuetudine probata; ad publica instrumenta restringetur; sic & dilatio data á iu-
10 dice. Duę† enim dilationes dari solent, vna ad probandū, & in ea testes produci solent; & alia ad producendum iura, & in ea instrumēta, & alię scripturę producuntur, Bart. verò in d. l. 1. n. 2. distinguendo dicebat; Aut enim loquimur verborum proprietate inspecta; & scriptura priuata appellatione instrumenti continetur; Aut verò communi loquēdi vsu, & non comprehenditur. Hanc Bart. distinctionem communiter á Doctorib. receptam esse, tam

ex prædictis, quàm infra dicendis, satis apparere videtur; Eá namq; sequitur Alberi. post Iacob. Butri. ga. in l. 1. de fide instrum. & Roma. in cons. 23. Nescio quid dubitationis. nu. 2. & Franc. Aret. in cons. 51. videtur dicendum. nu. 2. & Abba. in Rub. extra de fide instru. vbi Felin. n. 6. qui plures eiusdem sẽtentiæ adducit, & Bart. Socin. in cons. 62. consilijs meis. col. penult. vers. sed tunc succedit, n. 18. 19. & 20. lib. 1. & in cons. 41. n. 11. lib. 1. redeundo modò ad rem nostram: Aut terminus ad producendum in-
11 strumenta á Iudice assignatus fuit; † qui tanquam iurisperitus secundum proprias verborum significationes, ac iuri consonas loqui censetur, vt inquit Bal. in c. ad quod de successio. feudo. & l. si ita quis. ad finem. ff. de euictio. & l. si dictum. in prin. ff. de testa. tute. & Roma. in d. cons. 23. nu. 2. & tunc instrumentorum appellatione scripturæ priuatæ, & apodissę comprehendentur; Si veró talis terminus á statuto præfixus fuerit; cum statutum secũdùm cõmunem vsum loquendi intelligendum sit, vt notatur. in l. quod Labeo. ff. de carbon. edicto, cũ similibus, & tunc instrumentorum appellatione scripturæ priuatæ, & apodissæ non comprehendentur, &
12 † Statuentes igitur in terminis nostris, ad id fortasse animaduertentes, illud verbum iura, adiecerunt, dicendo ad producendum omnia instrumenta, & iu-
13 ra; † Verbum enim iura, omnia comprehendit: vt voluit Paul. Castren. in l. 1. sub nu. 8. vers. alia ad producendum iura. C. de iuramen. calum.

1 *Productio verbalis intra terminum facta an sufficiat.*
2 *Testium productio verbali si fiat in termino sufficit.*
3 *Statutum loquens de productione de reali intelligendum est.*
4 *Statutum disponens, quód infra 15. dies contra instrumenta guarantigiata opponi debeat, vt etiam oppositio probetur intelligendum est.*
5 *Facto vbi opus est, verba non sufficiunt.*
6 *Instrumentum productum non dicitur, quod in iudicio solum allegatur.*

CAP. V.

QVartò quæritur, stante prædicto ad producã-
1 dum termino á statuto constituto; † an verbalem intra terminum productionem facere sufficiat; an verò effectualis, & realis necessaria sit. Paul. Castren. in cons. 247. in causa, quæ vertitur Saonæ. col. 2. circa medium, vers. itẽ produxit pars actoris. lib. 1. duas, inquit, esse productiones, aliam verbalem; & illam infra terminum fieri debere; aliã verò realem, & eam post terminum fieri posse, quemadmodum, inquit ipse examinatio testium,
2 dummodo† productio verbalis intra terminũ facta fuerit, & præstito iuramento, realiter deinde post terminum fieri potest, vt not. Bart. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & glo. in clemen. 1. de offic. delega. & facere inquit, quod not. Ioan. Andr. in c. actum legitimè. in mercu. Cõtrariam verò opinionem sequuta est Rota dec. 814. in antiquis secundùm verò nouas impressiones in tit. de iudic. decis.
3 32. Ratio autem est, † quia statutũ loquens de productione, de reali intelligẽdum est, & cum effectu. l. 1. §. 1. ff. quod quisq; iur. & l. penul. §. docere. ff. ne quis eum, & l. 2. in fi. C. commu. de leg. & ca. relatum. de cleric. nõ residen. Mens enim legum est, nõ verbaliter disputare; sed realiter determinare. Alioquin leges facillimè fraudarentur, vt inquit Bald. in Rub. ff. de rer. diuisio. circa fin. cuius dictum admiratur Ias. in cons. 299. col. 2. lib. 2. Verùm proprius ad hanc quæstionem accedit. quód voluit Roma. in cons. 76. in causa nobilis viri. col. fin. vers. præterea non obstat; quod dicitur. Vbi inquir, stantè statuto;
4 quód† contra instrumentum guarentigiatum intra 15. dies opponi debeat; vt etiã ipsa oppositio probetur, intelligendum esse; per ea quæ voluit Bart. in l. si is á quó. ff. v: in possess. legat. Paret enim tale statutum de reali oppositione, quæ intra illum terminum probanda est, non de verbali intelligẽdum esse, quæ satis esset, si infra terminum verbo opponeretur; & si probatio post terminum fieret; stante hac conclusione, non videtur obstare, dum in loco supra relato dixit Paul. Castren. satis esse, si testes in termino iurent, licet post terminum deponãt. Nam ideo hoc permittitur; quia testiũ depositio, & examen ad tempus iuramenti retro trahitur, ac refertur; & ex cõsequenti in termino facta cẽsetur; Quę quidem ratio in productione reali post terminum facta cessare videtur; cum ad tempus verbalis productionis referri nõ possit; cum ea verbalis produ-
5 ctio nihil sit; Quandoquidem, † vbi facto opus est, verba non sufficiunt. l. domicilium. ff. ad munici. At vbi testes in termino iurant, factum interuenire dicitur, & ideo cum Castrẽsis ex diuersis, & separatis argumentetur; meritò ex eius dictis illatio facienda non est. l. Papinian. exuli. ff. de minori. Hanc conclusionem per prædicta cõtra Paul. Castren. sequutus est Aymo Crauet. in tract. de antiquit. tempor. part. 1. n. 153. Quæ satis ex eo comprobari potest;
6 † quód non dicitur productum instrumentũ; quod in iudicio solum allegatur, prout dixit Bal. in cons. 110. Decreto Dñi. circa finem. lib. 1. Illud tamen animaduertendum est, dum omnes, qui contra. Castren. tenent, ad illam decisionem Rotę se referunt. Nam iudicio meo tãtum abest, vt eorum intentionem probet, vt opinionem Castrensis comprobare videatur. Dicitur enim in ea, sciendum esse, quòd si in aliqua causa spirituali; vel profana in termino ab Auditore sacri palatij ad producendũ aliquid actori, vel reo assignando, pars actrix, vel rea producat aliquid, id verbo pendente termino valere, prout secundùm Io. And. Gemini. & Doct. legitur, & notatur in c. sępe. de verbo. signif. in clemen. Secus autem est; si infra terminum assignatum, neq; facto, neq; verbo producat, quia tũc nihil valeret assignatio dicti termini &c. Videtur ex illis verbis deprehendi, verbalẽ productionẽ ad terminum sustinendum sufficere: dummodo termino pendente fiat, & ex consequenti pro eodem; an facto, vel verbo producatur haberi. Præterea si recte animaduertatur, ad simile Castrensis de testibus iurandis, & examinandis non recte responsum videtur; Verùm breuitatis causa non insisto. Satis est, quód opinio Castrensis satis æqua, & rationabilis videatur.

Productio

1 *Productio generalis an sufficiat.*
2 *Productio si fiat iurium, quæ habeo in sacculo, ualet.*
3 *Productio facta iurium, quæ sunt in sacculo, cum protestatione eorum tantum, quæ faciunt pro producente, non ualet.*
4 *Productio generalis & incerta quando sustineatur.*
5 *Productio instrumenti in partibus pro se facientibus, an ualeat.*
6 *Productio actorum simul in genere, & in filza nõ sufficit, sed omnia specificè producenda sunt.*
7 *Procuratoris comparitio generalis, uidelicet, compareo pro omnibus meis causis coram uobis pendentibus ualet.*
8 *Certum & expressum quid per relationem ad aliud dicitur.*
9 *Productionis ciuitatis Florentiæ forma & stilus.*

CAP. VI.

1 QVintò quæritur, an † generalis productio sufficiat, ut puta produco omnia iura & documẽ
ta mea, & breuiter non sufficere dicendum est. l. aut
qui a liter. §. 1. quod ui aut clã; & l. Titiæ textores. ff.
de lega. 1. Id tamen, nisi talis generalitas relatione
2 ad aliud certificetur; intelligendum est, vtputa † quę
in sacculo habeo iura produco: tradunt Doct. in ca.
imputari. extra de fide instrumen. & Deci. in c. pasto
ralis. col. 6. versi. & quod dictum est de exceptione
3 generalli, extra de exceptio. † Id tamen quando ta-
lis productio cum protestatione fieret, quatenus iu-
ra faciant pro producente; locum non haberet. Ra
tio autem est; quia tunc ad eandem incertitudinem
reuertitur; quæ demonstratione sacculi sublata erat,
ut uoluit Anton. à Butr. in d. cap. imputari extra de
fide instru. & Imo. in c. G. perpetuus. nume. 5. extra
eod. tit. & Alex. in l. si finita. §. Iulianus, num. 27. ff. de
damn. infect. & Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in ti
tulo, de instrumen. ædit. §. uidendum. & in uersi. Item
non exhibitis, & Calca. in consi. 8. colum. fi. circa me
dium, & Ias. in l. Titiæ textores. colum. 2. uersi. 3. ad-
de. ff. de lega. 1. & Roma. in singu. 314. hæsitatum
4 fuit. † Vnde dictum hoc limitat, nisi breuitas dilatio
nis; ut puta, quia una hora ad multa iura, seu instru-
menta producenda constituta, & assignat esset; Item
propter personarum qualitatem, ut puta quia rusti-
cus mulier, uel pauper, qui aduocatum concludere
non potuit, aliter sudeant, & ita inquit Roma. con-
tra peritum quendam procuratorem sacculum siri-
cum cum dicta protestatione producentem pronun
ciasse. Præterea hanc conclusionem tenet Felin. in d.
c. imputari. in fin. extra de fide instrum. & pro uerita
te huius dicti, quòd ab illa quæstione pendere uide-
5 tur, an † productio instrumenti in partibus pro se fa
cientibus ualeat, uide Pau. Cast. in l. 1. nu. 5. C. ut quæ
desunt aduoca. & in additione, & alios citatos per
Feli. in d. c. imputari. nu. 9. & Bald. in c. cum dilectus.
nu. 15. & sequ. extra de consuet. & Imol. qui dicit cõ
munem opinionẽ, in c. G. perpetuus. extra de fide in
strum. & Rota decis. 285. licet quis. in nouis, & Pra-
cti Papiensis in formula libellorum product. in act.
in uerb. in illis passibus. Contrariã uerò opinionem,
etiam quandò nulla protestatio accesserit, si produ-
cens se ad sacculum referat, & pars aduersa de gene-
ralitate opponat, tenuit Barba. in consi. 8. in ult. du-
bio. lib. 1. ad quem se refert Deci. in l. 2. colum. 7. post
medium. C. de eden. & eundem Barba. simpliciter re
fert, & sequitur Cagno. in l. 2. nu. 113. C. de pact. in
ter empto. & uendit. Hanc eandem opinionem se-
quitur Bertachi. in prima parte sui repertorij in uer
6 bo acta, uersi. 77. dum inquit † acta simul in filza, &
in genere producere satis non esse. Sed omnia speci-
ficè producenda esse, per ea quæ uoluit Bart. in l. na-
turaliter. §. nihil commune, col. 10. uers. secundò quæ
ro. utrum in casibus; ibi, sit tamẽ cautus. ff. de acqui.
possessio. & Alexand. in d. l. 2. in fin. C. de ædendo, &
Idem tenuit Auferius in Decis. Tolos. quæst. 188. li-
cet prędictam decisionem non inuenerim, quibus in
locis habetur, processum in genere producere satis
non esse, nisi acta specificentur, prout ultra prædi
ctos uoluit Specul. in titulo de instrumen. edit. §.
uidendum, col. 1. uers. itẽ nõ exhibens, ubi expressè
uoluit, quatuor, aut quinque instrumẽtorum produ
ctionem, nisi specificentur, non ualere; propterea ꝙ,
an hæc, uel illa produxerim, dici non potest, ut in-
quit Corne. hoc sequens in consi. 14. in fin. libro se-
cundo.

Verùm prędictis nõ obstantibus Aymon Cranet.
in tracta. de antiquit. tempo. in prima parte. numer.
158. uersi. Sed puto primam opinionem, inquit: pri-
mam opinionem, qua dictum est, generalem iurium
productionẽ, quę sunt in sacculo, sine tamẽ illa prote
statione, quatenus faciunt pro producente, ualere;
ueriorem esse. Comprobat Aymon hãc opinionem
ibidem nu. 159. ex iis quæ uoluit Bar. in l. accipien-
7 tis. ff. de auctorita. tuto. † Dum uoluit, generalẽ pro
curatoris huncin modum comparitionem ualere;
uidelicet, compareo pro omnibus meis causis corã
uerbis pendẽtibus; Ratio est, quia incerta talis com
paritio dici non debet: cum per relationem ad aliud
idest ad causas pendentes certa reddatur. Nec tollit
prædictam conclusionem inquit Aymon, responsio
Barba. ad ea quæ dixit Barto. in d. l. accipientis; dum
inquit in casu Bart. comparitionem incertũ nõ esse;
propterea ꝙ dictum Barbat. eadem responsione cõ-
funditur; cum etiam in productione iurium; quę sũt
in sacculo nulla incertitudo sit. Immo eadem, quę est
in procuratoris prædicti cõparitione, ad aliud rela-
tione certitudo; Minus etiam obstare, inquit Aymõ,
illud quod dixit Bertach. quia Bart. & Alex. quos ad
suam conclusionem probãdam adducit, eius rei nul
lum uerbum faciunt. Solùm enim dicũt; actorum re
productionẽ in alio iudicio necessariam esse; Quòd
autem in specie reproduci debeant; uel quòd genera
lis productio, quæ tamen relatione ad aliud certifica
tur, non sufficiant, nequaquam dicunt, Pariter etiam
dicit Aymon malè Barb. ab Auferio, sidem Bertha.
simpliciter sequuto, allegari, & si possit etiam dici,
satis in specie productionem fieri; quando relatio-
8 ne ad aliud specificatur, ac certificatur; † expressum
enim & certum quid relatione ad aliud dicẽdum est.
l. Prætor ait. §. si iudex, & l. in summa. §. 1. ff. de re iud.
& l. penul. C. de senten. quæ sine cert. quant. profer.
& tradit Domini. à S. Geminia. in ca. præterea. in 3.

not.23.distinct.& recentiores in d.§.si iudex, Subdit
etiam Aymon non obstare dictum Specula. Quia in
eius quæstione instrumentis,nec ex seipsis, nec rela-
tione ad aliud specificatis,productio omnino gene-
ralis,& incerta erat.Nam nullo modo sciri poterat.
Quæ nam illa quatuor aut quinque instrumenta pro
ducta essent,& ideo cum hæc opinio magis commu-
nis sit,ab ea recedendum non arbitror. Illud tamen
9 animaduertendum est; † in hac nostra ciuitate vsu,&
consuetudine receptum esse; vt semper singula in-
strumenta,singulæque separatim scripturæ quodam
ordine sub suo die, mense, & anno, & cuius notarij
manu scriptę sint,producantur. Qua speciali produ
ctione eo modo facta; alia generalis omnium filaa-
rum, actuum, statutorum, reformationum, & le-
gum, fieri solet; & ita stilus & practica iudiciorum
obseruat.

1 *Producere copiam in termino,& post terminum ori-*
ginale,an satis sit.

CAP. VII.

SExtò quæritur,an dato, vt supra ad probandum
1 termino,satis sit, † si in termino exemplum, seu
copia producatur; licet post terminum originale ꝓ-
ducatur.Bald.in cap.1.in prin.extra de fide instrum.
sufficere arbitratur,per text. in l.si donatæ, §.si spon-
sus,ff.de donatio.inter vir. & vxor. Quod dictum vt
valdè notabile refert,& sequitur in cap.licet causam,
colum.2.num.44. versic. limitatur quintò, extra de
probat.& Hyppol.Marsil.in singul.113. Dictum te-
stis,exemplo testis de quo supra diximus in 4. quæst.
num.2.qui iurat in termino; & post terminum exa-
minatur; eius namque dictum, & examen ad diem
delati iuramenti retrotrahuntur. Præterea eandem
opinionem sequitur Iacob. à S.Georgio in l.quicun
que,nu.3.ff.de fide instrumentor.quem refert & se-
quitur Contar. in l.diffamari,amplia.14.num.91.&
sequen.C.de ingen.manu.& vtrunque refert & sequi
tur Marcus Anton. Bardus Senen. in tracta. de tem-
po.vtil.& conti. ad appella.cap.11.sub num.8.versi.
simile vbi terminus, & idem multis iuribus firmat
Gemin. in consil.98. num.1. & 2. Ratio autem hu-
ius conclusionis, vt inquiunt ferè omnes supra rela-
ti, ea est, ꝙ productio ad tempus habile retrotrahi-
tur,& sic perinde est,ac si infra terminum productio
facta esset.

1 *Productio non data copia parti petenti, an valeat &*
probet.
2 *Productionis copia parti ad faciendas suas defensiones*
danda est.
3 *Copia productorum denegari non potest.*
4 *Instrumentum productum, si statim auferatur, &*
asportetur a producente,non probat.
5 *Mandatum productum non dicitur, nisi apud acta re*
gistretur, licet ex actis productum fuisse appareat.

CAP. III.

1 SEptimò quæritur, an † productio; copia tamen
parti,eam ad faciendas suas defensiones peten-
ti non data,valeat,& probet; & hac in re, nec valere,
nec probare,dicendum est; Ratio autem est; quia
2 parti ad † suas defensiones faciendas copia danda
est,vt est tex.in cap.cartæ. 3.quæstio.9. & notat Bal.
in l.si quando, in fin. C. de testibus, & in l.fin. C.qui
admit.& est tex.in l.si.C.de fide instrum.vbi Saly. &
Imo.in l.qui bona, §.in aliena, ff.de damn. infect. &
Socin. senior prędictos referens, in consil. 105. visis
testibus,num.8.lib.4.& idem voluit Bartol.in extra-
uaganti ad reprimendum, in verbo de plano, versic.
secus si habuit,& refert Ripa in l.quod te,col.20. cir
ca medium num.63.ff.si certum petat. & Roman. in
consi.156. Honorande Domine,colum.penult.ver-
3 sic.4.pręmitto, & in consi.519. † Quinimmo talis
copia denegari non potest; cum pars actorum com-
munium effecta sit, vt inquit Fulgos.in l.si legatum,
num.1.ff.de eden. per text.in l.2. C. de eden. Præte-
4 rea † si instrumentum producens,illud statim aufert,
& domum refert,nullo modo probat; vt voluit Spe-
cul.in titul.de instrumen.edit.§. videndum, vbi Ioã.
Andr.& Corn. in consi.57.colum.2.ad fin.sub num.
6.lib.3.& facit,quod scribit Aret. in consil. 110. cla-
5 rissimè,colum.2.vbi vult, vt † mandatum productũ
non dicatur,nisi apud acta registretur, licet ex actis
productum fuisse appareat, & sequitur Curt. senior
in consi.76.super motiuis, colum.1. in fin. & tradit
Aymon Crauet.in tractat.de antiquit.tempor.parte
prima,nu.156.

1 *Productorum copia quando parti necessariò danda*
non est.

Pręcedens conclusio duobus modis limitatur, &
1 primo † in simplici productione; quæ non ad pro-
bandum fit,sed solùm ad iudicem informandum; vt
puta ad aliquam suspicionem remouendam, quam
fortè iudex contra producentem conceperat, Planè
in tali productione copia parti necessariò danda nõ
est,vt voluit Bal.in l.si quando,quęst.vlt. C. de testi-
bus,& tradit Roma.in d.consi.519. in princ. & Gui-
do Papę q.241.& Aymon Crauet.in tract. de antiq.
tempor.par.1.nu.156.

1 *Productorum copia parti necessariò danda non est,*
quando productio fit, ne terminus transeat.
2 *Citatio non requiritur in productione,quæ fit, ne ter-*
minus ad producendum a statuto præfixus transeat.
3 *Citari debet pars regulariter in productione instru-*
mentorum.

Secundò limitatur;& satis cõmodè facit ad statutũ
1 nostrum, † quando productio ideo fit, ne terminus
2 ad producendum a statuto præfixus,transeat.† Nam
talis productio parte etiam non citata fieri potest; vt
voluit Iaso.in l.1.circa finem, C. quando libel. prin.
da.& tradit idem Aymon Craueta in tract.de antiq.
tempor.parte prima,num.156.in fin. & si regulari-
ter, cum instrumenta producuntur, pars citanda sit
3 † vt notat glo.penult.in c.contingit, extra de fide in-
strum.per tex.in l.voluit,§.fin.& l.fin.ff.de interrog.
actio. & probatur in ca. inter 3. quęst.4. & idem vo-
luit

hit Bal.in l.si quando, in fi.C.de testibus, vbi inquit id ad hoc, vt instrumentum probet, verum esse; quo verò ad satisfaciendum termino, etiam si pars citata non sit, satisfactum esse. Id quod rursus voluit Bald. in l.fin.C.qui admit.per text. in l.miles, § sexaginta, ff.ad l.Iuliam de adult.& tradit Socin. in titu.de citatio.artic.7.nu.13.& Bart.& sequuntur Doctor. in l. item illa, nu.5.ff.de constit.pecun.

1 *Productiones coram consultore faciendæ non sunt.*

CAP. IX.

1 OCtauò quæritur, † an productiones coram cõsultore faciendæ sint. Et breuiter faciendas non esse, respondendum est, vt voluerunt Bar.& Bal. in l.cum à nobis, per illum tex.C.de dilatio. & tradit expreßè Angel.in l.1.num.2.C.de relatio.& Docto. in c.intimasti, extra de appellatio.

1 *Terminus iudiciarius est communis vtrique parti, licet vni tantùm assignatus sit.*

CAP. X.

NOnò pro declaratione statuti nostri animaduertendum est, dum dixerunt statuentes. Et quælibet pars habeat & habere intelligatur ipso iure terminum quinque dierum. Nam ex consequenti huiusmodi terminũ cõmunẽ esse voluerũt. Id enim
1 etiam de iure communi procedit, † quandoquidem terminus iudiciarius semper vtriusque partis cõmunis est; etsi alteri tantũ parti datus sit, vt notant Doc. in l.petendæ, C.de tempori.in integr. restit. & in l.fi. C.de lit.& fru.expen.& consulendo voluit Pau.Cast. in consi.233.viso casu, nu.2.lib.2.

1 *Declaratio verborum statuti.*
2 *Actus ciuiles omnes per procuratorem expediri possunt.*
3 *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.*

CAP. XI.

1 DEcimò loco rursus pro declaratione statuti nostri, vltra prædicta, dum in eo dicitur; † & quælibet partium habeat & habere intelligatur ipso iure terminum quinque dierum vtilium ad producẽdum omnia instrumenta & iura. Animaduertendum est, illa verba quælibet partium, non solum cũ ipsæ partes met; sed etiam si earũ procuratores producant locum habere, vt voluit Bart.in consi.43. super quæstione, nu.3. Nec refert, quòd in casu Bar.statutum illud expreßè id diceret; Nam etiam si statutũ id non dicat, idem concludendum videtur; cum regu
2 lam generalem & vulgatißimam habeamus; † actus omnes ciuiles per procuratorem expediri posse. l.fi. C.de procura.cum similibus; Id quod & alia non minus frequenti & vulgata regula confirmatur, qua di
3 cimus; † eum qui per alium facit, per se ipsum facere videri. l.1.§. deiecisse, ff. de vi & vi arma. & latè dixi in l.2.§. qui mortuum, num.5.ff.de religio.& sumpt. funer. videtur etiam facere, licet de pœna loquatur, illud, quod dixit Roman.in consil.105. viso themate proposito.

1 *Productionem instrumentorum an renunciari possit.*

CAP. XII.

1 VNdecimò quæritur, † an instrumentorum productioni renunciari poßit. Bar.in l.si aduersarius, nu.2. C.de fide instrumen. renunciari posse arbitratur, refert tamen se ad ea, quæ dixit in authent. iubemus, C.de iud. vbi idem per illam auth. & in corpore vnde sumitur, attestatur, licet glo. ibi contrarium velit. Nam eam non solum reprobat Barto.ibi; sed & antè eum idem dixit Iacob. de Aren. subditq; Bart.id quotidie in iudiciis obseruari. Pręterea eandem opinionem Bart.sequitur glo.fin.per illum tex. in cap.cum venissent, & gl.fi.in fi.in cap. constitutis, il secondo, extra de testibus, quam ibi sequitur Abb. & Specula.in titulo de test.§.vlt. versi. antepenult.& ibi Ioan. Andr.in additione, & Bal.Paul.Castr.Salic. Angel.Alexand.Corn.Aret.& Iaso.in d.authent. iubemus, C.de iudic.

1 *Instrumentis productis renunciari potest.*

Ampliatur prædicta conclusio, vt non solum in-
1 strumentorum productioni; † sed etiam ipsis instrumentis productis renunciari poßit, vt inquit Bald.in d.auth.iubemus, vbi etiam Castren. nu.4. & Salicet. per tex.in l.3.C.de fide instrum.

1 *Productioni & instrumentis productis extraiudicialiter renunciari non potest.*
2 *Pactum appositum in instrumento, vt contra instrumentum, nisi per aliud instrumentum probari possit, non valet.*

1 Primò limitatur † prędicta conclusio; quando talis renunciatio extra iudicium fieret; nam tunc nullo modo valet. Debet enim in iudicio, vt valeat, fieri, vt inquit Bartol.in d.authen.iubemus. per text. in §. quia verò, in authen. vt sine prohibi. matri. Infertq.
2 ex prędictis, † pacta, quæ quotidie in instrumentis apponuntur, videlicet promittendo, vt contra instrumentum, nisi per aliud instrumentum probari non poßit; non valere, & mouetur.d.§. quia verò, & est tex.vbi omnes tradunt, in c. de testibus, extra de testibus, & tenet Paul.Castr.in d.auth. iubemus, vbi Bal.Aug.Alex.Corn.Aret.& Iaso.

1 *Productioni instrumentorum in criminalibus renunciari non potest.*

1 Secundò † limitatur in criminalibus, vt tradit Iaso.post alios, quos citat, in d.auth.iubemus, num. 7.de iudici.vbi etiam Corn.

1 *Renunciari, allegationibus iuris an possit.*
2 *Renunciari non potest, quin semper allegari possit.*

CAP. XIII.

1 DVodecimò quæritur, an † iuris allegationib. renunciari possit, & glo. in d. auth. iubemus, tenet posse. Id autem Bar. ibidem nu. 3. intelligit, ne sibi deinceps terminus ad allegandum non statuatur, & iudici imputari non possit.

2 Quominus † verò semper allegari possit, talis renunciatio impedire non debet; propterea quòd illis renunciari non potest. l. ornamentorum, ff. de auro, & argento lega. & l. confessionem, ff. de interrogat. actio. & l. nemo potest, ff. de lega. 1. & idem voluerũt Bal. & Paul. Cast. in d. auth. iubemus, vbi Ang. Cor. & Aret. in 1. not.

1 *Allegationibus si simpliciter sit renunciatum, an intelligatur de allegationibus iuris, vel facti.*

CAP. XIIII.

DEcimotertiò, quia de renunciatione allegatio-
1 num iuris fecimus mentionem; † Quæritur, si simpliciter allegationibus renunciatum fuerit; an allegationibus iuris, vel facti renunciatum intelligatur, de hoc tradit Ioan. Andræas in addition. ad Specul. in titulo, de renunciat. §. 1. & Paulus Castren. in d. authent. iubemus, vbi etiam Alexan. nu. 15. de iudici.

1 *Productio iurium & instrumentorum apud acta scribi debet.*

CAP. XV.

1 DEcimoquartò notandum est, † iurium & instrumẽtorum productionem apud acta à notario scribendam esse, vt voluit Speculat. in titulo de instrumen. editio. §. videndum restat. in prima forma ibi posita, quem refert, & sequitur Domin. à S. Geminiano in consi. 98. num. 1. & tradit Angel. in l. eos, versi. super eisdem, num. 3. C. de appel. ibi, quod productio instrumenti est de actis.

1 *Productio instrumentorum an fieri debeat coram iudice, vel notario banci.*
2 *Notarij deputati scripturas recipere possunt.*
3 *Acta non dicuntur, nisi coram iudice fiant, vel tabellione habente mandatum ab eo.*

CAP. XVI.

1 DEcimoquintò quæritur, † an productio instrumentorum coram iudice fieri debeat; an verò si fiat coram notario, vt aiunt, banci, satis sit. Hac in re breuiter procedendo, si id causa huius nostri statuti quæramus, coram iudice faciendam esse certũ est; cum in eo expressè coram iudice dictæ causæ dicatur. Nam illud animaduertendum est, quòd quã-do hæc statuta facta fuerunt, solebant iudices singulis diebus in eorum palatio pro tribunali residere, coram quibus ita residentibus acta & instrumenta edebantur; quod cum hodie a Magnificis D D. Octouiris tam pro eorum residentia, quàm pro carceribus constituendis & Bargelli (vt aiunt) habitatione penè totum occupatum sit, cumquè eo in loco prædictorum causa multi conueniant, quę maiestati illi magnificorum DD. Rotæ conuenire non videntur, meritò vsu introductũ est, & ita hodie obseruatur: vt iudices pro tribunali in locis illis publicis nõ resideant, sed in talamis ius dicant; & ideo non corã illis sed actuario tantum producuntur; Quòd autẽ eo tempore pro tribunali in dicto palatio residerẽt, præterquam quòd ex veteribus legibus apparet, & extant tam in impluuio, quàm in aula mensę lapideæ sedilibus quibusdam tam inferioribus quã eminentioribus appositis, in inferioribus namque notarij, in eminentioribus verò iudices sedebant, & de hoc mentionem fecit Ioan. Boccacius in sua fabula, licet igitur communis practica, & stilus in hac ciuitate contrarium obseruet; si verò ad ius commune inspiciamus, maxima est hac de re apud scribentes altercatio, ita vt quæ nam sit verior, & magis communis conclusio, vix cognosci possit. Quod enim coram Notario banci fieri possit, tenuit glo. quam sequitur Bar. in l. eos, §. super his, num. 3. per illum tex. vbi idẽ firmat Salycer. num. 15. versic. item nota, & Fulgos. C. de appella. & rursus idem Bart. in l. si finita, §. Iulianus, num. 19. ff. de damn. infec. vbi etiam Michael Vrcurrus, num. 98. 99. 100. & 101. latissimè hanc cõclusionem disputando, omnibus contrarijs respondens, residet cum opinione Bar. rursus idem Bar. hanc eandem opinionem tenuit in authen. quæ supplicatio, vbi Salycet. num. 5. C. de preci. impera. offeren. & Bal. in d. l. eos, §. super his. in fi. dum inquit, no.
2 ibi scrinia, quod † notarij deputati scripturas recipere possunt. & rursus idem Bald. in l. præcipimus, nu. 2. versi. nota tex. ibi excipere, & ibi Salycet. num. 3. versic. nota quòd de fiendis, & Paul. Castren. nume. 5. & Fulgos. C. de appel. vbi etiam Bartol. in §. in his autẽ.
3 Præterea idem tenuit Abba. in consi. 111. illud de iure quæritur, sub num. 3. versi. adducit ad hoc bonum text. lib. 2. & Angel. in consil. 250. primò videndum est, an accusatio. colum. fin. versic. & potuerunt dicta acta, & monumenta; vbi inquit ita communem mũdi consuetudinem se habere; quæ optima est legum interpres; Rursus eandem opinionem tenuit Abb. in c. quoniam contra, nu. 12. & sub num. 29. extra de probatio. vbi Decius nu. 30. qui latè disputat, & omnibus in contrarium adductis respondendo, hãc opinionem firmat, vbi etiam Beroius, nu. 208. pluribus eam comprobat, & voluit Petr. de Ancha. in c. cordi. col. 5. de appel. in 6.

Contrariam verò opinionem, quod imò talis instrumentorum productio coram iudice, non autem coram notario fieri debeat, tenuit Bald. sibi contrarius post Guiliel. de Cun. in l. 2. nu. 2. C. de eden. vbi idem voluit Franc. Aret. num. 2. & Pau. Cast. num. 2. & Riminal. sub num. 6. versi. & ista pręstãt argumentum, & Ioan. de Vicomerca. nu. 10. & Curt. sub num. 16. & iterum Bal. in d. authen. quæ suppicatio, vbi etiã

Paul.

Paul. Castr.sub nu.4.vers.similiter instrumenta,& Ias.sub n.3.vers.limita prædicta.C.de precibus impera.offeren.Ratio autem est;quia cum instruméta ad probandum producantur, eorum fides iudici nõ tabellioni fieri dēt, vt notatur in l. iubemus, C. de lib. caus.& in l.hac consultissima,§.1.C.de testa.& in l.instar.C.de iure fisci,lib.10.& in l.adoptio.C. de adopt. est & alia ratio: Nam licet scriptura á ta-
3 bellione actorum fiat;Attamen acta† non dicũtur; nisi coram iudice fiant, nisi tabellio de hoc á iudice mandatum, & commissionem habeat,vt notat Hostiensis secundùm Bald.in d.authent.quæ supplicatio, & in capit. quoniam contra,extra de probatio. Præterea hanc opinionem tenet glos. in l.hac consultissima, in verbo depositionem: vbi id expresſè voluit Bald.& Angel.n.2.vers. in glo.quæ incipit, & Corn.n.15.& Paul.Castr.n.5.in fiu. & Rimin. numero 5. qui inquit quò ad instrumenta, & probationes ita obseruari, vt ibi per eum:vbi etiam Fulgos. C. de testam.idem tenet Angel.in d.l.si finita,§.Iulianus,aliás in §.si plures,vers.subdit Bart. n.3.ff.de damno infecto, vbi idem tenet Alexan.n. 35.& latissimè disputando tandem residet cum hac opinione, & Paul. Castren.sub n.7.vers.eodē modo instrumenta, & Ludou. Bologn. post longam disputationem nu. 87. & 88. vbi etiam Roman.& Alexan.ibi respondet ad tex. in d.l.eos,§.super eisdem, C. de appell. in quo Bart. vim omnem facere videtur. Inquit enim Angel. posito, quód instrumenta, quæ producuntur, in scrinio notarij relinquenda sint; non tamen ob id, coram solo notario produci possunt,vt voluit idem Angel.in d.l.eos,§. super his,n.3.C.de appel.vbi idem voluit Paul.Castren. n. 4.& Rom.& Imol.in d.§.Iulianus,col.6. vers. item adde in quantum tangit.vbi subdit Imol. quatenus relatio per nuncium notario,& non iudici fieri potest; Bart. quandam esse opinionem;quã quidem seruat consuetudo; At in productione instrumentorum; quòd coram iudice producantur, communiter obseruari;quia fides iudici, non tabellioni facienda est, l. quinquaginta,cum ibi notatis, ff.de probatio. Subdit præterea Imol.eodem in loco; opinionem Bart.tunc fortasſè obtinere posse,si productio notario, parte aduersa præsente,& consentiente fiat.Alioquin coram notario fieri satis nõ sit. d. l. quinquaginta, & d.l.iubemus,& l.testium, C. de testibus, iuncta l. interrogatam, C. de liber. & facit,quod notat Specul.in tit.de instrum.edit.§. restat,circa princ.Rursus eandem opinionem,quód talis producio coram notario fieri non possit,tenet Alexan.in additio.ad Bar.in d.§. super his,vbi plura deducit;& tandem refert se ad ea,quæ ipse dixit, in l. 2. C. de eden. & idem tenet in alia additio. ad Bart.in d.auth.quæ supplicatio;eandem quoq;opinionem tenet Bal.in l.si ea, in secundo notabili,C. qui accus. non poss. dum inquit,si tabellioni,vt iudici ostendat, producta sit; accusationem productã non esse,per text.in l.Sempronia, ff.de furt.de quo est tex. cum ijs, quæ ibi not. Bald. in l.qui se,C.de accusatio, & Felin. in cap.quoniam contra,nu.69. extra de probatio. & ibi etiam Barbat. col.8.sub n. 32.vers.dixit hoc:quia ipse tenuit, & idem Barb.in addi. ad Bald. in d.auth.quæ supplicatio,vbi inquit contra Bart. esse casum in cap. contingit, extra de fide instrum. & August. Berouius in d. c.quoniam contra falsam, n. 208. qui dicit,hanc esse communem opinionem, etsi ipse dum respondet omnibus in contrarium deductis; aliam opinionem tenere videatur; Cum igitur frequentioribus calculis hæc secunda opinio contra Bartolum recepta sit; ab ea recedendum non arbitror.

1 *Productio potest fieri coram notario parte aduersa præsente, & consentiente.*

Hanc conclusionem duobus modis limitat Felin.in d. c. quoniam contra nu. 70. & 71.extra de
1 probatio. Primò† nisi talis productio coram tabellione parte aduersa præsente, & consentiente fiat, prout supra ex intentione Imol. adnuimus; qui ita in d.§.Iulianus,limitabat,& ita dicit intelligi posse, §. super his.

1 *Productio instrumentorum potest fieri coram notario, quando à iudice ad id est deputatus.*

1 Secundò limitat, † quando tabellio in specie ad recipiendas scripturas,quæ producuntur, deputatus esset,vel iudex notario, vt instrumenta recipiat,iniunxisset,vt voluit Fulgos.in d.l.hac consultissima, vbi allegat notata per glos.in l.si quis ex signatoribus, in fin. C.quemadmo.testam.aperian.& ita intelligit d.§.super his.Pręterea idem voluerunt Hostien. Anton.á Butr.& alij in d.c.quoniam contra, ita sese generalem consuetudinem habere attestantes, vt ibi latius per Felin.n.71.

1 *Stilus,& communis practica attenditur.*
2 *Stilus,& practica legitima est legum,& statutorum interpres.*
3 *Stilus, & practica vnius curiæ legum, & statutorum contra ius commune derogationem inducere nõ potest.*
4 *Magistratus ad ius dicendum præpositi adolendi legem, & statuta contra ius commune condendi ius non habent.*
5 *Præscriptio necessaria non est ad stilum curiæ, & communem obseruantiam inducendam.*
6 *Stilus curæ, & communis practica quomodo probanda sit.*
7 *Iudex de stilo curiæ, & practica in talamo potest se informare, & quando.*

Tertió limitatur vbicunq;aliter vsus obseruaret; propterea, quód tunc etiam si statutum, vel lex instrumenta,aliasve scripturas,& appellationes coram
1 iudicibus offerendas esse disponerent;† aliter communis vsus vel practica obseruet, ipsa, quicquid leges, vel statuta disponant, obseruanda est,vt inquit Aym.Crau.in cons.201.nu.19.cum sequen.& Sebast.Vant.in tract.nullit.in tit.de nullita.ex defect. processl.ac null.senten.nu.86.& in tit.ex defect.cita.nu.80.& Corn.in consil.73. nu.1.cum sequen.

&

& in c.ex literis,in 7.not. extra de const.& in rub. de consuet.n.2.& rursus Aymo,Crauet.in tract.de antiqnit.tempor.in 4.pat.n.16.&Afflict. dec.283. n.6.& in decis.135.n.3. & in decis.391.n.6.& in decis.254.n.5.& in decis.243. n.5.& in decis.78. no.6.& in decis.253.n.5.& Thom.Gram.in cons. 1.n. 18.19.& 20.in crimin.& in decisionib. Cappel.Tolos.quæst.115.& Guid. Papæ in decis.198.

2 n.2.& 3.Nam† stilus,& practica legitima legum,& statutorum interpres est,vt inquit ipse in decis.30. n. 2. Præterea,quód stilus,& practica sit seruanda, tradit Guil. de Lud. in sing.66.num.1.& Cassa.in cons. 68. n. 57.& Ioan.Bapt.Ferret.in cons.11.n. 9.& latè habetur in cons. Collegij Bononiensis inter cons.Zabarel.n.33.

Id autem, vt inquit Alexan. in cons.36.n.9.vol. 2.quò ad legum, & statutorum interpretationē in-

3 telligendū est.nam,vt ipse inquit† stilus, & practica vnius curiæ legum vel statutorū contra ius cōmune derogationem inducere non potest; sed illorum tātum declarationem, quod tamen pro iudicis arbitrio concessum est; Exempli gratia.si lege cautum sit , vt in causis iudicialibus libellus in scriptis, præter quám in breuioribus detur: Etenim tunc cū lege vel statuto, quæ nam sint causæ breuiores, decisū non sit;ille breuiores dicentur,quas huiusmodi esse curiæ stilus , & communis practica declarauit; vt puta quia in causis 20. solidorū libellus in scriptis ex stilo curiæ communiq; practica, & cōsuetudine non datur; At veró si coutra leges, vel statuta

4 sit; quia † magistratus ad ius dicendum præpositi; abolendi legem, & condendi contra ius commune statuta ius non habent l.formam,C.de offic.præfec. prætor. & not. in c. fin. de hæret. in 6. & tradunt Doct.in l.omnes populi,ff.de iustit.& iur.&in l.1. in prin.ff.quòd quisq; iur.& in c.fin.extra de offic. Archid. Meritó prædicti magistratus stilo aliquid consuetudineve contra ius commune inducere nō possunt; prout in specie declarant Petr. & Cyn.in l. 2. col. 4. vers.tertiò circa hoc quæritur,cum nos habemus, C.quæ sit long.consue.& clarius Anton. à Butr. in c.fin.vers.pro hoc datur differentia inter consuetudinem,& stilum. de consuet.& trad. Dec. in cons.677.n.6.per ea quę voluit Alex.in d.cons. 36. in fi.vol.2.& idē Dec.in rub.extra de consuet.

Omittendum autem non est , vt inquit August. Berouius in c.1.n.43.extra de rescrip.ad curiæ stilum , & communem obseruantiam inducendam;

5 † pręscriptionem necessariam non esse;Nec etiam, vt bis vel pluries ita iudicatum fuerit;prout ad consuetudinem inducendam, opus est; vt habetur in c. consuetudo.distinct. 1.& in c.frustra.dist. 8.& tradunt scribentes in c.fi.de consuet.Sed satis est,si ita aliquando saltem bis fuerit obseruatum , vt inquit Anton. à Butr. in d. c.fin.& Alexan.in cons.107. colum. 5.vol 2.& facit illud,quod voluit Bart.in l. semper in stipulationibus, ff. de re iudi. & habetur in c.consultationibus,de iure patron.

6 Debet autem huiusmodi stilus,& vel communis practica , & consuetudo per acta, vel testes iuratos probari, vt inquit Grat.in cons.15.nu.14.vol.2.& Ioan. de Amic.in cons.42.n.1.dum vult,duob. saltem testibus probandum esse , & tradit Corne. in

7 cons. 277. nu. 6.vol.3.& sit† Iudex de huiusmodi stilo, practica, & communi consuetudine in thalamo,vt inquiunt,se informare possit, vt voluit Bart. in l.4. in fin. ff. de test. & Anton.á Butr in c.fi.de consuet.& tradit Socin. iunior. in cons.81.n.75. & in cons. 128. nu. 9.vol.2.addens ea,quæ voluit Alexandr. in additio. ad Bartol.in d.l.1.col.1.C.vt quæ desu. aduoc. & tradit Vanti. in tract. nullit.in titulo de nulli.ex defect.processf.& solem.num.86. per ea, quæ voluit Bartol. & sequitur Florian.in l. 3.§.l. Iulia,ff.de testibus,& Cyn.in l.2.vers.secundó quia, C. quæ sit long. consuet. & Bald.& Alexand. in l. 1.C.vt quæ desu.aduoca.& latè Alex.in cons. 82. viso,col.2.in fi.lib.3.& in cons.14.viso, lib.5.& Dec.in cons.655.col.pen.in fi.& in cons. 402. col. 5. in fi.Quando autem iudex in thalamo se informare possit, tradit Socin.sen.in cons.36.n. 11.& in cons.39.n.28.vol.4.

1 *Statuta an sint producenda.*

2 *Iudex statutorum, quæ sunt in loco iudicij certus esse debet.*

CAP. XVIJ.

1 Decimosextò quæritur,an† statuta sint producenda.Hac in re breuiter dicēdum est; quod si de statutis,quæ sunt in loco iudicij tractemus; ea producenda non esse,certum est ; Ratio autem est,

2 quia Iudex eorum† statutorum certus esse debet,vt inquit Bar in l. omnes populi, col. pen. in fi.ff.de iust. & iur.vbi alij omnes eum sequuntur,& in l.in ciuile, ff.de legib.& in l.præscriptione,col.fi.ad fi. C. si contr. ius vel vtilit. public. & tradit Bald. in cons.238.ad veritatem,col. s.ad fi.n.3.lib.1.&Aymon Crauet. in cons. 48. n. 5.& in cons.537.sub n 5. & Ang. in l. cum prolatis, vbi etiam Cast. & Imol.in fi.ff.de re iud.& Paul.Cast.in d.l.præscriptione, num.9.& Cassa.super constit.Burgund.in procem. nu.29.& Abb.in c. pastoralis,extra de fide instrum. vbi est optimus tex.

1 *Productio statuti iudici quando fieri debeat.*

Hæc autem cōclusio aliquibus casibus limitatur,

1 & primo† cum causa ad iudicem appellationis deuoluta est;Quandoquidem coram eo de eo statuto, super quo primi iudicis sententia fundata est; fides fieri debet ; Nisi iudex quoq; appellationis in loco iudicij esset ; & ex consequenti illius non ignarus censeretur; Tunc enim cum eadem ratio,de qua supra in primo iudice diximus: militare intelligatur, meritò & idem etiam ius esse debet . Iuxta ea , de quibus supra diximus,tradit Bart.in d.l. omnes populi, col. penult.in fi.ff.de iustit.& iur.& Bal.in d. cons. 238.ad veritatem,col.1 in fin.lib.1.& Alex. in cons.37.in 2.dubio,lib.2.& Ias.in l.cum prolatis, col. 2. ff. de iud.& Dec.in c.1 col.36.vers.vlt. notandum est, extra de probat.vbi limitat,& tradit Aymon in d.cons. 48.n.5.vbi prædictos refert.

Produ-

1 *Producenda sunt iudici statuta alterius loci, quæ in termino dato ad producendum iura, produci & probari debent.*

1 Secundò limitatur, quando sunt † statuta alterius loci. Ea namq; in termino dato ad producendũ iura, produci & probari debẽt, vt inquit Bar. in d. l. oẽs populi, vbi supra, & alij post eum, & Paul. Castr. in d. l. præscriptione, nu. 9. C. si cõtra ius vel vtil. publi. & rursus idem Bar. in l. quod Nerua. col. 13. ff. depositi, & facit, quod notauit Petr. de Anch. in cle. 1. de reb. eccles. non alien. & notatur in l. si expressim, de appe. in intellectu. l. cũ prolatis. ff. de re ind. & Bal. in l. 1. in prin. C. vt quæ desunt aduoca. & Alex. in cõsi. 37. nu. 20. lib. 2. & Dec. in d. c. 1. nu. 63. extra de probat.

1 *Producenda sunt reformationes non clausæ in voluminibus statutorum iudici, etiam in loco iudicij existentes.*

1 Tertiò limitatur † in reformationibus non clausis in voluminibus statutorum, ipsæ enim etiam, q in loco iudicij, & vbi iudex versatur, sint; produci tamẽ debent, vt voluit Bar. in d. l. cũ prolatis, ff. de re iudi. vbi etiam Paul. Castr. & Imo. in fi. & Ias. nu. 6. & tradit idem Castr. in l. præscriptione. nu. 9. in fi. C. si cõt. ius vel vtil. publi. & Bal. in l. leges sacratissimæ. C. de legib. & rursus idẽ Bald. in anth. & omnes peregrini. C. commun. de success. & Abb. in c. pastoralis, col. fi. versi. item faciũt prędicta, extra de fi. instr. & Alex. in consi. 2. nu. 11. lib. 3. & Dec. in d. c. 1. sub nu. 63. extra de probat.

1 *Reformationes in voluminibus statutorum insertæ & registratæ producendæ non sunt iudici.*

1 Sublimitatur † autem prędicta limitatio; nisi tales reformationes in voluminibus statutorum insertæ, ac registratæ essent; Planè tunc producendæ non sunt, vt inquit Bald. in anth. habita, in fi. C. ne filius pro patr. & tradit Paul. Castren. in d. l. cum prolatis, num. 3. ff. de re iud. & Abb. in d. c. pastoralis, extra de fide instr. & ceteri omnes in proxima præcedenti limitatione relati.

1 *Declaratio statuti.*
2 *Instrumenta, quæ quis extra prouinciam habet, an producere possit intra terminum ad examinandum testes extra prouinciam datum, & econtra.*

CAP. XVIII.

1 Decimoseptimò & vltimò loco, † pro declaratione statuti nostri animaduertendum est; Quia licet statuentes in præcedenti. §. de testibus de prouincia in prouinciam examinandis, satis loquuti viderentur; Attamen adhuc in hoc. §. de instrumentis, quæ quis extra prouinciam habere asserit, mentionem faciunt. Id autem ea ratione factum esse exi-
2 stimandum est; vt illam dubitationem tollerent † scilicet dato termino ad examinandum testes extra prouinciam, an ille, cui talis terminus assignatus fuerit, instrumenta, quæ extra prouinciam habet, intra illũ terminum producere possit; & ex consequenti, an data dilatione ad testes extra prouinciam examinãdos; pariter etiam ad instrumenta producenda data intelligatur, & è contra. De qua quæstione tradit Angel. in l. iudices, nu. 3. C. de fi. instr. & Doct. in c. cum dilectus, extra eod. tit. de fi. instru. & Bald. in l. si ex falsis, col. 3. C. de transactio. & in additio. ad Spec. in tit. de dilatio. versi. in dilationibus, & Doct. in l. 1. vbi Alex. ff. de fide instru. & Paul. Castren. & Alex. in l. oratione ff. de ferijs; & Specu. in tit. de dilatio. §. videndum, versi. quid si data, & versi. item nota. per Cardin. post glo. in clem. sæpe, §. co quia, quæst. 12. de verbor. sig. & passim vbique.

DE CONCLVSIONE in causa §. XXIII.

Et post lapsum dictarum dilationum immediatè intelligatur esse, & sit ipso iure in causa conclusum ab vtraque parte.

1 *Conclusio in causa quid sit.*

CAP. I.

Hinc sumpta occasione nonnulla ad materiam conclusionis in causa pertinentia adnecte-
1 mus. & primò † quid sit conclusio in causa inspiciamus. Est igitur cõclusio in causa facultatis amplius producendi testes, vel instrumenta pręclusio, vt inquit Paul. Castren. in l. admonendi, num. 27. ff. de iureiuran. & Felin. in c. cum dilectus, nu. 1. extra de fide instrument. & Lancel. Conrad. lib. 1. cap. 9. de præto. §. 2. de offic. præto. in caus. ciuili. in tit. de publi. & cõclus. num. 1. post alios, quos ibi allegat, & Carauit. super Ritib. magn. cur. Ritu 75. num. 3. & Bald. in l. error. col. 3. num. 8. versi. aduerte, licet lex. C. de iur. & fact. ignora. post Io. mona. & Ioan. Andr. in cap. fin. de iureiura. in 6. in nouell. dum dicunt; conclusionẽ in causa terminum disceptationis esse. & Bald. refert, & sequitur Aret. in §. si minus, col. 10. sub nu. 14. versi. secundò etiam aduertas, Instit. de actioni. & post eum Isernia super constit. regn. in constit. de testib. post caus. conclus. nullo mod. admit. in comm. col. 2. lin. 4. & Bal. in c. 1. num. 5. extra de caus. poss. & proprietat. inquit, conclusionem nihil aliud esse, q̃ litigantibus strepitum iudiciarium claudere.

1 *Conclusum in causa quando sit.*
2 *Lapsus termini quando pro conclusione in causa habeatur.*
3 *Conclusum est in causa, quò ad testium productionem, post didicita testificata, & apertum processum.*

CAP. II.

1 Secundò quæritur, † quando dicatur in causa conclusum, & ex consequenti, quando conclusio in

causa fiat.Bal.In consi.358.super eo quod quæritur. num.4.lib.3.inquit,tunc in causa conclusum esse,cũ nihil probandum superest, per tex.in l.cum à nobis. C.de dilatio.& in l. quamuis indubitati iuris C.ad l. iuliam de adult.& in l.denique §.1.de mino. & in l. petendæ.C.de in integr.restit.mino. Cardi.uerò Zabarella in consi.23.num.1.post Inno.in ca. pastoralis.nume.1.extra de cauf.posses. & propriet.inquit; Tunc propriè cõclusionem in causa factam esse;quã do ita concluditur,ut nec de iure,nec de facto quicquam dici possit,prout uoluit etiam Angel.in §.quia uerò,nume.24.uersic.nunc est uidendum;in auth.de testibus, & idem rursus uoluit Cardi. in clemen.1. quæst.12.num.17. de cauf.posses. & proprieta.& in consi.72.sigilatim ad singula.nume.9.uersi.ad quartum;& Paul.Castren.in auth.iubemus. num.5.in fi. post Bald.C.de iudic.inquiens.tunc in causa conclusum censeri,cum ambæ partes,non una tantum,allegatis renunciant; Præterea eandem opinionem Inno.tenet Abba.in d.c.pastoralis.num.7.in fin.extra de cauf.possess.& proprieta.& in c.cum dilectus.numer.8.de fid.instrum.ubi latè Felin.ad hoc plura afferens;qui inter alia ad propositum statuti nostri inquit;quòd quando statuto aliquo termino probatio
1 restringitur,lapsus † termini pro conclusione habetur,ut latius uoluit Lancellot. Conrad.in sua practi. cap.9.de Pretore.§.2.de offic.prætoris in causis ciuilibus,in tit.de publicat.sub num. 1. uersic.ubi plura cumulat,& Lanfra.in c. quoniã contra. in tit.de depos.test.nume.59.& Ias.in l.licet.num.2. C. de procura. & in l.admonendi.in 1. lectura.num.50. ff. de iureiuran.& in Institutio.de actio.in princ.nu. 109. & Alex.in consi.77.num.9.lib.1.& Andreas ab Exea In tit.de pact.numer.441. & Lanfra. de Orian.in tit. de exceptio.nume.10. & Roma.in cons.176.in prin. ubi plura ad propositum nostrum adducit;& Augusti Beroius in d.c.quoniam contra. numer. 211. ubi nonnullos modos refert; quibus in causa conclusio fit;& Bald.in tracta.statuto. in uerbo conclusio, numer.3.& Maranta in tracta.Speculi aurei,parte 6.di stinc.9.nume.1.in uerbo conclusio.& Carauit.super Riti.Mag.curi.Ritu.239.num. 4. ubi multipliciter fieri attestatur. Hec quæ hucusque diximus,quò ad generalem in causa conclusionem locum habent;
3 † si uerò de testium productione loquamur; tunc cum processus aperitur, & testificata dedicta sunt, in causa cõclusio dicitur,ut inquit Ioan.de Amic.in consi.6.nume.27. per text. in §.quia uerò, in Aut.de testib.

1 *Conclusio in causa,an intelligatur facta, citatione ad instantiam utriusq; partis,uel alterius peremptoriè & legitimè facta.*

2 *Tacitè etiam renunciari potest.*

3 *Iudex nisi sit paratus,sententiam ferre non debet.*

CAP. III.

1 TErtiò quæritur,†citatione ad instantiam utriusque partis,uel alterius peremptoriè & legitimè ad ferendam sententiam,ut de iure debet, facta: argumento clemen.sæpe, in uerbo sententiam, & ibi glo.in uerbo ad id,cum sequenti,de uerbo.significa.an in causa conclusum dicatur. Augustinus Beroius in d.ca.quoniam contra.nume.215.ponit hãc quæstionem,& inquit in causa conclusum uideri.Ratio est,quia,ut talis citatio fiat instando; iudicium in causa instructum,& ad sententiam ferendam paratum,præsupponit,arg.l.fi.C.de compens. & c.pastoralis.extra de cauf.posses.& proprie.ibi,si uerò renunciatum fuerit, uel conclusum in causa; uel iam possit ea definitiuæ sententiæ calculo terminari,
2 † Nam, ut inquit Beroius, non solùm expressè sed etiam tacitè renunciari potest, ut notatur in 1.1. & in l.siquis in conscribendo.C.de pact.& in l.Paulus. ff.rem ratam haberi,Sed instando, ut index sententiam ferat ; uel citationem ad audiendam sententiam committat; Iudex saltem tacitè se ad id paratum esse fateri uidetur, alioquin iudicare nõ posset.c.1.de re iudi.in 6.& c.iudicet.cum glo.3. quæst. 7.& c.tum ex his.de restit.in integ.& c. cum Beroldus.ubi Abba.de re iudic.& c.dudum.il 1.ubi etiam Abba.in 6.not.cum sequen.de electio.Meritò renũciatum,seu in causa conclusum dicendum est; dummodo de huiusmodi instantia ex actis constet; ut habetur in d.c.dudum, ubi Abba. & uoluit glos. in d. clemen.sæpe.Hæc Augustini Beroij conclusio; quatenus utraq; pars pro sententia institerit; satis commodè procedere uidetur,Dum uerò idem uult, etiã si una tantum instet, maiorẽ dubitationem habere uidetur;ex quo,ut supra retulimus, Paul.Castren. in Auth.iubemus.num.6.in fin.C.de iudic.post Bal.ibi & Ioan.Andre.in additi.ad Specul.in tit.de renunc. & conclusio.per tex. in ca. fin.de arbit. in 6. uoluit ut tunc in causa conclusum dicatur: quando ambæ partes renunciant non autem una tantùm ;sed in ter minis Beroij illa pars, quæ non instat, renunciare nullo modo uidetur,ego argumentum nõ procedit.

1 *Conclusum in causa dicitur,cum partes pluries ad sententiam monitæ sunt.*

CAP. IIII.

1 QVartò quæritur; † si partes pluries ad sententiã monitæ fuerint,an in causa cõclusum sit. Et conclusum esse uoluit Rimin.in cõsi.272. nu.13. lib.2.per ea quæ uoluer.Ant.à Butr.& Imo.in clem. 1.de cauf.posses.& proprieta.

1 *Conclusum in causa an ita dicatur, cum causa consilio sapientis commissa est,ut instrumenta produci non possint.*

CAP. V.

1 QVintò quæritur; † An postquam causa consilio sapientis commissa est, in causa conclusum;ita ut instrumenta produci non possint, uideatur, Bald.in consilio 309.numero secondo. lib. 2. hanc quæstionem posuit;& instrumenta in hoc casu

su produci non posse arbitratur.| Ratio autem est; quia cum in causa conclusum videatur, coram iudice produci non potest.l. 1. C. de relatio. iunctis iis. quæ not.Inno.in c.pastoralis.extra de caus.possc.& propri. Minus etiam coram consultore produci po terunt, cum in ipsa productione quædam causæ cognitio requiratur, sed apud cõsultorem, quò ad hoc scilicet, an productio sit admittẽda nec ne: nulla cognitio est.l.cum à nobis.C de dilatio.

His tamen non obstantibus, Bald.eodem in loco distinguendo ita ait, si in causa expresse conclusum non sit. Aut sunt instrumenta liquida, aut non liquida: Si enim liquida sunt, produci posse; secus verò si non sint liquida. Ideo autem instrumenta liquida produci possunt, quia probatio probata dicuntur, & præsertim si anteà producere non potuit ob id, quòd eorum notitiam non habuit, iureiurando asseueret, argum en.cap. pastoralis. de exceptio. & ca. cum dilectus.de fid.instrument.& facit, quod notatur in clement.sæpe.de uerbor.significa.& in l. fi. ff. de feriis; Præterea quòd per consilium sapientis in causa conclusum dicatur, tenet idem Bald.in consi. 285.nume.8.lib.1.per tex.in d.l.cum à nobis. C. de dilatio.& in l. 1. C. de relatio. & rursus idem Bald. idem tenuit in consil.67.nu.6.lib.3.

1 *Conclusio in causa quid operetur.*

2 *Conclusum postquam est in causa, nihil dici, produci, opponi, uel in iure, aut in facto allegari potest.*

CAP. VI.

1 Sexto loco ad vlteriora procedendo, † quid prædicta conclusio in causa operetur, inspiciendum

2 est. Qua in re in primis regula generalis: quòd † post cõclusum in causa nihil dici, produci opponi, vel in iure, aut in facto allegari posit, cõstituenda est. l. nec causas.vbi Bald.& alii.C.de appel.& l. 2. C. de relatio.& c.pastoralis; ubi Inno.& alii omnes, extra de caus.possc.& proprie,& in §.quia verò, iuncta glos. in Anthẽ.de testibus,& in c.dilectus. vbi omnes canonistæ,& præsertim Inno.num. 2. extra de fide instru.& in c.auditis.ubi Doct. extra de procur. & in c.auditis.extra de restit.in integr. & tradit Bald. in consi.358.super eo quod quæritur.num.5.lib.3. & rursus idem Bald.in consi.255.post conclusum.lib. 4.& Roma.in cõs.10.uiso puncto, & statuti copia. num.2.& in consi.346.in hac causa Basiliensi, num. 7.in fin.& Ioan.Andre.in c.fin.nu. 2.de restit. in integr.in 6.in nouell.& Ioan.de Amic.in cõsi.26.nu. 19.& in consi.6.num.25.& in consi.32.nume. 2. & in consi. 108.nu.7.& num.17.& Specul.in titulo de renuncia.& conclu.§.1.num.3.versi.& scias, quòd post conclusionem,& Corne.in consi.62.num. 26. lib.1.& in cõs.135.num.36.eod.lib.1.& Pau.Castr. in auth.at qui.num.4.C.de probatio.& Felin. in d. cap.cum dilectus.in prin.de fid. instrumẽ. & Ioan. Bapt.Caccial.in l.admonendi.num.234. ff. de iureiur.& Ioan.à Graff.in tracta.arbo.Iudic. in 6. prin. num.13.& Cepha.in consi.51.num.19.& Hyppo. Marsi.in cõsi.16.num.30.& in l.1.§.fi.num.18.& in l.maritus.num.32.ff.de quæst. & August. Beroius in c.quoniam cõtra.num.209.extra de proba.& Abba.in c.2.num.15.extra de ordi.cognit.& in c. exceptionem.num.20.extra de exceptio.& in cap. licet. num.19.extra de probatio.& in ca.pastoralis.num. 11.extra de exceptio.& in cap.auditis.num.4.extra de procu.& Affli.super lib.1.feudo.in titulo si de inuest.inter domi.& vasallum.c.1.num.107.& Andr. ab exea de pact.num.440.& Milleus in sua practica.fol.69.nu. 17. & Andreas de Isernia super pragma.regni.de testib.post caus.conclu.null.mod. admit.col.2.versi.adde quòd nulla lit.decis. 53. & decis. 174. uersiculo. adde quòd post conclusum: Capp. Tolos. & Afflic. decisio.272.nu.1.

1 *Conclusio in causa impedit, ut nihil produci posit quoquomodo; ut supra, etiam corã arbitro, & quid in arbitratore.*

2 *Conclusio in causa coram arbitratore non requiritur.*

3 *Arbitrator uiam procedendi secundùm formam iuris eligere potest.*

4 *Viam qui unam elegit, uariare non potest.*

1 Ampliatur † prædicta conclusio, ut etiam coram arbitro, vel arbitratore locum habeat: ut uoluit Roma.in l.1.col.3.nume.8.ff. de arbitr. quem refert & sequitur Felin.in d.ca.dilectus.num.4. versi. & amplia, extra de fide instrum.& Ioan.Baptis. Pernsi. in tracta.de arbitr.lib.9.cap.23.& Bapt.à Sancto Balsio in tracta.de arbi.& arbit.quæst. 67. Inquiens id quò ad arbitrum uerum esse: At uerò coram arbi-

2 tratore, † coram quo cõclusio in causa nõ requiritur, secus existimare, argumẽto.l.si. de meis.§. recepisse.ff.de arbi. & eorum quæ habentur per doctores in c.quintauallis.extra de iureiur.ubi arbitrator extraiudicialiter procedit,& ex cõsequenti sine figura iudicij, quo casu conclusio in causa nõ requiritur clemẽ.sæpe.de verbo.signi.Id quod, vt ipse inquit:

3 verum est, † nisi arbitrator viam iudicialem elegerit quod facere potest, ut inquit Anto. à Butrio in

4 d.cap.quintauallis, † Etenim tunc illi uia, quam semel elegit, pateat: ut in l.si mulier.ff.quod met.caus. Nam uariando uiam illam mutare non potest, argu.l.siquis iusiurandum.C.de reb.cred.& l. sicut.C. de actio & obliga. & clemen. cum illatio. de renun.& in cap. quod semel placuit, de regul. iur.in 6.& hoc uerum est nisi aliter partibus placuerit, argumento.l.si conuenerit.ff.de re iudi.

1 *Conclusione in causa facta, etiam ad declarandas præcedentes probationes, quicquam produci non potest.*

2 *Probare prohibitus, non est prohibitus declarare.*

1 II. ampliatur prædicta regula, † ut non solùm si ad probandum, sed etiam ad priores probationes declarandas productio fiat, locum habere intelligatur, ut uoluit Roma.in d.l.admonendi. colum.3. num.15.uersicu.tu aduerte quia. ff. de iureiur. per tex.in capitu.auditis.extra de restitu. in integ. Verum Felinus in cap. cum dilectus. num. 4. uersicu. 2. amplia extra de fide instrum.inquit text. in d. ca. auditis.nõ probare;& ideo fortè contrarium uerius esse;

esse; quemadmodum etiam in simili uidemus, pro-
2 bare prohibitum declarare, stante tali prohibitione, non prohiberi, ut inquit Domini. à S. Geminiano in proemio sexti, in fine princ. & in c. siquis uiduã 34. distin. cum concordantibus; de quibus per eundem Felin. in c. licet causam. limitatione 10. intelligendo ut ibi, extra de probatio.

1 *Conclusione in causa facta, etiam post sent. utiam in continenti, quando instrumenta produci non possunt.*

2 *Quæ fiunt statim post, inesse non dicuntur.*

1 III. ampliatur † prædicta regula secundùm Felin. in d. c. cum dilectus, post Bal. ibidem nume. 4. et si statim post sententiam quis producere uellet; Mouetur autem Bal. ex eo, quòd quando momenti quę
2 stio est; † ea quæ fiunt post, incontinenti inesse nõ u. dentur. l. Thais. §. intra certa. ff. de fideicom. liber. Secus uerò si iudice lo qui incipiente; antè tamen q̃ uerbum absolno., uel condemno proferat, instrumenta producantur. Verùm hac in re subdit ibidẽ Felin. animaduertendum esse, quandoquidem si dictum illud Bald. de productioue, quæ in actu sententiæ post conclusionem in causa fit; intelligatur; erit prorsus contra tex. in d. cap. cum dilectus; & ideo inquit dupliciter intelligi posse utputa de productione in sententia facta, quam conclusio ex natura ipsius causæ non præcessit, uel de productione in interlocutoria facta; per quam iudex conclusionem in causa eo modo, quo aliquando potest, facere solet.

1 *Conclusione in causa facta, etiam probatio facti non admittitur.*

2 *Opponi quæ possunt post sententiam, post conclusionẽ in causa obiici non possunt.*

3 *Exceptio falsitatis post conclusionem in causa obijci non potest.*

4 *Conclusio in causa principali non nocet in causa appellationis.*

5 *Sententia cui non nocet, nec acta nocent.*

1 IIII. Ampliatur prædicta regula, † etiam si de facti probatione tractaretur; quæ post sententiam opponi potest; Quandoquidem non ualet conse-
2 quentia, † post sententiam opponi potest; ergo & post conclusionem in causa, ut uoluit Card. in cap. licet causam. in prin. col. fin. uersi. inducitur hæc litera ad quæstionem, extra de probatio. ubi inquit ita in facto obseruari uidisse; Nam post conclusionem
3 in causa † falsitatis exceptio opponi non potest. d. c. cum dilectus; Nec obstat, inquit ibidem Felinus, q̃ post sententiam opponi posit; propterea quod tũc noua est instantia; & nouus producendi modus. Verùm qnòd postquam in causa conclusum est ea, quę in facto consistunt, produci posint; iuri prorsus repugnat, ut eodem in loco inquit Cardinalis. Facit
4 ad hoc, † qnòd conclusio, quæ fit in causa principali; in causa appellationis, in qua non dednctum deducitur, & non probatum probatur, obesse non debet. Et ideo ex his tolli non potest, inquit Fel. illa ra-
5 tio; quæ fortasse in contrarium facere posset, † quòd cui non nocet sententia, acta etiam non noceant, ca. inter dilectos. extra de fide instrum. Nam in conclusione in causa procedere non debet; Alioquin illud accideret, quòd quemadmodum omnia in principali causa non deducta, non obstante sententia, in appellatione produci possunt ita etiam & post conclusionem produci possent, quod quidem absurdũ, & inconueniens est. quapropter id notandum esse, inquit Felin. in d. c. cum dilectus. num. 5. uersi. quartò amplia.

1 *Conclusione in causa facta, non licet etiam summere informationes ad intentionem fundandam.*

1 V. ampliatur præcedens regula, ut † etiam in summendis informationibus ad intentionem fundandam, locum habeat, ut inquit Bello. in consilio 59. num. 6

1 *Conclusione in causa facta produci & allegari potest, quando iudex ex officio procedit, & arbitratur expedire.*

2 *Conclusio in causa iudicem non ligat.*

3 *Conclusione in causa facta in causis, in quibus animarum periculum uersatur, iudex probationes reci pere potest.*

4 *Conclusione in causa facta in causa beneficij curati iudex probationes recipere potest.*

5 *Conclusione in causa facta iudex in remedio attentatorum supplere potest.*

6 *Fructus post conclusum, in causa percepti debentur.*

7 *Conclusione in causa facta iudex ex officio iuramentum calumniæ exigere potest.*

8 *Conclusio in causa auditori non obstat.*

1 Limitatur primò † regula supra firmata, qnando iudex ex officio procedit; & expedire existimat, Nã tunc etiam post conclusum in causa probari, & allegari poterit, ut inquit Abba. in d. cap. cnm dilectus. num. 3. ubi etiam Felin. num. 6. extra de fide instru. per tex. in d. cap. pastoralis. extra de caus. posses. & propri. ibi, nisi iudex, & etiam Felin. nume. 6. extra de fide instrum. per tex. in d. capitu. pastoralis. extra de caus. posse. & propri. ibi, nisi iudex, & etiam per tex. in cap. cum Ioannes. extra de fide instru. & notat Rota decis. 5. si post conclnsum. in nonis, & Anto. à Butrio in d. cap. auditis. colum. 4. extra de procnra. & Abba. rursus in cap. cum clamor. extra de testibus, & Specula. in titu. de renun. & conclusio. §. 1. uersic. scitis. & Bald. in l. 1. circa in fi. C. senten. rescin. nõ poss. & Roma. in l. 1. colum. 3. ff de arbitr. & in cõsi. 176. istę sunt responsiones. ad fin. & in l. admonẽdi. colum. 6. nume. 16. uersicu. 3. ff. de
2 iureiurã. quibus in locis habetur; † cõclusionem in causa iudicem nõ ligare: & ideo Cardi. in cõsil. 74. Titius nũc sunt 10. anni inquit, in causis, in quibus
3 animarum † periculum uersatur; iudicem post conclusionem in causa probationes recipere posse: per ea quæ uolnerũt Hostiẽ. & Ioã. Andr. in capitu. ad petitionem. extra de caus. posse. & proprie. & opti-
me

mètradit Rota in d.dec.5.si post conclusum: in ad-
4 di.nouis;vbi habetur;† φ in causa beneficii curati, iudex, etiam innita parte, post conclusum in causa probationes recipere potest.& Anto. à Buttrio in c. 1.circa finem,vt lite pend.inquit, in remedio atten-
5 tatorum lite pendente†iudicem post conclusionem in causa supplere posse.Et Bal.in l. cum propria. in
6 §.C.siquis alteri vel sibi;inquit†fructus post cōclusionem in causa perceptos,sicut alios deberi,cū officio iudicis debeantur,& Pet.de Anchara. post Ioā. Andr.in c.1.de iurament.calum.in 6.inquit, indicē
7 ex officio post † conclusum in causa iuramentū calumniæ exigere posse.Præterea hanc eandē opinionem, φ iudex ex officio post conclusum in causa,probationes & alia recipere possit,voluit Dec.in c.1.in 2.nota.extra de exceptio.& Aymo Crauet. in consi. 134.nu.1.& Andr.de Iser.super constit.Regn.in cōstit.de testibus,post conclusi.null.mod.admitten.in comm.col.2.versi.adde hic vnum singulare verbū, vbi quam plures adducit,& Bal.in tract.statu.in verbo conclusio.nu.2.& rursus Fel.in ca.cum Ioannes. nu.12.versi.sed etiam,extra de fide instru. & Hypp. Marsi.in singu.155.vbi id limitat & Lancello. Conrad.in sua practi.lib.1.c.9.de præto.§.2.de offi.præto.in caus.ciui.in tit.de publi.& conclu.nu.2.& Staphi.in titu.de commissio.liter.iusti. nume. 27.fol. 124.vbi post Rotam in d.decis.5. in nonis. inquit
8 † Auditori conclusionem in causa nō obstare,& rursus Iserni.super constit.Regn.in titu.de probatio.in appella.produc.in comme.lib.50.& Iacob.Mādel. Alben.olim Pisis concurrens mens in consi.9.num. 32.& Ioan.de Amici.in consi.7.nume.27.& Corn. in consi.135.num.37.lib.1.& Alex.in consi.43.col. fin.lib.4.& Bello in consi.59.num.6.

1 *Conclusione in causa non obstante, in causis criminalibus probari potest.*

2 *Defensionibus in causis criminalibus regulariter renunciari non potest.*

1 II. Limitatur † regula prædicta in causis criminalibus ut inquit Abb.in d.c.cū dilectus,ubi etiam post cū Feli.nu.8. extra de fide instr. per ea quæ uoluit Bar.in l.Diui fratres.nu.2.ff.de penis, & in l.1. §.si quis ultro.nu.4.ff.de quæst.& idē Bal.in l.1. col. 4.versi.4.quæritur nu.9.C.de condi.indeb.& Rom. in d.l.1.col.3.nu.10.ff.de arbi.inquiens,in causis criminalibus n n cōcludi, quin semper ad sententiam vsq; rei innocentia deduci possit, per tex. in d.§.siqs vltro;licet Ang.aliter male sentiat,& in l.pactum in ter hæredem.ff.de pact.& reprobat gl.in d.l.quāuis indubitati.C.de adulr.& tradit etiam Bal.in authē. iubemus.col.vlt.sub nu.7.C.de iudi.& in l.si accusator bus.circa finem,nu.20.ubi uideas.C.de accusa. At Rota decis.30.fuit dubitatum;post prin.licet cō tra hanc limitationem expresse tenere videatur. At tamen in nouis additionibus dictum Bart. in d. l. 1. approbat,dicitq; memoriæ mādandū. Hæc enī opi-
2 nio ab alia conclusione pēdet,†An in criminalibus causis defensionibus renūciari possit,φ renūciatio, cōclusio in cā est; & regulariter renūciari nō posse, conclusū est,per rationem l.ita vulueratus.ff. ad legem Aquiliā,cū concordantibus ,quos adduxit Felin.in c.cū ueniffent.col.2.de test bus,vbi posuit circiter nouem fallentias. Præterea ultra pallegatos, φ in his causis criminalibus facta cōclusione in causa productiones & defensiones recipi possint,tenuit Ange. in tracta. Maleficio.in uerbo, qui iudex statuit.nu.25.& Capicius deci.81.nu.4. & Egid. Bossius in sua practica crimi.in titu.de publi. proces. & test.nu.9.& Bal.in l.causis. nu.6. C. de accusatio.& latè Grā.in cōs.76.nu.8.& seq. in ciuilibus. & Horma.Detus in l.hoc ædicto.§.hoc ędictū.nu.33.ff.de noui.oper.nūcia.& idem Alba in cōs.90.nu.4. ibi videtur limitate in casu,& Rom.in d.l.admonēdi. nu. 16.ff.de iureiur.& in cōsi.176.nu.2.& Corn. in eadē.l.admonēdi.nu.10.ubi Ias.nu.56.& Hypp. Marsi.in consi.16.num.33.

1 *Conclusione in causa non obstante an instrumenta de nouo reperta produci possint.*

2 *Statutum prohibens nouas probationes in causa nullitatis recipi,de ys,quæ de nouo emergunt, non intelligitur.*

3 *Conclusione in causa facta,exceptionem etiam noniter superuenientem non admitti.*

4 *Conclusione in causa facta, quando quis non fuit negligens in perquirendis instrumentis, instrumenta de nouo reperta produci poterunt.*

5 *Restituitur quis in integrum post cōclusionem in causa ad producendum instrumenta nouiter reperta.*

6 *Restitutio in integrum est pinguius remedium, quā appellatio.*

1 III. Limitatur dicta†regula generalis, ī instrumentis de nouo in causa repertis, etenim ea in causa conclusione non obstante produci possunt, vt voluit Abba.in d. c.cū dilectus,vbi etiam Feli.num. 9. extra de fide instr. & ibidem etiam Anto. à Butrio, & Imol.nu.2.authoritate Bar.in l.admonendi. nu. 2.& 3.ff.de iureiuran.& idem Bal.in l.1.col.3.nu.9. C.de condictio.indebi.& Roma.in d.l.admonendi. col.3.nu.15.& in d.consi.176.& Card. in d. consil. 74.Facit,quod notat Bald.in l.inuitus.col.vlti.C.de
2 procura.ubi inquit†statutum prohibens nouas probationes in causa nullitatis recipi,de his,quæ de nouo emergunt,intelligendum non esse,& ita Dinum consuluisse inquit. At contra hanc limitationem tenere uidetur Pau.Castren.in d.l.admonendi.nume. 25.inquiens eā in d.c.cū dilectus.non probari,& tādem post multa restringunt hanc limitationē secūdùm opinionem Bar.quando scilicet causa esset talis,in qua post sententiam appellari non posset;Hec opinio Castrensis comprobatur ex iis, q̄ uoluerunt Ant.à Butrio,& Abba.in c.pastoralis. extra de exceptio.ubi authoritate Rotæ in d.decisio.39. inquiūt
3 † post cōclusionem in causa, exceptionem etiam no uiter superuenientem non admitti. cap. auditis. extra de in integr.restitu.Idem quoque sentit Ioā. Andre.in d.c. cū dilectus.de caus.possess.& propriet. ut ipsi arbitrantur. Prædictis tamen non obstantibus
4 hæc limitatio tunc locum habere poterit†ubi quis in perquirendis instrumentis post conclusionem in causa noniter repertis negligens non fuisset. Pla-
5 nè si ea probabiliter ignorauerit, † in integrū restitutione

V

tutione mediante, non solùm post conclusionem in causa: sed etiam post sententiam ex clausula, si qua mihi iusta cã videbitur, produci poterunt; vt notat Ioan. Andr. post Specul. in titulo de executio. sentẽ. §. fin. vers. illud. & Barto. in l. 1. C. de senten. aduers. fiscum latis & facit illud, quod notat Imo. in l. Imperatores. ff. de re iudi. & hoc etiam quando si feratur sententia, appellari potest; locum habere intelligitur. Ratio est † quia pinguius restitutionis in integrũ
6 remedio, quàm appellationis ordinario subuenitur & ideo vuum alterum non tollit, vt notatur in l. fin. C. si aduers. rem iudic. & ideo magis dicendũ est; ꝙ iura intacta seruare vtilius est; quàm post causã vulnerato remedium exhibere. l. fin. C. in quibus caus. in integ. restit. non est necessa. Commodius ergo, & vtilius est; ne contra nos sententia feratur, prouidere, quàm appellationis remedio restituere. Verùm quicquid hucusque dictum sit. Hac limitationem, vt scilicet post conclusionem in causa instrumenta de nouo reperta produci possint, tenuit etiam Corne. in d. l. admonendi. nu. 9. post Bar. Bal. Sali. & Fulgo. quos ipse allegat; & inquit ita cõmuniter teneri & latè tradit Alex. in d. l. admonendi. nu. 19. & seq. ibidem nu. 55. & Alba. in cons. 9. nu. 30. & sequ. ubi inquit hanc opinionem magis communem esse, & eam pluribus comprobat, vt ibi per eum.

1 *Conclusione in causa non obstante, instrumenta partibus præsentibus, & non contradicentibus recipi possunt.*

2 *Conclusionem in causa iudex admittens probationes tacitè reuocare uidetur.*

1 IIII. Limitatur ꝑdicta regula, † quãdo instrumenta post conclusionem in causa partibus præsentibus, & non contradicentibus recipiũtur: ut uoluit Abb. & post eum Felin. in d. c. cum dilectus. de fide instr. Tunc enim receptio valet; & iudex tacitè interlocutoriam illam reuocare videtur. Hãc conclusionem, vt ipse inquit, sequitur Castrẽsis in d. l. admonẽdi, & Abba. in ca. quoniam contra. col. 9. num. 17. in gl. in uerbo productiones: per tex. in l. quod iussit. ff. de re iudi. & ratio est; quia sibi imputari debet, argumento. l. acta. ff. eod. titu. de re iudi. vbi etiam Felin. nu. 32. vers. secũda conclusio, extra de probatio. Iu-
2 dex † etiam in causa conclusum esse sciens; si probationes admittat; cõclusionem in causa renocare, et pro reuocata habere: his quæ ĩ reuocatione interlocutoriæ necessaria sunt, concurrentibus uidetur, ut notat Rota in d. decisio. 5. in nouis; argumento. l. illud. ff. de acqu. hære. & sequitur Imo. post Ant. à Butrio in d. ca. auditis. in fine extra de procur. & tradit Bal. in l. peremptorias. col. 2. nu. 11. C. sentẽ. rescin. non poss. & Cardi. in cle. 2. col. 2. de test. & Abba. in d. c. quoniam contra; extra de proba. & si aliter dixerit Castren. in d. l. admonendi.

1 *Conclusione in causa non obstante, in causa pupilli & ecclesiæ instrumenta de nouo reperta produci possunt.*

1 V. Limitatur † ꝑdicta cõclusio in cã pupilli, vel Ecclesiæ, si adsint instrumẽta de nouo repeta, vt voluit Rom. in d. l. admonendi. Rõ aũt est; quia in his causis, ẽt sentẽtia, quin instrumenta de nouo reperta ꝓduci possint, obstare nõ dẽt. l. imperatores. cũ gl. ff. de re iudi. & not. gl. fi. in c. inter monasteriũ. de re iudi. Si igitur sentẽtia nõ obstat, multo minus, ut ipse ait, cõclusionẽ in causa obesse dicendũ est. Hãc cõclusionẽ intelligit Feli. in c. cũ dilectus. nu. 11. de fide instru. ẽt si ipsorũ instrumentorũ ꝑquitendorũ negligentia detur, vt huiusmodi personæ aliqua ex parte differre videantur. Nã vbi de instrumentis de nouo repertis nõ tractatur, pupilli ẽr & ecclesia sub regula, ꝙ post conclusionẽ in cã instrumenta non comprehendantur, continentur, ut habetur in c. auditis. extra de restit. in integr. cũ ibi remedio restitutionis in inregrum opus esse dicatur, vltra prædicta de hoc videas Inno. in c. pastoralis. in princ. extra de caus. posses. & propric. & Marant. in suo specul. aureo, actu. 15. parte. 4. num. 2.

1 *Conclusione in causa non obstante instrumenta de nouo celebrata produci possunt, quibus inspectis, interdum partes non expectata sententia à lite fortasse recederent.*

1 VI. Limitatur ꝑdicta † regula generalis, nisi instrumenta de nouo celebrata ꝓducantur quibus, inspectis interdũ partes non expectata sententia à lite fortasse recederent. Nam tunc ea etiam post conclusũ in cã produci possunt; & Iudex ea admittere tenetur, ut inquit Rom. in d. l. admonendi. ff. de iure iur. asserens id expresse probari in l. 1. §. inde quæritur. ff. de nou. oper. nuncia. Id quod latius tractauit in d. consi. 176. Animaduertendũ tamen est, quatenus ad hanc limitationẽ ꝑtinet, Nã si eã, quando vtraque pars ꝓducit huiusmodi instrumenta, intelligeremus, tunc stante quarta limitatione, de qua supra, parum, aut nihil releuaret. Si uerò quando una tantũ pars producir, & alia de conclusione in causa opponit, intelligamus, & tunc est optima & ualdè utilis limitatio: vt inquit Felin. in d. c. cum dilectus. nu. 12. extra de fide instrum.

1 *Conclusione in causa non obstante, possunt produci instrumenta, & alia in causis summarijs.*

2 *Conclusio in causa in summariis non requiritur.*

3 *Conclusione in causa pro habetur primus actus, qui postea fit in causis summarijs.*

1 VII. Limitatur † non ꝓcedere in causis sũmarijs: ut inquit idem Roma. in d. l. admonendi. per ea quæ in simili notat gl. in uerbo interrogauit, in clemen. sæpe. de verbo. signifi. Inquiens in huiusmodi causis. Iudicem post conclusum in causa ad partis instantiã interrogare posse. Id quod rursus uoluit idem Rom. per illam glo. in d. consi. 176. & Rota decis. 10. Item quod postquam. in antiquis, & in nouis. decis. 30. & latius prosequitur Felin. in d. ca. cum dilectus. nu. 13. & Augu. Bero. plura pro intellectu gl. in d. clemẽ. sæpe in uerbo interrogauit, adducẽs,

Satis

Satis comprobatur ex eo, quòd ut dicunt Doct.
2 † in causis summarijs conclusio in causa non requiritur: ut est tex. in d. clemen. sæpe. §. sententiam. &
3 idem uoluit Afflic. decisio. 272. † Nã primus actus, qui post conclusionem in causa sequitur in causis summariis pro conclusione in causa habetur, ut noluit Corn. in consi. 235. col. 3. lib. 3. & refert & sequitur Maranta de ordin. iudi. parte 3. distinc. 6. nu. 18. & August. Beroius in c. in literis. num. 5. extra de restitu. spoliat. & in d. c. quoniam contra. num. 219. & Afflic. super primo lib. feudo. in tit. si de inuest. inter Domi. & uasal. in c. si inter dominum. num. 109. & Carauit. super Riti. magnæ curiæ, Ritu 238. num. 2. & Isern. super pragmat. Regn. de testib. post causa. conclu. nullo mod. admitt. col. 2. lin. 55. uersi. adde quòd in causa beneficij.

1 *Conclusione in causa non obstante, ex causa id suadente instrumenta produci possunt.*
2 *Exceptio notoria, post conclusum in causa superuenient, opponi potest.*

1 VIII. Limitatur; † nisi aliqua ita efficax, & potẽs ratio subesset; quæ instrumenta admittenda esse suaderet; Nam tunc conclusione in causa non obstãte instrumenta produci poterunt: ut inquit Felin. in d. c. cum dilectus. num. 14. extra de fide instrumen. per ea, quæ uoluit Bal. in l. 1. in fi. C. de senten. rescin. non poss. & si ibi Bal. id non dicat, sed in l. peremptorias. num. 6. uersi. dicit Specula. in tit. de renun. & conclu. §. 1. uersi. & scias; & idem uoluit Roma. in l. 1. col. 3. num. 8. ff. de arbitr. inquiens, hanc nouã esse limitationem, per tex. in c. ad nostrã. il 3. de iure iuran. & rursus idem uoluisse uidetur Bal. in l. 1. colum. 1. C. ut quæ desunt aduoca. & notat Anto. à Butrio in d. c. dudum. il primo in 4. nota. extra de elect.
2 † inquiens, exceptionem notoriam post conclusionem in causa superuenientem opponi posse. Animaduertendum tamen est: quia Felin. in d. cap. cum dilectus. num. 14. inquit, hanc limitationem nihil operari: quia Speculator in d. uersic. & scias, & Bal. in d. l. 1. de iudice, qui ex officio mouetur, loquũtur; Id quod in prima limitatione dictum fuit; Tex. uerò in d. c. ad nostrã. de notoria probatione loquitur. c. licet in uerbo euidentissimè, ubi dixit in 6. notabili; extra de probatio. Planè inquit Felin. si hæc limitatio uera esset, semper instrumenta contra tex. in d. c. cum dilectus. produci possent; ubi de nouo superuenirent; Verùm quicquid dicit Felin. Specula. & Bal. in prædictis locis tanquam diuersa considerant; an Iudex ex officio post conclusionem in causa probationem admittere posit; uel si iusta aliqua causa suadeat.

1 *Conclusione in causa non obstante, an excommunicatio probari possit.*
2 *Excommunicatio usque ad sententiam opponi potest.*

1 IX. Limitatur, † ut inquit Speculator in d. uersi. & scias; nisi de probanda excommunicatione agatur; Nam tunc conclusio in causa obstare nõ debet; ut uoluit etiam Abb. in c. exceptionem. col. 7. extra de exceptio. & facit tex. in c. pia. de exceptio. in 6. & in clemen. uni. in glo. fin. de exceptio. & illud, quod notat Specula. in tit. de exceptio. §. nunc uidendum, col. 2. uersi. porrò exceptio. Ratio autem est; quia propter communionem semper animæ periculum imminet, dicit tex. in d. c. exceptionem. Verùm Feli. in d. cap. cum dilectus, num. 15. hanc limitationem non subsistere arbitratur; per ea quæ expressè tradit Card. in d. clemen. 1. in 1. oppositione; dum uoluit
2 etiam, quòd ibi dicatur; excommunicationem usq; ad sententiam opponi posse; ob id tamen, quòd post conclusum in causa opponi posit, consequentur dicendum non esse; cum postea statim sententia ferenda sit, prout inquit sentire Innoc. in c. pastoralis. in fi. extra de exceptio. Dum de termino loquitur ad peremptorias proponendas dato; quo elapso excommunicationem opponi non posse; arbitratur; Nam ille terminus secundum Cardinalem uim conclusionis habere uidetur; ex quo per illum tex. nihil, quod in facto consistat; proponi potest; Nec admittit ipse eam differentiam; quam in hoc sentit Anto. à Butrio in d. c. pastoralis. col. penult. An scilicet in uim dilatoriæ, uel peremptoriæ proponatur. Quia utroque modo regula illius decretalis subsistit; Inquit tamen, ubi nõ esset terminus ad peremptorias; sed ad dilatorias, illo elapso opponi posse; Non autem ob id, quòd eo modo differat; quo dixit Anto. à Butr. sed quia terminus ad dilatorias uim conclusionis in causa non habet; Tum quia sententiam expectans, amplius in iudicio necessitate non communicat facta conclusione: Tum etiam quia Iudex ex officio prouidere potest d. c. pia. in fi. Non autem quia ita intelligi debeat.

1 *Conclusio in causa non obstat, ubi non obstat sententia.*
2 *Conclusio in causa sententiæ aequiparatur.*

1 X. Limitatur † ubicunq; non obstat sententia: Nã tunc nec conclusio in causa obstare debet; per regulam c. inter. extra de fide instr. & tradit Feln. in d. c. cum dilectus. num. 16. & dicit etiam se attigisse in c. causam. il primo de testib. Comprobatur hæc limi
2 tatio ex ijs, quæ dicunt Doctores; dum uolunt † cõclusionem in causa sententiæ æquiparari; vt notat Bart. in l. si mater. §. eadem. in fi. ff. de exceptio. rei iudic. & Bal. in l. si pro ea. col. 6. C. manda. cum similibus, ut tradit Alex. in l. 3. §. si seruus. col. penult. ff. de acquir. possess. & recentiores in d. c. cum dilectus. in princ. de fide instrum. & Decius. in l. ædita. nu. 33. C. de eden. & Bal. in l. 1. col. 2. C. de delic. defun. & tradit Natta in consi. 20. num. 26. & Ripa in l. admonendi. num. 48. ff. de iureiur. per tex. in l. si rem. §. fin. ff. de exceptio. & Ioann. Anton. Rube. Alexandri. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 268. 269. & 270. ff. de acquir. possess. ubi etiam Ias. plures cumulat num. 1 2. & in l. admonendi. num. 49. & in re peti. eiusdem legis nu. 53. ff. de iureiuran. & idẽ Ias. in l. licet. num. 3. C. de procura. & Hyppo. Marsi. in l. 1. §. fin. nu. 18. & in l. maritus. nu. 27. ff. de quæstio. & Felin. in c. fin. sub num. 11. uersi. considerabam, extra de constitutio. & in d. c. cum dilectus. in princ.

V 2 ubi

ubl plura cōnumerat ad propositum nostrum, de fide in str.& Isern. super pragma.Regni, in tit.de testib.post caus.conclu.null.mod.admitt.in commen. col.3.lin. 1. & Iacob. Mandel. de Alba in consi.90. num.3.cum alijs similibus.

1 *Conclusio in causa non obstat, quin iniuste à iudice expulsus post producere possit, etiam si propter iudicis negligentiam accidat.*

2 *Conclusione in causa non obstante si vna pars producere possit, an possit etiam alia.*

1 XI. Limitatur, † nisi quis aliquid antè conclusionem in causa probare uellet; & à iudice Iniquè, & iniustè repulsus esset, ut inquit Anto. à Butrio in c.tam literis.col.1.extra de testib. per illum tex. & per ea, quæ uoluit glo.in uerbo post. in c.ex conquestione. de restit. spoliat. Id quod procedit etiam si propter Iudicis negligentiam, ut noluit Specula. de renun.& cōclusio.§.1. uersi.& sciens.per tex.in c.tuas. extra de testib. Verùm Felin.in d.c.cum dilectus.nu. 16.inquit, animaduertendum esse; Nam si hanc limitationem de ea conclusione intelligamus, quæ per renunciationem probationum à partibus spontè factam inducitur; & tunc eam non esse ueram arbitratur; Propterea quòd parti, quæ spontè conclusit in causa; sciens se non probasse; imputandum est. c.dānum. de regu.iur.in 6.& in c.cum uenissent. cum ibi allegatis in prima glo. de testib. Si uerò in causa concludere à Iudice, uel à statuto cogeretur, & tunc hęc limitatio locum habeat; Verùm his stantibus dubitari solet; an eo tempore, quo exclusus, prout supra
2 diximus, † post conclusionem in causa probat; possit etiā pars aduersa probare. Qua in re primò possedicendum uidetur, argumento. l.petendæ. C. de tempo.in integr. restit.peten. & quod plus est, etiā si ille, qui posset producere, producere nollet, per ea quæ dixit Specul.in tit. de dilatio. §. uidendum. uersi.quid si res petita; Dum inquit, partem dilationi in præiudicium alterius, cui in beneficio ius quæsitum est; renunciare non posse. d.l.petende; At Feli. in loco supra relato utrunq; dictum falsum esse arbitratur. Primò: quia beneficiū.l.petendæ.quò ad partem, quæ iam probationibus renunciauit, locū non habet, per ea quæ uoluerunt Iacob.Butr.& Bald. in auth.iubemus.per illum tex.C.de iudici.prout est in his terminis, in quibus mediante cōclusione in causa renunciatum est; Secundum autem dictum eadē etiam ratione non procedit; quia Speculator loquitur, quando dilatio acceptata est; At acceptata esse non dicitur; sed de hac producendi facultate non curare; Imo etiam si curasset, subsistit dictum Bal. in d.auth.in contrarium, ut latius per Felinum in loco supra relato.

1 *Conclusio in causa non obstat, quin produci possint instrumenta, quando ex beneficio restitutionis in integrum ecclesiæ, uel minori subuenitur. Id quod & de maiore dicendum est.*

2 *Conclusio in causa non obstat, quin produci possit, si capitula noua ex ueteribus oriuntur.*

1 XII. Limitatur † quando ex beneficio restitutionis in integrum ecclesiæ, uel minori subuenitur: ut uoluit Speculator in tit.de instrum. editi. §. nec dicamus in princ. & probatur in c.auditis, ubi omnes ponunt, extra de restit. in integr. Id quod & de maiore dici potest; cui beneficium restitutionis ex clausula, si qua mihi iusta causa, competeret: ut supra diximus in 3. limitatione; & notat ad propositū nostrum Cardi.in consi. 23. num.3.in causa. & in simili habetur in c. intimauit.de testib. ubi tradit Felin.super glo.1. & rursus idem uoluit Specula.in lo-
2 co supra adducto † si capitula noua ex ueteribus oriātur, quod tamen, ut supra diximus in 2. amplia. Felin. ubi supra, intelligendum est; Præterea idem dixit Roma. in d.l.admonendi. num.16.uersi. quartò fallit, ubi inquit hanc limitationem propter ea, quæ in quinta limitatione dicta sunt; superflua non esse; ibi namq; de instrumentis de nouo repertis tractatur; Nos autem hic de ijs loquimur; quæ de nouo reperta non sunt. Præterea idem uoluit Maranta in tracta. de ordin.iud. parte 3.actu 15. sub nu.2. & Andr. de Iser. super constit. regni in constitut.de in integr.restit.mulier.col.4.in commento.

1 *Conclusio in causa principali, non obstat in causa appellationis, quin In ea probationes & instrumenta produci possint.*

2 *Nisi in renunciatione probationum de causa appellationis mentio fiat.*

1 XIII. Limitatur † quando essemus in causa appellationis. Nam quibus in causa principali conclusio in causa obstabat, in causa appellationis, quin produci posint, obstare non debet: ut uoluerunt Ioan.Andre.Anto. a Butr. & alij in d. cap.cum dilectus.extra de fide instrum. per tex in l.per hanc C.de tempo.appella. & rursus idem uoluerunt Anto.a Butrio, & Abba.in c.cum uenissent.de testib.& alij, quos ibi adducit Feli.in 3.conclusione; Id tamē
2 non procederet; † quando in renunciatione probationū de causa appellationis mentio fieret: ut tradit Card.in d.c.cum dilectus. Præterea quòd in causa appellationis, conclusione non obstante, probationes & instrumenta produci posint, firmat Innocen.in d.cap.cum dilectus. extra de fide instrumen. per tex. in cap. fraternitatis. extra de testib. & Imo.in capit.pastoralis.num.3.extra de cau.possess. & proprieta. ubi etiam Bellamera nume. 2. subdens non procedere, quando partes id expresſè dixerunt. Idem quoque uoluit Pau. Castren. in l. iudices.num.5.C.de iudic.reprob ans Bal.& Alber. contrariū tenentes; & quòd cōclusio in causa, in causa principali in causa appellationis non noceat, tenet ultra prædictos Petrus de Ancha. in clemē.causam.num.6.de cau. possess. & propriet. & Bald. in tracta. statutorum, in uerbo conclusio.nu.4. & Cardi.in consi.72. num.12. & Ioan.à Grassis in tracta. de substan.procura.in uersi.concludendum.num.5. & Afflic.super primo lib.feudo.in tit.si de inuest. inter Domi.& uasal.in c.si inter dominum. nu.108. & Capit.decis.28.num.3.& August.Beroius in c.quoniam

niam contra.num. 218. extra de probat.& Rolan. à Valle in consi.94. num. 13. ubi inquit per Afflic. in loco ubi per eum, idem esse in causa appellationis, in qua conclusio in prima causa non extenditur ad causam supplicationis.

1 *Conclusio in causa non obstat, quin probationis iuris produci possint.*

2 *Conclusione in causa nõ obstante reus litem non fuisse contestatam obijcere potest.*

3 *Conclusione in causa sequuta non debent consilia magnorum virorum in actis poni.*

4 *Consilium sapientis licet per statutum cõcedatur, post conclusum in causa peti non potest.*

5 *Conclusio in causa est vltimum verbum descriptum, vel productum.*

6 *Vltimum dicitur, post quod nihil sequitur.*

1 XIIII. Limitatur; † quando post conclusum in
causa probationis iuris producuntur; ut puta alle-
gationes, uel consilia doctorum: ut uoluit Cardi-
na.in dicto consi.23. Monetur autem; quia ille tex.
in d.c.cũ dilectus, cum similibus de probationibus
in facto consistentibus loquitur. Idem quoque con-
suluit Roma.in consi.176.col.5. nume.9. licet nihil
alleget; Verùm idem etiam uoluit Bal.in c. fin. col.
2 ult. de probatio. ubi ex prædictis inquit † post con-
clusionem in causam: reum dicere posse, litem non
fuisse contestatam, ex quo huiusmodi allegatio ex
actis constat. Id enim factum non uidetur; quod in
actis non continetur; & huiusmodi allegatio iuris
potius, quàm facti est; quia per rationem disputandi
probatur; & acta non loquuntur, & ubi non loquun
tur, nec nos loquimur, ut ibi per eum, & eius dictũ
tanquam notabile sequitur Felin. in d.c.cũ dilectus.
num.18.extra de fide instrum. Præterea ultra Felin.
quòd non obstante conclusione in causa posit in iu
re allegari, tenet Bal.in auth.iubemus.num. 9. C.de
iudic.ut ibi latius per eum, & Ias. in repet. l.admo-
nendi.nu.64. ff.de iureiur.& Rober. Marant. in suo
specu.aureo, in 3.parte, actu 15.num.2. & Prospe.
Carauit.super rit.Magnæ curiæ, Rit.75.num.5.ubi
alios citat, & Lancello.Conrad.in sua prac.lib.1.c.9.
de prætore.§.2.de offic.præto. in caus.ciuili.in tit.de
allegatio. & moti.nu.6. & Franci. Niconi. in c.quo-
niam contra.in glo.in uerbo productiones, extra de
probatio. & in glo. in uerbo renunciationes.num.
3.& August. Beroius in c. licet causam.nu.98. extra
de probatio. ubi Decius nu.17. Verùm contra hanc
limitationem tenuit Speculator in tit. de renuncia.
& conclus.in uersi.& nota.& Inno.in d. c.pastoralis.
inquiens post conclusionem in causa, nec in iure,
nec in facto quicquam produci posse: & idem uoluit
glo.in d.c.quoniam cõtra. in uerbo renunciatio.ibi,
uel allegatio.extra de probatio.& glo.in d.c.cum di
lectus.in uerbo conclusum; ibi, allegationibus, extra
de fide instrumen. & idem Bal. in d.cap.pastoralis,
3 † inquiens, si post conclusionem in causa sapientium
& magnorum doctorum consilia producantur; ea
in actis apponi Iudicem permittere non debere; &
4 rursus etiam dicit, quòd licet ex forma statuti † con-
silium sapientis peti posit; post conclusum in cau-
sa peti non poterit; Preterea etiam uoluit nullam ad
5 allegandum dilationem dandam esse, aquia conclu-
sio ultimum uerbum descriptum uel productũ est,
argumento.l.contractus. C. de fide instrum. & illud
6 est † ultimum, post quod nihil sequitur. l. qui duos.
ff.de reb.dub. & ita inquit idem Bal. in l. nec causas.
de appell. In hac autem ambiguitate Felin. in loco
supra citato dicebat, distinguendum esse, ut uoluit
Bal.in d. c. pastoralis. hunc in modum. Aut partes
probationibus renunciant; & tunc de ijs, quæ in fa-
cto consistunt non in iure intelligendum esse; Aut
uerò in causa concluditur; & utrumque comprehen
ditur, siue in facto, siue in iure consistat, Vel secũdò
dici potest; ut inquit idẽ Bal.in auth. iubemus. col.
ult. C.de iudic. allegationem in iure, quæ deinceps
inter acta producatur, fieri non posse; Attamen ob
id, quin leges allegari posint, claudendum nõ esse.
Vel tertio dici potest, ut inquit Cardina.in d.c.pasto
ralis. col.12. dictum Innoc. de producendis intelli-
gendum esse; hoc est, quòd super producendis alle-
gari nõ posit; Secus uerò super iam productis; pro-
pterea quòd super iam productis, etiam in ipsa pro-
latione sententiæ allegari potest, quandoquidem,
ut ipse inquit, nihil repugnare uidetur. Quartò dixit
Cardin. in d. consi.5. Aut ad iuris allegationes dila-
tio petitur, & tunc contraria locum habeant; pro-
pterea quòd post conclusum in causa nulla dilatio
danda est.l.cum à nobis. C.de dilatio. Aut uerò dila-
tio non petitur; & hæc nostra limitatio locũ habeat,
& hoc, ut inquit Felin.in d.c.cum dilectus. nu.18. in
fin. ualde notandum est.

1 *Conclusio in causa non obstat, quin posit produci, cũ tractatur ad habilitatibus impetrantis, & recognitione sigillorum & signorum notariorum pro iudicis informatione.*

1 XV. Limitatur † supradicta regula generalis, cũ tractatur de habilitatibus impetrantis, & recognitione sigillorum, & signorum notariorum pro iudicis informatione; Nã tunc etiam post conclusum in causa testes ad prædicta recipi possunt, ut uoluerunt Domini de Rota in decis.2. in tit.de testib. in nouis, secundum nouissimam impressionem. Mouẽtur autem; quia huiusmodi testes magis ex officio iudicis, quàm ad partis instantiam recipiuntur. clem. iudices. cum ibi no. de offic.deleg. Officium autem suum potest iudex post cõclusionem in causa; si sibi expedire uidebitur, impartire per ea, quæ supra in prima limitatione dicta sunt. Facit secundò; quia huiusmodi leuem tantum probationem requirunt: stante iuris præsumptione; quòd quilibet idoneus præsumatur.c.dudum.de præsump.& tradit Inno.in c.illud.extra de præsum.& in c.ueniens.de uerb. sig.

1 *Conclusione in causa nõ obstante probatio per confessionem partis fieri potest.*

1 XVI. Limitatur † prædicta conclusio; quando probatio partis confessione fit. Planè tunc etiam

post conclusionem in causa talis probatio admittitur, ut est tex. in c. cum Ioannes hæremita. extra de fid.instrum. Hanc limitationem tenuerunt Anto. à Butrio in c.licet causam.col.1.extra de probatio. & Bal. & Paul.Castren.in Rub. C.de probatio. & Ias. in l.cum te transegisse.nu.6.C.de transactio.& Hyppo.Marsi.in d.Rub. num.73. C. de probatio.& Robert.Maranta in suo tracta.de ordine iudicio. parte 3.actu 15.num.2. uersi. Item admittitur probatio per confessionem: & habetur in additione ad decisio.174.Cappell.Tolosa. uersi.ueruntamen probatio per confessionem.

1 *Conclusione in causa non obstante admittitur probatio per rei euidentiam, & aspectum loci.*

2 *Ordo iudiciarius in notorijs seruandus non est.*

3 *Probatio per rei euidentiam, & aspectum loci omnes alias probationes excedit.*

1 XVII. Limitatur † cum est probatio ex actis notoria: & talis rei euidentia ex aspectu apparet; Nam hæc probatio; etiam post conclusum in causa admittitur: ut uoluit Lud.Roma.in l.1.num.9.ff.de arbit.
2 Mouetur † autem; quia in notorijs ordinem iudiciarium non seruari, certum est; etiam si iudex eum se seruaturum iureiurando promisisset; ut est tex.in c. ad nostram.extra de iureiurā. & uoluit Bal.ut inquit Roma.in loco supra citato, in l.2. C. ut quæ desunt aduoca. Præterea eandem conclusionem sequitur Anto. à Butrio in c.dudum.il primo, col.2. extra de electio.ubi etiam Abba.col.2.num.6. Vbi id tunc uerum esse ait; cum est notorium facti permanētis: secus uerò si sit notorium facti transeuntis, ut ibi per eum quem refert, & sequitur Ias.in l.admonendi. sub num.64.ff.de iureiur. & idem uoluit Maranta in d. tracta. de ordin.iudicio. parte 3.actu 15 nume.2. inquiens, ideo † talem per rei euidentiam, & loci aspectum probationem post conclusum in causa admitti; quia omne aliud probationis genus excedit, per ea quæ voluit Bal. in l.contra negantem. in fi.C.ad l.Aquil.& in l. si quis testibus.in fin.C.de testib.Rursus eadem limitatio probatur ex ijs, quæ habentur in additione ad decisio. 174. uersi. item dic de probatione propter inspectionem, Cappel.Tolosa.idem uoluit Franc.Niconit.in c.quoniam contra. num.110.extra de probatio.

1 *Conclusione in causa non obstante: cum Papa ipse de aliqua exceptione cognoscit, probationes admittuntur.*

1 XVIII. Limitatur † præcedens conclusio in Papa; cum ipsemet de aliqua exceptione cognoscit. Nam tunc etiam post conclusum in causa probationes admittuntur: vt inquit Spec.in tit.de renun.& cō clusio.uersi. & scias per ea quæ, voluit Innoc.in c. ad petitionem. extra de accusa.

1 *Conclusione in causa non obstante, iuramentum suppletiuum, dummodo anteà petitum sit, deferri potest.*

1 XIX. Limitatur † præcedens conclusio in iuramento suppletiuo. Illud namque etiam post conclusum in causa, dummodo antè petitum sit, deferri potest; ut uoluerunt Doctores omnes & præsertim Ias. in l admonendi. ff. de iureiur. & Maranta in d. suo tracta.de ordin.iudic.parte 3.actu 15.sub nu. 2. inquiens ita intelligendum esse illud; quod dixit Alex. in consi.57.col.fi.lib.1.

1 *Conclusione in causa non obstante potest iudex & præsertim in causis summarijs, non solùm ex suo officio, sed etiam ad instantiam partis interrogare.*

2 *Conclusione in causa non obstante potest iudex interrogationes facere, non solùm ad declarandam dubiam probationem, sed etiam ad intentionem aduersarij fundandam.*

3 *Interrogationes facere iudex cogi non potest.*

1 XX. Limitatur † conclusio prædicta in Iudice; qui quandocunque, etiam post conclusum in causa, interrogare potest; & præsertim in sumarijs; in quibus id nō solùm ex suo proprio officio potest, per ea quæ in prima limitatione diximus; sed etiam ad instantiam partis; ut est glo. notabilis secundum Ias.in l.admonendi. nu.63.ff.de iureiur.iūcto tex. in elem. sæpe.in uerbo interrogabit, de verb.sign. & alia glo. in c. quoniam contra. in verbo interrogationis, ubi latius Doct.extra de probatio. Immo inquit Anto. à
2 Butrio consuluisse: Iudicem † post conclusionem in causa, nō solùm ad declarandam dubiam probationem interrogationes facere posse; iuxta ea, quæ habētur in c. cum Ioannes. extra de fide instrum. & in c. per tuas. de testibus, & quod no. glo.singularis in §. quia uerò.in Auth.de testibus. Sed etiam ad intētionem aduersarij fundandam, per regula. l.ubicunque. ff.de interrog.actio.& in l.generaliter.§.1. C.de reb.
3 dub. † Id tamen iudex facere cogi non potest. l.non quicquid.ff.de iudic.& sequitur Imo. in d.c.1.& Anto.à Butr.& Imo.in c.cum causam.de iuram.calum. & Bal.in terminis in l.ampliorem.col.2. C.de appe. & in l. per hanc. in prin. C.de tempo.appel.& in l.2. §. quod obseruari. col. 2. C.de iure calum. & rursus Imo.in l.4.§.hoc autem iudicium. ff.de dam.infect. & ita communiter tenetur secundum Ias.in d. l. admonendi.nu.67. & idem uoluit Maranta in suo tracta.de ordin.iudicio,parte 3.actu 15. num.2. & latè Hyppo. Marsil. qui multos refert in singulari. 155. ubi limitat quinto modo ut ibi per eum: & si secundùm Ias.in d. l.admonendi. in contrarium facere uideatur glo.notabilis in l.filiusfamilias. §. veterani.in glo.1.ff.de procur.dum uult, iudicem ultra tempus parti concessum supplere non posse, & facit illud, quod notatur in l.quærelam. C.de falsis.

1 *Conclusio in causa cum est à iudice reuocata, productio fieri potest.*

2 *Conclusionis reuocatio quomodo fiat.*

3 *Sententiam interlocutoriam etiam iudex inferior ex causa sine rescripto superioris reuocare potest.*

4 *Conclusionem in causa parte præsente, & non contradicente, iudex reuocare potest.*

Conclu-

5 *Conclusionem in causa iudex tacitè quando reuocare dicatur.*

6 *Conclusum in causa quando iudex sciuisse intelligatur.*

7 *Conclusionem in causa à seipso factam iudex reuocare potest; non autem à partibus factam.*

1 XXI. Limitatur† præcedens cõclusio; quando conclusio in causa esset reuocata; Nam tunc probationes,& instrumenta produci poterunt, ut uoluit Ioan. Andre. post Anto. à Butrio & alios in c. ad petitionem. col. 3. versi. item dicit D. Antonius, extra de accusatio. Hæc autem reuocatio à Iudice tacitè
2 & expressè fieri potest. Expressè† si iudex conclusionem ex causa expressè reuocet; sine causa autem reuocare non potest; prout decidendo tenet Egidius Bellamera in decis. 57. Ingens quod iudex & in decis. 55. & in decis. 56. ubi latius, huiusmodi reuocationes,& causas reuocandi prosequitur. Præterea, quòd iudex ex causa conclusionem in causa reuocare posit; tenet Aymo Crauet. in consi. 144. nu. 20.
3 †inquiens, conclusionem in causa meram interlocutoriam esse; quam iudex etiam inferior sine superioris rescripto ex causa reuocare potest; vt voluit Abba. in c. cum dilectus. de fide instrumen. & tradit Alexan. in l. quod iussit colũ. pen. ff. de re iudic. & Decius in c. quoniã contra. col. 14. uersi. in gl. in nerbo productiones, extra de probatio. & idem rursus tenet Alex. in d. l. admonendi. nu. 20. ff. de iureiurã. & Augusti. Beroius post Abba. in d. ca. quoniam contra. nu. 204. Potest autem sine consensu partium expressè hanc interlocutoriam reuocare,& ita secundùm Beroium intelliguntur ea, quæ dicunt Domini de Rota in decis. 5. in Antiquis, quos sequuntur Anto. à Butrio,& Imol. in c. auditis. de procura. & Cardi. in clem. 2. col. 2. de testibus, & Abba. & moderni in d. c. cum dilectus,& alii allegati per Dec. in d. c. quoniam contra; Si uerò iusta causa non adsit, testes examinari, seu instrumenta produci non poterunt parte contradicente; etiam quòd iudex ad-
4 mittat; † Alioquin partes præsente & non contradicente ualebit admisio; cum ea cõclusio in causa reuocata censeatur, argumẽto dictæ. l. quod iussit. cũ l. 3. eod. tit. & facit, qđ habetur in c. cũ causa. in fi
5 ne, extra de testibus. Aut† uerò iudex conclusionem in causa tacitè reuocat; utputa testes, instrumenta, & probationes admittendo, ea. n. admissione cõclusio in cã uidetur reuocata, ut uoluerũt Domini Rotæ in dicta 5. decisio. incipiente. Itẽ si post conclusiõ nẽ, argumento. l. illud. ff. de acq. hære. & c. de multa.
6 de præbend. Id autẽ uerum est, † si iudex in causa cõclusũ esse sciebat, secus verò si ignorabat, ut uidetur tex. in cle. 1. de procura. & §. planè. instit. qui testa. tuto. dari possint. & Scire autem, ut inquiunt Domini Rotæ. Iudex dicitur, si articulos admittens, ille met sit, qui in causa cõclusit, argumento l. fi. ff. pro suo & c. uenientes. extra de filiis præsbyter. & l. quãuis. ff. ad uelleia. cũ similibus, secus uerò esset, si nõ idem sit iudex, sed aliud fortasse post conclusionem in causa subrogatus: Nam iustam causam ignorantiæ haberet. l. q in alterius. ff. de regu. iur. & c. qui in ius. co. tit. in 6. & sequuntur Anto. à Butrio & Imo. in d. c. auditis. extra de procurat. & idem uoluit Abba. in c. quoniam contra. col. 13. extra de probatio. ut refert,& sequitur Alex. in consi. 72. num. 7. lib. 3. Præterea, quòd iudex tacitè conclusionem in causa reuocare posit, uoluit Affli. deci. 115. nu. 2. & Paris. in consi. 107. nu. 102. lib. 3. inquiens, ut supra diximus, id maximè cũ iudex scit, verum esse, quæ sciẽtia præsumitur; Idem tradit Abba. in ca. cum olim. de re iudic. & Ripa. in d. l. quod iussit. nu. 49. ff. de re iudic. vbi id latius declarat,& contrariis respondet. & idem voluit etiam Alex. in l. admonẽdi. num. 22. vbi alios refert. ff. de iureiuran. & Felin. in d. c. quoniam contra. nu. 30. in fi. extra de probatio. vbi etiã nu. 31. & 32. hoc declarat,& Iser. super pragma. regni, in pragmatica. de processio. ordinan. per magi. actor. & iudi. præsen. col. 1. in verbo conclusio, uers. adde tamen tu, quòd in hoc;& Augusti. Beroius in d. c. quoniam contra. nu. 203. extra de probatio.
7 Id autem quod supra diximus, † quando iudex cõclusionem in causa à se ipso factam reuocat, intelligendum est; secus verò si conclusionem à partibus factam reuocare vellet. Etenim tunc cũ non sit iudicis interlocutoria; sed partium actus; eam meritò reuocare non potest, argumento l. postquã liti. C. de pact. & l. prima. in fin. ff. de prætor. stipulat. & l. si conuenerit. ff. de re iudic. prout notauit Bald. in l. secunda. col. 5. circa fin. ff. de re iudic. & refert & sequitur Iserni. super constit. regn. in pragma. de processi. ordi. per magis. acto. & iudi. præsenta. in prin. in verbo conclusione.

1 *Conclusio in causa, an sit de substantia processus & iudicii, ita ut eius omissio uitiet.*

2 *Conclusio in causa in summarij necessaria non est & in quibus.*

CAP. VII.

1 Septimò principaliter† pro declaratione statuti nostri quærendum est; An conclusio in causa sit de substãtia iudicii,& processus sit, ut eius omissio ne vitientur. Hac in re variè loquuntur Doctores. Nam quòd non sit de substantia, uoluit Maranta; in tract. de ordi. iudici parte 4. distinctio. 9. nu. 23. & parte 6. actu. 15. nu. 9. & Beroius in d. c. quoniam contra. nu. 203. extra de probatio. & Abb. in c. cum dilectus. ubi multos refert, num. 1. extra de fide instru. ubi Felin. nu. 32. Bal. uerò in sua margherita, in verbo renunciatio, versi. octauò. per. c. quoniam cõtra, extra de probatio. & in c. cum dilectus. extra de fide instrum. distinguendo inquit. Aut loquimur, de causa ordinaria;& tunc conclusionem de substãtia esse arbitratur; Id quod saltem ex cõsuetudine, ut inquit Cardi. in clemen. sæpe. de verbo. signifi. intelligendum videtur,& uoluit Roma. in consi. 176. nu. 12. vbi conclusionem in causam, tam iure canonico, quã ciuili de ordine iudicii esse arbitratur. Aut
2 uerò loquimur† de causis summariis, vt est causa possessorii, uel quando relatio ad superiorem facienda est; quo casu conclusione in causa non vtimur, ut inquit Bal. in nec causas. nu. 2. C. de appella. & tradit Bar. in extrauagã. ad reprimen. in verbo summariè,

& tunc de substantia nullo modo erit, vt est tex. in d. clem. sæpe, in verbo sententiam, vbi omnes tradunt, & voluit Alexan. in consi. 84. lib. 4. & ideo si omittatur, vitiare non debet. Præterea hanc distinctionem tenet Capit. decis. 1. nu. 33. & Felin. in d. ca. cum dilectus, nu. 22. & Affli. qui dicit cōmunem opinionem, in c. 1. num. 109. si de inuest. inter Domi. & vasal. in vsib. feud. & super lib. 2. consti. Regni in constitu. iurisperitum, nu. 41. & latius in consti. pacis cultum, li. primo, num. 54. & in constitutione vniuersos, nu. 7. li. 2. & ideo Carraui. super riti. magnæ curiæ, ritu 75. nu. 1. inquit, in causis summarijs cōclusionem in causa non esse necessariam, prout voluit etiam Ioan. Andre. in additio. ad Speculum de renunciat. & conclu. in prin. & Afflic. decis. 272. nu. 4. Est igitur hac in re cōcludendum, vt in causis summarijs, cum cōclusio non sit de substantia, an ea omissa processus vitietur, quærendum non esse. In causis verò ordinariis, ex quo ex quadam consuetudine, & stilo curiæ fit; non quòd de mera, & essentiali substantia iudicij, & processus sit, pariter si omittatur, non vitiare, vt voluit Maranta in dicto tracta. de ordin. iudic. parte 4. distinctio. 9. numero 23. & parte 6. actu 15. num. 9. per ea quæ voluit Abba. numero 12. & Felin. in cap. cum I, & A, extra de re iudi. & Cardin. in d. clement. sæpe, §. & quia.

1 *Conclusione in causa facta, an compromissum peti possit.*

CAP. VIII.

1 Octauò quæritur, an† post conclusum in causa, compromissum peti possit. Et breuiter peti non posse concludendum videtur; vt post longam disputationem tenet Blancus in tractat. de compromiss. vbi alios refert, in 5. quæstio. num. 4. & 5. Contrarium tamen voluit Bal. vt in consilio per eum adducto. Verùm ne in hac nostra ciuitate hoc dubium oriatur statuentes, sub rubr. 66. lib. 2. de compromiss. fiend. inter coniunct. versi. dum tamen; compromissum antè terminum datum ad faciendum deponere testes in causa peti voluerunt, & sic antequam in causa concludatur.

1 *Conclusione in causa sequuta an consilium sapientis peti possit, stante statuto, quòd causa mittatur ad cōsilium sapientis.*

CAP. IX.

1 Nonò quæritur † an post conclusum in causa de iure cōmuni stante statuto; quod causa consilio sapientis committatur, consilium sapientis peti possit. Et breuiter non posse dicendum est: vt voluit Bald. in cap. pastoralis, col. 3. extra de caus. possess. & proprieta. & Anton. à Butrio in capit. cum in veteri, per illum tex. extra de electio. & Ias. in l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. & Blanc. in tract. de compromiss. quæst. 5. sub num. 5. versic. his adiungi potest. Quatenus verò pertinet ad statutum nostrum in sequenti, §. expressè disponitur, consilium sapientis post conclusionem in causa peti debere.

1 *Conclusio in causa antequam sequatur, an iuramentū calumniæ præstari possit.*

CAP. X.

1 Decimo quæritur, † an iuramentum calumniæ, antequàm in causa conclusum sit, præstari possit. Glo. fi. in fi. in cap. ex literis, extra de iureiur. inquit non posse. Sed Ioan. Andr. in cap. 1. de iuram. calum. in 6. distinguendo ita, Aut iudex illud ad instantiam partis exigere vult, & non potest. Ratio autem est; quia cum sit species probationis, partes post conclusum in causa probationes, vt supra dictum est, facere non possunt, per ea quæ voluit glo. in d. c. ex literis. Aut verò ex officio suo exigere vult, & tunc potest, vt est text. in c. cum Ioannes, extra de fide instrum. At Dominicus à S. Geminiano in d. ca. 1. relata prædicta Io. Andreæ distinctionē, eam in plenarijs iudicijs procedere arbitratur, In summarijs verò etiam ad partis instantiam post conclusum in causa exigi posse, vt est tex. & notat glo. in clem. sæpe, de verb. signi. quod tenet ibidem Philipp. Franc. nu. 1. Verùm Archidia. in d. c. 1. quod quandocunq; antè sententiam exigi possit, existimauit, per text. in l. qui bina. §. penult. ff. de dam. infec. & in l. fi. circa fi. C. de iuram. calum.

1 *Conclusum in causa si iudex in sua sententia dixerit, & ex actis de ea non appareat, an sententia sit propter illud mendacium ipso iure nulla.*

CAP. XI.

1 Vndecimò quæritur, † an si iudex in sua sententia in causa conclusum esse dixerit, & in actis conclusio non apparet; nec iudici creditur iure Romano. l. nec in arbitris, C. de arbitr. An sententia propter hoc mendacium sit ipso iure nulla. Respondetur, quod cum, vt supra vidimus, conclusio in causa de substantia iudicij non sit; sententia subsistet. l. cum hi. §. si prætor, & §. in causa, ff. de transactio. secus verò si mendacium in sententia de substantialibus esset. l. qui testamento, ff. de excusatio. tut. vbi propter causam, quæ nata non erat, absoluit, vt voluit Iser. super constit. Regn. in rub. vt inter duos dies post publ. cōclus. in caus. vers. præterea si iudex.

1 *Conclusione in causa facta an attentata reuocari peti possit.*
2 *Attentata vt reuocentur, lite pendente vsque ad conclusionem in causa exclusiuè peti potest.*
3 *Conclusio in causa claudit viam reuocationi attentatorum, non minus, quàm suspensio petitorij.*
4 *Attenta post conclusum in causa officio iudicis ea reuocantur, quæ alioquin non reuocarentur.*
5 *Attentata, quando constat de non iure, non reuocantur.*

CAP.

CAP. XII.

1 Duodecimò quæritur,† an conclusione in causa facta attentata reuocari peti possit; & non
2 posse respondendũ est; Propterea quòd † attentata lite pendente vsquè ad conclusionem in causa exclusiuè vt reuocentur, peti potest. Ratio autem est: qa in quacunque parte litis, hæc ex officio & aute omnia propter contemptum iudicis & partis reuocanda sunt, vt notatur in ca. non solùm. de appella. in 6. & latiùs tradit Ioan. Mona. in c. cupientes. in verbo
3 gratia cred. de electio. in 6. At † conclusio in causa reuocationi attentatorum non minus, ac suspensio petitorii, viam præcludit. c. pastoralis. de caus. poss. & proprie. Hanc conclusionem tenuit Rota decis. 4. in titulo, vt lite penden. nil innoue. in nouis: & Capit. decis. 25. nume. 188. & Rota in antiquis decis. 306. in nou. 57. & Affic. decis. 342. num. 4. & Franc. in c. dilecti. il terzo. num. 3. vbi Cardi. Alex. & sequa. de appell. post decisio Rotæ. 157. in antiquis, in nouis autem 185. Vestrius in sua practica, fol. 204. ver sicu. quidam: Manfre. hos referens lib. 1. attentato: parte. 7. nu. 46. subdẽs ẽt nu. 65. officio iudicis post
4 conclusum in causa † ea attẽtata reuocari; quæ alioquin nõ reuocarentur per ea, quæ voluit Affli. deci. 352. nu. 5. & Marant. in suo tracta. de ordi. iudi. parte. 6. prin. in tit. de appell. nu. 392. & 394. subdens ẽt
5 num. 6. † quando constat de non iure, non reuocari. vt tradit Rota dec. 14. & idẽ Manfr. in 2. lib. conclusio. 7. & conclu. 21.

1 *Conclusione in causa facta in possessorio, an possit fieri transitus ad petitorium.*

CAP. XIII.

1 Decimotertiò quæritur † si cõclusum est in causa in possessorio an ad petitorium trãsitus fieri possit Bald. in c. significauerunt. in fine de testi. & attesta. inquit posse, inferens tunc simul utranque quæstionem terminari, & sic limitari. cap. pastoralis. extra de caus. poss. & proprieta. secundùm Inno. & Hostien.

1 *Conclusio in causa in dubio, an intra tempus facta præsumatur.*
2 *Appellatio an deserta sit, cum dubitatur, iudex desertam non esse, pronunciare debet.*

CAP. XIIII.

1 Decimoquartò quæritur † an in dubio conclusio in causa infra tempus facta præsumatur. Paris. in consi. 115. num. 1. lib. 1. inquit præsumi per ea, quæ uoluit Pau. Castre. qui aliàs ita in facto respondisse dicit, in l. 1. ff. siquis cautio. quem sequitur ibi Alex. col. penult. versi. ulti. nota. & Ias. ibidẽ colum. 2. versi. sextò nota. Dum inquit, ubicunque,
2 † an appellatio deserta sit necne dubitatur; Iudicem desertam non esse pronunciare debere; Quandoquidem ita prounciando nullius partis ius perit; sed vtriusque iura salua remanent; Id autem multis cõprobant decisionibus, ut ibi per eos, quam conclusionem sequitur etiam Decius in c. vt debitus. De appel. col. 7. uersi. in eadem glos. vbi idem alias medius comprobat; vt ibi per eum, & latius tradit in cõsil. 356. in causa. nu. 1.

1 *Conclusione in causa facta, si iudex unam partem ad probandum per testes, quos dicit de nouo repertos, & antè conclusionem eorum notitiam non habuisse sub illa conditione, quòd iuret, admisat, an si deinde ex eorum depositione notitiam habuisse appareat, & admissio & eorum depositio ualeat.*
2 *Conditio si iurauerit, aliam scilicet, & uerum sit tacitè continet.*

CAP. XV.

1 Decimoquĩto quæritur, iudex uel arbitri, † post conclusionem in causa unam partem ad probandum per testes, quos dicebat de nouo repertos, & de nouo ad eius notitiam peruenisse, sub illa conditione, quòd iuret admiserunt, ipsa uerò iurauit, antè conclusionem in causa de illis nullam notitiã habuisse, unde testes examinati fuerunt, verùm deinde ex eorum depositione apparet, eorum notitiã habuisse. Quæritur, ut dixi, an eorum depositio valeat. Hanc quæstionem posuit Pau. Cast. in l. si cum patruo. nu. 3. C. commu. utriusque iudi. & eam in facto habuisse ait, & tenet eam nõ ualere, per ea, quæ habentur in glo. 2. ibi in prin. quæ vult, vt illa conditio, si iurauerit, de nouo ad suam notitiam peruenis
2 se, aliam tacitam conditionem, † uidelicet, & uerum sit. continere, & ideo si falsum reperiatur, tanquàm una conditio deficiat, non ualere uidetur. l. si hæredi plures. ff. de conditio. instit. Constat enim, quando aliquis per iudicem ad aliquem actum sub tali conditione, vel exceptione admittitur, si cõtrarium reperiatur, actum nõ ualere, ut uoluit Bar. in l. prætor. circa prin. ff. de dam. infect.

DE TERMINO AD ALLEGANDVM. §. XXIIII.

Et statutus terminus a iure quatuor dierum utilium ad allegandum.

1 *Terminus ad allegandum sequitur post conclusionẽ in causa.*
2 *Allegationes aliæ sunt iuris, alia facti.*
3 *Allegationes à iudice sedente recipiendæ sunt.*

CAP. I.

1 Qvoniam post conclusionem in causa, † ad allegandum, & disputandum deuenitur, ut inquit Maran. in suo tracta de ordin. iudic. parte 6. actu. 16. in prin. Meritò statuentes ordinem iudiciorum sequentes, hic ad allegandum terminum posuerunt, de qua allegationum materia breuiter quę dam referenda censui.

Scien-

8 Sciendum itaque est,† allegationum in iudiciis alias iuris, alias facti esse, ut inquit Barb. in c. bonæ. il primo, num. 18. extra de postula. prælat. De allegationibus facti, & ad factum pertinentibus, statuẽtes huc vsque loquuti sunt; Modò autem superest, vt vltimo loco de iuris allegationibus tractent. Quandoquidem paractis his, quæ ad factum pertinent; solent in fine litis aduocati partium in voce, vel in scriptis allegare, vt tradit Speculator in titulo de aduo. & in titul. de disput. & allega. aduocat. in prin. & præ
3 sertim in §. satis clarè. † Quæ quidem à Prætore, iudiceue sedente recipiendæ sunt; Ad illud autem tendere videntur, vt ambarum partium actio illuminata reddatur. c. iudicantem. 35. quæst. 5. & l. iudices, & auth. iubemus. C. de iudic. & facit ille titulus. C. ut quæ desunt aduocatis, vbi iudices, patronos causarum audire oportere præsupponunt; & ubi illi deficiunt supplere.

1 *Allegare quid sit.*

CAP. II.

1 SEcundo loco quæritur, † quid sit allegare, Speculator in d. titulo, de disputa. & allega. §. 1. inquit, allegare esse intentionem suam per probationes in iudicium deductas ostendere, eamque iuribus asseuerare, & colorare. c. aliorum. 9. quæstio. 3. & c. conuenior. 23. quæstio. vlti. versi. allegare, cum aliis adductis à Speculatore eo in loco.

1 *Allegationes quomodo & quo ordine faciendæ sint.*
2 *Allegandum quid sit.*
3 *Allegare in consilÿs decisiuis non est necesse.*
4 *Allegare sufficit unam legem, uel canonem, licet plures idem probent.*
5 *Allegare multa laudabile non est.*
6 *Allegare in genere an sufficiat.*
7 *Allegare rationem naturalem sufficit.*
8 *Allegare authoritatem maiorum. ubi legem non habemus, satis est.*
9 *Allegari non debet, quod certum est de iure.*
10 *Allegatio debet casum in specie attingere.*
11 *Allegare non debet aduocatus coram Papa, uel principe iura communia.*

CAP. III.

1 TErtiò quæritur, † quomodo, & quo ordine allegationes faciendæ sint, qua in re ordo allegaudi huiusmodi est; Primò actoris aduocatus ea, quæ ad sui clientis intentionem fundandam, ac confirmandam facere arbitratur, proponit, Deinde uerò Rei aduocatus allegationibus respondendo, alterius partis allegationes dictis testium, instrumentis confessionibus, uel aliis quibuscunque probationibus, destruere, & suas iuribus, rationibus, & exemplis cõfirmare conatur, ut latius inquit Specula. in tit. de disputa. & allega. §. nunc breuiter. num. 1. & Bal. in l. Nesennius. ff. de nego. gest. & in l. qui prior ff. de iudic. & Marant. in suo tracta. de ordi. iudic. parte 6. actu 16. nume. 2. & Lancell. Conrad. in sua pract. li. 1. c. 9. de preto. §. 2. de offic. preto. in caus. ciuili. nume. 8. ubi quibus uestibus debeant esse indu
2 ti, ostendit. Allegare † autem debent iura & leges. l. illam. C. de collatio. & §. consideremus. in Authẽ. de trien. & semiss. & latè Andre. ab exea ponit hanc regulam, cum ampliationibus, & limitationibus in commento tit. de constitutio. in ult. nota sub nume.
3 87. † & si hoc in consiliis decisiuis limitetur in quibus iuris allegationes necessariè non sunt: & ut plurimum omittuntur, ut tradit Ioan. Andre. quẽ alii sequũtur in c. sicut. extra de senten. & re iudi. & uoluit Riminal. in consi. 49. num. 1. libr. 1. illud preterea anotãdum est, in iis casibus, in quibus allegatio-
4 nes necessariæ sunt † unam legem, uel unum canonẽ allegare satis esse: & si pluribus illud idem probetur vt voluit Nicola. de Neapol. in l. scire oportet. §. fin. ad fin. ff. de excu sa. tuto. & tradit Ias. in d. l. illam. nu. 11. C. de collatio. per tex. in l. ità vulneratus. circa fin. ff. ad. l. aquili. & idem voluit Ioan. Ignens in Auten. ex causa. col. 32. ad fin. num. 150. C. de liber. preteri. & in l. 3. §. subuenitur: num. 150. ff. ad silla uia. & facit tex. quem ad hoc ibi ponderat Hyppo. Marsi. in l. siquis obrepserit. ff. de solut. & sequitur Andre. ab exea in cõmento tit. de cõstit. nume. 108.
5 Vnde dicebat Neuizanus, † multa allegare laudabile non esse, in cõsi. 67. nume. 1. & satis est illum Doctorem, qui alios refert, allegare: vt dixit Andreas
6 ab exea in tit. de constit. nu. 107. † An uerò in genere allegare sufficiat, ut puta in canonibus, uel legibus, Hyppo. Marsi. in l. siquis obrepserit. ff. de fals. & Domini à Sancto Geminiano in c. super eo. num. 1. de heret. in 6. & Andre. Barba. in ca. ad hoc. num. 59. extra de postula. prelato. inquiunt sufficere per tex. in cap. 1. de verbo. signif. & in c. vestra. extra de cohabita. cleri. & mulier. vbi Abba. Subdit tamen Lancell. Corad. in sua pract. lib. 1. c. 9. de preto. §. 2. de offic. preto. in caus. ciuili. in tit. de allega. & moti. sub nu. 10. post Imol. in ca. non liceat. il 1. de prebe. & dignita. huiusmodi allegationem, exceptionem pati; quia aduersarius respondendo dicta. l. non probari, dicere poterit; & ideo Franc. Ripa in ca. cum ecclesia sutrina. num. 108. extra de caus. posses. & propriet. in ter legislatorem, & Doctorem distinguit: Legislator nãq; si dicat, ita iure caueri, satis est, ut habetur in eodẽ c. & in c. scriptũ est. 6. q. 3. Doctor uerò legẽ allegare debet, & ita tenet Lancell. in loco supra ad
7 ducto. † Præterea sufficit, ẽt si ratio naturalis allegetur, ut est tex. in l. scire oportet. §. sufficit. & ibi eum ponderat Bal. post Iacob. Butri. & Cyn. ff. de excus. tut. & ideo dixit Iser. in phæ. feudo. col. pen. nume. 48. naturale, & rationabile dictũ, nõ minus ac legẽ Iudicẽ mouere debere; & aliàs dixit Aristoteles, ubi est ratio naturalis, legẽ quærere, intellectus debilitatem esse, vt refert Curt. Iunior in consi. 138. num. 22. & sequitur Ang. in consi. 274. Tho. super secundo propè finẽ uersi. secundò eodẽ modo respondetur sub nu. 8. & tradit Ias. in auth. siqua mulier. col. 2. nu. 11. uersi. & pro Bal. facit. C. de sacrosa. eccles. & refert & sequitur Socin. Iunior in consi. 61. num. 42. 43. & 44. & in consilio. 173. num. 2. uol. 2. & Socin. in l. scire. §. consequens. uersi. sufficit firmare ex ipsa

ipsa naturali iustitia, ff.de excusa.turo.& idem tra-
dit Abba.ubi est etiam quædam additio in ca.ratio
nulla.num.1.de præben.& dignita. Nam, ut inquit
Paul.Castren. in consil.177.in antiquis; ratio natu-
ralis pro lege habetur cum similibus, quę congerit
8 Mars.in Rub.de probatio.num.177.† Sufficit etiam
maiorum authoritatem allegare, ubi legem non ha
bemus, ut inquit Ang. in l. si idem cum eodem. in
prin.nu.1. ff.de iurisdi.omni. iudic. per illum tex.&
refert & sequitur Barba.intracta. de testib. parte 3.
9 num.12.† Id autem quod certum est de iure allegari
non debet, ut inquit Barto.in l. necessarij. circa me-
dium.ff.de acquir. hæred.& Abba. in ca.fin. de præ-
scri.& faciunt quæ not. Barto. in l. ornamenta.ff.de
aur.& argen. legat.& tradit Ruin. in l. hoc edicto
nume.57.ff.de oper.nou.nunc.Cauere autem quis à
fallacibus, & calumniosis allegationibus debet. pro
pterea quòd, tales à iure reijciuntur, ut inquit Cuma
nus in l.debitor.§.seruo.num.2. ff.de lega.2. per illũ
tex. Minus etiã quis; ut utar uerbis doctorum no-
10 strorum; ad balistam allegare debet; † Allegatio au-
tem ad balistam dicitur, quando allegatio precisè
casum, de quo agitur, non concernit. sed a longè;
Nam lex in iudicio allegata casum, de quo agitur, at
tingere debet; alioquin non probat, ut est glos. sin-
gularis, quam ibi commendat Cardi. in clem. sæpe.
oppo.6.de uerbo.signif. & refert Andre. ab Exea in
11 c.1.de constit.nu.105.& 106.† Si uerò Aduocatus
coram Papa, uel Principe sit iura communia allega
re non debet, cum ea in scrinio pectoris habere dica
tur, ut post alios tradit dictus Andreas ab Exea in d.
c.1.nu.100.& 111.de constit.

1 *Allegationibus omissis, an iudex allegare possit.*
2 *Iudex ex officio supplere tenetur, & id si dolo omittat, punitur in ueram litis extimationem, si uerò per imprudentiam in id, quod uidetur iudicanti.*
3 *Consequens qui uult, uult necessarium antecedens.*
4 *Aduocatus non diu absuturus, est expectandus.*
5 *Allegationes audiri petendum est.*
6 *Actus iudiciarii omnes instante parte faciendi sunt.*

CAP. IIII.

1 TErtiò quæritur, † an Iudex allegationibus omis-
sis, iudicare posit. Lancello. Conrad.in sua pra
cti.lib.1.cap.9.de præto.§.2.de offic.præto. in caus.
ciuili.in tit.de allega.& moti.nume.2.refert Specul.
in tit. de allega.& disputa.§. satis clara.uersi. sed &
præmissas, ut Iudex omissis allegationibus iudicare
posit; arbitrari.ca. iudicet.3. quæst.7.Id autem in-
telligit Lancello.Conrad. auditis & receptis allega-
tionibus, dummodo leges & iura sequatur.d.c.iudi-
cet.ibi in uersi. quòd si nolit. & uersic. sed numquid
2 Iudex, dum uult ille tex.† Iudicem ex officio supple
re teneri, & id si dolo ommittat, in ueram litis exti-
mationem puniẽdum esse; si uerò per imprudentiã
inquantum iudicanti uisum fuerit; Si igitur supplere
tenetur; ergo consequens est, ut illud, quod præce-
3 dit idest allegationes audire teneatur.† cum ille qui
uult cõsequens, quicquid necessariò antecedit, ex cõ
sequenti noluisse dicendum sit.l.2.ff.de iurisdi.om-
4 ni.iudi.cum similibus † & ideo Aduocatus non diu
absuturus est expectandus, ut tradunt Barto.&
Alexand. in l.si longius. ff.de iudic.& in l.1.ff.de ua-
catio.mune.Rursus idem in loco supra adducto in-
5 telligit idem Lancell.si, ut † allegationes audiantur
6 petitum fuerit; Omnes namque † actus in iudicio in
stante parte faciendi sunt, ut inquit glo.in l.si curato
ris, in uersic.hæredes.C.de iure delibe. ubi Bal.not.
& Angel.in §.omnem, num.11.in auth. de litig.&
idem secundum Lancello. ubi suprà quotidie obser
uatur.

1 *Allegans ius uel leges correctas, an de falso puniatur.*
2 *Argumentum summi potest à legibus correctis, si sint scriptæ in corpore iuris.*

CAP. V.

1 QVartò quæritur, an † ius, uel leges correctas
allegans de falso puniendus sit, Barto.in l.fin.
nume.3.ff.de fals.distinguendo ita inquit. Aut quis
leges correctas ad decisionem earum causarum al-
legat; quę causam ex præterito habuerunt, hoc est
ab eo tempore, quo prædictæ leges correctæ uige-
bant; & tunc tales leges correctas allegare poterit,
ut habetur in Authent. ut cum de appell. cognos.
in princ. Aut uerò ad decisionem causarum futura-
rum; & tunc; aut eas in argumentum adducit, & tũc
2 † si scriptæ sunt in corpore iuris; id facere poterit:
ut habetur in c. authoritate.extra de præbẽ.in 6.ubi
Pontifex leges correctas in argumentum adducit;
Aut in corpore iuris insertæ non sunt; & tunc ex eis
argumentum summere non licet. l.1.circa princ.C.
de lati.liber.tollen. Vnde eas allegans pœna falsi te-
netur.§.falsi.C.de instin.C.confir. Si uerò quis leges
correctas ad causarum decisionem allegare uult; &
tunc omnino tenetur pœna falsi, ut est tex.in d.l.fin.
ff.de fals.Id quod inquit Bart. contra eos notandum
esse; qui allegant, & iudici statuta & reformationes
correctas ostendunt, Hac de relatè tradit Imol.post
alios in c.canonum statuta.num.4. extra de constit.
& Sebastia.Sapia in l.fin.num.41.& & sequen.C. de
edict. Diui Adria.tollen. Vbi etiam Zucchardus
num.176.& Andre.de Isern. super lib.2. Constit. de
leg.& consti.in glo.in uerbo posint assumi, & Ca
pra in consi.70. num.13.& Nicola.Bello. Insti.de fi
deicommiss.heredi.in princ.in glo.1 & Paris.in con
si.151.nu.36.37.& 38.lib.4.& alibi pasim in locis
per prædictos relatis.

1 *Allegationes iuris an inter acta contineantur.*

CAP. VI.

1 QVintò quæritur, † an allegationes iuris inter
acta contineantur. Speculator in tit.de alleg.
& disputatio.§. porrò. uersi. & nota. tenet, ut inter
acta iudiciaria contineantur, & inserantur; quem se
quitur Ias.in l.2.numer.3.C.de eden.& Lancello.
Conrad.in sua practi. lib.1. cap.9. de præto.§.2. de
offic.

offic. præto.in cauſ.ciuili.in tit.de allegat. & moti. nnm.5.& idem uoluit Ioan. de Anan.in conſi. 103. nume.3.ubi inquit, id ita certum eſſe, ut, à nemine negetur. Præterea idem ſequitur paul.Caſtren. poſt Bal.in l.iubemus.num.4.C.de iudic.Inquiens,quòd ſi fortaſſè cauſa ad conſultorem conſultanda mittatur,ſimul cum aliis actis mitti debet;& rurſus idem uoluit Iaſ.in l.1.§.edenda.num.6.ff.de eden.

1 *Allegationem copia an parti petenti danda ſit.*
2 *Copia parti danda non eſt eorum,quæ ad ſolam Iudicis inſtructionem dantur.*
3 *Copia omnium actorum parti danda eſt.*
4 *Sententia lata ex falſis allegationibus actoris eſt ipſo iure nulla.*
5 *Interrogatorium iudici ad teſtes partis aduerſæ examinandos productorum copia danda non eſt parti aduerſæ.*
6 *Inſtrumenta iudici ut amico oſtenſa ædenda non ſunt.*
7 *Allegationes partis in dubijs dari poſſunt.*

CAP. VII.

1 SExtò queritur,an † allegationum copia parti pe-
tenti danda ſit.Ludoui.Coma.in l.1.§.ed enda.ff.
de eden.quem ibi refert Ieſ.numer.6.inquit aliàs Bo
noniæ dandam non eſſe deciſum fuiſſe, per ea , quæ
uoluit Inno.in c.per tuas.extra de teſtib. & ex his li-
mitat tex.in d.§.edenda;ut de his ſcilicet, quę ad ſo-
2 lam iudicis inſtructionem datur,† parti copia dan-
da,non ſit,Idem rurſus uoluit Ludo. Roma. in ſin-
gul.266.ubi refert,aliàs de hoc Ioannem de Imol.in
terrogatum fuiſſe,& obmutuiſſe;& cum ipſe Ludo-
uicus Bononiam ad lauream doctoratus accipien-
dam acceſsiſſet.Imol. eum de hoc interrogaſſe, &
ei reſpondiſſe ,prædictam copiam dandam non
eſſe; quia Iudex parti aduerſæ copiam eorum dare
non compellitur; quæ ſibi ad ſuam inſtructionem
dantur.& ideo ſubdit, hoc dictnm Inno. aurcũ eſſę
& ualdè notandum,& Ioan.de Imol.mirum in mo-
dum placuiſſe;Quod deinde ſequntus eſt Felin.in d.
c.per tuas,& Alex.in l.iubemus.C.de iudic.& Pur-
pur.poſt Lancell.& Aquenſ. in l.2. numer.77.C.de
eden.inquiens prædictos repetentes ad fundamenta
Iaſo. reſpondere: ut infra contrarium tenentis ,&
Purpuratus inquit ibidem in arbitrio iudicis poſitũ
eſſe exiſtimare, Verùm eádem opinionem Roma.
tenet Afflic.ſuper conſtit.ſi damna.col.12. inquiens
quòd hoc iure utimur. Verùm Iaſ. in d.§. edẽda.nu.
6. circumſcripta conſuetudine , contrarium uerius
eſſe arbitratur:prout antè eum uoluit pract. Papien
ſis in tit.de form. peten.copi. inſtru. circa princ. ubi
3 inqui;† Quemadmodum de omnibus actis parti co-
pia danda eſt.l.a.C.de edend.ita etiam & allegatio-
num & conſiliorum in iure productorum, ne Iudex
falſis allegationibus circumueniatur,dandam eſſe.l.
1.C.ſi ex falſ.allc.& l.ſiquis obrepſerit.ff.de falſ. Cõ-
4 probat ibidem Iaſ.num.8.ex eo, quòd † ſententia ex
falſis allegationibus actoris lata eſt ipſo iure nulla,
ita ut appellatione opus non.ſit.l. ſi prætor.§. Mar-
cellus.ff.de iudic.& habetur in l.ſeruo.inuito.§.cum
prætor.ff.ad trebellia. Facit etiam ad hoc, ut inquit
Iaſ.quia allegationes,ut ſupra uidimus, de actis ſũt;
ergo copia danda eſt,d.l.a.C.de edendo. His ſic ſtan
tibus Inno.doctrinam non obſtare arbitratur in d.
c.per tuas;Nam inquit in loco ſupra adducto ad rẽ
noſtram non facere; Propterea quòd de interroga-
torijs loquitur,quę iudicii ad eius inſtructionem dã
tur,ut ſciat ſuper quibus teſtes partis aduerſæ inter-
5 rogare debet; † Nam prędictorum interrogatorio-
rum parti teſtes producenti copiam dandam non
eſſe, certum eſt.præpterea quòd materia huiuſmo-
di teſtes ſubornandi eo modo daretur:ut uoluit glo.
no.in ca.a. uerſic.interrogatoria, de teſtib.in 6.&
declarat Specul.in tit.de teſte.§.iam de interrogato-
rijs.circa princ. & Cano.in d.ca.per tuas. Præterea
eandem opinionem,quòd copia allegationum par-
ti petenti danda ſit,tenet Ioan. de Amic.in conſilio
103.ſuper cõnſultatione mibi propoſita, nbi eandẽ
concluſionem diſputando hanc opinionem ample-
ctitur;& latius,ut ibi per eum ,contrarijs reſpondet;
& idem tenuit ipſe Iaſ.in d.l.a.num.6. C.de eden.&
Pacius Scal.in tract.de conſilio ſapientis,lib.3.ca.15
uerſic.conſilium hoc alteri parti. Verùm Ioan.Fran.
Ripa in d.l.a.num.11.C.de eden.ntraque opinione
relata,fædere diſtinctionis eas concordare conatur;
Aut enim ,inquit ipſe, allegationes à parte pro iudi-
cis inſtructione datæ fuerunt, & tunc Romani opi-
nio locum habeat; & ratio eſt,quia cum non fuerint
6 productæ, de actis dici non poſſunt ; quem admo-
dum,& † inſtrumenta iudici tanquam amico oſten-
ſa edenda non ſunt , ut uolnit Bald.in l. 1. §.1. ff.de
eden.& Pariſ.de Pute.in tracta.de ſindic. in nerbo al
legationes iuris;Aut uerò in actis productę fuerunt,
& tunc procedat opinio Iaſ.per text.in d.l.a.& ideo
ſubdit ibi Ripa , allegationes non producere , non
modicum utilitatis afferre ; ne aduerſarins, quid in
cauſa appellationis producere debeat, inſtruatur, nt
babetur in l.per hanc. C. de tempo. appella. Hanc
eandem diſtinctionem ſequi uidetur Robert. Ma-
ran.in ſuo tracta.de ordi.iudic.in 6.parte.actu 10.n.
38.& Lancello.Conrad. in ſua practi.lib.1.ca.9. de
pr:to.§.2.de offic.pręto.in cauſ.ciuili. ſub nume.5.
poſt Dec. in d.l.a. nume.14. Subdit tamen Lancell.
7 exiſtimare † Iudicem parti, ſi ſibi placuerit, in mo-
dum dubitandi , & moriuorum , ad ueritatem inda-
gandam,talem allegationum copiam dare poſſe, cũ
ut ſupra dictum eſt, poſsit interrogare & obiicere,
& ita inquit ibi Lancell.obſeruari; prout etiam Flo-
rentiæ in more poſitnm eſt.Illud tamen animaduer
tendum eſt,quòd duobus modis allegationes partis
alteri parti in dubiis dantur. Aut enim , ut Florentiæ
in uſu eſt, Index colligit ex eis ſiquid eſt , qđ contra
partẽ aduerſam facere exiſtimet,& illud ſuo nomi-
ne alteri parti dat,& hoc , vt fieri poſsit, ſatis ęquum
& conuenians uidetur. Aliquando verò eadem met
allegationes ſigillatæ , & ſubſcriptæ parti offerun-
tur euacuandæ; & tunc vt eo modo dentur, non con
uenire exiſtimo; ne pars materiam habeat cauillan-
di. Nam multa ſæpe in allegationibus iudici dicun-
tur quæ parti tacerentur, Malè igitur faciunt quidã
iudices, qui laboris (ut arbitror) euitãdi cauſa allega
tiones ipſas & conſilia partis alteri parti exhibent.

Doctores

1 *Doctores à statuto si allegare, uel aduocare prohibeantur, an id in talamo facere possint & contra facientes, qua pœna puniantur.*

CAP. VIII.

1 SEptimò quæritur† si Doctores à statuto allegare, uel aduocare prohibeantur; an in talamo consulere & de iure respondere posint. De hoc tradit ultra alios Paul. Castren. in l. 1. num. 7. ff. de postula. & Ias. in l. ff. de uerbo. obliga. & Alber. de Rosa. in prima par. statuto. quæst. 162. Si autem contrafaciant, si quæratur, qua pœna puniātur, de matricula Aduocatorum delendos esse, respondendum est; & salario illius anni, si sint stipendiati, priuandos, ut uoluit Bal. in l. placet. per illum tex. in fin. C. de epis. & cleri. quem refert & sequitur Roma. in singul. 264. & Felin. in c. ex literis. col. 3. ubi plura similia adducit, ubi etiam Decius in 4. nota. extra de constit.

DE CONSILO SAPIENTIS. §. XXV.

Eta consilium sapientis super tota causa petendum; Quando autem pars consilium petere uoluerit, debeat tunc notificare parti aduersæ, uel eius procuratori personaliter, uel ad damnum per cedulā una hora pro alia, uidelicet de mane antè tertias pro sero, & èconuerso, nisi fuerit præsens, & tūc tempore petitionis consilii dare debeat suspectos, & confidentes suos iudici, & penes eum dimittat, uel sufficiat dicere in actis, & dedit suspectos & confidētes suos; quos penès iudicē dimisit; quod consilium si legitimè petitum fuerit, infra dictos quatuor dies, & nō aliter Iudex causæ dare teneatur petēti, secundùm formā statutorum cōmunis Florentię. Et habeat consultor, cui sic causa fuerit cōmissa, terminum 12. dierum utilium ad consulendum in causa prædicta, à die cōmissionis sibi factæ, infra quem terminum Iudex cōsultor; cui fuerit facta commissio talis; cōsilium reddere teneatur sub pœna centū librarum piccioli, si sibi fuerit nota commissio, & acta causæ tradita ab aliqua partium prædictarum, uel per iudicem causæ transmissa fuerit, eidem per aliquem ex nuntiis communis Florentiæ intra tertiā diem utilem proximè uenturam à die dictæ commissionis factæ. Quam traditionem, seu transmissionem pars petens huiusmodi consilium facere, seu fieri facere teneatur; sub pœna librarum decem piccioli, eodem de facto per Iudicē talis causæ auferenda, & communi Florentiæ applicanda. Et si consilium non fuerit redditum Iudici causæ infra dictū tempus 12. dierum utilium, Iudex causæ per se teneatur, & possit decidere, & terminare talem causam infra tempus saltem quod sibi restat de instantia prælibata sub pœna periurii, & librarum centum applicandarum communi Florentiæ; quam ipso iure incurrat, & incurrere intelligatur, & alio processu & condemnatione non sit opus.

1 *Statutum, quòd iudex causæ petenti consilium sapientis dare tenetur, an ualeat.*

CAP. I.

QVoniam infra, hoc eodem libro, sub Rub. 81. tractant statuentes de consilio sapientis: Meritò quædam breuiter attingemus, Id quòd eò magis faciendum est, quod iam extat tractatus in lucem editus Pacij à scala iureconsulti Patauini; ad quem plerumque, ne illum transcribamus, nos referemus; Primo igitur loco, in quibus casibus statutum nostrum locum non habeat, inspiciamus.

Ad rem redeūdo, dū statutū nostrū uult, quòd si legitimè consilium sapientis petitum fuerit: Iudex causæ petenti, secundùm formam statutotrum communis Florētiæ, prout in Rub. 81. hoc eodem lib. 2.
1 dare teneatur, quæritur, an † statutū hoc ualeat, Specul. in tit. de requisit. consil. §. 1. num. 1. uersi. si uerò non sit aliquis assessor: inquit, huiusmodi statutum non ualere, & ob id totius Italiæ consuetudinem reprobat, per tex. in c. ad nostram. de consuet. inquiēs enormia multa à iudicibus committi posse, & ideo multo melius Iudicem ipsum acta negocii diligēter ad rei ueritatem indagandam scrutari; quàm aliorū dicto teneatur, ut ipse ibi latius comprobat. Contrariam uerò opinionem tenet Bart. in l. si conuenerit uersi. item puto quòd sufficiat. ff. de re iudi. & Bal. in l. uni. num. 11 uersi. extra quæro. C. ne licea. in una eademq; caus. tert. prouo. & antè eos Oldra. & Rofre. & Nicol. Matt. in locis citatis per Ioan. Andre. in additio. ad Specul. in prædicto tit. de requisi. consi. §. 1. uersic. ut autem tam generali, & idem uoluit Imol. in ca. si pro debilitate. nume. 23. extra de offic. delega. ubi inquit communiter ex consuetudine seruari, & mouetur per tex. in d. l. si conuenerit. ff. de re iudi. ubi iudex eo modo, quo partes conuenerunt, iudicare debet, Idem quoque uoluit Castr. in consi. 6. lib. 1. & Angel. in consi. 186. & Alexā. in cōsi. 59. nu. 4. lib. 4. ubi inquit, hanc esse cōmunem opinionem, & latè hanc opinionem tenet Pacius scala in suo tracta. de consilio sapientis, cap. 23. lib. 1. & ad obiecta respondet.

1 *Consilium sapientis in re clara, & certa an iudex concedere teneatur.*

2 *Consilium non est, quod necessariò sequi tenemur.*

CAP.

CAP. II.

1 SEcundò quæritur † ſtante hoc Statuto diſponēte, ut petenti iudex conſilium ſapientis dare teneatur; Idem an in cauſa clara, & extra omne dubiũ poſita locum habeat. Qna in re breuiter dicendũ eſt aut ſimpliciter loquimur, remoto prædicto ſtatuto, & tunc conſil ium dare non teneri. Nam qui in caſu certo & claro cõſilium quærit, calumniari uidetur. At ſtatutum de conſilio ſapientis loquēs, niſi calumnioſè loquatur, intellig ēdum eſt, ut poſt alios tenet Calca. in conſi.83.num.5. & Hypp.Marſi. in practi.crimina.§.opportunè.num.84. Hanc opinionem firmauit antea Iacob.de Aren.in l.ille aut ille.§.cum in uerbis, per illum tex. quem ſequitur ibi Bart.ff. de lega.2.ut refert & ſequitur Bal.in l.2.in fin. uerſi. ea relatio.C.de legi.& Catald.quæſtion.26.in tractat. de ſindicat. numero 159.& Lanfrancus Balbus decis.388.& idem uoluit Paul.Caſtre. in l.2.per illum tex.numer.4.C.de legi.& Iaſo.in l. ſiquis in conſcribendo nu.22.C.de pact.poſt Bal.in l.1.nu.3.C.de relat.& Bar.in d.l.ille aut ille.§.cum in uerbis.ff. de legat.3.& idem Iaſ. alios referens in l.eleganter.nu.4. ff.de condi.indeb.& Ludoui. Roma.in l. ſiquis mihi bona.§.quod ſi mandauit, nn.4.ff.de acqui.hæred.& Ioan. Lopes in Rubr. extra de donatio. inter uir.& uxor.§.38. ſub.nu.12. uerſi. cuius contrarium uidetur ſentire referens Angel.in d.l. hac conſultiſsima. C.qui teſtam.facere poſs.& ſi Angel.ibi mihi dicere non uideatnr. Præterea eandē opiniouem tenet Caſſa.ſuper cõſt.Burdun.rub.4.Des.Droictz. & appar. à gès mariez.§.7. in tex.ſicen eſt du cõſentement numer.31.& Cagno.in l.ſiquis maior.nu.78.C.de tranſactio.ubi remiſsiuè limitat, ut per modernos in tracta.de forma, fol.52.col.2.& idem Cagno.in l. conſilii:num.20.ff.de regu l.iur. & Sebaſtia. Vant. poſt alios, quos ipſe refert, in tracta.nulli.in titu.de nulli. ſenten.ex defect.iuriſd.ordina.numer.149.& Bapt.à Sancto Blaſio in tracta.de arbitr.& arbitra.quæſtio. 29.numer.46.& Cataldi.de Boncompa. in tracta. de Sindic.nume.159.& idem uoluit Bal.in l.placet. num.5.C.de ſacroſan.eccleſ.& Alex.& alios referens in conſi.62.uiſa facti narratione, col.fin.nu.7. uerſic. fortificantur prædicta.lib.2.& Curt.Iunior in conſi. 88.colum.fin.uerſi.& ad hoc adduco.Ioan.de Imol. & Corſet.in ſingul.in uerbo. ſententia, incipiente ſi iudex.debet, & rurſus Alex.in conſi.145.ſub num.3. lib.5.& Barba.in conſi.53.colu. 3. in princ. lib.4. & latè proſequitur Pacius Scala in ſuo tracta. de conſi.ſapientis, lib.2.cap.16.& ſi ipſe prædictos omnes non referat. Si uerò adeſt ſtatutum mandās conſiliũ ſapiētis adhiberi; licet cauſa ſit clara, & legis caſum expreſſum habeat, Attamē conſilium ſapientis adhibere tenetur, ut inquit Corſet.in d.ſingul.in uerbo. ſententia incipiente, ſi iudex debet ferre, referens Bal.in l.2.ff.de liber.& poſthu. & Ludoui. Roma. in l.hac conſtultiſsima.C.qui teſtam.face.poſſ.licet aliter, ut ipſe refert, Angel.uoluerit. Verùm Pacius ſcala in d.tractatu ca.16. lib.2. Corſeti opinionem undequaque ueram non arbitratur. Tum quia ſtatutũ à iure communi interpretationem recipit; Tum etiã quia exemplum Bald.in d.l.2.C.de legibus, & aliorũ ferè omninm ſupra relatorum in ſtatuto, ita diſponente, poſitum eſt. Et ideo intelligit concluſionem Corſeti, quando alia ſtatuti qnalitate id ſuaderetur; ut puta ſi iudex cõſilium ſapientis ſequi teneretur;
2 Alioquin ſecus † nam conſilium propriè nõ dicitur, quod neceſſariò ſequi debemus, ut latè idem Pacius ſcala. in d.tract.lib.1.cap.24. Tunc enim à ſapiente omnia pendent, ut inquit Bar. in l. ſi conuenerit. de re iudic.& in ſpecie tradit Calca. in conſil.82. Huius autem ſtatuti noſtri ratio illa potiſsima eſſe uidetur; ut illum iudicem, ſi fortaſsè ſuſpectus ſit, euitemus.

1 *Conſilio ſapientis ſi ex diſpoſitione ſtatuti cauſa committenda eſt, an id, ubi de definitiua tantùm, an etiã de interlocutoria ſententia tractatur, intelligendum ſit.*

CAP. III.

1 TErtiò quæritur; ſtante † ſtatuto, ꝙ cauſa conſilio ſapientis committatur; an huiuſmodi ſtatutum ſolum, qnando ſententia definitiua ferenda eſt, locum habeat, an etiam ſi interlocutoria ſit. Speculator in titulo, de requiſit.conſi.ſub num.12. uerſi.nota ꝙ non ſolnm, uoluit, ut conſilium etiam ſuper interlocutoria concedendum ſit, id quod uidetur ſequi etiam Cepolla in cautela.77.uerſi. Tertia cautela eſt; & Iacob.Gent.in docēda forma ferendæ ſententiæ de ordi.iudi.num.31.& Pacius ſcala latius in d.tracta.de cons. ſapiē.c.17.lib.2.& ca.18.ubi rradit quid in cauſa executionis dicendum ſit; Hanc eandem opinionem tenet Ripa.in continua.rub.ff.de re iud.numer.5.inquiens deciſionem Bal. periculoſam eſſe, per tex.in ca. cauſam matrimonii; & ibi tradit Abba.in 3.not. extra de offic. delega.ubi dum dicitur, unum delegatorum ſine altero ſententiam ferre non poſſe; tam de interlocutoria, quàm definitiua intelligitur. ergo & idem de ſtatuto, ut ait Ripa ibi, intelligendum eſt.

Cõtrariam uerò opinionem, ꝙ immo tale ſtatutũ, ſolũ de definitiua intelligatur, tenuit expreſsè Bald. in l.unic.colu.antepenul.ſub.nu.12.uerſi.ex dictis ergo Rofredi.C.ne lice.tert. pronoca.per tex.in l.1.§. quod in ſententiis.ff.quando appe.ſit. Quem ſequitur Ludo.Roma.in l.ſi quis mihi bona.§.penul.ff. de acqui.hære.& refert, & ſequitur Hyp.Marſi.in conſi. 80.num.7.ubi plura ſimilia ad hoc adducit, & idem uoluit Franc.Aret.in d.l. ſiquis mihi bona.§. penul. colu.fin.uerſi.3.limita; ff.de acquir.hæred.& Alex.in conſi.50.col.1.uerſi.ſimiliter Bal.lib.2.In hac opinionum conflictn præcedēs magis communis uidetur, & ſi in hac ciuitate, ubi omnes interlocutoriæ in
2 fine litis reſeruãtur, hæc diſputatio ſuperflua eſſe uideatur.

1 *Statutum de conſilio ſapientis loquens an ad perſonas & cauſas eccleſiaſticas extendatur.*

CAP. IIII.

1 QVartò quæritur, † an huiuſmodi ſtatutnm de conſilio ſapientis loquens ad perſonas: & cauſas

ſas

ſas eccleſiaſticas extēdatur. Qua in re primo ingreſſu non extendi dicendum videtur, cum laicorum ſtatutis clerici ligari non poſſint. cap. quæ in eccleſiarum, &c. eccleſia Sanctæ Mariæ. extra de conſtit. & authen. caſſa & irrita. C. de ſacroſan. eccleſ. Nec ſufficit, quòd ſtatutum honeſtum & vtile, ſit: & quòd plus eſt, præcipuum eccleſiæ & eccleſiaſticorum fauorem contineat: cum ſtatuentium auctoritas deficiat. cap. ulti. de reb. eccleſ. non alien. & capitu. bene quidem. 96. diſtinc. Id quod ita verum eſt, vt clericus ſeculari foro ſe ſubijcere non poſſit. cap. placuit 11. quæſtione prima & c. ſi diligenti. de foro, competen. & ideo huiuſmodi ſtatutum de conſilio ſapientis loquens, quatenus ad clericos, & cauſas eccleſiaſticas pertinet, non valet, tenuit Cataldi. de Boncompag. in tracta. de ſindic. num. 162. per tex. in cap. 2. de iudici. & in c. ad noſtram, cum ibi notat de conſuet. qd' etiam in laicis cauſis locum habet. Verùm Pacius ſcala in d. tracta. de conſilio ſapiētis, in cap. 13. lib. 2. diſtinguendo dicebat: Aut coram iudice ſeculari agitur; & tunc tali ſtatuto clericus coram iudice ſeculari litigans ligatur; Aut verò coram iudice eccleſiaſtico; & tunc non ligatur; per rura rationes, de quibus ibi per eum. Idem rurſus voluit idem Pacius ſcala in quæſtione. 14. eodem libr. ubi etiam tradit, quid in cauſa hebræi dicendum ſit.

1 *Statutum ſi ſimpliciter in cauſa conſilium ſapientis concedat, an poſt concluſum in cauſa concedi poſſit.*

2 *Conſilium ſapientis poſt concluſum in cauſa petendū eſſe.*

3 *Compromiſſum poſt concluſum in cauſa fieri non poteſt, ſtante ſtatuto quòd cauſa compromittatur.*

4 *Commiſſio ad principem poſt concluſum in cauſa ſolum ſit.*

CAP. V.

1 QVintò quæritur; † ſi ſtatutum ſimpliciter in cauſa conſilium ſapientis concedat, nihil vlterius exprimendo; an poſt concluſum in cauſa concedi poſſit. Huiuſmodi concluſio ad ſtatutum noſtrum non pertinet; cum in eo expreſsè dicatur, poſt concluſum in cauſa terminum ad allegandū & conſilium ſapientis petendum concedi, verum quia, vbi id non exprimeretur, huiuſmodi dubitatio oriri poſſet; meritò ſi aliqd de ea dixerimus, inutile prorſus non erit. Hac igitur in re Speculator, quem forſan ſtatuentes noſtri ſequuti ſunt, † non ſolum poſt
2 concluſum in cauſa conſiliū ſapientis peti poſſe exiſtimauit; Sed tunc verè, & ex ordine iudicii petendum eſſe, cum titulum de requiſit. conſil. poſt titulū, de renunt. & cōcluſ. po uerit. Id qd' continuatione etiam eiuſdem tit. in prin. in illis verbis concluſo legitimè negocio ſuaderi videtur; Debet enim iudex qualiter pronunciandum ſit, conſulere & deliberare; hanc opinionem ſequitur etiam Pau. Caſtr. in l. 1. in prin. nu. 4. ff. de appella. licet ab aliis, quos viderim, non referatur: & inquit ita iuris eſſe, licet ſtatuta aliter, ſcilicet, vt antequàm dicta teſtiū publicentur, petatur plerunq; velle videantur, uidetur enim Caſtrenſis dū hoc ſtatutū cōpillaret, ſuæ deciſionis memor, illud in petitione cōſilij ſapientis cū iure cōmuni cōcordare voluiſſe. Præterea huius opinionis fuit Pacius ſcala in d. tract. de conſ. ſapient. c. 26. lib. 2. vt infra latiùs dicetur. Contrariā uerò opinionem, q immo poſt concluſum in cauſa conſiliū ſapientis peti non poſſit uoluit Bal. in ca. paſtoralis. col. 1. ſub nu. 3. in fin. verſ. Item licet poſſit extra de cauſ. poſſeſ. & proprie. Mouetur autem potiſſimū ea regula, q poſt concluſum in cauſa nihil allegari poſſit; ut ſupra latius diximus, cū de concluſione in cauſa loqueremur. Hanc eandem concluſionem ſequitur Iaſ. in l. 1. nu. 14. ff. de tranſactio. per ea, quæ voluit Anto. à Burrio in c. cum ueteri. per illum tex. extra de electio. & Alex. in conſi. 62. uiſa facti narratione. col. fin. nu. 8. verſ. ad idem, quod notatur, libr. 2. & rurſus idem Iaſ. in l. eleganter. in prin. col. fina. nu. 10. verſ. cōfirma per bonum ſimile. ff. de cond. in debi. & Hyppo. in practi. crimina. §. ſequens. nu. 28. Vnde pro hac parte magis cōmunis doct. opinio videtur. Qui vltra prædicta ex eo etiam mouentur, q poſt concluſionē in cauſa res ſatis clara eſſe uideatur, ut inquit Bar. in l. ſi mater. §. eadem. in fi. ff. de except. rei iudic. & Iaſ. in d. l. 1. ff. de tranſactio. quo caſu à ſtatuto de conſilio ſapientis concedendo loquēte cōprehendi non poteſt: ut ſupra latius in 2. quæſtione huius. §. tractauimus. Tertiò mouebantur ex
3 eo, q ſtante ſtatuto, ut cauſa cōpromittatur, † poſt concluſū in cā compromiſſū fieri non poteſt, ut inquit Feli. in c. cū dilectus. in prin. extra de fide inſtr. & Blāc. in tract. de compro. q. 5. nu. 4. Prædictis tamē non obſtātibus, vt ſupra diximus. Pacius ſcala priorē opinionem ſequutus, eā ex infraſcriptis compro-
4 bare conatur. Et † Primò: quia commiſſio, ad principem poſt concluſum in cauſa ſolum ſit, l. 1. C. de relatio. & Bald. in l. ne cauſas. C. de appella. ii ſecondo: quia cum ſapiens, qui conſulere debet, iuriſdictionem nullam habeat: vt latius ipſe tradit, libr. primo cap. 17. ex conſequenti etiā, vt in facto prius coram iudice inſtruatur, & in omnibus, quæ ad factum pertinent, finis imponatur, neceſſe eſt. Id qd' concluſione in cauſa fieri dubium non eſt. cap. cum dilectus. extra de fide inſtrum. & tradit gloſ. in cap. ſignificauerunt. extra de teſtibus, comprobat ipſe Pacius hanc opinionem pluribus rationibus, contrariis reſpondendo, quæ breuitatis cauſa omittuntur. Verùm quicquid ipſe dicat, contraria opinio magis communis uidetur.

1 *Statuto ſtante quòd cauſa conſilio ſapientis committatur, an de iudice delegato, ut coram eo peti poſſit, intelligatur.*

CAP. VI.

1 SExtò quæritur, † ſtante ſtatuto, q cauſa conſilio ſapientis committatur, an iudicem delegatum amplectatur, ita ut coram iudice delegato conſiliū ſapientis peti poſſit. Riminal. in conſi. 351. nu. 19. volum. 2.

volum.2. non posse arbitratur, Mouetur aūt ex eo,
ꝙ tunc industria personæ electa esse intelligatur, ꝑ
ea quæ latè notantur in c.fi.de offic.delega.& ideo
ab ea recedendum nō est.l.1.§.1.ff. de offic. eius cui
mand.est iurisd.& d.c.fi.

Consilium sapientis ex statuto, nisi petatur, non conceditur.

CAP. VII.

1 SEptimò quæritur,†an hoc statutum de consilio
sapientis; si à parte petitum nō fuerit; locum ha
beat. Et breuiter locū nō habere dicendū est. Nā sta
tutū hoc. si à parte petitum fuerit, intelligi dēt. Inre
igitur optimo statuentes in hoc nostro statuto dixe
runt, & ad consiliū sapientis sup tota dicta cā peten
dū, & rursus paulò infra; Quādo aūt pars. consilium
petere voluerit &c. & rursus ēt infra. Qđ consilium
si legitimè petitū fuerit: & alijs pluribus in locis. Qđ
aūt hoc statutū: ēt si id non expressisset, ita intelligē
dū esset, tenuit Ant. à Butr. in c.pen.de iudic.per ca,
quæ notauit glo.& sequūtur Doct.in c.si.de rescri-
ptis & tradit Alex.in cōs.122.viso processu vtriusq;
causæ.col.fi.nu.14.lib.2.& Ias. plura similia afferēs
in l.vniuersa.col.1.sub nu.4.vers.6.C.de præcib. im
perat.offerē.& Hyppo.Marsi.in Rub.ff.de fideiusso.
nu.146.& rursus post alios, quos ibi refert, ī l.unius.
§.cognitorum.num.8.ff.de quæst.& Ioan.de Amic.
in consi.28.vertitur dubium in curia, nu.7.& in cō
si.33.in causa & lite agitata.nu.33.& Fran. Ripa ad
plura inferens in l.4.§.hoc autem iudicium.num,3.
ff.de damn.infect.

1 *Statutum de consilio sapientis loquens an ad causas criminales extendatur.*
2 *Periculum nullum maius imminet, quàm cum de uita hominis tractatur.*
3 *Criminalis causa compromitti non potest.*

CAP. VIII.

1 OCtauò quæritur:†An statutum de consilio sa
pientis loquens in causis criminalibus locū
habeat; Hac in re quatenus ad hoc nostrum statutū
pertinet, ad causas criminales non extendi, dubium
non est; Nam in statuto infra sub rub.81. in fine ex-
pressè dicitur, in causis, & quæstionibus criminali-
bus vel aliqua earum, vel aliquo articulo earundem
non petatur; nec petitum dari debeat consilium sa-
pientis, & datum sit ipso iure nullum; Omisso igitur
statuto nostro in quo id expressè prohibitum est: vi
deamus, si fortasse alibi statutū reperiatū quod sim-
pliciter, & in qualibet causa dicat consilium sapien-
tis dandū esse; an tunc etiam in causis criminalibus
locum habeat. Ang. in l.super delictis.nu.1.per illū
tex.C.de relatio.locum habere dixit; quem sequu-
tus est Pacius scala in suo tracta.de consil.sapien. li.
2.c.22. Mouetur autem; quia in criminali causa con
silium habere nusquā prohibitum apparet; & ideo
de genere permissorum intelligendum est.l.1.cum
ibi nota.C.de relatio.iuncta.l.ab ea.de ꝓbatio. Im-
mo rō suadet; vt tūc magis huius consilij profugio
vtamur, cum maius periculum instat.c.de q̄bus.20.
2 dist.& ca.prudentiā.de offi. deleg.†Nullum autem
maius periculū instare, aut imminere potest; quàm
cum de vita hominis tractatur; Id qđ ex eo patet, ꝙ
tunc probationes luce meridiana clariores requirū
tur.l.absentem.ff.de pœn.& l.sciant.C.de probatio.
Nec huic conclusioni, vt inquit eodem in loco Pa-
cius scala: illam doctorum conclusionem obstare di
cendū est; de qua in l.non distinguemus.§. Iulianus
3 de arbitr.†causam scilicet criminalem compromit-
ti non posse: quia non leuis inter compromissum, &
consilium sapientis diuersitatis ratio est; vt latè ipse
deducit in d.lib.2.c.21. Id quod ratione à Docto.in
d.§.Iulianus. reddita optimè comprobatur. Ne pœ-
na scilicet corporalis in pecuniariam conuertatur;
Quòd quidem in consilio sapientis accidere non po
test cum non minus capite, q̄ pecunia quem piam
multandum esse, sapiens ipse consulere possit.

1 *Statutum probibens consilium sapientis super causis occasione datiorum montis, an cum quæstio est inter datiarium & fiscum locum habeat.*

CAP. IX.

NOnò, quoniam vidimus, in quibus casibus sta
tutū de consilio sapientis loquens locum non
1 habeat. Quæritur†si adesset statutū prohibens con-
silium sapientis super causis occasione datiorū Mō-
tis; An cum quæstio est inter datiarium, & Fiscū lo-
cum habeat. Pau. Castren. in consi.432.nu.1.lib. 2.
hanc quæstionē posuit, & breuiter huiusmodi statu
tū de quæstionibus inter datiarium, & eos qui datiū
soluere debent, vertentibus intelligendum esse, exi-
stimauit. Nam cum illæ frequētes sint, & plerumq;
leues, celeritatē requirunt.l.1.ff.de dam.infec. Sunt
enim forenses, qui in itinere cum sint, cito expediri.
Nec qui per ea loca transit, consilium sapientis expe
ctare potest cum multa accidere possint, & difici-
le, & valdè incōmodū esset, illud expectare, & fortas
sè multo plus in illo sapientis consilio impenderé-
tur, q̄ damnum ipsum, quod peteretur, contineret,
& ideo non est mirum si statutum ita prouiderit. Fa
cit.l.pro locis.& l.mediterraneæ.C.de anno. & tri-
bu.libr.10. Hac igitur ratione: vt illud statutum in
quæstionibus inter commune, & datiarium verten-
tibus, quæ fiscales sunt: locum non habeat, censuit
Castren. eodem in loco, ita enim frequentes nū sūt:
& talem celeritatem non requirunt: & ideo earum
instantia vltra terminū.l.properandum.post princ.
C.de iudi.durare poterit; Vnde in eis iudiciorū or-
do seruandus est.l.1.C.de conduc.& procurat. libr.
11.& quod ibi not. Bart.

1 *Iudex causæ an teneatur sequi consilium sapientis, stante statuto quòd concedatur.*
2 *Statutum compellens iudicem ad sequendum consilium sapientis an ualeat.*

CAP.

CAP X.

Decimò quoniam dicitur in hoc nostro statu-
to.ꝙ consultor,cui causa commissa fuerit, cō
silium reddere teneatur,nec ulterius procedit.Quę
1 ritur † an iudex causæ tale sapientis consilium sequi
teneatur; Statutum autem hoc iudicem ad sequen-
2 dum consilium sapientis compellens;†an ualeat di-
sputat Felin.in c.si pro debilitate.nu.9.de offi.dele-
ga.ubi satis longa de hoc additio apposita est; & il-
lud ualere arbitratur, post alios Pacius scala ubi su-
pra cap.23.& Alex.inquit communem in cons. 59.
nu.3.lib.4.& tetigit Saluet. hic qu.70. ubi etiam de
hoc quærit;an scilicet stante hoc statuto iudex cau-
sæ consilium sapientis sequi teneatur, & de iure in-
quit non teneri,per tex.in l.Titium.& Meuium. ubi
etiam Bar.tradit.ff.de admini.tut.& in l.si conuene
rit.de re iudi.& in l.1.C.de relatio.ubi Doct.Refert
que ipse Saluet.pluries ita pronunciatum fuisse; ac
pluries quòd iudices sapientis consilium sequi no-
luerint accidisse. quorum nomina non solū hic, sed
etiam in d.Rub.81.q.4.& q.7.refert.Subdit tamen
Saluetus hic q.70.uersi.allegabam tamen, antiquo
statuto standum esse existimasse: quo ut iudex cau-
sæ consilium sapientis sequi teneretur expresse cau-
tum erat;Mouebatur autem ex eo, quòd consulto-
res ciues sunt;& consultores officium,& ipsorū cō-
sultorum per reformationem æditam anno. 1416.
limitatum uolumen statutorum; Verùm quia con-
sultores etiam alii q̃ ciues esse possunt , dummodo
matriculati sint, meritò inquit non obtinuisse ; &
hoc idem retuli etiā in d.rub.81.qu.4.in fin.& qu.
7.in fin. Verùm Pacius scala in d.suo tract tu de cō
si.sapient.cap.25.lib.3. cum hanc quæstionem po-
neret,quatuor casus constituit.

1 *Iudex non sequi tenetur consilium sapientis,ubi am-
bæ partes, ut consilium haberet,ut conuenerunt , si
non vult.*

2 *Consilium sine peccato au sperni possit.*

3 *Consilium sapientis iudex sequi debet, quādo absque
partium interuentu sapientem consuluit.*

1 Primus † casus est;quādo partes in hoc , ꝙ iudex
sapientis consilium habeat conueniunt. Planè tunc
uoluit Bart.in tract.de consil.haben.uersi.septimò,
ea ratione iudicem sapientis consilium sequi debe-
re;quia si à principio illud habere,& non habere po
terat.l.2.in fin.ff.mand.& l.consilii.ff.de regul. iur.
cum habere uoluerit,illud quoque sequi tenetur,ar
gumento.l.in cōmodato.§.sicut.ff.cōmoda. Verùm
hanc opinionem nō probat Pacius eo in loco, pro-
pterea quòd unicuique,an sibi consilium expediat,
2 explorare liberum est;†& ideo inquit Bal. conscien-
tiam consilii,non autem præcepti, sine peccato sper
ni posse,ut in ca.bonæ. il secondo de postula.præla.
Nec id quod de obligatione dicitur,quæ in nomen
contractus incidit in d.§. sicut. consilio quouis mo-
do aduersatur,Immo cū hæc satis cōpatibilia sint,
quòd quis consilium habeat,& illud non sequatur.
c.cū in ueteri.extra de electio.& c. cum olim. extra
de arbitr.contraria opinio firmanda uidetur ; Quæ
3 tūc†uerior & probabilior est ; si absque partium in-
teruentu iudex sapientem cōsuluerit. Præterea idē
quoque uoluit Castr.in consi.6.uersi.3.lib.1. & In-
no.in c.nec episcopi.extra de tempor. ordina. & ul-
tra Pacium scalam idem uoluit Roma.in cons.228.
sub nu.14.uersi.quò ad ultimum, quo quæritur.

1 *Consilium sapientis iudex sequi non tenetur, quando
altero ex litigatoribus petente illud accepit .*

1 Secundus casus est; †quando Iudex altero ex liti-
gatoribus petente consilium acceperit;Etenim tūc
Bar. eadem ratione , qua supra diximus,idē iuribus
supra adductis firmare uidetur,Id quod comproba
tur etiam per tex.in l.cum tale.§.rescriptū.ff.de con
ditio.& demon.& in l.Titiū & Meuiū.ff. de admi. tu
tu.iuncta.l.idemque.§.si quis.ff.manda. Verùm hu-
iusmodi argumentum,ut diximus,procedere nō po
test; cum nihil natura consilii inspecta , sententiam
impedire possit,quin iudicis uoluntas libera sit ; ar-
gumento.l.qualem.ff.de arbit.& l.quidam decedēs
§.1.ff.de admini.tut.& Inno.& Ant.à Butrio.in ca.
si pro debilitate.de offic.delega. Quæ quidem ratio
ex contrariis eiusdem Bar.e diametro contrariū sen
tientis colligitur,in l.si conuenerit.ff. de re iudic. &
idem uoluit Ioan.de Amic.in consi.153.num.8.

1 *Consilium sapientis iudex sequi non tenetur,quando
amba partes petierunt .*

2 *Arbitrium boni uiri in quolibet actu locum habet.*

3 *Consilium sapientis iniustum,si iudex sequitur, quā
do partes vt petatur,inuicem conuenerunt,excusā-
dus est .*

1 Tertius casus est,†quando ambo partes sapientis
consilium petierunt; assumptioniq; consenserunt;
Tunc enim Iudex sapientis consilium sequi nō tene
tur,ut notant omnes in l.si conuenerit;& in d.cap,si
pro debilitate, & Bald.in l.obseruare.§.proficisci.ff.
2 de offic.proconsul. † cum in quolibet actu arbitrium
boni uiri locum habeat.l.hæc uenditio.ff.de contra
hen.emptio.& l.si libertus.ff.de oper.liber. & d.l.q-
dam decedēs, & tradit Pacius scala in loco supra ad
ducto,& idem latè tradit Cuma.in consi.55.duo ha
bentes.& Ias.in d.l.si conuenerit. in fin. ff. de re iu-
dic.& Felin.in consi.24.num.15.& sequen.& Paul.
3 Castren.in consi.6.num.2. lib.1. † Illud tamen ani-
maduertendum est;Nam si fortasse partes, ut consi
lio sapientis pareatur,inuicem conuenerint ; etiam
si iniustum consilium iudex sequatur , excusandus
erit; ut inquit Paul.Castren.in d.l.si conuenerit. uu.
2.ff. de re iudic.

1 *Consilium sapientis iudex sequi non tenetur,quando
illud ex dispositione legis vel statuti habet .*

1 Quartus casus est: † Quādo iudex ex dispositione
legis uel statuti, ut est in terminis statuti nostri , sa-
pientis consilium habet ; Planè tunc multo minus ,
ut supra ī principio huius q̄stionis diximus,illud ne-
cessariò sequi compellēdus est:ut uoluit Bart. in d.

l.si conuenerit. quæ quidem conclusio ut eodem in
loco inquit Pacius Scala uerbis ac menti Iurecon-
sulti in d.l.2.& Pontificis in c.cũ olim. ualdè accom
modatur;Nec à ratione cuiuscunque legis, de boni
uiri arbitrio loquẽtis,discrepat.l.si in lege.in princ.
ff.locat.& l.1.in fi.ff. de lega. 2. & ideo eam sequunti
sunt Specul.Ioan.Andr.& Bal.ut refert Alex.in d.l.
si.conuenerit;& Abba.& alii in d.c.cum olim,& fa-
ciunt ea,quæ tradit Angel.in consi.188. & Imol. in
clemen. 1. de ætate & qualit. In priuatis enim offi-
ciis uiam mandati, in publicis uerò iuris necessariò
sequi oportet,ut uoluit Bal.in l.1. C. de tuto.& cu-
rat. Hanc conclusionem sequitur ultra prædictos
Alber.in l.nam ita diuus,nume. 3.ff. de adoptio. &
Saluet.hic quæst. 70. subdens id locum non habere
quando de stilo ita seruaretur, per ea quæ uoluit
Angel.in d. consi. & idem dicit infra in statuto sub
Rub.81.quæst.7.

1 *Consilium sapientis regulariter Iudex sequi non te-*
netur.
2 *Consilium sapientis sequi tenetur Iudex imperitus.*

Regula igitur,ut ex prædis apparet, Iudicem ne-
1 cessariò † consilium sapientis sequi nõ teneri,aut cõ
pellendum esse constituenda est.
Primò limitatur hæc regula,nisi Iudex imperitus
omnino esset, ut declarat Alex.ex mẽte Butrii in ca.
uenerabili.cum gl.extra de offic.deleg.in l. impube
ribus.de suspect.tuto.& tradit Imol.in d.c.cũ olim,
ubi ex loci consuetudine imperiti Iudices admitte-
rentur,quandoquidem tunc,ea legislatoris mens es
se præsumitur, ne à peritorum consilio recedatur;
prout uoluit etiam Cagno.in d.l.consilii.num.3. ff.
de regul. iur.

1 *Iudex consilium sapientis sequi tenetur, ubicunque*
consulens officij particeps est.

1 II. Limitatur† prædicta cõclusio generalis; quòd
Iudex regulariter consilium sapientis sequi nõ tene
tur;Vbicunq; cõsulẽs officij particeps sit. Exemplũ
poni põt in auditoribus Romanæ Rotæ qui in sacro
Rotæ Auditorio causas proponunt; & sup aliorum
coaudutorũ dubiis cõsilia & uota explorant. Nam
deindè is,cui specialiter cã cõmissa est; & sententiã
ipse ferre dẽt, secundũ p̃dicta consilia & uota iudi-
care tenetur: ut est decis.doctorũ Dominorũ 751.
Sciendũ.in fi.& decis.761.sciendũ.& decis.805. Ro
ta mandauit, in antiquis. Planè in hoc casu consiliũ
sequi oportet, ut inquit Bar. in l. Titiũ & Meuium.
per illũ tex.in princ.ff de admini.tut.iuncta l. consi
lio.in fi.ff.de curat.furio. At uerò si consultor, colle
ga,assessor illiusue officij particeps non sit,cuius est
Iudex,illius consiliũ sequi nõ tenetur. Hãc limitatio
nẽ sequitur Sebastia.Vant.in tract.de nullit.in titu.
de nullit.senten.ex defect.iurisdi.ordin.sub nu.152.
uersi.& stantibus huiusmodi statutis; & idem uo-
luit Felin.in consil.24.num.14.

1 *Consilium sapientis Iudex sequi tenetur, quãdo à sta*
tutu expressè cauetur, quòd Iudex de consilio sapiẽ
tis,vel iuxta, vel secundùm consilium iudicare te-
neretur.

1 III. Limitatur, † Quando statutũ expressè di-
sponeret; ꝙ iudex de cõsilio sapiẽtis, uel iuxta, aut se
cundũ consiliũ iudicare teneatur; Nã tunc illud seq
omnino tenetur, ut uoluerunt Cynus, Bart.& alii in
l.id quod pauperibus.C.de Episco.& cle.& summa
Ang.in uerbo consilium.uersi.seu.§.4.& Francus in
c.nullus.col.fi.de regul.iur.in 6.& Cagno.in d.l.cõ
silium,nu.11.ff.de reg. iuris.

1 *Consilium sapientis Iudex sequi tenetur, cum id à sta*
tuto expressè cauetur.
2 *Consilium sapientis iniustum an Iudex sequi tenea-*
tur, uel debeat.
3 *Sententia stante statuto quòd iudex consilium sapien*
tis sequi teneatur, an ex eo quòd expressum iuris er
rorem continet, retractari possit.
4 *Consulentes, quando non conueniunt quid Iudex fa-*
cere debeat, & possit.

1 IIII. Limitatur† p̃cedẽs regula generalis; Quan
do statutũ nominatim Iudicẽ consiliũ sapiẽtis seq
uellet,& iuberet; Tunc.n.Iudex p̃dictũ consiliũ, etiã
ꝙ sibi ĩiustũ uideretur, sequi dẽt; ne lex elusoria red-
datur; ut uoluerunt Bart.Paul.Castr. & Alex.in d. l.
si conuenerit, & Ang. in consi.216. Sed contrariam
2 opinionẽ ꝙ† illud; si iniustũ arbitretur, sequi non te
neatur, tenet Abb.in c.si pro debilitate,nu.8.versic.
& not.ꝙ ubi tenetur quis, de offic.deleg.per ea, quę
uoluit Bart.in d.l.1.§.si plures.de exercito. & Soci.
Iunior in consi.63.nume.9.lib.1. Immo, quod plus
est, si illud sequatur, litem suam facere arbitratur:
etiam si in consultorem ambarum partium consen
su electus sit, cũ prætextu consilii sibi oblati si malè,
& iniquè iudicet, excusari non debeat; prout inquit
Soc.voluisse Specula.in tit.de requisi.consi.§.1.ver-
sicu.quid si iudex: ubi eũ sequuntur in additio. Bal.
& Ioan.Andr. Debet.n.Iudex, ut inquit Specul.ibi,
ex actis probatis iudicare, per tex.in c.iudicet.3.qu.
7.& l.illicitas.§.ueritas.ff. de offic. præsi. Præterea
hanc opinionem refert & sequitur Ludo.Roma. in
consi.228.pro plena discussione. in ultimo dubio:
& idem uoluit Bart.in d.l.1.§.si plures.col.5.versic.
tertiò quæro.ff.de exercito.concludens, dispositio-
nẽ, quando tale consilium æquum & iustum sit: in-
telligendam esse; Mouetur autem; quia uerbum il-
lud consilium boni uiri arbitrio intelligendum est
l.Titiũ & Meuiũ.in 2.responso.ff.de admini. tut. &
idem uoluerunt omnes recentiores in d.c. si pro de-
bilitate, extra de offic.delega. Neque obstat, inquit
Soci.ꝙ Bart.Alex.& alii in l.si conuenerit.ff.de re iu
dic.& alii supra relati, contrarium velle uideantur;
ubicuuque statutum præcisè ad iudicandum ex cõ
silio sapientis iudicem compellit; quia hanc opinio
nem magis communem, & ideo secundùm eam iu-
dicandum arbitratur. Verùm quia utraque opinio
& iuribus & authoritatibus fulcita est, Soc.ibidem
distinguendo inquit, aut soli iudici, non omnibus,
palam iniustum & iniquum uidetur, & tunc prædi-
ctum consilium sequi tenetur; aut uerò euidenter,
& no-

& notoriè iniquum est,& tunc non teneatur. Pacius scala in loco supra adducto,hanc Socini distinctionē non probat;Planè,inquit ipse, ad id cognoscendum noua lis cōtra statuentium intentionem orirctur; & ideo probat opinionem Castren.in consi.6.lib.1.Verùm quicquid dicant,primā conclusionem,vt stante statuto iudicē sequi consilium sapientis cogente; illud etiam iniustum sequi teneatur; firmare uidetur Ang.in consi.186.col.fi.in prin.versi.Nec intro nūc illum articulum,& Petr.Rebus.in constit. seu ordin. Regia,in tract.de senten.execu.art.7. glo.1.num.6. ubi alios refert,& Felyn.in consi.24.sub nu.16.uersi. & similiter etiam non obstat; Licet nu. 18.id, quando aliqua multiplici & fideli informatione iniustum deprehenderetur;tenere non videatur,& Paul.Cast. in consi.6.nu.1.lib.1.& Bal.in consi.170.lib.3. Hæc de iure communi procedunt, quatenus verò pertinet ad statutum nostrum sciēdum & statuto veteri, vt iudex consilium sapientis sequi teneretur, expressè cautum fuisse;hoc autem,quo vtimur, simpliciter concedendum esse dispositum est. Verùm quia aliquando iudices aliter, q̄ per consulentem dispositū erat pronunciabant,id cum ei ignominiosum videretur,vt illud sequi teneatur,lege cautum est.

3 An autem stante † huiusmodi statuto,sententia ex eo,q̄ expressum iuris errorem contineat, retractari possit;tradit Paul.Castren.in consi.232.in causa quę vertitur Pisis,num.3. versi. item non obstat, q̄ conclusio apposita.lib.1.

4 Quando † autem pluribus causa ad consilium sapientis commissa esset;& consultores non conuenirent,quid iudici agendum sit, & quod nam consiliū sequi teneatur,tradit Cagnol. in d. l. consilij,nu.12. ff.de regul.iur.qui ex intentione Franc.in c.nullus ex consilio,de reg.iur.& Paul.Castr.in consil.15.col.2. in antiquit.& Barbat.in consi.88.col.fi.lib.3. & Fel. plenius in c.cum venerabilis,in vlt.car. de except. & scribentium in l.si conuenerit,ff.de re iud.& in l.duo iudices,vbi Ias.col.fi.eo.tit.& Curt.in l.1. col.1 c. ff. si cert.pet.& Angel.in §.1.colum.2.Instit.de satisdatio. tuto. vbi inquiunt, discordantibus consulentib. iudicem alio consiliorum reiecto, aliud acceptare posse,licet minoris partis,modò æquius & iustius sit; tradit etiam Felin.in c.scisitatus,colum.6. de rescr. & practi.Papiens. in forma libelli appell.à diffin. in verbo petens,& Speculat. in tit.de requisit. consi. vt ibi latius per Cagnolum,& Pacius scala in d. trac.de consi.sapien.lib.3.c.26.

1 *Sententia lata contra consilium sapientis, vel concessio, an sit ipso iure nulla, stante statuto, quòd index d.consilium sequi teneatur.*

CAP. XI.

VN decimò stante prædicta conclusione,& statuto præcisè disponente, vt iudex consilium
1 sapientis sequi teneatur. † Quæritur, an sententia contra prædictum consilium lata sit ipso iure nulla, & quòd sit nulla, tenuit Bartol. in l. Titium aut Meuium,in verbo eadem ratione,ff.de administr. tuto. & in d.l.1.§.Item si plures,quæst.4.ff.de exercito.per tex.in auth.de non alien.§. quod autē;dum lex vult. regulariter consilium requiri; & deinde subdit, si aliter factum sit,non valere; & in l. impuberibus, ff. de suspect.tuto.& §.impuberum.Instit.eodem; Hāc prætetea opinionem tenuit Abba. in c. si pro debilitate,col.penult. versi.sed extra glos. extra de offic. de lega.& Ioan.Andr.in additio.ad Specular. de requisit.consi.in verbo consilium, & idem in c. ne episcopi.de tempo.ordi.& Bald.in l.ex illo,C.de appell. & in rub.C.de exercit.& in l.1. ad fi. C. de manu. vind. & in l.1. C.ne liceat tertio prouoca. cum alijs adductis per Alex.in consi.59. viso titulo, col.2. in princ. lib.4.& in consi.145.viso processu,in fi.lib.1.& Roma.in consi.427.in proposito casu,in princip. & Socin.in consi.96.viso processu,versi.quartò & vltimò, vol.1.& idem tenet Sebastia.Vantius in tract. nullit. in tit.de nulli.senté. ex defect. iurisdictio. ordin. sub num.52.versi.si igitur in loco iudicij,subdens formā statuti seruandam esse;per ea, quæ uoluit Bald. in l. cessante,col.ult.C.quomodo,& quando iud.& præsertim cum clausulam annullatiuam habet, ut declarat Alex.in consi.292.ponderatis,col.1.lib.6.& rursus idem Alex.in l.si quis mihi,§.si coram,nu.6.ff.de acquir.hęred.& Socin.senior in consi.10. nu.11.lib. 4.inquiens hanc in plerisq; locis cōmunem esse opinionem,& Socin. iunior in consil.80. nume.4.lib.1. & Fulg.in consi.140.in princ.uersi.sed diuersam partem ueriorem,& Felin.in consi.24.nu.11. & Cagn. in l.consilij,nu.19.ff.de regul.iur. referens recentiores Astenses, post Bald. in tracta. de forma, car.36. colum.4. & car.59.col.& Cassan.super constit. Burgund. Rub.4. Des de droict appar. a gens mariex. §. 7.num.29.& idem tenet Prosper Carauit. super ritu. Magnæ curiæ,ritu.17.nu.2.& Pacius scala in trac.de consilio sapient.lib.4. cap. 1.

1 *Sententia an sit nulla, si iudex pronunciat, prout in consilio à tali facto.*

CAP. XII.

DEcimosecundò quærunt etiam in his terminis Doctores, si iudex in sua sententia dicat.
1 Pronuncio prout in consilio a tali facto, † sententia nulla sit; De qua quæstione tradit Cagno.in dicta l. consilij,nu.2.ff.de regul.iur.& Vantius in suo tract. de nullit.in tit.de nullita.senten.ex defect. iurisd. ordina.num.154.& num.155.& Barba. in c.cum non ignoretis,num.32.ff.de offic.delega.& Gerardus sin gul.74.num.3.& Pacius scala in suo tracta.de consilio sapientis,cap.12.lib.4.

1 *Sententia an sit nulla stante statuto, vt altera parte petente, quòd causa ad consilium sapientis mitti debeat, & conclusione supra firmata, quòd iudex secundùm consilium prædictum iudicare teneatur, alioquin sententia non valeat; sapiens autem reum condemnandum dixerit, motus nonnullis rationibus, quæ iudici non satisfaciunt, & ideo iudex alia ratione condemnet.*

CAP. XIII.

1 DEcimotertiò stante statuto, † vt altera parte petente, ꝙ causa ad consilium sapientis mitti debeat; & conclusione supra firmata, quòd Iudex secundum consilium prædictum iudicare teneatur: alioquin sententia non valeat; Sapiens autem reum condemnandum consuluerit, motus nonnullis rationibus, quæ iudici non satisfaciunt; Vnde iudex alia ratione condemnet. Quæritur, an talis sententia sit nulla. Et breuiter nullam non esse, respondendũ est; Nam satis est, si iudex, prout sapiens consuluit, condemnet, & si alia & forsan diuersa ratione moueatur, vt voluit Paul. Castren. in l. Clodius, per illum tex. iuncta glo. num. 3. ff. de acquiren. hæred. asserens id memoriæ mandandum esse, & tradit Pacius scala in dicto suo tractatu de consilio sapientis, lib. 4. cap. 7. versi. quod adeo verum est. Verum Ioan. Andr. in additione ad Speculum, in dicto loco opinionem Lamber. de Rampo. & Guid. de Suz. referens; qui publicè disputando contrariam opinionem sequuti videntur, tandem fœdere distinctionis hunc in modũ concordari posse arbitratur. Aliquãdo enim, inquit ipse iudex ab eo, qui statutum illud condidit, iurisdictionem habet: & tunc, quòd consilium requiratur, de forma est ipsius statuti; Vnde si sententia absque eo consilio feratur, nulla erit. Propterea, quòd statutum iudici eo modo collegam, qui sentẽtiam ferat, quodammodo dare videatur; & ideo non est mirum, si sine eo lata non valet, & ita prima opinio procedat; Aut verò iudex, qui sententiam fert, à statuente iurisdictionem non habet; sed à superiore, & tunc quia huiusmodi inferiorum statutum; ex quo consultorem iurisdictionis participem facere non potest; Meritò eius sententia spreta consilij requisitione valet, vt voluit Ang. in consi. 199. & hanc distinctionẽ refert & sequitur Castan. super constit. Burgu. rubr. Des droictz appar a gens Mariez, num. 29. & nu. 30. versi. aut verò iudex.

Declarauimus nonnulla, quæ ad consilium sapiẽtis, quatenus postulat hic locus, pertinere videbantur. Descendamus modò ad alia verba statuti nostri, subdit igitur statutum nostrum, & post dictam dilationem immediatè intelligatur, & sit ipso iure in causa conclusum ab vtraque parte, & statutus terminus à iure quatuor dierum vtilium ad allegandum, & ad consilium sapientis super dicta causa petendum.

Vt ex prædictis apparet; voluerunt statuentes; vt consilium sapientis post conclusum in causa petatur. His ita stantibus.

1 *Consilium sapientis ex dispositione statuti si antè litis contestationem peti debet. An ille, qui lite contestata non petijt, tali statuto renunciasse videatur.*

CAP. XIIII.

1 QVæritur † si statutum disponat, vt consilium sapientis antè litis contestationem peti debeat, an ille, qui lite contestata non petijt; tali statuto renunciasse videatur. Et tunc, quòd renunciasse, videatur breuiter dicendum est, vt tenuit Angel. in quodam suo consi. 132. in quæstione vertente. quod consilium ego non inueni; Illud tamen refert & sequitur Curt. iunior in l. edita, nu. 23. C. de edendo.

1 *Consilio sapientis causa eum committitur, illud intelligitur, vt à partibus suspecti & confidentes dentur.*

2 *Consultorem eligere potest iudex, vbicunque partes dederint suspectos & confidentes, alium etiam, qui inter datos non sit, dummodo pro suspecto datus non sit.*

3 *Suspectos & confidentes dare non est de iure communi, sed ex consuetudine, vel statutis.*

CAP. XV.

DEcimoquintò, subdunt deinde statuentes, & tunc tempore petitionis consilij dare debeãt suspectos & confidentes iudici.

Non sine ratione voluerunt statuentes, vt eo tempore suspecti, & confidentes iudici dentur. Nam
1 † vbi ex forma statuti causa consilio sapientis committitur; illud subintelligitur, vt à partibus suspecti & confidentes dentur, alioquin concedendum non est, vt inquit Bal. in l. 1. C. de relatio. & in consi. 170. versi. item non præsupponitur, quòd pars secunda, lib. 3. Immo ad eum, in quem ambæ partes conuenerint; consilium & scriptura mitti debet; ad alium verò nequaquàm, vt tradit Bal. in additio. ad Speculat. in titu. de requisit. consil. per tex. in §. quod sæpe, in authen. de trien. & semis. vbi glo. id colligit ex eo tex. & sequitur Firman. in suo reperto. in verbo consultor. ad finem; inquiens post Bal. consultorem per iudicem eligendum non esse; nisi partibus ad dandũ
2 suspectos & confidentes citatis. † Quibus datis potest iudex alium, etiam quòd inter datos non sit, dũmodo pro suspecto datus non sit, eligere, vt inquit
3 Cagnol. in d. l. consilij, num. 14. ff. de regul. iur. † id autem, quod supra de suspectis & confidentibus diximus, vt inquit ibi Cagno. non ex iure communi est, sed à cõsuetudine, iure ue aliquo statutario procedit, vt voluit Paul. Castren. in l. obseruãdum, ff. de iudic. & ideo tex. in c. statutum, §. assessoré, de rescrip. in 6. voluit, vt si iudex delegatus assessore indigeat, aliquis, qui neutri partium suspectus sit, eligatur; Vnde glo. practicam colligit; quæ in iudiciis obseruatur; scilicet quòd suspecti tradantur, & secundùm Ioan. Andr. & Domini. à Sancto Geminiano ibi; Assessor, qui suspectus non est, assumi potest; & si de confidentibus non sit; in quos forte non conueniunt partes; Præterea ibidem cum glo. notat Philip. Francisc. non confidentes, sed suspectos dandos esse, vt voluit Bal. ibi. si verò darentur confidentes; iudex ob id ad eligendum illos, vel illum, de quo confisi essent; non compelleretur; sed si non suspectos eligat, satis erit. Licet igitur passim quotidie, tam in consultoribus, quàm etiam assessoribus, alijsue iudicibus eligendis, confidentes dari videamus; id tamen non ex iure communi, sed ex consuetudine esse ex prædictis uoluit Cagnol. in d. l. consilij, num. 19. ff. de regul. iur. Verùm quicquid ipse dicat, animaduertendum

tendum est, Bal. tam in d.l. 1. C. de relatio. quàm in consi. 170. lib. 3. expressè dicere, de iure communi suspectos & confidetes dare oportere, per tex. in d. §. & quod sæpe. ubi glo. de trient. & semis. Nec dicit Castr. in d.l. obseruandū. id de iure communi nō esse, sed de more, ut dentur suspecti & cōfidentes, obseruari; Vnde cū passim, ut supra dixi, ita obseruari uideamus, ut non temere hmōi consuetudo, & usus inceperit, credendum est, sed aliquo iure suadente.

1 *Consilium sapientis an extra ciuitatem haberi possit, si statutum disponat, ut extra ciuitatem consilium sapientis non detur, nisi partes omnes ipsius ciuitatis iudices suspectos habeant: & una pars tantum omnes ciuitatis iudices suspectos habet.*

2 *Verba ab utraque parte disiunctiuè accipiuntur.*

3 *Pluralis numerus in singularem quādoq; resoluitur.*

CAP. XVI.

1 Decimosextò quæritur; † statuto cauetur, ut extra ciuitatem consilium sapientis non detur; nisi partes omnes ipsius ciuitatis iudices suspectos habeant. Accidit, vt vna tantum pars omnes ciuitatis iudices suspectos habeat; an ob id consilium sapientis extra ciuitatem haberi possit. In hac dubitatione primò, quòd extra ciuitatem haberi nō possit; dicendum videtur; ex quo id à statuto dicente, nisi partes habeant omnes iudices ipsius ciuitatis suspectos, expressum videtur. & ideo ab eius uerbis recedendum non est. l. non aliter. ff. de leg. 3. tum ēt, quia pluralis elocutio vno tantum non adimpletur. l. vbi numerus. ff. de testib. & l. inter illam. §. ita data ff. de uerbo. signific. Id quod multo magis in materia suspectorum dicendum est; Nam facilius est, vt inquit Aristoteles lib. 1. Rethor. vnum, uel paucos sapientes habere, quàm multos. Verùm his nō obstātibus contrarium uoluit Specul. in tit. de requisitio. consi. uers. quid si est statutum, num. 14. per tex. in l. cum nō solum. §. ipsum. C. de bonis quæ lib. dum inquit ibi imperator, leges, quæ à parētibus alēdos esse liberos, imperauerunt; & ab ipsis liberis parentes, si inopia ab utraque parte uertitur, glo. enim illa

2 † verba ab utraque, disiunctiue intelligit: quoniam si ambo inopes essent, unus alium alere non teneretur. l. 1. & 2. C. de alend. liber. Eodem enim modo in terminis nostris nulla alia ratione suspicio oritur, q̄ quòd vni parti sapientes magis, quàm alteri futuros veremur: Rarò enim accidit, ut utrique parti suspicio insit; Vera igitur est Speculatoris sententia; quę etiam probatur ex l. rescriptum. §. 1. cum glo. ff. de pact. & l. sed Celsus. §. 1. de contrahen. emptio. Nec

3 etiam inconueniens est, † ut pluralis numerus in singularem resoluatur, ut adnotat Pacius Scala, qui hanc conclusionem sequitur in dicto tract. de consi. sapien. lib. 1. cap. 19. & prius confirmauerat Alber. in tract. statuto. quæst. 100. lib. 2. Licet Pacius Scala de Alber. mentionem non fecerit.

1 *Consilio sapientis si ex forma statuti iudex sententiā ferre debet, altero verò statuto disponitur, vt in quibusdam causis summariè procedere teneatur, An quòd iudex sententiam cum consilio sapientis ferat, repetitum intelligatur.*

CAP. XVII.

Decimoseptimò dum præterea subdit statutū: Quod consilium, si legitimè petitum fuerit, infra dictos quatuor dies, & non aliter, iudex causę daretenea tur petenti.

His uerbis, iunctis aliis huius statuti nostri, uidelicet, dum supra in eo dicitur, & q̄ omnes causæ intelligātur esse, & sint sumariæ. & in eis procedi possit breuiter, sumariè, de plano, & sine strepitu & figura iudicij; declaratur illa cōclusio, de qua per Bar. & alios in l. Prætor. §. critque hæc differentia, nu. 2. ff. vi bono. rapt. & refert Pacius Scala in eodem tracta. de consi. sapien. lib. 2. cap. 3. & cap. 9. dum quæ-

1 runt, si primo † statuto disponatur iudicem quālibet sententiam cum consilio sapientis ferre debere; altero verò caueatur, q̄ in quibusdam causis sumariè procedere teneatur; an q̄ iudex sententiam cum cōsilio sapientis ferat, repetitum intelligatur. Planè cū statutum hoc nostrum èconuerso prius disponat; q̄ omnes causæ sint sumariæ; & deinde q̄ in causis qui buscunque peti possit, & dari debeat consilium sapientis; dubium non uidetur, quin consilium hoc sapientis in causis etiam, in quibus sumariè proceditur, concedendum sit.

1 *Consilium sapientis an sublatum censeatur, stante statuto, quòd iudex in qualibet causa illud sequi teneatur, quando princeps iudici mandat, quòd per se in causa procedat, & iustum faciat.*

2 *Dictio per se, facit: vt actus per alium expediri non possit.*

3 *Delegare potest iudex, cui in rescripto cōmissum est, vt causam per se cognoscat.*

CAP. XVIII.

1 Decimooctauò quæritur, stante † hoc statuto, q̄ iudex in qualibet causa consilium sapientis sequi teneatur; An huiusmodi consilium sublatum censeatur; quando Princeps iudici mandat; quòd per se in causa procedat, & iustitiam faciat. Alciatus in l. 1. §. eadem. nu. 3. ff. de uerb. obl. hanc quæstionē posuit, & per illum tex. sublatū esse inquit; id quod comprobat per tex. in c. in criminalibus. 5. q. 3. ubi notat Dominicus à Sancto Geminiano, quòd

2 ubi lex † illam dictionem per se apponit; actus p aliū expediri non possit; Faciunt præterea notata per Bart. in l. iubemus. C. de erogat. milita. anno. lib. 12. In contrarium tamē subdit ibidem Alciatus facere, quod notat Ias. in l. 1. col. 10. ff. de offic. eius cui mandā. est iurisdit. ubi inquit, q̄ si princeps in rescripto

3 inquiat, p te cognoscas, p hoc † tñ nō impediri: quin iudex delegare possit, p ea q̄ uoluit Bal. in c. fi. col. 2. extra de offic. deleg. His tñ nō obstātibus illā dictionē p supradicta eo tex. cōfundi arbitratur. Nec Bal. ēt loqui; qñ uerba ita concepta sunt, & licet aliqñ,

tu cognoscas, simpliciter in rescripto dicatur; Attamen tunc, quod tacitè inerat, potius expressum videtur; quàm quòd vt ipsemet cognoscat; iniungere velit, argum. l. 3. ff. de lega. 1. & sic hanc opinionem veriorem arbitratur Alciatus eo in loco.

Subdunt statuentes, & habeat consultor; cui sic causa fuit commissa, terminum 12. dierum vtilium ad consulendum in causa prædicta.

1 *Consilium à sapiente præcipitanter, & sine causæ cognitione præstari non debet.*
2 *Sententia lata ex consilio sapientis præcipitanter & sine causæ cognitione præstito non valet.*
3 *Laudum præcipitanter latum ipso iure nullum est.*
4 *Declaratio incertorum à testatore commissa, si indistinctè tanquàm ab eo extorta Gaio restituenda esse declarauerit, nulla erit.*
5 *Testis dictum, qui præcipitanter & inconsultè deposuit, falsum reputatur.*
6 *Sententia, vel laudum à quo præcipitanter, ut valeat ferri possit.*
7 *Iuris ciuilis nostro hoc tempore difficultas.*

CAP. XIX.

Decimononò animaduertendum est. Ideo statuentes consultorem terminum 12. dierum
1 vtilium ad referendū in causa habere uoluisse; † quia
ubicunque ex dispositione statuti ab aliquo consiliū
præstandum est, præcipitanter, & sine causæ cogni
tione præstari non debet. Planè si statim uiso pun-
2 cto, & sine deliberatione consilium daret; † vtique
sententia ex eo lata non valeret, ut uoluit Barba.
post Antonium à Butrium in cap. si pro debilitate.
numero 43. extra de offic. delegat. per tex. in l. prolatam. C. de senten. & interloc. omn. iudic. ubi Barto.
numero 10. inquit, sententiam præcipitanter latam, & causa ex consequenti non cognita ipso iure
nullam esse, per tex. in c. tum ex literis. extra de restitu. in integr. & facit illud, quod habetur in c. ponderet quisque sermones suos. 50. distinc. ubi glos. inquit, tempore egemus, ut aliquid maturius agamus;
& per illum tex. egregiè Dominicus à Sancto Geminiano contra iudices inuehit; qui cum mane processum recipiant, vespere eiusdem diei sententiam
ferunt; & in terminis nostris inquit Iacob. Butri. in
3 d. l. prolatam, † Laudum præcipitanter latum ipso
iure nullum esse; & non modicum faciunt ea, quæ
dixit Bald. in l. captatorias. nume. 8. C. de testamen.
4 milit. dum uoluit, commissa à testatore † incertorum Seij declarationi, qui indistinctè tanquàm ab
eo extorta, Caio restituenda esse declarauit; huiusmodi declarationem nullam esse, quam conclusionem, inquit etiam Bar. in facto tenuisse, ob id, quòd
boni viri formam sequutus nō sit, per tex. in l. Thais
ancilla. §. sorore. ff. de fideicomm. libert. & facit in argumentum. c. nos in quenquam. 2. quæst. 1. & in c. fi.
5 §. sed aliud. 5. quæst. 5. ubi † testis dictum, qui præcipitanter & inconsultè deposuit, falsum præsumitur.
Illud tamen, ut inquit Barba. in loco supra adducto;
6 locum habere non uidetur, † si ab eo modo consiliū
redditum fuerit; qui eius sit scientiæ & literaturæ;
ut illicò absque cartarum reuolutione de iure rectè
respondere possit; quandoquidem tunc sine deliberatione latum non præsumitur, & nō deesse, inquit,
in hoc mundo, quos suppremus Deus, qui illuminat
omnem hominem uenientem in hunc mundū: eiusmodi scientia dotauerit, ut habetur in c. nisi cum pridem. uersi. satis imminens scientia desideranda. de renunc. & tradit Inn. in c. cum in cunctis. de electio. &
est glo. singularis in c. non licet. 11. quæst. 3. & tex.
optimus in l. sed & reprobari. §. fi. uersi. homines maximè disciplinati, ff. de excu. tut. & in l. si auia. in uersi.
si cum peritioribus tractatū habuisses, facilè cognouisses. C. de ingen. manu. Hoc enim casu Barba. in d.
c. si pro debilitate. in fine, tale consiliū, et præcipitāter datum ualere arbitratur: inquiens aliàs, ita in hac
inclita Florentiæ ciuitate consuluisse, & obtinuisse,
& facit tex. in c. iurgantium controuersiæ celeri sententia terminentur; Id aūt meo iudicio hodie rarò,
7 aut nunquam accidere potest. Ius † enim hoc nostrū
ciuile ita hodie diffusè, & sine metodo traditur, ut
nihil certi, & quod repræhensione careat, nisi matura cogitatione, & frequenti librorum reuolutione,
responderi possit; Id fortassè antiquioribus illis temporibus, cum paucos habebant libros, & metodo iuri ciuili incumbebāt, leges omnes suis locis interpretantes, accidere potuit.

Præterea dum subditur in statuto; intra quem terminum iudex consultor, cui fuerit facta commissio talis, consilium reddere teneatur sub pena centum librarum picioli.

1 *Consilium sapientis post terminum à statuto constitutum an sit ipso iure nullum.*
2 *Laudum post terminum compromissi latum est nullū.*
3 *Termini natura est, ut eo elapso nihil uerè fiat.*

CAP. XX.

Vigesimò quia uidimus consultorem infra terminum. 12. dierum vtilium à die commissionis consilium reddere debere; ideo his stātibus quæ-
1 ritur, † an consilium post præditum tempus redditū
sit ipso iure nullum. Et breuiter, quod sit nullum, dicen
2 dum uidetur, † prout etiam in simili de arbitrio, post
diem in compromisso statutū, dicimus. l. si cū dies. §.
si intra. ff. de arbit. Nam cōsultor arbitro similis est,
ut declarat Bal. in consi. 481. uertente quæstione iurisdictionis. in fi. lib. 1. cōprobatur hoc ex natura termini, dispositionem, cui apponitur, restringentis, ea
enim est, ut termino elapso, nihil iure fiat. l. qui fundum uendidit. ff. de contrahen. emptio. & l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusatio. tuto. Facit etiā,
dum dici solet: illud, quod infra certum tempus promittitur, eo elapso prohibetur. l. statuliberum. §. 1. ff.
de lega. 2. Præterea in terminis nostris, quod sententia
& consilium sit nullum, declarat Bal. in consi. 169.
statuto ciuitatis Ianuæ. lib. 1. Id quod procedit, etiā
si tempore consilij lati instantia non expirasset; quādoquidem etiam tunc nullum erit. ex quo tempora
separata sunt; & cuilibet actui suum separatum a statuto cōstitutum est: vt si rectè pōderetur, uoluit Bal.
in d.

in d.consi.169.cum consilium durante instantia reddituм præsupponat, & licet ibidem dicat Bal. etiã q iudex post terminũ consilium à consultore requirat; sustineri ac ualere; Id autem ideo dicit, quia in illo casu id à statuto permittebatur; ubi autem statutum, ut in terminis nostris, consilium infra 12. dies reddendũ esse decerneret, uult omnino Bal. ut si post reddatur, sit nullius momenti; prout idẽ clarius tradit in consi.442. statuto cauetur. uol.5. & in consil. 172.vol.1.& si idem consilium duplicatum, per eadem uerba uidcatur, Idem quoq; uoluit Soc. Iun. in consi.63.tria sunt ex quibus, nu.1.2.3.& 4. uol.1.& Ioan.de Amic.in cõsi.67.si ultra diem. nu.9.& Pau. Castr.in consi.6.uersi.circa primũ.lib.1.& latius Pacius Scala.in d.tracta.de consi.Sapien.c.9.lib.4.& si in casu, de quo ibi per eum, contra Bal.tenere uideatur.

Dum etiam dixerunt statuentes, consilium reddere teneatur sub pœna.

1 *Consilium secundùm formam commissionis reddẽdũ est, alioquin est nullum.*
2 *Arbitri potestas pendet à compromisso.*
3 *Consultoris potestas pendet à commissione.*
4 *Consilium Sapientis super una uel duabus quæstionibus nonnullis indecisis relictis ab eo redditum, cui, ut super omnibus referret, commissum fuit, est ipso iure nullum.*
5 *Delinquit quis grauius in committẽdo, quam in omittendo.*

CAP. XXI.

Vigesimoprimò pro declaratione horum uerborum sciendum est, cõsilium † secundùm formam commissionis reddendum esse, alioquin nullum est, ut puta si super alia re quæ in commissione non contineretur, redditum sit; Quandoquidem, ut in præcedenti conclusione diximus; cum ipsa consulens arbitro æqui pareretur, † uti arbitri à cõpromisso pendet omnis potestas, & eius arbitrium ultra in compromisso contenta nullum est.l. non distinguimus. §. de officio. & ibi tradunt Doctores, † ita & consulentis potestas à commissione pendet, & consilium ultra commissionis formam redditũ est ipso iure nullum, ut uoluit optimè Bal.in consi.481.uertente quæstione iurisdictionis.in fi.lib.1. Inferens in eo casu: † consilium super una, uel duabus quæstionibus; nonnullis aliis indecisis relictis, ad eo consulente redditum, cui ut super omnibus referret commissum fuerit; ipso iure nullũ esse. A fortioribus igitur idem in casu nostro dicendum est, & tanto magis cũ referens consulens super non commissis, cõmittere & omittendo nonnullas quæstiones cõmissas, omittere dicatur; † sed grauius quempiam in committendo, quam in omittendo delinquere, dubium non est. l.si mora.ff.solu.mat.& l.in l.Cornelia.ff.ad Sillania. & tradit Iaso.in l.si quis arbitratu.col.5.ff.de uerbo. obliga.& hanc conclusionem ex pluribus fundauit Soc.Iunior in consi.63.nu.6.7.& 8. lib.1.& Pacius Scala latius de hac materia tradit in suo tracta. de consi.sapient.lib.4.cap.4.

1 *Consilio sapientis, si à iudice ordinario causa commissa sit, & antequàm consulens consilium reddat, iudex ordinarius recedat, an tunc commissio expiret, ita ut successori reddere non possit.*

CAP. XXII.

Vigesimosecundo, dum in statuto dicitur. Consilium reddere teneatur, † Quæritur stãte hoc statuto, q causa consilio sapientis committatur, si Iudex causæ ordinarius causam ad consulentem miserit: Verùm antequã consulens tale consilium redderet, ipse iudex causæ ordinarius, qui miserat, recesserit. An tunc commissio expiret; ita ut consulens successori consilium reddere non possit. Hac in re brẽuiter tale consilium successori reddi posse, nec commissionem expirare, respondendum est; quia est de actis causæ, ut uoluit Bal.in l.si ex causa; aliàs l.uerum.§.ex facto.in 3.not.per illum tex.ff.de minor. & refert Sigismun. in tracta. Statut. eiusdem Bald. in uerbo.consilium.num.1.& rursus idem Bald.in additio. ad specul. in titul. de requisit. consi. in uerbo consultor.uersi.consilium commissum à prædecessore; Hanc eãdem conclusionem sequitur Pacius scala in d.suo tracta. de consi. sapien.lib.3. c. 24. ubi pro eius cõfirmatione quibusdã cõtrariis respõdet.

1 *Acta omnia iudex ad cõsultorem transmittere debet,*

CAP. XXIII.

Vigesimotertiò. dum in statuta dicitur, & acta causæ tradito ab aliqua partium.

Non sine ratione dixerunt statuentes; ut acta ad
1 consulentem transmittãtur, Tenetur † namque iudex acta omnia transmittere; alioquin si pars lædatur; infamia notatur.l.ne causas.ubi Pau.Cast.& alii C.de appel.& refert. & sequitur Cagno.in l.consilii. nu.21.ff.de regu. iur. & ideo alias dicebat Castrensis in l.1.num.3.ff.de appel.ad cõsulenẽ causam plenè instructam mittendam; aliàs iudicem puniẽdum esse per ea, quæ habentur in l.1.C.de relatio.

1 *Consilium sapientis immente periculo ultra terminũ reddi potest.*
2 *Periculum ubi imminet, multa vltra iuris communis regulas conceduntur.*

CAP. XXIIII.

Vigesimoquartò: Dum in tex.dicitur; & si consilium non fuerit redditum iudici causæ infra dictum tempus.12.dierum; Iudex causæ per se teneatur, & possit decidere.

Patet ex hoc tex. Iudicem causæ consilium à consultore reddẽdum duodecim dies expectare debere;
1 Quæritur † modò, an id, si periculum immineret, locum habeat, & locum non habere uoluit Abba.in c. ex parte, nu.4.extra de constit.quem refert & sequitur ibidem Felin.nu.5.uersi.recipit prẽdicta conclusio, per tex.in c.1.§.fin. ne sede uacan.lib.6.qui quidem

dem alibi non reperitur, ut inquit Cardi.in elemen. 1. quæst.6. de supple. negli. prælato.de eo meminit Rota.in deci.2.de iur.patro.in antiquis.Nec uidetur
2 hoc nouum:†cum ubi imminet periculum,multa cõtra iuris cõmunis regula s cõcedantur; quorum exẽpla non pauca refert ibidem Feli.Præterea hanc eandem opinionem unà cum aliquibus similibus, ubi periculũ imminet;se quitur Iacob.Mẽdo.in tract.de recupera.posse. remed io.10.nu.53.cum seq.

Quoniam in materiã cõsilij sapientis incidimus, non erit fortasse inconueniens; si de statuto sub rub. 81.quod de hac eadem materia loquitur, mentionẽ fecerimus,ne idem in duobus locis tractare cogamur; ob idque minus clara,ac perfecta cognitio habeatur.

Dum igitur dicitur in illo tex.Et ille iudex cõmittere teneatur, in quẽ dictæ partes concordauerint.

1 *Punctus quæstionis si partes non conueniant,quomodo ad consilium sapientis mittendus sit,& quis controuersiam dirimere debeat.*

CAP. XXV.

VIgesimoquintò quęritur, si fortasse inter partes controuersia sit † quomodo punctus quæstionis ad consilium sapientis mittandæ formari debeat;quis nam huiusmodi controuersiam dirimere debeat.Ex breuiter respondendo,ad iudicem hoc negocium pertinere, dicendũ est, ut uoluit Pau. Cas. in l.de die. in princ. per illũ tex.nu.3.ubi adnotat et gl.ff.de qui satisd. cogã.& ꝑ tex.ĩ l.ĩ copulãdis.C.de nup.& in l.in uenditione. in fi.ff.de bonis actor.ind. poss.& idẽ tenet Bar. ĩ l.super delictis.C.de relatio. De hac autem rei uidelicet quando punctus quæstionis à iudice formetur; possitque ei contradici, & ab eo appellari possit refero me ad ea,quæ latins tradit Pacius Scala in suo tracta.de consi. sapien.lib.3. cap. 9.Præterea,an punctus tacitè approbatus reprobari possit;& an puncto iudex suam opinionem adscribat,tradit idem Pacius scala eodem lib.3 cap. 10.

1 *Consultoris electionis si partes non conueniant, quisnam eligere debeat.*

CAP. XXVI.

1 VIgesimosexto, rursus in eodem tex.ibi.In quẽ dictæ partes concordauerint.† Quæritur, si non conueniant,quis nam eligere debeat.Et breuiter ad iudicem electionem pertinere dicendum est, ut uoluit Bar.in l.1.§.1.nu.5.ff.de uentr.inspicien.& in l.in uenditione.§.fin. ff.de bon.auto. iudi. possid. & in l. iusiurandum & ad pecunias.§.si de qualitate. per illum tex.ff.de iureiuran.& refert,& sequitur Bolog.in auth.habita nu.159.C. ne filius pro patre, & Angel.in d.l.in uenditione.§.fin.ff.de bon. aucto. iudic.possid.& Specul.in titul.de requis.consil.§.1.uer' si.quid si exigitur, & titulo, de assess.§. exigitur, & idem tenet Pacius scala in d.tractat.de consil. sapiẽ. lib.3.cap.5.uersi.unde si concurrentibus, ubi etiam tractat illam quæstionem; An iudex relationem sapientis ab utraque parte approbatam sequi teneatur;Quæ tamen in statuto nostro decisa est; cum in eo dicatur;& iudex teneatur cõmittere, in quem dictæ partes concordauerint; Cogit namque iudicem partium electionem sequi.

1 *Consilii sapientis commissione quæ uenire debeant.*
2 *Consilium an intelligatur petitum tam super incidentibus & emergentibus quàm super principali causa.*
3 *Comissio per illa uerba quod iurisquid denotet.*

CAP. XXVII.

VIgesimoseptimo loco in text.ibi, in qua commissione uenire intelligatur quilibet articulus dictę causę.Animaduertendum est;ideo statuentes, ut quilibet articulus in commissione comprehendatur,hoc loco exprimere uoluisse; ut doctorũ
1 altercationes; dum quærunt,† quid in commissione uenire intelligatur,euitarẽt; de quibus in l.si fundũ sub conditione.§.Sticum.& præsertim per Ias. num. 12.ff.de lega.1. Ibi enim quando puncta ad consultorem transmittuntur;& simpliciter, quid iuris peti
2 tur,† consilium super quolibet dubio ex facti narratione resultante, tam super principali, quam super incidentibus,& emergentibus petitum intelligi uoluerunt,consultoremq; ad omnia respondere obligatũ esse;per tex.in l. filiusfamilias.§.apud Marcellum. ff. de leg.1.& in c.1.in prin.in uerb.quid iuris,de cõtroner.inuest.ubi tradit Bal.col.2.Quæstionem generalem esse;& omnia capitula amplecti,& ideo si alicui eo modo causa ad consiliũ sapientis cõmittatur, uidelicet,quid iuris; nisi super omnibus respõdeat,cõsultorem consilium reddidisse,dicendum non esse,l. quid tamen,ff.de arbit.Idem quoq; uoluerunt Ang. & Imo.in l.cum stipulatus sim mihi à Proculo.§. fi. ff.de uerb.obl.& rursus Imo.in l.si fundũ. quadringenta. in prin.per illum text. ff. ad l. falcid. & Ang. Imo. & Alex.nu.4.in l. Titia diuortium.per illum tex.ff. sol. matri.& per tex.in ca.3.in uerbo. Quid iuris sit,ubi Canon. extra de consue.& rursus idem Angel. in l.quærebatur. in princip. de testamen.milit.ubi notat illum tex.in uerbo quid iuris,ad commissionem,
3 quæ tota die per illa uerba, quid iuris consultoribus fit;Præterea de hoc est tex. notabilis in l. eius qui in prouincia.in prin.ubi Dec.nu.8. ff.si cert.pet.in uer. consulebatur,quid iuris esset, iũctis sequentibus; ex quo tex.notat ibi Angel.ꝙ ubicunque per illa uerba quid iuris causa consultori cõmittitur; tunc nõ solũ merita causę,sed etiam iuris ordinem,& rursus non solum causas principales, sed etiam accessorias cognoscere tenetur.Illud præterea,ut inquit Ias.in d.§. Stichum.post Bal.in c.1.extra de lit.cõte. sciendum est,plurimum differre; an causa per illa uerba quid iuriscõsultori cõmittatur; Aut uerrò quemadmodũ iudex sententiam ferre, & causam definire debeat; Planè eo casu cõmisio ampla & ualde generali est; hoc autem ualdè stricta;& ideo inquit Bal.magnum quendam aduocatum pulcram cautelã adhibere uidisse.Nam quia contumax in respondendo positionibus pro confesso habeatur c.2.ubi glo. & Doct.de confes.in 6.cum eius cliens pro cõfesso habendus esset;

set;causam sapienti sub illa formula, videlicet. Quæ
nam essent partes iudicis in definiendo;cõmitti cura
uit; quo factum est, cum strictiori illa commissio-
ne consultor,quòd positiones pro confessis haberẽ-
tur,proferre & consulere non posset; ex forma com-
missionis actor absque probatione stetit; Vnde eius
clienti nihil nocuit, quòd in respondendo contu-
max fuisset, sed de hoc uide eundem Pacium Sca-
lam in d.tracta. de consi.sapient. lib.3. c. 13. ubi la-
tius loquitur.

1 *Consilio sapientis causa, vt de ea rectè cognoscat,
commissa: si accidat debitorem die feriata capi.
An coram eo, vtrum legitimè captus fuerit; tra-
ctari possit.*
2 *Dictio rectè, instiitiam denotat & merita causa, ritè
verò ordinem & solemnitatem.*

CAP. XXVIII.

VIgesimooctano loco prædicta statuẽtium ex
pressione alia dubitatio, & non leuis quidem
1 tollitur. † Quærunt namqne Doctores, si causa sa-
pientis consilio, vt de ea rectè cognoscat, committa
tur, & accidat debitorem die feriata capi; an coram
eo, utrum legitime captns fuerit; tractari posit.
Barto.in l.lecta.colum.3. ff.si cert.pet. non posse ar-
bitratur: Ratio autem est; quia hoc procedendi mo
dum; non antem causæ iustitiam, vel iniustitiam
concernit; propter quam captus fuit. Planè fines
2 mandati excedere non debet. † Dictio namq; rectè,
causam propriè & eius institiam significat, ritè antẽ
ordinem & solemnitatem procedendi; Has antem
esse proprias prædictarum dictionum significatio-
nes probat tex. cum glo. in uerbo rectè in l.2. de in-
offic.testamen.ubi tradunt Doctores, & præsertim
Ange. & rursus probat tex. in l. non putauit. §. non
quæuis,& ibi notatur.ff.de bono.possess. contra tab.
ubi tradit Bart.& latius in d. l.lecta.colum.3. & An-
to.à Butrio in procemio Decretorum per ea,qnę uo
luit glo. in l.iustè posidet.ff. de acquir. posses.& in
l. sed & si lege.§.scire. ff. de peti. hæred. & est etiam
tex.in l.2.ff.soln. matrim. & de his dictionibus ritè
& rectè tradit Tiraquel. in l.si vnqnam.in præfa. nu
me.33.34.& 35. C. de reuoca.donatio. Cum igitur
commissio dicat,rectè cognoscat: de captura die fe-
riata facta, quòd rectitudini conueniat, cognoscere
non debet. Præterea idem cum Bart.tenent Bal. An
ge.& Alexã.in d.l.lecta,& rursus idem Alex.in l.3. in
prin.nu.11. ff.de liber.& posth. ubi inquit, quòd li-
cet non nulli recentiores opinionem Bar. reprobare
conentur; ipse tamen eam tanquam magis commu-
nem sequitur; quam etiam commnnem esse ait Ias.
in d. l. lecta. nu.16. ubi plnra tam de dictione iustè,
quàm benè addncit. Contrariam tamen opinionem
tenuit Richardus Malumbræ; quem refert Salic. in
d.l.lecta.num.9.& 10.& Alber.& Fnlgo. Mouentur
autem ex ijs, quæ noluit glo.ibi,dum inquit, dictio
nem rectè,tantum iustitiam & veritatem circa meri
ta causæ nt supra dictum est, sed etiam loci & tem-
poris cognitionem concernere; hanc opinionem se-
quutus est etiam Hyeron.Bntig. in d.l.lecta.in prin.
num.79.& sequen. & eam pluribus contrariis respõ
dendo, comprobare conatur, & idem tenet Pacius
Scala in d.tract de consi.sapien. lib.3. c. 17. Verùm
quicquid dicant prædicti ab opinione Bart. tanquá
magis communi recedendum non arbitror.

1 *Consilium sapientis quorum expensis concedatur; &
quomodo.*
2 *Expensis cuius iudex delegatus imploretnr.*

CAP. XXIX.

1 VIgesimononò dum dicitur in tex. † quòd cõ-
silium dare teneatnr expensis petentium, ni-
si de noluntate utriusque partis petatur; quia tunc
expensis commun.bus; Idem quoque de iure com-
muni introductum est, ut distinguendo dicit Barto.
ubi latius Alex. in additione in l. si postulauerit, in
prin. in fi. nersic.& ideo quando committitur. ff.de
adult.& tradit Ioan.à Grass.in tracta.de arbi. iudic.
in 4.mẽbro principali,num.2. & Bal.in l. hæc actio.
ff.fini.regund. & in l. hac ædictali. §.omnibus. C. de
secun.nupt.& Barto.Bolog.in auth.habita,nu.158.
C.ne fili.pro patr.& Petr.Rebuf.super const. Regn.
Franc.in tracta.de sentent.execut.artic.7.gl.4. nu.5.
Si nerò inuita parte Iudex consiliũ sapientis assum-
mit; ntraque pars suam portionem salarij sapientis
soluere tenetnr, ut inquit Alber.de Rosat. in l. sed &
loci.§.in iudicio.uersi.sed & si mensor. ff. fini.regun.
2 Idem † qnoque dicendum est, si iudex delegatus as-
sumatur, nel impetretur; ut ibi tradit Alber.per tex.
in l.1.ff.ad l.Rodiam de iac.& in c.rescriptum. §.pro
uisurus, de rescript.in 6. Debet enim salarium a par-
tibus percipere. l.in sacris.§.1. C.de prox.sacr. scrin.
lib.12. Id autem Bart.in d.l.si postulauerit, tunc ue-
rum asse arbitratur, quando Iudex ob id, qnod de ca
su decidendo dubitat, huiusmodi consilium petit; &
sic eius uoluntate & mandato petitur; uel utraque
pars simul petit: Secus verò si vna pars petat, altera
contradicente; uel altera pars tantum petat, Tunc
expensis petentis concedendum est, ut tradit etiam
Cassa. super const.Burgu.rub.4. Des Droict appar.
à gens mariez.§.7. le mary, & la femme, num. 36. &
37.& latius Pacius Scala in dicto tracta. de consilio
sapientis lib.3.c.11.

1 *Consilium suum de iure non debet consulens, iuribus
& rationibus comprobare, licet aliter statuto nostro
disponatur.*

CAP. XXX.

TRigesimo in tex.ibi, & quilibet Iudex consul-
tor uinculo iuramenti in omnibus & singulis
consilijs, quæ reddet in aliqua causa, super aliquo
articulo, exprimere teneatur in scriptis, cum alle-
gationibus iuris, siue aliqua alteratione causam
certam & determinatam; quare consuluit, & con-
silium reddit.

Id proculdubio contra omnium ferè doctorum
opinio-

1 opinionem est, † Nam sapiens causam & rationem, iura & allegationes exprimere nõ tenetur, ut inquit Specu.in tit.de requisit.consi.uersi.tertio.& in tit.de senten.§.qualiter, sub num.13.uersi.uerum, & Ioan. Andre.quem refert Abba.in c.sicut.in fi. extra de re iudi.& si Abba. eo in loco contrarium sentiat. Mouetur autem ea potissimum ratione, quòd cũ Iudex regulariter consilium, ut supra diximus, sequi non teneatur; rationibus ne consilium negligat suadẽdus uidetur. Verùm primam opinionem post Iacob.Beluis.tenet Anto. à Butrio, ut refert Anto. Franciscus de Docto.in additio. ad Abba.in loco supra relato; inquiens ita à Mediolanensibus obseruari; cuius opinionis mentionem fecit Felin. in d. c.cum sicut: & Imo. in l. si is apud quem. ff. de acquir.hæred. Præterea hanc eandem opinionem, quòd consultor allegationes, & iura adducere non teneatur, sequitur Corne.alios referens in consi. 332.nu.1.lib.1.& in consi. 297. in princ.lib.3.& Hyero. Grat. in consil. 100.num.1.lib.1.& in consi.152.num.1.lib.2.& rursus idem Corn.in consi.137.num.1. & 2.lib.1.& in consi.179.num.1.& 2.eod.lib.1.& in consi.323.nume.1.lib.4.& in cons.79.num.1.lib.3. & Soc.Iunior in consi.50.num.1.& in consi.62.num.1.& in consi. 134.num.1.& in consi.137.num.8.lib.1. & in cons. 82.num.22.lib.2.& Cagn.in l.consilij.num.22.ff.de regu.iur.& sequitur Pacius Scala in d.tracta. de consil.sapient.lib.3.cap.20.subdens cõsultores, licet ad id astricti non sint, leges tamen & rationes, quibus ad ita consulendum mouentur, exprimere & adducere consueuisse, ac etiam interpretum authoritates inserere;& præsertim cum deficit lex, uel admodum obscura est, ut adnotat Bart.in l.2.C.de pen. iud. qui mal.iudi.& tradit Barba. in consi. 56. propè finem, uersic.item satis uidetur, lib.2. Nec id sine ratione faciunt; ut latè prosequitur Pacius Scala in loco paulò antè relato.

1 *Consilium sapientis perplexum & obscurum. Item si consulentes, cum plures eliguntur, sunt varij, est nullum.*

CAP. XXXI.

TRigesimoprimò in tex.ibi, nec apponere possit aliquam reseruationem, uidelicet, quòd nisi partes sic fecerint, remaneant in statu primeuo: Nec etiam apponere, quòd partes debeant compromittere, uel alium, uel alios eligere, uel æquipollentia, uel similia uerba, uel clausulam apponere: sed causam sibi commissam consulendam per suum cõsilium decidere & terminare cum effectu.

Colligi videtur ex hoc tex.statuentes uoluisse, cõsultorem sententiam claram & apertam proferre.
1 † Videmus namque alioquin: si consilium redditum perplexum, uel obscurum sit; uel si consultores, quando plures eliguntur, sunt contrarij; sententiam, quæ ad id refertur, non ualere: ut tradunt Docto.in cap.fin.ubi maxime Bal. & Franc. Francisci extra de re iudic.& uoluerunt Bar. Alexã. & Pau. Castren.in l.duo iudices. eod. tit. & Angel. & Imo. in l.ad principem.ff.de appel.& tradit Sebastia. Vantius in tracta.de nullita. in tit.de nullit.ex defect. iurisdi.num.156.

1 *Consultor si per uerbum fortè, respondeat: an causam decidisse, & terminasse uideatur. quid per uerbũ videtur, vel, non puto fieri posse.*
2 *Dicere illud putamus, quod iusta ratione credimus.*

CAP. XXXII.

TRigesimosecundò in tex.ibi decidere, & determinare cum effectu.

1 Quæritur ex hoc tex. † si consultor per uerbum fortè, consiliũ reddiderit, an tunc causam decidisse & terminasse uideatur: Alexan.post Imo. in l.in substitutione.in princ.ff.de uulgar.& pupilla. ut deciderit & terminauerit, existimauerint. Id quod procedit, etiam si per uerbum uidetur, consuluerit: ut uoluit Ioan.Fant. in c.1. per illum tex.10. distinc. & Abba.in c.1. in ult.not. extra de iud.c. Præterea id ẽ etiam est, si dixerit, non puto fieri posse, ut uoluit Geminia.in c.2.per illum tex.de consue.in 6.id quod cõprobatur per tex. in l.cum quidam.§.quod dicitur.
2 ff.de acquir.hæred.ubi inquit Barto. † illud nos putare dici, quod iusta ratione credimus, prout etiam tenet Barto. Bologni. in authen. habita. num.156. C.ne fili.pro patr.& de his alijsque pluribus similibus tradit Pacius Scala in suo tract.de consi. sapien. lib.4.cap.13.

1 *Consultor si respondeat, uidetur prima facie, quòd Titius debeat condemnari, an decidisse & condemnasse uideatur.*

CAP. XXXIII.

TRigesimotertiò quæritur, si consultor, cui cã
1 decidenda commissa est; responderit; † húc in modum, videtur prima facie, ꝙ Titius debeat cõdẽnari; an decidisse & condẽnasse uideatur. Hanc quęstionẽ posuit Ias.in l.apud Iulianũ.§.si Titius.nu.10. ff.de leg.1. & dicit aliquando de ea interrogatus respondisse, ꝙ si consultor, uel Iudex in sua snia eo termino, scilicet uidetur prima facie; utatur, & deinde contrariũ decidat; rẽ clarã esse, p tex.in d.§.si Titius. & in c.ad audientiã.al primo, de rescrip. Si uerò dixerit, videtur prima facie; & deinde contrariũ manifestè non decidat. hoc nõ obstante affirmare uideri: prout est tex. secundum eũ in l. unica. §. si vero non oẽs.C.de cad.toll.& in c.dilectis filijs.§. præterea licet, extra de appel.& in l.alienam.§.fi.ff.de fideicom. liber. Pariter etiam si dixerit, uidetur prima fronte, ꝙ debeat condemnari. Nam si deinde contrariũ expressè non dicat, approbare uidetur; & ita iudicare, tex.est in l.quinquaginta.ff.de probatio.

1 *Appellari an possit à sententia lata ex consilio sapientis.*
2 *Restitutio in integrum aduersus consilium sapientis an concedatur.*

CAP.

C A P. XXXIIII.

1 TRigeſimoquartò quæritur ultra prædicta;† an
à ſententia lata ex conſilio ſapientis appellari
poſsit; Hac de re ſi noſtro inſpecto ſtatuto loqua-
mur; & dubiũ non eſt; cũ conſiliũ ſapientis tãquam
iudicis ſententia repræſentetur, quin ab eo appellari
poſsit. Planè in eis idem, quod in omnibus alus ſen-
tentijs obſeruatur. Siuerò remoto hoc ſtatuto loqua
mur, uide quæ tradit Franc.ca.in timaſti. num.8. ex-
tra de appella.& Paul.Caſtren.in l.nouum quid.nu-
me 2.& 3.C.de appella.& Barba.in c.ſuper eo.num.
1.extra de offic. delega.& in conſi.27.num.18.lib.2.
& Roma.in conſil.228. ſub. num.14.& Cagno. in l.
conſilii, num.20.ff.de regu. iur. & Caſſa.ſuper con-
ſtit.Burgu.Rub.4. Des Droict & appar à gens Ma-
riez.§.7.le Mariy.& la femme.num.32. & Alexan.&
alii in l.ſi conuenerit.ff.de re iudic.& Bartolo.Bolo-
gn.in auth.habita.num.160. C. ne filius pro patr.&
Pacius ſcala in ſuo tract.de conſi.ſapien.lib.4.ca.15.
2 Quid autem ſi dicant, reſcindi non poſſe, an † reſti-
tutio in integrum concedatur, tradit ſingulariter Si
gnoro.de Homodc.in l.poſtquam liti.numer.20.C.
de pact.

1 *Sententia lata ex conſilio ſapientis an tranſeat in rẽ iudicatam.*

C A P. XXXV.

1 TRigeſimoquintò ſententia † lata ex conſilio ſa-
pientis an tranſeat in rẽ iudicatam. tradit Iſer-
nia ſuper conſt. regni in additio. ad glo.col. ult. fol.
70.& Cagno.in d.l.conſilii.num.23.ff.de regul. iur.
& Caſſa. ſuper conſtit. Burgu. in loco ſupra relato
num.33.& Pacius ſcala in ſuo tracta.de conſilio ſa-
pientis, lib.4.cap.21.

DE CAVSIS CENTVM LIBRARVM.
§. XXVI.

Et prædicta locum habeãt in cauſis, & quæſtionibus cuiuſcunq; quantitatis, uel extimationis, à libris centum piccioli ſupra; & prædicta omnia & ſingula locũ habeant; & obſeruẽtur etiam in cauſis appellationis, & nullitatis, & reſtitutionis in integrum, & reductionis ad arbitrium boni uiri, & eadem tempora, & idem modus, & ordo ſeruetur, & fiat, prout ſupra diſponitur in cauſis, & de cauſis, & circa cauſas principales, Saluis & exceptis temporibus ordinatis, ſecundùm formã aliorum ſtatutorum communis Florentiæ, & ad interponendum & præſentandum appellationem, & ad porrigendum petitionem ſuper appellatione; & nullitate; & reductione & reſtitutione; quæ tempora remaneant in ſuo ſtatu.

1 *Cauſæ centum libras excedentes tractatur hic, & inferiores ubi tractentur.*
2 *Cauſæ centum libras excedentes magnæ appellantur, quæ non excedunt minimæ.*
3 *Minimum non cõprehendit ſtatutũ, vel qualibet alia diſpoſitio generaliter, uel indefinitè loquens.*
4 *Feudo modico non cadit, qui infra annum fidelitatem non præſtat.*
5 *Debitor modicæ quantitatis, ut detineatur ſuſpectus iurari non poteſt.*
6 *Emphiteuta per modicam deteriorationem non cadit à iure ſuo.*
7 *Solemnitas à iure requiſita in minimis cauſis non ſeruatur.*
8 *Redibitoria pro minimo uitio locum non habet.*
9 *Sindicus modicas ſciſſuras denunciare non tenetur.*
10 *Modicum quando non ſit in conſideratione.*

CAP. I.

DEclarauerunt itaque ſtatuentes ordinem hũc
1 iudiciorum,† in cauſis centum libras exceden
tibus locum habere; In cauſis uerò inferioribus quo
modo procedendum ſit, poſuerunt infra ſub Rubr.
3.de cauſis 10.librarum & ſub Rubr.4.de cauſis li-
brarum centum, quibus in locis, cum illuc Deo dã
te perueuerimus, de eis dicemus, Quatenus uerò per
tinet ad hũc locum; Ideo ſtatuentes in diuerſis lo-
cis tractauerunt: quoniam & inter illas quoque in
2 eo differentia eſt, † quòd cauſæ centum libras exce-
dentes magnæ appellantur, quæ autem non exce-
dunt minimæ; Videntur igitur ſtatuentes ſumma ra
tione diuerſos etiam procedendi modos introduxiſ-
ſe; Nam ſtatutum, uel quælibet alia diſpoſitio gene-
3 raliter, uel, indefinitè loquens, † id quod minimum
eſt, non comprehendit.& ideo prætorem de mini-
mis non curare dici ſolet.l.ſcio.ff.de reſtit.in integr.
Vnde dixit Bal.in c.1.§. eſt.& alia, in tit. quæ fuer.
prim.cauſ.benef.amittẽ.quòd licet Feudatarus, qui
Domino infra annum fidelitatem non præſtet, à ſuo
4 iure cadat;† Id tamen in feudo modico locum non
habere. Facit etiam optimè illud, quod rurſus dixit
idem Bald. in auth.ſed iam neceſſe. C. de donatio.
antè nupt. dum uult, quod licet debitor à creditore,
5 ut detineatur, ſuſpectus iurari poſsit; † id tamen ad
debitorem modicæ quantitatis non extendi; Ite-
rum dixit Bal.in auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccleſ.
6 † quòd licet emphiteuta rem deteriorẽ reddens ca
dat à iure ſuo, de modica tamen deterioratione intel
ligendum non eſſe; & notatur in auth. niſi breuio-
7 res.C.de ſenten.& interlocu.omn.iudic. quòd † his
minimis cauſis ſolemnitas alioquin à iure requiſita
non ſeruatur.l.1.& 2.eod tit. Comprobat etiam il-
lud, quod not.Docto. in l.iubemus.§. ſanè.C. de ſa-
croſan.eccleſ. & præſertim Bald.in l.fin. C. de ædi-
8 lict.actio. quòd † pro minimo uitio redhibitoria lo-
9 cum non habet, & ideo dixit, ex forma ſtatuti, † ſi
ſindicus percuſsiones ſanguinolentas denunciare te
neatur,

neatur,modicas tamen ſciſſuras dennnciare non tenebitur,ut inquit Riminal. in conſi.359.num.18.& ſeqnen.lib.2. De minimis autem & modicis multa tradit Albert.Brun.in tract.de ſtatu.exclud. fæmin. artic.9.nu.95. uſq; ad num.108.ubi latiſsimè quàm plurima exempla adducit,& rurſus num.108.uſque
10 ad finē articuli plures caſus refert, † in quibus modica & minima ſunt in conſideratione; & tradit etiā Beroius in c.ſicut.nu.46.extra de probat. & Afflic. in c.ſi uerò.num.122.in tit.qui ſucce.tenea.lib.1.feudo.& latius tradit Tiraqnel.in tract.de iudic.in reb. exigu.feud.ubi ultra alia 94.caſus adducit, in quibus modica non ſunt in conſideratione, & deinde alios 57.in quibus de modicis ratio habetur.

1 *Tempora quæ in ſuo ſtatu remanent.*

C A P. II.

1 VOlnerunt † præterea ſtatuentes, ut prædicta omnia in cauſis appellationis, reſtitutionis in integrum,& reductionis ad arbitrium boni uiri locum habeant,& obſeruentur; exceptis tamen temporibus ad interponendum & præſentandum appellationem , & ad porrigendum petitionem ſuper appellatione,& nullliate , & reductione , & reſtitutione ordinatis;Quę tempora in ſno ſtatu,pront per alia ſtatuta communis Florentiæ diſponitur, remaneant. Videlicet infra ſub Rub. 127. de appellatio. & nulli.& de ipſorum cognitio.in prin. Vbi Deo dāte ſno loco dicemus.

DE IVDICE COMPETENTI §. XXVII.

Et quilibet agere uolens, ſeu petens, teneatur adire iudicem ſui quarterii, uidelicet in quo habitat,& ſi plures fuerint creditores , ſiue perſonæ diuerſorum quarteriorum, inſimu agere uolentes, ex eiſdem uel diuerſis cauſis , poſſint agere in quacunq; quarterio uoluerint; Forenſes uerò, uel non deſcripti ſub certo quarterio, poſſint agere ſub Iudice cuiuſcunque quarterii uoluerint.

1 *Iudice coram quo agendum ſit.*
1 *Actor ſequitur forum rei.*
3 *Conueniri an poſſint duo rei eiuſdem cauſæ coràm eodem iudice, ſit ſint diuerſi fori.*
4 *Forum eundem ſortiri debēt duo diuerſi fori in cauſis connexis.*

C A P. I.

1 SOlum poſuerunt hic ſtatnentes † coràm quo iudice agendum ſit;cuius rei nōnulla poſuimus ſupra in §.4.Quòd quilibet , in uerbo iudice competenti. Hæc ſtatuti noſtri diſpoſitio cum iure com-
2 mnni repngnat;cum de iure communi † actor forū rei ſequi debeat.l. fin.C. ubi in rem actio; & l. inris ordinem,ubi glo.declarat,& l.in criminali.C. de iuriſdi.omni.iudi. & c.& ſi Chriſtus, ubi etiam glo. & c.cum ſit generale.extra de foro competen.& ca.experientiæ,& c.ſequen.11.quæſ.1.& Beltra.in conſi. 149.nu.1.lib.1.cum multis ſimilibus.Satis huic noſtro ſtatuto conuenire uidetur illud, de quo Bal.meminit in anth.hoc ita.nnm.6.C.de duob. reis.ſtatuto Peruſio cauetur, ut reus ſnb ſna porta conneniatur;Accidit, quòd quidam contra duos reos eiuſdē tamen cauſæ egit; qni non ſunt in eadem porta,ſed
3 in diuerſis.Quæritnr † an ſub eodem iudice conueniri,poſsint,cum ſint dinerſi fori; Bald. eo in loco reſpondet,quòd non poſsint , dicendum uideri repugnāte ſtatuto, qnod, ut ipſe inquit, practici amplectuntur;Subdit tamen Bal.ex mente iuris cōmunis, ut nterq; coràm eodem iudice conueniri poſsit, dicendum nideri,per ea quæ habentur in l.1.ff. de quibus rebns ad eund.iudi.eatur.Vnde, ut inqnit Bart.
4 in ſummario,regula colligitur,quòd † in cauſis connexis plures, & ſi diuerſi fori ſint,apnd eundem indicem litigare,compellendos eſſe,ut declarat etiam Fulgo.

DE MANDATO ET EIVS FORMA. §.XXVIII.

Et ſi per procuratorem,tutorem,curatorem, actorem , ſyndicum conomum , aut aliquem alium mandatarium agere , defendere,teneri,uel experiri uelit uel proſequi, ſeu agere contingat; in primo actu p huiuſmodi perſonam fiendo; ſeu cum primum interuenire uoluit, in ea teneatur ſuis expenſis facere copiam ſui mandati;& eorum,quæ expediunt ad legitimationem ſuę perſonæ parti aduerſæ hoc modo uidelicet. Reliquendo penes Iudices cauſæ in filza Notarii dictis Iudicis, originalia inſtrumenta mandatorum, procuratorum,actorum,ſindicorum , tutelarū, curarum,& cuiuſlibet alterius baliæ faciendo mentionem in prodution e, & di miſſione cuius notarii manu ſit publicatū annum,menſem,& diem rogationis apponendo,uel eorum copiam ,ut infra dicetur ſumptum ,& ſufficiat producere inſtrumenta publica originalia dictorum mandatorum , & aliorum faciendorum ad legitimationem perſonarum,uel ſumptus ex eis in publicā formam manu alicuius notarii matriculati in arte iudicum & notariorum Ciuitatis Florentiæ aſſerentis; in ſua ſubſcriptione,ſe ſūpſiſſe fideliter,& abſq; mutatione,quę intellectū uel

uel effectũ negotii habeat aliqualiter alterare. Cui sũpto exẽplo stari debeat tãquã originali, absq; aliqua alia solẽnitate circa prædicta necessariò obseruanda, inter & quo ad partes litigantes; Emancipationis uerò & notificationis earũ necessario nõ requiratur productio tempore productionis mãdatorũ, & iudex, corã quo talis causa uerteretur, & eius notarius dictorũ instrumentorũ productorum diligẽtem custodiã habere teneatur. Et teneatur talis notarius causæ instrumentis dictorũ mãdatorũ, & super eis scribere annũ, & mensem, & diem, quo fuerint producta, & facere facultatem libera cuilibet, etiã cuius nõ interest, sumendi, & describendi copiã ex eis; Et tali sumpto, seu exemplo per notarium publicũ matriculatũ in arte iudicũ & notariorum Ciuitatis Florentiæ, in forma publica subscribẽtem copiato, ex prædictis instrumẽtis productis, & in actis stetur, quò ad partes litigãtes, & illos quorũ interest, intererit, & de iure spectabit, per iudicem dictæ causæ tanquã generali instrumento, absque aliqua obseruatione alterius solemnitatis.

1 *Statutum nostrum cum iure cõmuni quò ad productionem mandati conuenit.*
2 *Persona in quolibet actu inprimis legitimanda est.*
3 *Filiifamilias etiam in causis summariis & executiuis sine consensu patris in iudicio esse non possunt.*
4 *Mandatum in executione causarum à libris centum infra producendum non est.*

CAP. I.

1 DIsposuerunt illud idem, †quòd à iure cómuni
introductum est, dum uoluerunt hoc loco statuentes in primò actu mandati copiam faciendam
esse. In primis enim & antè omnia in quolibet actu
2 †persona legitimanda est. l. si quæramus. ubi omnes
tradunt. ff. de testam. & §. omne autem ius. Instit. de
iur. natu. gent. & ciuil. & in c. quærendum, & c. alieni, & c. sunt qui il secundo. 2. quæst. 7. & c. 1. de accu.
& l. senatus, & l. nõ ignorat, & l. iniquum, & l. penul.
& l. fi. C. qui accus. non poss. & l. liber captus. C. de petit. hæred. & l. quidam referunt. ff. de iure codicil.
Immo in omni iudicio quantumuis summario persona nihilominus plenè legitimanda est, ut est glos.
singularis, in l. 2. & ibi Bart. in fin. & alii post eum.
C. de edict. Diui Adria. tollen. Salicet. scilicet, Fulgo. Alexan. & alii, & rursus idem uoluit Barto. in extrauaganti ad reprimendum, in uerbo sine figura iudicii, col. 2. & Bal. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. &
in l. fin. colu. 14. quæstio. 5. C. de edi. diu. Adri. tol. &
tradunt Doct. omnes in rub. C. qui admit. & Felin. in
c. ueniens. col. 6. extra de testibus, & Decius in l. fin.
num. 47. C. de edict. diui Adria. tolle. & Alexand. in
consi. 59. col. 1. uol. 2. Vnde est, ꝙ in causis summa-
3 riis, & executiuis† filijfamilias sine consensu patris
in iudicio esse non possint, ut inquit Bal. in l. nequaquã. §. planè. uersi. sed nunquid ibi potest. ff. de offic.
procons. & sequitur Alexan. in d. cõsi. 59. uiso processu causarum, tam principalis & c. colu. 1. lib. 2. &
ita communis est huiusmodi conclusio, ut neminem
contradictorem inquiat inuenisse Ias. in d. l. 2. nu. 5.
C. eodẽ titu. de edict. Diui Adria tollen. & si de hoc
ipse dubitet, ut ibi latius tradit, cuius dicta cõciliando respondet Iacob. de Nigris in d. Rub. C. qui admit. num. 9. cum sequent.
4 Illud tamẽ animaduertendum est, †Mãdatum uel
simile in executione causarum à libris centum infra
producendum non esse, ut reformatione illa sancitum est: quæ anno. 1475. die 20. Iunii ædita fuit.

1 *Procuratoris appellatione an ueniant tutor & curator.*
2 *Mandatum, si dicatur, procuratorem ostendere debere, qui nam alij ostendere debere intelligantur.*
3 *Curator procuratori æquiparatur.*
4 *Statutum in uno æquiparatorum loquens in altero etiam locum habere debet.*
5 *Statutum de procuratoribus & similibus loquens de solemniter factis intelligendum est.*

CAP. II.

PRæterea omittendum non est, statuentes sapien
ter omnes illos, uidelicet procuratorem, tutorem, curatorem, actorem, Sindicum, œconomum,
aut aliquem alium mandatarium cõnumerando ex
presisse; Nam si simpliciter de procuratore loqu-
1 tus esset, controuersia fortasse oriri poterat, † an de
tutore, curatore & similibus intelligẽdum esset. Vt
igitur omnis difficultas remoueatur, ea uerba exprimere uoluerũt; & si Bal. in l. quod si nollit. §. quod in
procuratore. ff. de ædili. edict. in terminis statuti nostri uoluerit, ut illud, quod dicitur de procuratore,
2 † ut scilicet mandatum ostendere debeat, ad tutorẽ,
& curatorem quoq; extendatur, quẽ refert & sequitur Io. Bert. in suo tract. de epis. in 5. part. lib. quarti,
de potest. & auth. epis. circa iudicia. nu. 6. Id quod ex
3 eo cóprobat, † ꝙ curator procuratori æquiparatur.
l. neq;. & ibi Bar. C. de procu. & tradit Bar. in l. cũ se-
4 mel. in fin. ff. de tutor. † & ideo statutũ de uno æquiparatorũ loquẽs; in altero etiã locum habere debet, ut
est gl. singularis secũdũ Petrũ Ancha. in c. si postquã
§. fi. de electio. in 6. & facit gl. in clemẽ. Abbates, de
rescrip. & in c. 2. de confess. lib. 6.
5 Illud quoque omittendum non est, † statutũ hoc de
procuratore, & similibus mentionem faciens; de solemniter factis, ac constitutis intelligendum esse, ut
uoluit Bal. in l. si prædium. col. pen. C. de ædili. actio.
& refert & sequitur Hypp. Marsil. in l. de minore. §.
plurimum. nu. 101. ff. de quæst.

1 *Mandatum si ex forma statuti in primo actu produci debeat, an si ita non producatur, processus sit nullus.*

actu

2 *Actus contra dispositionem statuti gestus, si non adsit decretum annullatiuum, an ualeat.*

3 *Actus gestus spreta forma statuti nullus est. immò & si præter uel citra.*

4 *Statutum disponens, ut in contractu, nomen & pronomen exprimatur, illud in dubio non pro forma; sed demonstrationis causa exigere uidetur.*

5 *Ratificare nõ potest dominus gesta à falso procuratore.*

CAP. III.

1 Stante huius nostri statuti dispositione; † q; prædicti in primo actu mandatum producere teneantur; Dubitari potest, an si hoc modo productum nõ fuerit; processus deinde subsecutus & agitatus sit ipso iure. nullus; Hac in re primo ingressu ut non sit nullus, dicendũ uidebatur; propterea q; hoc statutũ prohibitiuè non loquitur; sed actũ eo modo fieri mãdat; nullo actus gesti decreto annullatiuo inserto;

2 † Vnde est; ut actus aliter gestus ualere & sustineri posit, ut annuere uidetur tex. in l. statutis. C. de senten. ex breui. recita. iuncta. l. præcedenti, eodẽ titulo, ubi id notarunt Bal. & Salice. Quandoquidem in d. l. præcedenti, q; sententia in scriptis feratur, simpliciter sancitum erat; Nec quicquã; q; alioquin sentẽtia nõ ualeret, dictum erat; sed deinde in l. sequenti, ut nisi in scriptis feratur, non ualeat; additũ fuit; Si igitur ad actũ anuullandũ prima dispositio satis fuisset utique. l. sequẽs superflua esset; id quod nullo modo dicendũ est; Præterea ad l. non dubiũ. C. de legibus, dum in ea dicitur, prohibuisse sufficiat; id tunc uerũ esse respõdetur, cum lex actum fieri prohibet; At secus cum lex nõ loquitur prohibitiuè; sed actũ quodãmodo fieri mandat; Hoc dictum Bal. & Sali. in d. l. statutis. secuti sunt Alex. Aret. Soci. & Ias. in l. 1. ff. de liber. & posthu. & Alex. in consi. 23. inspecto processu lib. 4. Felin. in c. cum dilecta. col. 15. sub nume. 56. ibi, sed ad illam legem respondere poteris, extra de rescript. Verùm prædictis nõ obstantibus opinio cõtraria in terminis statuti nostri uerior est, & ex cõsequenti processu aliter agitatus nullus erit; Nam præmittendum est, modum & ordinem procedẽdi ad hoc nostro statuto traditũ pro forma appositum fuisse, ut supra suo loco super rub. huius statuti n. 1. & in §. 3. incipiente, & q; omnes quæstiones nu. 187. cũ sequentib. latius diximus, His stantibus, si mãdatũ in primo actu productũ non fuerit, totũ processũ

3 infirmari ex cõsequenti dicẽdũ est, † cũ actus spreta forma statuti gestus nullus sit. c. Pisanis. extra de restit. spol. & c. uenerabilis. extra de offi. dele. & l. cum hi. §. si Prætor. ff. de transa. & latè tradit Felin. in d. c. dilecta. uersic. gesta contra formam sub num. 36. & alij relati ibi per eum, extra de rescri. & Angel. & Imo. in l. si quis quoties. §. siquis nomen. ff. de hære. insti. & Ias. in d. l. non dubium, colu. 4. C. de legibus, & Soc. in consi. 45. uisa appellatione, colum. 4. uersi. respondetur. lib. 1. & Dec. in consi. 11. nume. 9. post Petr. de Ancha. quem ipse refert in consil. 35. uisis. colum. fin. & Bald. in l. humanum. colu. 2. C. de legibus, & in cousil. 11. præmissis. colum. fin. lib. 1. & in consi. 224. punctus. lib. 2. & latissimè Alber. Brun. in suo tract. de form. & solem. in memb. de potesta. & effec. form. & solem. effectu. 21. Quibus in locis concludunt Doct. actum contra formam statuti gestũ nullũ esse, Immo, quod plus est, nõ solũ si contra, sed etiã præter, uel citra formã fiat, nõ ualet, ut dixit Feli. in d. c. cũ dilecta. in uersi. gesta contra formã, in prima ampliatione, sub nu. 41. post alios ibidẽ ab eo relatos. Non obstant modo ea, quę supra retulimus, & ea quæ dixerunt Bal. & Sali. in d. l. statutis; quos, ut diximus, sequuti sunt Alexan. Aret. Soc. Ias. & alii in l. 1. ff. de liber. & posth. & Alex. in d. consi. 23. & Feli. & alij ab eo relati in d. c. cũ dilecta. Ea nãq; tũc procedũt, quãdo, statutum, ut aliquid fiat, disponit, uel mandat; nec illud pro forma exigere apparet; Planè tunc illud pro demonstratione requirere uideretur; ut declarant Alex. & Ias. in d. l. 1. ff. de liber. & posth. Ex enim comprobat Alex. in d. l. 1. col. 3. in fin. uersi. in

4 proposita tamen quæstione; q; † statutũ disponẽs; ut in cõtractu nomẽ, & pronomen exprimatur; illud in dubio nõ pro forma, sed demõstrationis causa exigere uidetur, & in d. consi. 24. uersi. dictũ ergo statutũ ex quo inquit, statutũ ulterius annullãdo prohibitionem nõ procedit, monitionẽ quãdã in personas emptorũ, ut intra illud tẽpus publicari curẽt, induxisse censendum esse. Id quod pariter confirmat Ias. in d. l. 1. col. 2. ff. de liber. & posth. Cõcludẽdũ igitur est. q; si mãdatũ in primo actu nõ producatur, quicquid deinde sequatur, ipso iure nullũ esse, & ita super hoc statuto consuluit Pater meus, & Domini Rotæ deinde pronũciarunt. Stante igitur huiusmodi cõclusione, q; processus ob mãdatũ in primo actu nõ produ

5 ctũ nullus sit. potest inferri, ut † gesta per falsum procuratorẽ à Domino ratificari non possint; ut inquit Bal. in l. si uxorẽ. C. de cõdi. insert. per tex. in l. si uerò non remunerãdi. §. si post creditã. ff. mãd. quẽ refert & sequitur Roma. in singul. 686. Tu audiuisti. & Ias. in l. licet. sub nu. 10. uersi. 9. limitatur. C. de procur.

1 *Statutum mandans ut procurator in primo actu mandatum producere teneatur in procuratore in rem suam, & ex consequẽti in cessionario locum habeat.*

2 *Procurator in rem suam, seu cessionarius procurator propriè non dicitur.*

3 *Procurator quomodo definiatur.*

4 *Statutum nostrum disponens, quòd in primo actu mandatum producatur, coniunctam personam agentem non comprehendit.*

5 *Procurator mandatum ostendere, tenetur, ut actus ualeat, quando directarum actionum exercitium imitat, secus uerò si utiles actiones.*

6 *Procurator in rem suam quis propriè dicatur.*

CAP. IIII.

1 Secundò quæritur adhuc circa prędicta, † an hoc statutum, quo cauetur, ut procurator in primo actu mandatum producere teneatur: in procuratore in rem suam, & ex consequenti in cessionario locũ habeat. Bald. post Bart. de hoc nostro statuto Florentino in l. qui stipendia. nu. 1. C. de procura. mentionem faciens, locum non habere existimauit. Mo-

uetur

2 uetur autem eo tex. vnde colligitur, † procuratorē in rem suam, siue cessionarium procuratorem propriè non dici; Id quod vt subdit Bald. à definitione comprobari videtur; Procurator namque est; qui aliena negocia mandato domini administrat; sed procurator in rem suam, vel cessionarius, si effectum inspiciamus, propria negocia administrat; ergo; & præsertim cum statuta propriè & strictè intelligenda sint.l.3.§.hæc verba.ff.de nego.gest.& l. 2. C. de noxa.& l.quicquid adstringendæ.ff.de verbo.oblig. Præterea hanc eandem opinionem rursus firmauit idem Bal.in l.1.num.14.C.de actio.& oblig. & Salic.in l.qui stipendia.in vlt. verbo. C. de procu. vbi etiam Ias.& Corne.col.1.versi.& primò, quando intelligendo tamen vt infra, & Alexan. ibidem nu. 3.& Aret.ibidem num.1.& idem referendo Bald.in d.l.1.tenuit Sigismun.in tract.statu.Bal.in verbo procurator.num.2.& Bertachi.in tracta.de episcop.in 5.parte.lib.4.num.3.in fin.inquiens in practica notandum; & memoriæ mandandum. Idem præterea tenet Angel.in l.seruum quoque.§.fi.in fi.ff.de procurato.& Saluet.hic q.72.in princ.

3 Illud etiam hoc loco adnotandum est†hoc statutum, dum loquitur de mandato in primo actu producendo, coniunctam personam pro alia coniuncta persona agentem non comprehendere, vt voluit Paul.Castren.de hoc nostro statuto Florentino mētionem faciens in l.1.nume.3. ff. de procur. Mouetur autem ex eo, quòd talis coniuncta persona, non vt procurator: sed vt coniunctus agit; statutum autem de procuratore tantùm loquitur.

4 Hæc autem conclusio tunc vera†est, & procedit, si procurator directarum actionum exercitium intentet; propterea quòd, cum tunc vt procurator a-

5 gat,† mādatum ostendere tenetur; At secus si vtiles actiones intentet, quandoquidem tunc non vti procurator, sed nomine proprio intentat Vnde mandatum ostendere non tenetur. Ita enim declarant Angel.Corne.Bertachi.Saluet & alii in locis supra ad-

6 ductis; Quis† autem dicatur propriè procurator in rem suam, tradit Aret.in consi.125.& Ang.in cons. 81.& Fel.in c.licet ad fin.de offi.delega.

1 *Notarij nomen proprium omittendo, an statuto nostro satisfactum uideatur, quo disponitur, procuratores & alios, de quibus ibi in primo actu mandatum producere, & notarij de eo rogati mentionem facere debere.*

2 *Verbum condemno, an subaudiendum sit.*

1 QVoniam vt vidimus†in tex. nostro dicitur procuratorem, & alios, de quibus ibi, in primo actu mandatum producere; & notarij de eo rogati mentionem facere debere: Accidit in facto quispiam mandat instrumentum produxit; & notarii mentionem faciens dixit, omittendo nomen proprium illius notarij, puta de Alexandrinis, vel alterius familiæ rogatum fuisse: Quæritur, an ex his statuto nostro satisfactum sit. In hac dubitatione Pau. Cast.in l.errore.num.6.C.de testa.de hoc nostro statuto Florentino mentionem faciens hanc quæstionem posuit: & in ea consuluisse inquit; est autem cō-si.60.pro euidentia.lib.1. Monetur autem Castren. ex eo, quod cum expressa sint illa duo uerba, de Alexandrinis notarij Florentini, satis apparet, nomen notarij, quod in medio deficit expressum fuisse. Nam frustra, inquit ipse, illa uerba, scriptum & publicatum &c.cum sequentibus apposita fuissent; cum ex se ipsis sine notarij nomine nihil inducant, & sic huiusmodi uerbis, nisi notarii nomen expressisset, fatuè usus esset. Ne igitur in hoc absurdum incidamus, ut de notarij nomine mentionem fecerit; præsumendum est. Comprobat ex eo quod in obscuris semper illud, quod uerosimilius est, accipiendum sit.l.in obscuris.ff.de regu.iur.sed illud expressum fuisse uerisimile est: & non scriptum; cui quod scriptum est, congruit.l.cum pater.§.cum imperfecta.ff.lega.2. ergo de illo notario, cui illa adiectio congruit, mentionē factam fuisse præsumendum est. Id quod eo facilius comprobatur, cum in familia Alexandrinorū unus tantum notarius esset; argum. eorum quæ not. in l. hac consultissima.C.qui testam.facere.poss. Præterea comprobat Cast.in d.l.errore.hanc conclusionē ex ijs; quæ uoluit Barto. in d.l.1.§.fin.ff. de liber.& posthu.dum inquit, Iudicem quendam absoluisse, uel condemnasse; & deinde in eadem sententia dixisse, uictum uictorij in expensis; uerbum condemna-

2 mus omittendo † an illud uerbum subaudiendum sit, inquit Bar.licet ad sententiæ substantiam, & ualiditatem scriptura requiratur. Verùm cum ex ijs, quæ scripta sunt, illud, quod deficit, comprehendatur, pro scripto habendum esse; At secus si totum omisisset; licet quòd eius intentio in expensis condēnandi esset, testibus probari posset; Hanc conclusionem Castrensis sequitur Ias.in l.nominatim. nume. 4.ff. de liber. & posthu.& monetur potissimum regula.d.l.nominatim: Nam licet nomen illud de Alexandrinis, generale sit. Attamen ex quo Florentiæ unus tantum erat Alexandrinorum notarius; genus illud speciali nominationi comparatur, ut in d. l.nominatim. Hanc eandem opinionem tenet Cur. Sen.in consi.49.memoriæ.col.18.in prin. in fundamento.11.pro rationibus dubitandi, sub nume:18. versi.& ideo Pan. de Cast.in l. errore. & rursus in d. consi.col.43.sub nu.69.in responsione ad quartum fundamentum, versi.& benè facit, quod notat Pau. de Cast.& in tract.de legibus cōnubiali.in gl.5. nu. 139.q. malè uř citare Cur.Senio.in cons.50. memoriæ.col.21.: 26.& iterū col.51.nu.333. Ego.n. ibi non reperio, nec indicio meo reperiri potest, sed est in d.consi.49.à me paulò antè relato.

Nonnulla alia tradit hic Saluet.post 73. q. quinque paginis sequentibus, uerū quia satis extra materiā propositā esse uidentur; meritò omittenda duximus, poterit quilibet ibi cū opus fuerit, perquirere.

QVOD MODVS ET ORDO PROCEDENDI supradictus procedat in causis & quæst. capturarum & sequestratio. personarum, vel executione aliquorum instrumentorum, seu iurium exequibilium.

§. XXIX.

Et

Et quòd modus & ordo procedendi, seu initiandi processum supradictus uen dicet sibi locum in causis, seu quæstionibus capturarum, & sequestrationum personarum, vel executione aliquorum instrumentorum: seu iurium exequibilium sine citatione preambula; secundùm formam ordinamentorum, & prouisionum communis Florentiæ: solum & dumtaxat, quò ad infrascripta tantum; videlicet. Quò ad refrenationem, seu modificationem petitionis consilii sapientis, & interlocutiones, seu pronunciationes iudicium, non necessariò exigendas: vbi non exigantur, in aliis causis & reseruationem exceptionum, & replicationum & ipsarum decisionem, & quò ad productionem, & dimissionem, & necessitatem dimittendi, seu deponendi instrumentum procurationum tutelarum, curarum, & cuiuslibet alterius mandati.

CAP. I.

Voluerunt statuentes ex prædictis, quòd idem modus, de quo supra locuti sunt, in executionibus, & causis executiuis seruetur; Id tamẽ de causis libras centum excedentibus intelligendum est; In causis autem inferioribus quomodo procedendum sit, tradit Reformatio ædita Anno. 1475. die verò 20. Iunij. Verùm quia hic de statutis sub Rub. de præcepto de disgumbrando, & Rub. de præceptó guarantigiæ fit mentio: quæ ad ea statuta pertinent, ibi commodius & apertius dicemus.

DE PEREMPTIONE DILATIONVM & temporum huius statuti.

§. XXX.

Et quòd omnes & singulæ dilationes, & tempora in præsenti statuto apposita, intelligantur peremptoria; & nequeant prorogari; & tempus datum consultori, nullo modo possit prorogari, etiam post nouam commissionem, vel pronũciationem: Aliæ uerò dilationes de uoluntate utriusque partis liberè prorogari possint, & aliter non; dummodo non excedant tempus instantiæ.

CAP. I.

Qvoniam de his prorogationibus, supra in §. 2. quæ tempora, satis copiosè diximus; meritò quatenus pertinet ad hunc locum, ad ea quæ ibi diximus; nos referimus.

DE SENTENTIARVM EXECVTIONE & de exceptionum obiectione.

§. XXXI.

Et sententiæ latæ per aliquem ex dictis iudicibus; & aliæ quoque auctoritate communis Florentiæ latæ, in quibuscunque causis ciuilibus, uel etiam criminalibus; ubi i dictis causis criminalibus quis esset condemnatus ad restituendum, uel soluendum aliquid alteri parti: executioni mandentur, & mandari debeant summarie & de facto, incipiendo etiam à personæ captura, post decem dies proximè futuros, nisi foret legitima, ubi aliàs probatum non esset, prouocatum, uel de nullitate oppositum. Et contra dictam talem sententiam, nulla alia exceptio admittatur, nisi de re iudicata, finita, uel transacta, uel solutione, quæ tamen probari debeat per publicum, instrumentum, infra quinque dies utiles, postquam oppositum fuerit.

1 *Sententiam in fauorem habere nihil esset, nisi deinde executioni mandaretur.*
2 *Executio post sententiam non antè fieri debet.*

CAP. I.

1 Qvoniam † autem sententiam in suum fauorẽ habuisse nihil penitus esset; nisi deinde executioni mandaretur; ut inquit Specul. in tit. de execut. senten. in princ. & refert Ioan. de Amicis in consil. 55. num. 2. & alibi passim; Executio † namque post
2 sententiam non antè fieri debet. l. nimis properè. ubi omnes notant. C. de executio. rei iudic. & l. si cum nulla, ubi etiam omnes notant. ff. de re iudic. Meritò commodè hoc loco statuentes, sententiarum; executionis materiam posuerunt; Vnde nos hinc sumpta occasione, eam latius prosequemur.

1 *Sententia lata, quæ transiuit in rem iudicatam, executioni mandanda est.*
2 *Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, etiam quòd executioni de mandata non sit, notorium facit.*
3 *Executio tamen, ad hoc ut concedatur, peti debet.*
4 *Executio duobus modis fit.*
5 *Actio iudicati post sententiam quomodo intentetur.*
6 *Executio officio iudicis nobili quomodo fiat.*

Sen-

7 *Sententiam omnem in omnibus rebus, & contra omnes exequendam esse, pro regula constituendum est.*
8 *Permissa omnia in iure censentur, nisi prohibita reperiantur.*

CAP. II.

DVm igitur voluerunt † statuentes, vt sententiæ latæ à dictis iudicibus executioni mandentur. Idem cum iure communi disponunt, vt est tex. in l. post rem iudicatam, vbi not. omnes doctores, & præsertim Roderi. Suarez in primo nota. & Ias. pariter in primo not. ff. de re iudic. & Prosper Carauit. super Riti Magn. curiæ, ritu. 257. numero 1. per tex. in l. minor 25. annis cui per fideicommissum, vbi Bar. & alij not. ff. de mino. & est etiam text. in l. 2. vbi pariter omnes notant. C. de executio. rei iudi. & tradit Socin. iunior in consi. 67. num. 1. lib. 1. & Corn. in l. si causa cognita, nu. 1. C. de transac. & Io. de Amic. in consi. 55. num. 1. & Bal. in l. 1. num. 13. C. eod. tit. de execut. rei iudic. vbi inquit post Inno. in c. 1. extra de confir. vtili, vel inutili, quamlibet sententiam in dubio executionem paratam habere præsumendum esse. Præterea idem firmat Rapha. Cuman. in l. 4. §. si ex conuentione, num. 1. per illum tex. ff. de re iudi & Anto. à Canario in tracta. de execu. instrum. quæst. 4. num. 6. & Philipp. Franc. in c. ex ratione, nu. 90. extra de appella. & tradit Alcia. in l. nemo potest, num. 47. ff. de leg. 1. & Paris. in consi. 33. num. 70. lib. 1. & in consi. 105. num. 29. eod. lib. & Corn. in consil. 33. num. 2. lib. 2. & in l. libera quidem, num. 3. C. de senten. & interlo. omn. iudic. & tradit Ripa in l. 4. §. si ex conuentione, num. 9. ff. de re iud. Vbi id locum habere ait, quando sententiæ officio iudicis executio petitur, secus verò si iudicati actio intentetur, vt latius ibi per eum; prædictam præterea opinionem sequutus est Bartolo. Blarearius in l. diffamari, cap. 11. nu. 1. 2. & sequen. C. de ingen. manu. & Benincasa in §. omnium, nu. 378. instit. de actio. & Capic. loquēs de sententia regia in decis. 169. nu. 1. & Corn. in rub. C. de executio. rei iudic. & Ioan. de Ami. rursus in consi. 102. num. 1.

2 Quæ quidem sententia † cum transiuerit in rem
iudicatam, etiam quòd executioni demandata non
sit; notorium facit c. vestra, & c. fin. extra de cohabit.
clerico. & mulier. & l. emptorem, in prin. ff. de actio.
empt. & tradit Auctor incertus in l. de quibus, nu.
73. ff. de legi.

3 Executio † tamen, de qua loquuti sumus, peti de-
bet argumento. l. in stipulatione, nu. 5. ff. de iudi. sol-
4 ui. Hæc autem † duobus modis fieri solet; Aut enim
fit iudicati actione; quę in factum actio nominatur.
l. fi. C. de reb. cred. Aut verò iudicis nobili mero offi-
5 cio. Actio enim iudicati, † post sententiam intentari
potest hunc in modum. Planè cum quis sententiam
haber, ad iudicem accedit; petitq. partē citari, ac iu-
dicis satisfacere compelli; & hæc iudicati executoria
actio appellatur; in qua iudex nihil innouat; nihilve
aliud facit, sed iuris tantum remedijs, censurarū me-
tu condemnatum, vt iudicatis satisfaciat compellit.
6 † Aliud verò commodius, & magis expeditum reme
dium est, vt scilicet iudicis nobili officio implorato
apparitor mittatur; qui pignora capiat; & distrahat,
vt loquitur l. à Diuo Pio, vbi notant Docto. ff. de re
iudi. & eleganter declarat Ias. in l. in iudicati, in prin.
ff. eod. tit. de re iudi. Quoniam autem hæc sunt satis
nota, & triuialia; refero me ad ea; quæ tradit Bartol.
& alij post eum in d. l. à Diuo Pio, §. 1. ff. de re iud. &
Angel. in l. qui restituere, num. 2. ff. de rei vendi. & in
l. argentarium, §. nomine, num. 2. vbi hoc declarat, ff.
de iudic. & Raph. in l. 1. nu. 11. ff. si quis ius dicent. nō
obtempe. & Paul. Castr. in l. cum antea, num. 7. C. de
arbitr. & Specul. in tit. de execu. senten. §. 2. num. 14.
versi. qui enim agit; & Barb. in consil. 34. colum. 3. &
4. lib. 4. & Alex. in l. iusiurandum, la prima, nu. 10. ff.
de iureiuran. & Ioachi. Mynsig. in rub. instit. de offi.
iudi. num. 8. & Curt. in l. in omnibus, num. 13. C. de
iureiu. propter calum.

7 Regula † igitur ex prædictis constituenda est, quod
omnis sententia in omnibus rebus & contra omnes
exequenda sit; Quæ quidem vltra prædicta ea regula
8 comprobari potest; † quia dicimus, in iure omnia pmissa
censeri, nisi prohibita reperiantur, l. nec non,
§. quod eis, & ibi glo. ff. ex quibus caus. maior. & in l.
ab ea, ff. de prob. & l. mutus. §. cum quæritur, cū aliis
adductis à glo. ff. de procura. & tradit Petrus Dueñ.
in regula 275. vbi quatuordecim tantùm limitationes adducit.

1 *Sententia etiam iniusta, si ab ea appellatum non fuerit, exequenda est.*
2 *Notorij & manifesti differentia.*
3 *Sententiam iniustam aliquid efficere, absurdum non esse.*

1 Primò hęc regula ampliatur, † vt ēt in sñia iniusta,
vbi ab ea appellatum non fuerit, locum habeat l. ci-
ues, vbi glo. & Doct. notant, C. de appell. & psertim
Ang. post gl. inquiens, id in sñia manifestè iniusta, ve
rū esse: At secus si notoriè iniusta sit; Planè tunc exe-
2 quenda nō est, vt infra dicetur in 5. limitat. † Ponit ēt
ibidē Ang. differentiam inter notoriū & manifestū,
quem ibidē referunt alij recentiores. Comprobatur
huiusmodi ampliatio. l. præses prouinciæ, vbi oēs no
tant, & præsertim Ias. in summario, & nupertimè re-
centiores ibidem in primo notabili. ff. de re iudica.
3 vbi inquit Ias. sententiam † iniustam aliquid efficere,
absurdum non esse; Propterea quòd, licet iuris er-
ror sit, attamen nō ius positiuum, sed litigatoris tan
tùm offensum est; qui si huiusmodi sententiam iniu-
stam non appellando patitur, sibi ipsi imputet, nec
de iniustitia, quam appellando abolere poterat, con
queratur. Comprobat etiam hanc conclusionē text.
in l. seruos inuito, §. cum prætor, vbi Bartol. & cæteri
notant. ff. ad senatuscons. Trebellian. & in l. 1. §. item
cum contra sacras, ff. quæ senten. sine appel. rescind.
& in l. 2. C. quando prouo. non est necess. & in c. cum
inter, extra de sent. & re iudica. & tradit Capic. decis.
1. num. 16. de hac tamen ampliatione, vide infra in 6.
limit. num. 3.

1 *Sententia non solùm expreßè, sed etiam tacitè exequenda est.*

1 II. Ampliatur † ut non solùm expresse sed etiam ta-
citè sententia exequēda sit, ut inquit Ioan. de Amic.
in consi. 55. nu. 2. per ea quæ uoluit Bal. in sua mar-
gherita. in uerbo reus.

1 *Sententiam partes etiam sine iudicis mandato exequi possunt.*
2 *Ius quis sibi dicere non potest.*
3 *Sententiam pro se latā propria authoritate exequēs, in quas pœnas incidat.*
4 *Sententiam pro se latā partes propria authoritate exequi possunt, quando iudicis copia haberi non potest.*
5 *Ius sibi dicere quando quis possit.*
6 *Executionem propria authoritate pars impedire, potest, quando præiudicium est irreparabile.*

1 III. ampliatur † ut etiam sine iudicis mandato par
tes ipsæ sententiam exequi possint. Nam licet regu-
2 la sit, † quòd nemo sibi ius dicere possit. l. extat. ff.
quod met. caus. ut tradit Alex. in cōsi. 135. col. 1. uol.
1. & uictor sententiam pro se latam propria authori
3 tate exequi nō possit, alioquin † in ædictum incidat
Diui Marci; & furti actione, ac ui bonorum rapto-
rum teneatur. l. miles. §. qui iudicati. ubi omnes Do-
4 ctores notant. ff. de re iudi. † Attamen quando iudi-
cis copia haberi non potest, partes ipsæ sententiam
pro se latā exequi possunt, ut uoluit Inno. in c. olim.
il primo. in fin. extra de restit. spoliat. per tex. in l. nul
lus. C. de iudi. & refert & sequitur Imo. in d. l. miles.
§. qui iudicati. ff. de re iudic. ubi tradit etiam Alex. in
uers. limitatur secundò; inquiens id probari per text.
in l. si alius. §. bellissimè. ubi tradit Bar. ff. quod ui aut
clam. ubi inquit, id locum habere, cum ius suum, ut
puta quia uinea exsicaretur; periturum esset; ut uo-
luit etiam Bald. in l. 2. C. de serui. & aqua, & in l. sed
& si per prætorem. §. ait prætor. ff. ex quibus caus. ma
io. Alex. uerò etiam si ius suum, non sit breui tempo-
5 re periturū; † ubi tamen iudicis copia haberi non po
test, ut possit quis sibi ius dicere in dicto. §. iudicati.
existimauit per tex. in d. §. bellissimè, & in dicta. l. nul
lus; Nec inquit obstare tex. in d. §. ait prætor. l. sed &
si per prætorem. Quia, ut ipse inquit, non remedium
ordinarium; sed extraordinarium restitutionem in
integrum cessare facit; & ideo siquis sibi ius dixerit;
ob id tamen subsidiarium remedium non cessabit;
Hanc conclusionem Alex. sequitur ibidem Ias. plura
referens, ut ibi per eum, qui etiam nonullis exem-
plis, quando rei ob id, quòd sit tempore peritura, ti-
metur interitus, ostendere conatur; ut puta si equi,
& iumenta fame & inedia conficerentur: Item si ui-
neæ aut agri in cultura sterilescerent; uel si fundum,
quē obtinui, pluris uendi posset, & si tunc non uen-
datur, paulò post multo minoris sit uendendū. His
enim concurrentibus & similibus pars propria au-
thoritate sententiam exequi poterit; Nam & illud
periculum Ias. ibidem attendendum arbitratur; de
quo per Bart. in dicto. §. bellissimè; licet contrarium
senserit Bald. in l. 2. §. post originem. ff. de origi. iur.
Prima tamen conclusio uerior est, & magis commu
nis, quam etiam sequitur Bal. in d. l. & si per præto-
rem. §. deinde adiecit. ff. ex quibus caus. maio. Præte-
rea animaduertēdum est, quòd non solum pars, quā-
do præiudicium est irreparabile, sibi ius dicere po-
6 test, † Sed etiam executionem impedire, ut tenuit
Egid. Bossi. in sua practi. crimi. in tit. de uia fact. &
denun. Euan. contr. senten. num. 1. per ea, quæ vo-
luit Abba. in c. siquando. extra de offic. delegat. ubi
Deci. latè, & rursus idem Decius in l. ut uim. ff. de iu-
stit. & iur.

1 *Sententiam ipsamet pars exequi potest, quando iudex ei licentiam & authoritatem dat.*
2 *Nuncij officium gerere potest quis in causa propria.*
3 *Sententiam propria authoritate etiam si licentiam à Iudice habeat, exequi non potest, quando resistitur, ne detur materia & occasio scādali. Item si causæ cognitionem executio requireret.*
4 *Iudex in causa propria quis constitui non debet.*

1 II. Ampliatur † hæc tertia principalis ampliatio,
quando iudex uictori, seu parti, ut sententiam ipsa-
met exequatur, licentiam & authoritatem daret, ut
uoluerunt post Bart. Docto. latè in l. iustè possider,
num. 2. ff. de acquir. possess. & uidetur tex. in l. dotis.
C. solut. matri. & in l. pignoris. C. de pigno. actio.
2 Nam potest quis in causa propria † nuncij officium
gerere. l. cum qui. §. si epistola. ff. de furt. His enim iu
ribus ita tenet Bart. post glo. in d. §. qui iudicati. nu.
1. & 2. & Castren. ibidem in princ. & Cuma. num. 2.
& Angel. num. 1. & Alex. nu. 1. & Imol. num. 1. & Ias.
qui hoc declarat num. 2. & alios refert, & Ripa. nu.
1. & sequ. & ibi Ias. in princ. col. 1. & sequen. & idem
tenet Abb. in c. de cætero. num. 11. ubi est satis lōga
ad eum additio, extra de senten. & re iudic. ubi in-
quit Abb. hanc legistarum communem esse opinio
nem; & eam restringendo duobus modis declarat;
Primò, dummodò resistentes non reperiat; † Propte
3 rea quòd tunc scandali materia & occasio daretur,
argumento. l. non est singularis. ff. de re iudi. Secūdū
dummodo nuda & mera executio committatur; se-
cus uerò si causæ cognitionem exigeret: † Nam tunc
4 quis in facto suo Iudex constitui non debet. l. uni. C.
ne quis in sua caus. iud. & c. 1. 4. quęst. 4. Quod autē
parti uictori Iudex executionem committere possit
tenet Angel. in l. ordo. num. 2. C. de execu. rei iudic.
& Lancell. Courad. in sua practi. lib. 1. c. 9. de præto-
re. §. 2. de offic. præto. in caus. ciuili. in tit. de execu-
tio. senten. nu. 4.

1 *Sententia propria authoritate pars in causa status exequi potest.*

1 III. Ampliatur † tertia principalis ampliatio, ubi
sententia in causa status proferretur. Nam pars, quæ
uicit, eam propria authoritate exequi potest, ut latè
tradit Ias. in l. miles. § qui iudicati. ff. de rei iudi. quem
adduximus in prima ampliatione tertiæ principalis
ampliationis.

1 *Sententiam incorporalibus pars propria authoritate exequi potest, cum uincentis partis denegatio sufficiat.*

IIII.

1 IIII. Ampliatur † prædicta tertia principalis ampliario in incorporalibus; in quibus uincentis partis
denegario sufficit; exemplum huiusmodi afferri potest; Aliqui ex canonicis sententia suspensi sunt,
eos namque in templum ad eligendum alii canonici non admittere poterunt; dummodo tamen eis vio
lentiam non inferant, ut uoluit Inno. in c. cum uinto
nienfis. in glo. ex hoc, iuxta finem, extra de elect. &
refert & seqtur Ang. in l. ordo. C. de except. rei iudic.

1 *Sententia etiam in incorporalibus exequenda est.*
2 *Sententia in corporalibus quomodo exequatur.*

1 IIII. Principaliter, † conclusio supra firmata, sententiam scilicet exequendam esse; ut etiam in incor-
poralibus locum habeat; in quibus etiá executio fie-
2 ri potest; † Practica autem in incorporalibus senten
tiarum exequendarum talis est. Primò enim iudex
uerbo restituere, & ad pristinam possessionem redu
cere debet. c. cum in ecclesia sutrina. extra de caus.
poss. & propriet. Deinde uerò per executionem partem ad præstandam patientiam exercitij iuris compeellre debet, ut inquit Abb. in c. significauerũt. nu.
8. extra de iudic. De hoc autem uidendum est, ut in
quit ibidem Abb. illud; quod not. Inno. in c. cum nostris. extra de concessio. prebend. & Bar. in l. si prius,
ff. de nou. oper. nun. & notat gloss. in l. 1. ff. de oper.
nou. nun.

1 *Sententiam, etiam si aliàs executa fuerit, iterum exequi potest.*
2 *Tradere rem condemnatus ea tradita ita liberatur, ut licet deinde uictorem turbet in eius possessione, ex sẽtentia tamen conueniri non possit. & quando procedat infra num. 5.*
3 *Actus momento non adimpletur, quando quis tenetur ad actum aliquem, qui suapte natura effectus successiuos habet.*
4 *Patientia momento non impletur.*
6 *Reuertens statim in domum, quam relinquere sub pœna condemnatus erat; in eam pœnam incidit.*
7 *Pignus restituere tertio condemnatus si restituat, & deinde res illa iterum ad eum deueniat, an uigore illius sententia iterum compelli possit.*

1 V. Ampliatur prædicta cõclusio, etiam si † sentẽtiæ
aliàs executæ fuerint; Earum namq; executio iterũ
peti poterit, ut inquit Bert. in consi. 232. uersic. fortè uerò. num. 12. lib. 3. Nam, ut ipse inquit, licet fortasse primo ingressu id peti non posse uideatur; sed
uia ordinaria possessorium intentando agẽdum esse, per ea quæ uoluit glo. magna. in fin. in l. Pomponius. §. sed & is. ff. de procura. & Iacob. de Aren. in 4.
lectura communiter à Doctoribus approbata in l.
penult. §. fin. ff. de acquir. posses. & Bart. quem alij sequuntur, in l. si fideiussor. §. meminisse. ff. delega. 1. in
illa quæstione, quam ibi de damnato ponit per testatorem, uel arbitrum ad alteri uendendum, uel locan
dum fundum; qui postea eidem uẽdidit, uel locauit.
& secuta uenditione, uel locatione, ei illum abstulit.
Vbi quærit Bart. & post eum alij Doctores: an contrauenisse dicatur. & ideo an actione ex testamẽto,
uel ad pœnam, de qua in compromisso cõueniri possit; & magis communiter Bart. & alij non posse, arbitrantur. Sed actione ex empto, illum, qui uẽdidit,
agere debere; illum uerò, qui locauit, ex conducto
actione. Id quod cõprobari uidebatur ex eo, quod
2 dicit Bart. in d. l. penult. §. fin. † dum uult ad rem tradendam condemnatum, ea tradita ita liberari, ut licet deindè uictorem turbet in eius possessione, ex
sententia tamen conueniri non possit, ut probare
uidetur gloss. in l. 3. §. unde ui. ff. de ui & ui arma. &
glo. in l. si cum fundum. §. 1. ff. de contrah. emptio.
& uendi. Verùm prædictis non obstantibus, Bertra.
in d. consil. hanc ampliationem, ut scilicet sententia
aliàs executa iterum exequi possit; ueriorem arbi-
3 tratur. Mouetur † autem, quia ubicunq; ex contractu, uel laudo, aut sententia quis ad actum aliquem;
qui suapte natura effectus successiuos habet, obligatus est, actus ille momento nunquàm adimpletur
l. 3. §. date. ff. de usufr. & l. si à te. ff. si serui. uendi. &
l. inter Castellianum, & quod ibi Bart. Bal. Castren.
Alex. & recentiones. ff. de arbitr. & Angel. Imol. &
Raph. Cuma. in d. l. fideiussor. §. meminisse, & idem
uoluit Angel. in d. l. pen. §. fin. ff. de acquir. possess. in
ultimis uerbis; In eo igitur casu, nisi factum duret,
& continuetur, fecisse quis non dicitur; Id autem cõ
demnato in possessorio retinendæ; qui efficaciter
ad non turbandum, uel ad patiendum, & permitten
dum uictorem pacificè possidere, maximè contin-
4 git. Ea † namq; patientia momento non impletur.
5 Planè † uictori nõ subueniretur; si post latam & executioni demandatam sententiam in uim sententiæ
contra uictum, molestantem, uel turbantem nõ subueniretur: etenim tunc nullum aliud remediũ, quòd
antè latam sententiam habebat, ei competeret; Id
quod in casibus, de quibus supra, non accidit, in qui
bus emptor & conductor actionem ex empto, & cõducto habent, quas quidem anteà non habebant; &
hoc est illud, quod sensisse uidentur Angel. Rapha.
& Alex. in d. §. meminisse. Dum inquiunt; eum qui
pro executione sententiæ arbitri contractum locationis facit; in nouam incidere obligationem, ex cõtractu locationis orientem; qua deindè ad patientiã
præstandã cogi potest; ideò ex cõpromisso obligatio cessat; In his igitur terminis Bar. & sequaciũ deci
sio locũ habet; & ideò secus erit; quãdo actum expli
cando, in alium actum, aliam obligationem ad futuram obseruantiam producentem non incideret;
ut est in casu quem Bart. decidit in l. sicut. §. superua-
6 cuum. ff. quib. mod. pign. uel hypo. solua. † Dum inquit, quòd si Iudex alicui præcipiat, quòd domus
possessionem sub aliqua pœna relinquat; & ille deindè relinquat: & de hoc instrumẽtum fieri procuret.
Attamen si iterum in domus ipsam reuertatur; in
prædictã pœnam à iudice impositam eum incidere.
Idem etiam est in casu, quem post Iacob. de Aren.
ponit. Bal. in l. Titio centum. in princ. per illum tex.
ff. de conditio. & demonstr. ut latius per Bertra. ibi
Faciunt ad hanc quęstionem ea, quæ tradit Antonius Negusant. in tracta. de Pignor. & hypote. in 3.
membro sextæ partis, num. 24. dum tractat illã quęstionẽ, dum Bart. q̃rit in l. Claudius. C. qui potio. in
7 pigno. habea. † An si primus creditor ad restituen-

Y 2 dum

dum pignus tertio condemnatus fuerit;illudq; resti tuat;u etùm deindè res ad eum redeat,an deindè amplius ab illo tertio ex sententia conueniri posit, & ibi non posse concludēdum ait;cum ea restitutione ab ipsa sentētia liberatus sit.l.Pōponius.§.sed & si.ff. de proc. Verū quia cōtrariū uoluit ipsemet Bar.in l. sed & si possessori.in princ.C.de iureiurau,& cōmunis opinio est cū Bart.in d. l.Claudius,ut latè tradit Alexan. post alios in d.l.sed & si possessori,quam logit in l.nam & postea.§.fin.eod.tit.& refert Negusātius in loco supra adducto, ideò dicebant opinionē Bar.in duobus casib. procedere. ut latius ibi per eū.

1 *Sententia lata ab eo,qui nō habet iurisdictionem sed notionem tantum,exequi etiam debet.*
2 *Notio & iurisdictio in quo differant.*

1 VI,Ampliatur † conclusio suprascripta etiam in
ea sententia,quę ab illo,qui iurisdictionem non ha-
bet sed notionem,lata fuerit ; quandoquidem & ea
2 quoq; sententia exequenda est; ut est tex.† ubi do-
ctores exemplificant, & differentiam ponunt inter
iurisdictionē & notionem,in l. ait prætor.in princ.
ff.de re iudi. ubi Paul. Castr.Alex. Cuma, Ias, & alij
communiter notant.

1 *Pactum de parendo sententia,si transactioni non pareatur,exequendum est,*

1 VII.Ampliatur † etiam in pacto de parendo sententiæ, si transactioni non pareatur; Hoc enim pactum uti sententia executionem meretur;prout probat tex.secundùm intellectum Barto.& magis communem in tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact. quem intellectum sequutus ibidem Castrensis tex.illum inquit singularem & mirabilem esse, Id quod comprobat ibidem Angel.inquiens eo intellectu omnia iura mundi limitari; quem etiam sequitur Imol.in l.à Diuo Pio.in princ.colu.1.ff.de re iudc.& Alex.ibidem,& Ias.in d.§.qui iudicati, colu.1. & latius idem Ias.in l.tale pactum.§.qui prouocauit,nu. 8.uersi.Ideò Bart.posuit.ff.de pact.&si multa in cōtrarium deducantur,

1 *Sententia post biennium etiam actis non productis exequi potest.*

1 VIII.Ampliatur,† ut sententia post biennium etiā actis non productis exequi posit,ut inquit Hostiensis in c. cum inter.extra de re iudic. & Bald.in c.1.in tit.de milit.uasal.qui contu.est,uersi,quæro, quid si appareat,ubi refert Ioan. Andre. in ca.in præsentia. de renuncia.in nouel.& uoluit expresè Alex.in l. illud.ff.quando appel.sit, & in additio,ad Barto. allegans Bal.in l.1,uer.extra quæro,nu.11. C. ne liceat tert.prouo. & idem uoluit Anto.à Butr.in c. quoniā contra falsam uersi.uenio ad illam opinionem extra de prob.& hanc conclusionem communem esse tradit Thom. Gramma. in consi. 16.nume.6.in ciuili. & ibidem nu.7.subdit ibidem tenere & sequi Felin. in c.Alber.extra de testib.Quandoquidem pro ipsa sententia pręsumitur;proquè eius rectitudine,& certitudine,& sufficit,etiam si acta non producantur, ut not.in d.c.cum inter,& præsertim Abba.col.3.extra de re iudi.& rursus Idem Abba.in c.sicut, uersic. nota ultimò,eod.titulo,cum alijs similibus adductis per Gram, in d.consil,16.nu.7.usque in finem.

1 *Executionem sententia nō impedit etiam supplicatio oblata principi prastita cautione restituendi,si supplicans in causa obtineret.*
2 *Appellatio cū sit species defēsionis,iustitia innititur.*
3 *Supplicatio executionem non suspendit.*
4 *Magistratum nostrum quò ad rescripta error.*
5 *Executionem sententia quò ad alia capita petere potest ille,qui eandem sententiā in aliquibus,supplicatione Principi porrecta, ob id quod se grauatum sentiat,reprobare conat prastita iā cautione ut ibi.*
6 *Regula,quòd quis ex eo fructum consequi nō debeat, quod ipse infringere conatus est,quomodo intelligat.*
7 *Executionē sentētia an supplicatio impediat,quando ille,qui sententiam obtinuit,cautionem praestare nō potest,& an iuratoria cautio sufficiat.*
8 *Cautio iuratoria quando admittatur.*
9 *Cautioni iuratoria qua forma adhiberi debeat.*

1 IX.Ampliatur;† ut etiam supplicatio principi ob
lata executionem non impediat; sed satis sit, si cau-
tio restituendi,si supplicans in causa obtinuerit, pre
stetur,ut est tex.& ibi tradunt Doctores omnes, in
auth,quæ supplicatio.C.de precibus imper.offeren.
& tradit Abba.in c.suscitata.nu.10.uersi.satis enim
est,quòd detur.extra de restit.in integ.& Afflic. in
decis.356.num.2.& tradit glo.in c. ex literis.in uer-
bo.supplica.extra de integr. restit.& Ruin. in consil.
34.uisis omnibus.nu.5.& 11.uol.2. & Anto.de tre-
mo.in apostil. ad prac. Bonaccur. in titu. de impe-
di.executio.uers,quanto.Ratio autem est;quia,ut in
quit Afflic. in decis. 241.uersi. nec obstat supplica-
tio ex gratia,& principis benignitate conceditur, cū
aduersus sentētiā, cōtra quā ordinarium appellatio
nis remedium non competit, conceditur, ut inquit
Abba,in d.c.ex literis;Nec est supplicatio eius natu-
ræ,ut quēadmodum appellatio pronunciatū suspen
dat,l.1.§.integr.ff.nil noua.appella.pend.& c.1.ut li
2 te penden.† Appellatio enim cum sit species defen-
sionis iustitiæ innitur.c. cum specialis.§. porrò.extra
de appella.& tradit Soci.in consi. 195. colu.3.uersi.
confirmatur,nam appellatio.uolu.2.Iustitia autem
uult,se pendente nihil innouari;Idem quoque sequi
tur Prosper Carauit.in Ritu. 252. nu,1.2. & 3. Præ-
3 terea † qd supplicatio,executionē non suspendat,te-
net & latius sequitur Ruin.in consi.59.n.10.lib.5.&
Roland.à Valle in consi.43.nu.4.lib.2. & Neuizan,
in cōs.70.nu.1.ubi uult,ut id sit uerū,etiā si Prīceps
oppositū rescribat,ut īquit Bertr.in cōs.362.nil.op-
ponitur.nu.2.uol.1.& Guid.Papæ decis.420.in hac
curia,ut latius tradit Niuiza.in d.cōsi. & tradit etiā
4 Frā.Marcus in dec.83.& in deci.469.uol.1.† Id aūt,
ut supplicatio executionē nō suspēdat hic quoq; Flo
rentiæ obseruatur,& si quādoq; nōnullis ex nostris
magistratibus iuris sciētiā nō habentibus cōtrariū
uideatur,

uideatur. Arbitrautur enim in iure errãtes; id contra Principis maiestatæ esse, quod ei maximè conuenir.

Hęc autem ampliatio ita uera est, ut si ille, qui sententiam pro se reportauit; se in aliquo eius capite gra
5 uatũ senserit; ob id supplicauerit; Attamen † aliorum capitũ præstita cautione, executioné petere possit; ut uoluit Carauit. in dicto Ritu. 252. nu. 9. & 10. Mouetur autẽ ex eo, ꝙ licet regula sit uulgatissima; ꝙ ex eo quis fructũ cõsequi nõ debeat; quod ipse infringere conatus est. c. ex eo. de regul. iur. in 6. cum si
6 milibus ibi à glo. relatis; † Illa tamen regula, ubicũq; sententia, quæ plura capita cõtinet, impugnatur, locũ non habet, ut inquit ibi gl. per tex. in c. Rainutius & in c. Rainaldus. extra de testa. & idẽ in his uostris terminis firmat Petrus Rebuf. in tract. de liter. ciuil. art. unic. gl. ult. uersi. etiã, nu. 9. uol. 1. & ĩ trac. de supplica. in præfat. nu. 39. uersi. Immo; & utrobiq; ait, ita in senatu. Parisiensi iudicatum fuisse.

Stantibus prædictis quæsitũ fuit; si par, quæ sententiã obtinuit; eo casu, quo ab aduersario, ut supra dixi
7 mus, supplicatum est, fideiussoré ad hoc † ut executio non impediatur, dare nõ possit, dicatq; iureiurando se omnem diligentiam, ut reperiret, & pręstaret, adhibuisse, & ideo loco fideiussoris iuratoriam cautionem præstare uelit; An hoc casu executio sententiæ, donec fideiussor præstetur, impedienda sit. Hanc quęstionem mouit Guid. Papæ decis. 50. & refert se ad dicta in decis. 189. Circa materiam; ubi de hoc inquit in camera consilii dubitatum fuisse. licet eam scribentes non attingant, uerum prædicti domini
8 consilii, talem † iuratoriam cautionem de iure admittendam esse uoluerunt, per tex. in auth. generaliter. C. de episc. & cler. & per ea quæ uoluit Specu. in titu. de contum. §. fi. uersi. sed nunquid excommunicatus, & in uersi. cautio. autem, & in titulo de procu. §. ut autem, uers. & notatur ab Hostien. in summa, ut lite nõ contes. §. 2. super uerbo constituatur; satis etiã pro hac decisione facere arbitrantur; ꝙ in cautione ususfructus, si idonea cautio præstari non possit; iuratoria sufficit, ut tenent Petrus, & Cynus in l. usufruct. C. de usufr. & si gl. ibi contrarium uoluerit, ut latius tradit idem Guido Papæ in dec. 250. Hanc decisionem refert, & sequitur Hier. de mont. in tract. de finibus. c. 108. & fi. nu. 14. usq; in finem ca. id optimè inquiens ex eo confirmari, quod dicit Rober. Marã. in suo specul. aure. in ultim. part. Iud. in secundo actu princip. num. 96. & idem tenet Franc. Marc. decis. 469. uolu. 1. & ibi refert, ita iudicatum fuisse. Præterea hanc conclusionem confirmat quædam additio ad Guid. Papę in d. decis. 189. dum inquit pro hoc facere, ꝙ qui fideiussoré dare debet; illũ tamẽ dare nõ põt, iuratoria cautione satisfacit l. j. & ibi gl. circa fi. & Bar. in ult. oppositione. ff. quis satisda. cogant.

Verùm in cõtrarium, ut inquit prædicta addictio facere uidetur, ꝙ formæ stipulationis prætoriæ nihil addi debet. l. 1. §. ꝙ si sit aliqua. ff. de præt. stipul. Sed forma legis est, ut cum fideiussoribus caueatur ut est tex. in d. auth. quę supplicatio, ibi, nisi uictrix pars dignam fideiussionem præbuerit, & supra latius dictum est, ergo ꝙ dicta iuratoria cautio non sufficiat, dicendum uidetur; Accedat etiam, quòd si legis cõditor iuratoriam cautionem uoluisse; eam ut fideiussoriam expressisset. c. ad audientiam, de decim. & c. si Papa. de priuileg. lib. 6. Nec obstat, ut dicitur in illa additione; dicta authen. generaliter, quã supra adduxit Guid. Papæ; propterea ꝙ id ibi expressum fuit.

Fædere tamen distinctionis, ualebat, quisquis ille fuerit, qui additionem illã apposuit, hunc in modũ utranque opinionem cõcordari posse; Et enim si is, qui cauere debet, suspectus sit, nisi idoneam cautionem præstiterit, audiendus non erit, iuxta ea quę tradit Barto. in l. in omnibus. ff. de iudic. At si secus sit, res fortè erit sequestranda, ut scribit Gofredus in summa de sequestr. posses. & fructu. in §. generaliter. uersi. 3. quid circa, & uersi. & uot. Vbi uerò suspicio cessaret, iuratoriæ cautioni locum esse, ut supra diximus; Hanc distinctionem sequitur Prosper Carauit. super Riti. Magnę curiæ. Rit. 252. nu. 11. & eam tanquàm quotidianam notandam arbitratur.

9 Quærit præterea † Gui. Papæ decis. 189. quænã forma à iudice in huiusmodi iuramento præstando adhiberi debeat. & inquit, ut ipse arbitratur, satis esse, si pars iuret, fideiussores reperire non posse, existimare, Nec ullam aliam fideiussorum perquisitionem necessariam esse, ut inquit Odofredus. in d. authen. generaliter. Verùm illa additio ad Guid. Papę de qua supra mentionem fecimus, in uerbo, ꝙ credit iuratoriam cautionem, inquit, sub huiusmodi forma pręstari, uidelicet. Iuro fideiussorem inuenire non posse; & quicquid opportunũ est; me facturũ. Ita inquit Bal. in d. auth. generaliter, col. 1. num. 4. uers. in tex. ibi iuratoriam. C. de episco. & cleric. Hanc etiã iurandi formam penè per eadem uerba ponere uidetur glo. 3. in l. 1. supra allegata. ff. qui satisda. cogant.

1 *Executio non retardatur pignorum & fideiussorum pignorum.*

1 X. Principaliter † ampliatur conclusio supra firmata, ut etiam pignorum & fideiussorum datione sentẽtiæ executio non retardetur. ut est tex. in l. 4. §. si conuentione. ubi Doctores omnes notant, & præsertim Cuma. & Alex. nu. 3. & Ias. in summario, & in 3. nota. & Ripa. in summario, & Ias. etiam in summario.

1 *Executio litis pendentia non impeditur.*

1 XI. Ampliatur, † ut etiam litis pendentia non impediatur, ut uoluit Inno. in c. cum in iure. num. 3. extra de offic. deleg. & habetur in d. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. quos refert, & sequitur Roman. in consi. 76. nu. 9. in fin. & Angel. in l. fin. C. si ex fals. instru. inquiens memoriæ id mandandum esse, & pluries in facto habuisse. Præterea idem uoluerunt Anto. à Butr. Imo. & Abba. in c. dilecto. extra de appella. & Cõmuniter omnes, prout attestatur referendo Corne. in consi. 208. nu. 1. uersi. & idem quod exceptio, lib. 4. & Tho. Grammat. in consi. 96. nu. 2. cõsi. ciuili. & Roderi. Suarez in l. post rem iudicatam, nu. 16. ubi ad obiectionem de appellatione respondere uidetur, & exemplificat, & est quædam additio ad eum in litera E.

1 *Executio sententiæ etiam per exceptiones altiorem indaginem requirentes non impeditur.*

1 XII. Ampliatur, ut †etiam per exceptiones altiorem indaginem requirentes impediri nō possit, ut est tex. & ibi Doct. in l. fin. C. de ordin. cogni. & not. plenè Bart. & alij in l. 4. §. condēnatū. ff. de re iudic. & in l. fin. C. si ex falf. instru. & refert & sequitur Alex. in consi. 83. num. 8. lib. 5. & Abba. in consil. 5. num. 2. lib. 2. referens Ioan. de Ligna. in clemen. uni ca, de re iudic. & idem tenet Bald. in ca. cum contingat. num. 7. extra de rescri. per tex. in c. sicut 3. quæst. 1. quem non inuenimus, & Caspi. in decis. 17. nu. 6. per tex. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. iuncta. l. ille à quo. §. si de testamēto. ff. ad treb.

1 *Executio die feriata an fieri possit.*
2 *Fugitiuus etiam die paschatis & natiuitatis domini capi potest.*
3 *Executio die feriata ex consuetudine toleratur, quādo die non feriata comissa est.*

1 XIII. Ampliatur, †ut etiam die feriato executio fieri possit; Verū quia hac de re uariè loquūtur Doctores; meritò latius repetenda erit. Guido Papæ in decis. 215. num. 1. 2. 3. 4. & 5. latè disputat hāc quæstionē; pluribusq; modis distinguit. Verùm superflua resecando, & magis communibus opinionibus & sententiis inhærendo, ita distinguendū uidetur; Si. n. de personali executione loquimur; & tunc aut talis personalis executio ob fugæ suspicionē facienda est; & tunc, die etiā in honorē Dei feriato fieri poterit, ut satis copiosè tradit Prosperus Carauit. in dicto trac. de Riti. Magnæ curiæ, Ritu. 170. num. 12. per ea quæ uoluit Bart. authoritate glo. ibi in l. dies festos. in uersi. fideiussionis. C. de iudi. dum inquit, fugitiuum debitorem, si non caueat, ēt die in honorem Dei feriato capi posse, Id quod uoluit ēt Anchar. in consi. 95. num. 1. & in consi. 123. num. 7.
2 Immo, quod plus est, iquit Carauit. †si esset dies natiuitatis Domini, aut Paschatis, ut uoluit Bal. in ca. fi. col. fi. de feri. & Iaso. in l. ninum. col. 3. ff. si cer. pet. & Cotta in memoria. in uer. credito inhærens, licet, ut ipse ait, Feli. de hoc ultimo dubitet in ca. fin. col. penult. de iudic. Ratio autem ea est, quam Barto. in d. l. fin. & Anchar. in d. consil. 123. ponunt. Planè si creditor ipse id propria authoritate facere potest. l. prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credito. Multo magis id iudici concedendum uidetur. Aut uerò executio personalis non est ob fugæ suspicionem facienda; & tunc doctores subdistingunt: Aut. n. dicunt ipsi: dies ad hominū utilitatem feriata est. Aut uerò in honorē Dei. Equidē si in utilitatē hominū feriata est: & tunc executio fieri poterit, utputa tēpore messis, uel uindemiæ, ut inquit Bal. in sua margherita, in uersi. executio sententiæ, uersi. 2. & Abb. & latius quædam additio ad eū per illū tex. in c. fin. de iudic. & in c. fi. de feriis, & Rom. in l. 1. uersi. excipiuntur. ff. de feriis, & Alex. in consi. 130. nu. 2. uolu. 4. & Federi. de Senis in consi. 139. aliàs. 144. & Lanfran. de Oria. in cā quoniam contra. in uersi. citationes. in fi. num. 29. extra de probatio. & Roderi. Suarez. in l. post rem, ampliatione 4. ff. de re iudi. Aut uerò in honorem Dei, & tunc, ut uoluit Bar. in summario. d. l. fi. C. de feriis. & Lanfran. in locis supra adductis, fieri non poterit; Illud tamen animaduertendū est; quod Ioan. And. in c. conquestus. extra de feriis, quem refert & sequitur Sebast. Vanti. in tract. nullit. in titulo, de nullit. ex defect. citatio. nu. 46. qui-
3 quid iuris sit, inquit, ex consuetudine obseruari, †ut si die non feriato commissum sit; die feriato executio toleretur. Id quod uoluit etiā Cassiado. decis. 5. de dolo & contuma. ubi non solùm de feriis in utilitatem hominum inductis; sed etiam Pascalium loquitur, & inquit quandocunque fieri executionem Propterea quòd nec à iudice, nec cum causæ cognitione fit; & ideo ita, subdit, quotidie in regno obseruari, ubi personales, & reales executiones quolibet die in Dei honorem feriato fiunt; Immo & literas etiam exequi, quandoque dictis diebus expedire attestatur Prosperus Carauit. super Ritibus magnæ curiæ, Ritu. 172. nu. 4. in fin. ubi id non solum ex consuetudine, sed etiam de iure ueram esse, ostendere pluribus conatur.

Concludēdum igitur est, magis cōmunē opinionem esse, ut sententiæ executio die in honorem Dei feriato fieri non possit & si die ad utilitatem & fauorem hominum feriato res aliter sese habeat; put ultra prædictos uoluit Alex. quamplures referens, in consi. 53. num. 7. lib. 5. & Ange. in l. eadem. num. 3. ff. de feri. & Barba. in d. ca. fin. num. 31. & sequen. & Felin. nume. 27. & Imol. num. 8. extra de iudic. & Alciat. post alios in l. 1. §. nunciatio. nume. 37. ff. de noui oper. nunc. ubi optimè declarat; & aliquibus modis restringit; & idem quoque de feriis repentinis decidendum arbitratur, quod de feriis in honorem Dei inductis dictum est. Id quod uoluit etiam Ange. in d. §. nunciatio. num. 3. & Ioan. Crot. nume. 43. ubi plures refert. Præterea idem, quod supra diximus, uoluit Lanfran. in tracta. de citatio. num. 19. in fin. & Ioan. de Imol. in c. conquestus. nume. 5. extra de feriis, & antè eos Barto. & Doct. & præsertim Ang. nu. 2. & Alex. nu. m. 18. in d. l. 1. §. nunciatio. nu. 20. ff. de ope. no. nunc. & magis expressè in l. omnes C. de ferijs. Ratio autem, ut supra diximus, ea est; quia ut uoluerunt Bar. & alii huiusmodi sententiæ executio, causæ cognitionem non requiri. l. si prætor. in prin. de iudi. & ideo mirum non est, si diebus in hominum utilitatem feriatis fieri potest. prout eandē, de qua supra, opinionem tenuit Cap. tolosana decis. 158. per totum, cum additione ibidē posita. Id autem, quod supra, de executione personali, ubi fugæ suspitio non est diximus, etiam in executione reali, ut eisdem iuribus, & auctoritatibus probatur; locum habet.

1 *Executionem non impedit reseruatio in sententia facta.*

1 XIIII. Ampliatur, †ut ēt reseruatio in sētētia facta eius executionē nō impediat, ut uoluit Bal. in cōsi. 100. Egregiè & honorāde. lib. 1. quē refert, & sequitur Soci. Iunior in cons. 67. sub nu. 19. uersi. nō. n. solet impediri executio, libr. 1. Illud autē hoc loco nō esse omittendū arbitror, cōsiliū uidelicet Bal. à Soc. relatū propositā ampliationē attingere non uideri,

deri,cũ in eo casu,ut expreſsè ĩquit Bal.nihil inuene
rit reſeruandũ.præterquã ꝙ,ſtatutũ loci id expreſsè
diſponebat.& ideo mirũ nõ eſt,ſi ſtatuto repugnãte
reſeruatio executionẽ impedire nõ poterat. Accedat
etiã,ꝙ Bal. ibi eas reſeruationes impoſsibiles, & ex
conſequẽti nullius momenti arbitratur, authen. in
greſsi.C.de ſacroſan. eccle. & l. terminato. C. de liti
& fruct.expenſ.& l.ſiquis ita legauerit.ff.de legat.1.
His tamen non obſtantibus hanc ampliationem ue-
ram arbitror.

1 *Exequi poteſt ſententiam lata à Iudice eccleſiaſtico per ſecularem.*

1 XV. Ampliatur † in ſententia à iudice eccleſiaſtico
lata. Poterit nãq; etiã ſecularis iudex exequi,ut uo-
luit glo. in authen. apud quos oporte: cauſ.deci.in
uerbo ſed executioni,ubi Ang.expreſsè notat, nu.5.
per tex.in §.ſiquis cõtra aliquẽ. in auth.de ſanctiſsi.
epiſco.& idem tenet Iaſ.in l.properãdũ.§.ſin autem
reus.nu.4.C.de iud.ubi idem, & ècontra eſſe aſſerit,
per ea quę uoluit Bal.in c.1.col.4.& in c.eccleſia Sã-
ctæ Marię.col.3.extra de conſtitutio.& in c.1.col.3.
ad fin.& ſeq.de offi.ordi.& rurſus idẽ Bald.in c.licet
undiq;.col.ulti.extra de offi.delega.ubi citat ad hoc
gl.ſingularẽ in l.ex ea.ff.de poſtul.Id quod,ut inquit
Iaſ.memoriæ mãdandũ eſt;propterea ꝙ multi cõtra
riũ crederent,latè de hoc loquuntur Imo.in c.poſtu
laſti.nu.4 extra de foro competenti, & Bertachi.in
tracta.de epiſco.quæſt.42.5.part.lib.4.

1 *Executio ſententiæ etiam contra hæredem condemnati,& ſic contra illum,qui in locum condemnati ſucceſſit,fieri poteſt.*

2 *Hæres defuncto cum ſua cauſa ſuisque uitijs ſuccedit.*

3 *Hæres poteſt ad id compelli,ad quod defunctus compelli poterat.*

4 *Executionis contra hæredem factæ decem iudex non habebit,ſi ſtatuto caueatur,ut 10. pro executione condemnati habeat.*

1 XVI. Ampliatur, † etiam contra hæredem con-
demnati,& ſic contra illum,qui in locum cõdemna-
ti ſucceſsit;& ſi de eo in ſententia nulla mentio fa-
cta ſit.l.ex contractu.ff. de re iudic. & l. unica. C. ut
actio ab hæred.& contra hæred. ubi expreſsè habe-
tur omnes actiuas & paſsiuas actiones ab hęredibus
& contra hæredes incipere, & facit etiam text. in l.
prima,& per totũ.C.de hęred.act.& in l.ſi ſeruus.§.
qui margaritam.ff.de lega. 1. & in l.1. in princ.ff.ad
trebellia.& in l.hæredem.ff.de regul.iur.& in Auth.
de iuramen.à moriẽ.præſtit.colla.4.& in l.hæres.ff.
de uſucap.ubi hæres & defunctus una eademque p
ſona cenſentur,ut latiſsimè tradidi in l.1. ff. de reli-
2 gio.& ſump.funer.† Comprobant;quia hæres defun
cto cum ſua cauſa,ſuisque uitijs ſuccedit.l. uitia. C.
de acquir. poſſeſ.& l. Pomponius. ff. eod. titulo, de
acqui.poſſeſ.& eſt tex.in l.miles.§.fin.ff. de re iudic.
Hanc prætetea concluſionem ſequitur Roder. Sua-
rez in l.poſt rẽm iudicatam.in prima extenſione,nu.
2.ff.de re iud.& col.1.& ſeq.ubi latiſsime & eſt etiã
ibi quædam additio per tex.ubi declarat Barto. in l.
3 poſtulante.ff. ad trebellia. † ubi probatur, ad id, ad
quod defunctus compelli poterat;poſſe etiam eius
hæredem compelli.Itidem hanc eandem concluſio
nem tenet Iaſo.ultra doctores ibi à Suarez relatos,
in §.fuerat.num.60.Inſtit.de actio. ubi etiam tradit
Ludoui.Gomes.nu.35. Hanc rurſus concluſionem
cũ 5.ampliationibus,& 8.limitationibus ponit Due
nas in Regula.277.Pręterea hanc concluſionẽ ſequi
tur Bar.in l.creditores,col.6.uerſi.quid in ſucceſſo-
re uniuerſali,ubi etiam Ange.nume.7.de pign. & in
d.l.ex contractu,& ibi idem Angel. ff. de re iudic.&
Pariſ.in conſi.29.nu.22.lib.1.Videtur tamen facere
contra hãc ampliationem illud,quod uoluit Bal. in
l.1.C.de executio. rei iudic. quem refert & ſequitur
4 Soci.Seni.in conſi.24.nu.8.lib.3. dum inquiunt † ſi
ſtatuto caueatur,ut iudex pro executione cõdemna
ti habere debeat decem,tamen pro executione,quæ
contra heredem candemnati ſit,non habebit.

1 *Executio ſententiæ contra defunctum lata fit etiam contra hæredem minorem.*

1 Primò ampliatur † Hæc 16. principalis regulæ
ſupra propoſitæ ampliatio,etiam ſi prædictus hæres
eſſet minor,nam nihilominus in bonis, quę ad eum
à defuncto peruenerunt,executio fieri poteſt.l. Pu-
pillus.iuncta gl.in §.ſed & ſi creditor.ff. de auct. tu-
to.& in l.1.C.quando decre.opus non eſt.

1 *Hæres debitoris capi & carcerari poterit,ſi ſtatuto diſponatur, quòd debitor,carcerari poſſit.*

2 *Hæres pro debito defuncti capi non poteſt,quando debitor perſonam & bona ſua obligauit.*

1 II. Ampliatur,ſi ſtatuto diſponatur,ꝙ † debitor
carcerari poſsit.Nam tunc hæres eius capi & carce-
rari poterit,ut uoluit Bar. in l. poſtulãte.in fin.prin.
ff.ad trebellia.quandoquidem debitor eſt.l.debitor
ff.de uerb.ſigni.hanc concluſionem Bar. ultra Imo.
& Doct.ibi ſequitur Iaſ.in l.ſicui legetur.§. fin. in 3.
notab.& in l.diuortio.§.interdum.nu.6.ff. ſolu. ma.
& Gomenſis in §.fuerat.nu.35.Inſtit.de actio.& Ia-
cob.de Santo Georgi.in l.1.nu.18.& ſi cer.petat.&
Caſſa.in cõſuet.Burg. in titulo.Des cenſes.Rub.11.
§.6.fol.372.col.4.nu.1.cũ ſeq.& Abba. in conſi.86.
nu.4.lib.2.& Decius in conſi.536.nu.2. Hęc tamen
ampliatio,† quando debitor perſonam & bona ſua
2 obligauit,locũ nõ habet, Huius enim obligationis
cauſa heres capi non poterit; & ſi debitor poſſet;ut
expreſsè uoluit Bart.in l.ſi decęſſerit.nu.1. qui ſatiſ-
da.cogan.quẽ ſequitur ibi Iaſ.nu.13. & nu.14. De
his ego latius tractaui in l.j.nu.164.cum ſequent.ff.
de religio.& ſumpt.funer. ad quæ me breuitatis cau
ſa refero.

1 *Exequi poterit ſententia etiam contra fiſcum & fiſci ſucceſſorem,uel eum,cui fiſcus bona dedit.*

1 III. Ampliatur † ut procedat etiam contra fiſcũ,
& fiſci ſucceſſorem,uel eum,cui fiſcus bona dedit.l.

Y 4 1.C.

1.C.de hæred.uel actio. uendi.& l. eum qui bona.ff. de iur.fisci, & ita tenet Iaso.in consi.88.in præsenti. uolu.3. Propterea quod fiscus iuri tertij præiudicare nõ uult.l.2.§.siquis à principe.ff. nequid i loco publico & Princeps bona concedendo,obligationes concedere uidetur.l.Princeps bona.ff.de uerbo. significa.

1 *Exequi potest sententia contra cessionarium, dummodo autem ex persona cedentis fiat.*

1 IIII.Ampliatur † etiam ut in césionario locũ habeat;Dummodo autem ex persona cedentis fiat:id quod cessionarius dicere debet, & si ad ut utilitatẽ cessionarij fiat.l.seruo.§. fin.ff. ad trebellian. & tradunt Ange. & Imol. in l.ille à quo.§. utrum.eodem titulo.& Bar.in l.in prouinciali.ff. de nou.oper.nun. Vnde cum cessionarius creditor dicatur,illi executio fiet; ut uoluit Bal.in l.1.in fin.C.de actio.& obliga.& in l.per diuersas,quæst.10.C.mand.& Iaso. in d.§.fuerat.nu.62.Inst.de actio.& Hyppo.Marsi. ubi plura refert in singul.26.ubi inquit post Bald.in d.l. per diuersas,prius de cessione constare debere,& debitorem citari,quem sequitur Nico. Boeri. ubi plures refert dec.10.nume.1.& Ioan.Imber.ubi & ipsa plures refert, in Instit. forensi.Galli. lib.1.cap.4.& Roderi. Suarez in l. post rem iudicatam, amplia.7. col.1.de re iudic.

1 *Executio non solùm ad petitionem creditoris,sed etiã eius hæredis fieri potest.*
2 *Actiones actiuæ & passiuæ in hæredem transeunt.*
3 *Executionem petens se hæredem probare debet.*

1 V.Ampliatur,ut executio non solùm ad petitionẽ creditoris,sed etiam hæredis ipsius creditoris, fieri possit;Ratio autẽ est ea;de qua paulò antè diximus;
2 uidelicet quia † actiones actiuæ & passiuæ in hæredem transeunt.d.l.unica.C.ut actio.ab hæred.& cõtr.hæred.& in l.1.in prin.ff. ad trebellia.& est tex. & ibi Bal.in l.j.C.quorum legato.& in d.l.seruus.§.qui margaritam.ff.de leg.1.& ita expressè tenet Bald.in l.unica.§.uideamus.ad si.C.de rei uxor.actio.& Ioan.Andre.in additio.ad Specul.in tit.de cessio.actio Id tamen tunc uerum arbitrantur; si executionem
3 petens † se hæredem probet,ut uoluit Bald.in l.per diuersas.quæst.10.C.manda.& Angel.in l. creditores.C.de pigno.quos sequitur Roderi.Suarez in d.l. post rem iudicatam.extensione prima.col. 4.nu.10. ff.de re iudi.& Nico.Boeri.decisio.10.nu.6.dum, inquit,prædictum hæredem in executione procedere posse,cum eadem cum defuncto persona censeatur, postea autem,an hæres sit uniuersalis,uel particularis docere tenebitur;alioquin malè processum diceretur;cum in ipso debito nullum ius haberet;ut anteà consuluit Castren.in consi.91.nu.5. uersi. tertiò dicitur lib.1.& refert Petrus Duen. in Regula 277. in 5.ampliatione.

1 *Executio in hæredem fieri non potest intra tempora conficiendi inuentarium,idest,intra tres menses.*

1 Primò autem limitatur † Hæc ampliatio intra tempus cõficiendi inuentarium,idest intra tres menses, propterea quòd tunc executio in hæredem fieri nõ potest.l.fin.§.donec.& §.si præfatam.C. de iure deliber.ubi Doct. & Bald.in l. ait prætor.§. siquis ff.de procura.& Rode.Suarez in d.extensione prima. nu. 5.& Ias.in §.fuerat.nu.61. Instit.de actio. & Nicola.Boeri.decis.10.nu.3.& Cassa.in consuetud. Burgu.in tit. de successiones, Rub.7.§.14.col.4.num.9. & Petrus Duenas in d.Regula 277.limitatione 1.

1 *Executio contra singularem successorem fieri non debet,præterquàm fauore dotis.*

1 II.Limitatur † in singulari successore,idest in eo,q aliqua bona posidet;executio enim contra eum fieri non debet.l.si debitori, ubi Bart. C.si aduers. credit.præferi.oppo.& est glo.in l.ea lege.C.de condi. ob caus.in glo.magna.in fin.& Ias.in l.quędam.§. nihil interest.nu.7.ff.de eden.& l.ait prętor.la secõda, num.10.ff.de iureiuran.& l.si unus.§.antè omnia, n. 5.ff.de pact.& in l.1.§.si hæres.nu.4. ff. ad trebellia. & refert Petrus Duenas in d.Regula 277. limitatione 2.& Cap.decis.128.num.8. Præterea hanc conclusionem tenuit Crotus in l.si constante. in princ. num.103.ff.solut.matrim.per ea quæ uoluit Bar. in l.3.C.de pigno.Verùm hanc limitationem sublimitando inquit,id fauore dotis non procedere. Hoc namq; ius sententiæ executiuum in mulierem ipso iure siue actione iudicati siue iudicis officio agere uelit,transfertur,pront illum tex. notat Bal.nouell. in tracta.de dote,parte 9.priuile.9.

1 *Executio contra tenentem bona fieri non potest.*
2 *Obligatio personalis singularem,aut fundi successorem non sequitur.*
3 *Possessor bonorum hæreditatis à creditoribus quomodo conueniri possit.*

1 III.Limitatur † ut cõtra bona tenentem locũ non habeat.Ratio autem est; quia obligatio personalis
2 † singularem,aut fundi successorem non sequitur.d. l.ea lege.C.de condictio.ob caus. & l.ut pomum.ff. de seruit.& l.4.§.opus.ff.de aliena.iudic.mutã. caus. fact.& l.uenditor.in princ.ff.commu.prædio.& consuluit Ias.in consi.88.in præsenti.uolu.3.& Socin.in Regula.135.& Suarez in d.l. post rem iudicatã.fol. 136.col.3.nu.1.cum sequen.& Petrus Duenas in d. regula.277. limitatione 3.Vnde inquit declarationem inferre ad doctrinam Barto.in l.controuersia. num.7.ff.de transactio.† ubi possessorem bonorum
3 hæreditatis à creditoribus conueniri posse ait, prout est tex.in l.filiusfamilias.§.si seruus.ff.de petit.hæred.& glo.in l.1.in uerbo poterit.C.de fideicõmiss. hæred.ut scilicet prædicta doctrina, ad hoc ut uia executiua conueniri possit, locum non habeat. per ea,quæ dixit Roderi.Suarez in loco supra adducto.

1 *Exequi non potest instrumentum contra hæredes defuncti, eiusue uxorem affines ac coniunctas personas intra nouem dies à morte defuncti.*

IIII.

1 IIII. Limitatur, † vt cõtra hæredes defuncti, eiusue vxorem, affines ac coniunctas personas, intra nouem dies à morte defuncti, instrumentum exequi nõ possit; vt expressè probat tex. & ibi tradit Bart. ita summando in Auth. vt cum de appellatio. cognos. §. hæc autem, collat. 8. quem sequitur Roderi. Suarez in d. l. post rem iudicatam. limitatione. 9. fol. 148. colum. 1. & refert Petrus Duenas in dicta Regula 277. limitatio. 4.

1 *Executio contra tertium possessorem fieri non potest. & infra in 25. limitatione num. 2.*

1 V. Limitatur, † vt contra tertium possessorem locum non habeat. Et enim contra eum executio fieri non potest: vt inquit Ias. in l. si vnus. §. antè omnia. num. 4. ff. de pact. argumento tex. in l. 1. ff. si cert. petat. & l. iurisgentium. §. prætor ait, num. 9. ff. de pact. & l. certi condictio. §. quoniam. nu. 9. ff. si cert. peta. & Roder. Suarez vbi plura cumulat in d. l. post rem iudicatam. fol. 137. col. 1. num. 3. & facit tex. in l. si vnus. §. antè omnia. ff. de pact. & est glo. in l. si creditor. ff. manda. & Cassa. in consuet. Burgu. in tit. des successiones, Rub. 7. §. 14. fol. 281. col. 2. num. 15. & Petrus Duenas in d. Regula. 277. limitatione 4.

1 *Executio non fit in hærede conuentionali, qui fit in cõtractu matrimonij, seu societatis, uel pacti.*
2 *Hæres conuentionalis quis sit, & in quo differat ab hærede ex testamento.*

1 VI. Limitatur † in hærede conuentionali, qui fit
in contractu matrimonij, seu societatis, vel pacti,
in quem de iure non fiet executio, vt est tex. in l. li-
cet. C. de pact. Propterea quòd talis institutio dona-
tionis vim habet: vt inquit glo. in d. l. licet, & ideò in
2 eum, † cum hæres propriè non sit, nec iure hæredi-
tario succedat, executio fieri non poterit; vt expres-
sè tenet Masuerius in sua practica in Rubr. de exe-
cutione in §. item quæ dicta sunt, vbi de hærede ex
testamento, non autem conuentionali intelligendũ
esse voluit; prout refert Petr. Duenas in d. Regul.
277. limitatio. 6.

1 *Executio contra hæredem ex beneficio inuentarij vltra uires hæreditarias fieri non potest.*

1 VII. Limitatur † in hærede cum beneficio inuentarij: nam contra illum vltra vires hæreditarias executio fieri non potest l. fin. §. sin verò. & in fin. vbi tradit Salice. C. de iure deliber. & Socin. in l. si decesserit, nume. 7. ff. qui satisda. cogant. & refert Petrus Duenas in Regula 277. fallentia. 7.

1 *Executio post aditam hæreditatem fieri debet.*

1 VIII. Limitatur, † vt præcedens ampliatio post aditam hæreditatem locum habeat. l. 3. §. siquis ita, & ibi Ioan. de Imol. ff. de hæred. instituen. facit tex. in l. 3. §. siquis hæredi. ff. de stat. liber. & in l. si in diem, & quod ibi notat Bart. ff. de conditio. & demon. & tradit Alex. in consi. 36. num. 11. vol. 3. & Decius in l. hæredem. nume. 8. ff. de regul. iur. pro qua opinione est tex. quem ibi ad hoc ponderant Doct. in c. tua nos. de vsur. dum inquit succedunt; Quasi velit, quòd tunc tãtum illius textus dispositio locum habeat, & hæredes teneantur; si patri successerint; secus verò si nolentes se paternis negocij immiscere: se ab hæreditate paterna abstinuerit. l. si filius: qui patri. ff. de vulg. & pupilla. Hæres autem hæreditatem adire intelligitur, quando creditoribus hæreditarijs soluere incipit, vt probat tex. quem ibi ad hoc notat Bart. inquiens de illo tex. sæpe rusticos interrogasse, in l. cum debitum C. de iur. de liber. Præterea idem per illum tex. tenet Mathesilaus in singul. 35. & Ias. in l. frater à fratre, num. 42. in prima lectura. ff. de condi. indeb. & refert Petrus Duenas in d. Regul. 277. limitatione 8.

1 *Executio sententiæ defuncti tunc contra hæredem fieri potest, si citetur, aliter non, & quæ fieri debeant.*
2 *Citatio licet in executione & præsertim cum fit in eadem re, in qua est facta condemnatio, non requiratur, id tamen cum executio fit, contra successor. in locum non habet.*

IX. Limitatur prædicta conclusio, quòd execu-
tio admittatur etiam contra hæredem condemnati,
1 si talis hæres citetur: † quandoquidem nisi citetur,
talis executio fieri non poterit, vt est communis con
clusio omnium supra relatorum, vltra quos idem vo
luit Petr. Iolle. in sua praxi censuali, versic. tanquàm
res iudicatas, num. 14. vbi expressè inquit; sententiæ
executionem contra hæredem non citatum fieri nõ
posse. Debet enim summariè, an sua intersit, cogno-
sci, vt inquit Inno. in cap. quia, extra de iudic. vt refe-
rũt ibi Anto. à Butrio, & Cardi. Subditq; in hac sum
maria cognitione, an hæres causam ab eo, qui con-
demnatus est, habeat, liquidandum esse, per ea quę
voluit Angel. in l. 1. C. de iudic. inquiens licet in exe-
cutione, & præsertim cum fit in eadem re, in qua est
2 facta condemnatio, † citatio non requiratur; id ta-
men cum executio fit contra successorem, locum nõ
habere, vt rursus voluit Angel. in l. oratione, ff. de fe-
rijs, dum vult, quòd licet defuncto sufficientes di-
lationes datæ essent; adhuc tamen successori vnam,
causa cognita, dandam esse, vt latè tradit Felin. in c.
quia, extra de iudic. Præterea hanc eandem opinio-
nem sequutus est Alex. alios referens in d. l. oratio-
ne, num. 2. ff. de ferijs & Thom. Gram. in consil. 49.
num. 7. 8. & 11. in ciuili. & Paul. Castren. in d. l. postu
lante, num. 3. & 4. vbi infert ad statutum, vbi etiam
Alex. num. 5. ff. ad trebellia. & Calcan. in consil. 18.
num. 6. & Angel. in l. iudicio, num. 29. C. de iudi. &
Bart. Cassan. super constit. Burgun. in tit. des Cens.
§. 6. Rub. 9. in verb. contra le prencipal. sub nume. 7.
versic. dic quod quicquid sit, & num. 8. & Capic. de-
cis. prima, num. 14. & Rolan. à Valle in consi. 20. nu.
1. 3. 8. & 19. lib. 1. & ego latius de hoc rationem affe
rens tradidi in l. 1. num. 166. ff. de religio. & sum-
pt. func.

1 *Executio contra hæredem solum in personali actione fieri potest.*

X. Li-

1 X. Limitatur, † vt tantummodo in actione personali locum habeat, vt voluit Alciat. in l. post contractum, nu. 11. ff. de donat. per tex. in l. fi. & ibi tradit Bar. C. de litigia. vt supra diximus in fine secundę ampliationis huius ampliationis, num. 3. & id satis æquum esse videtur, cum posiit creditor sibi ex bonis satisfacere.

1 *Executio contra hæredem, & successorem, de qua supra diximus, ita fieri potest, vt etiam contra ægrotantem, & inualidum fieri poßit.*

2 *Aegritudo licet aliquid poßit in litis contestatione et ferenda sententia, attamen in impedienda executione nihil valet.*

1 XVII. Ampliatur † principaliter regula supra firmata, vt executio etiam contra ęgrotantem & inualidum fieri posiit; Nam licet ægritudo aliquid in litis contestatione, & ferenda sententia posiit ad dilationem aliquam concedendam; Attamen ad impediendam executionem nihil potest, vt voluit Guiliel. de Ludo in singul. 29. in vol. sing. diuers. per tex. in l. si quis instituatur. §. fi. in gl. in verbo ægritudine. ff. de hæred. insti. & in l. si prætor, §. fi. ff. de iud.

1 *Exequi potest sententia etiam contra annuæ prastationis debitorem.*

2 *Annuæ prastationes immobilibus æquiparantur.*

1 XVIII. Ampliatur, † vt procedat etiam contra
annuæ præstationis debitorem; Quandoquidem cō
tra eum, non minus quàm contra rei immobilis de-
bitorem sententia exequi potest, vt voluit Bald. in l.
etiam, col. 2. num. 13. versi. modò restat vna quæstio.
non perfunctoriè. C. de executio. rei iudic. & sequun
tur Alex. & Ias. in l. à Diuo Pio. §. sic quoque ille, co-
lum. 1. ff. de re iudic. & tradit Tiraquel. latè in tract.
de vtroque retract. tit. 1. §. 1. glo. 6. num. 6. versicu. fit
etiam quod ab eodem. Ratio autem, vt inquit Ias.
2 eodē loco est; † quia annuæ prestationes immobilib.
æquiparantur. l. iubemus nulli, in princ. vbi notatur.
C. de sacrosan. eccles. & clem. exiui. §. cum annui red-
ditus, de verb. sign. & Bar. & alij in l. sciendū. in prin.
ff. qui satisda. cogant. cum simil.

1 *Executio contra militem armata militia quomodo locum habeat.*

2 *Executio contra clericos & causarum patronos & aduocatos quomodo fieri posiit.*

3 *Equites aurati nostri temporis an gaudeant priuilegijs antiquorum.*

4 *Priuilegia militum an quò ad debita in castris confecta intelligi debeant.*

1 XIX. Ampliatur † ut etiam contra militem arma
tæ militiæ locum habeat, intelligendo tamen quate-
nus facere posiit: ut est tex. ubi glo. id extendit etiā
2 ad milites cœlestis militiæ, & ex consequenti † ad cle
ricos, & causarum patronos, & aduocatos, in l. miles
in princip. ff. de re indic. ubi tradunt etiam Bart. An-
gel. Cuma. Paul. Castren. Imol. Alex. Ias. Ripa & cō-
muniter alij omnes, & præsertim Ias. in primo nota.
& sequen. ubi post glo. & alios supra scriptos, inquit
id intelligendum esse de militibus, qui uerè milites
sunt; non autem nostræ huius ætatis, qui platearij
uocantur; auro argentoque cinguntur; uerè autem
3 nunquam militarunt; ut ij sunt, † qui equites aura-
ti appellantur: ut noluit Cynus in l. 1. circa 6. quæ-
stio. C. de iur. & fact. ignor. Subdit tamen milites, si
sint habitu milites, semperq; sub armata militia mi-
litent, & si tunc togati sint, attamē ut sunt multi no
biles milites, huiusmodi priuilegio gaudere. An au-
4 tem hoc priuilegium habeant, † milites quò ad debi
ta in castris conflata: secus uerò quò ad debita
alibi conflata, & glo. ut ad alia debita non extenda-
tur, arbitratur, arguendo a militari testamento. Pla-
ne milites licet testandi priuilegium habeant, illud
tamen in castris tantum, & conflictu habent, inst. de
testa. milit. Hæc autem glo. communiter ab omnib.
supradictis reprobatur. Nam, ut inquit Ias. ibidem
in 4. notabili, si id verum esset, modicum prodesset il
la lex. & ideo doctores contrarium communiter am
plectētes, ut milibus armatæ militię ubicunque sint,
hoc priuilegium competat, uoluerunt; Quandoqui
dem tex. cum sit generalis, generaliter intelligendus
est. Nec concludit argumentum glo. a testamentis,
ad hoc priuilegium. Nam testamentorū priuilegiū
propter iuris ignorantiam eis conceditur; Hoc au-
tem priuilegium publicæ utilitatis causa.

1 *Executio sententia etiam contra bona debitoris debitoris fieri potest.*

2 *Executio ut contra debitorē debitoris fieri poßit, quæ concurrere debeant.*

1 XX. Ampliatur † prædicta conclusio, ut etiā con
tra debitorem debitoris locum habeat; Sententia
namq; contra debitorem latam in bonis sui debito
ris exequi poterit, ut est tex. in l. 2. C. quando fiscus
uel priua. & tenet Guid. Papæ decisi. 26. nu. 2. uersi.
primò dicit ipse, & not. Doct. in dicta l. 2. Videlicet
Bar. Bal. Angel. Salic. Corne. & alij: Tria tamen, ut
ibi expresè subdunt Salic. & Corne. ad hoc, ut huius
2 modi executio † contra debitorem debitoris fieri
posiit, concurrere debent; Primò principalis debito
ris cōdemnatio II. eiusdem bonorum excusiio. III.
Debitoris exigendi confesiio. Horum autem uno
deficiente, executio contra debitorem debitoris fie
ri non potest; ut notant Docto. in locis supra rela-
tis & uoluit singulariter Bald. in consil. 214. in fin.
libro 3.

1 *Executio sententiæ pro rectore beneficij latæ, etiam pro subrogato exequenda est.*

2 *Sententiam in fauorem, quàm contra mortuum lata non ualet.*

3 *Arrestum contra Abbatem factum an eo mortuo expiret.*

1 XXI. Ampliatur, † ut sententia pro rectore beneficij lata eo mortuo, pro subrogato executioni mittatur per tex. in l. cū quasi. in princ. ff. de fideicōmis. liber.

ber. Quę licet de libertate loquatur, debet etiam ad
ecclesias earum fauore extendi; cum iisdem priuile-
giis fulciantur; Socin. in l. eius qui, num. 13. ff. si cert.
2 petat. post Castren. ibi; & si regulariter † sententia-
tam contra, quàm in fauorem mortui lata non na-
leat. l. in sūma. in fi. ff. de re iudic. & tradit Pan. Cast.
i l. 1. ff. quæ sente. sine appell. resci n. Præterea quòd
pro subrogato exequi possit, tenet in eisdē terminis
Bald. in l. vnica. §. 1. col. vlt. nu. 17. versi. extra queri-
tur, quid in pro non scripto. C. de caduci. tollen. ubi
etiam Iacob. in §. præcedenti. Hæc autem contra Ca
3 stren. facere videntur, qui consuluit † arrestum con-
tra Abba. Cluniac. latum, eo mortuo expirare; nec cō
tra monasterium, vel successorem exequi posse, te
ste Domi. Boer. in additione ad Benedictū de Plū-
bino in d. l. cum quasi, & refert Petr. Rebuf. in suis
concordantiis, in Rub. de manda. aposto. §. declarant,
tes & successores, col. 3. uersi. sententia tamen lata
pro uno.

1 *Exequi potest sententia lata contra principalem, con tra fideiussorem de iudicio sisti & iudicatum sol- uendo.*

2 *Executio contra fideiussores in contractibus datos sē tentia lata contra principalem fieri non potest sine nouo processu.*

1 XXII. Ampliatur, † ut procedat etiam contra
fideiussorem, propterea quòd talis sententia, etiam
sine nouo processu contra fideiussorem exequi po-
test; Id tamen in fideiussore de iudicio sisti, & iudi-
catum soluendo intelligendum est, ut inquit glo. in
l. fin. in uerbo persoluere. C. de usur. rei iudic. quam
sequitur Iacob. de Aren. argu. l. si quis pro eo. §. finū
2 mos. ff. de fideiusso. † De fideiussoribus autem in cō
tractibus datis aliter dicendum est; Propterea quòd
sētentia lata contra principalē, contra fideiussorē
sine nouo processu exequi non potest, ut probatur
in l. grege. §. si à debitore. ff. de pigno. & in l. à senten
tia. in princ. ff. de appella. Hāc conclusionem sequu-
tus est etiam Specul. in tit. de executio. rei iudic. §. se
quitur. in uersi. quid si sententia. & Ioan. Andr. in c.
1. de iniur. & damn. dat. in 6. & Cyn. in d. l. fin. C. de
vsur. rei iudic. & Guiliel de Cun. in l. a. §. fin. ff. qui sa-
tisda. cogan. & Bar. in l. 1. ff. iudic. solu. & Alber.
in d. l. a. §. fin. ff. qui satisda. coga. Licet Oldra. in l. fi.
§. adiicientes. C. de his qui ad eccle. confug. contra-
rium, & malè tenere uideatur. Præterea hanc distin
ctionem inter fideiussorem contractus, & de iudi-
cio sisti, & iudicatum soluendo, sequutus est Guido
Papæ decis. 26. per totam; & Francis. Marcus decis.
1057. num. 5. & 10. & rursus Guid. Papæ decis. 215.
num. 9. & Bald. qui arguit ad partes, & ad contraria
respondet, in §. si uerò reus. Instit. de satisdatio. ubi
Angel. Aret. num. 2. & ibi modum agendi tradit in
tali iudicio, & idem tenet Bald. in l. fin. §. fin. C. de
vsur. rei iud. & in l. 2. C. de æden. & in l. duobus. §. igi
tur si quis. ff. de ineiuran. & Anchara. in consi. 35. &
Paul. Castren. in d. l. 1. ubi communem opinionem
esse attestatur. ff. iudi. solu. & in l. fin. §. fin. C. de usur.
rei iudi. & Alex. in consi. 131. col. 2. qui etiam com-
munem opinionem dicit, libr. 2. & Corne. in consil.
211. lib. 3. & idem tenet Ioachi. Mynsing. in suis sin-
gula. obserua iudicii imperia. Camer. centuria. 4. ob
serua. 96. & idem tenet Ang. in d. l. fin. nu. 2. C. de v-
sur. rei iudi. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit in
2. lectura num. 31. ff. de pact. & Socin. Senior in cō-
si. 91. nu. 13. lib. 4. & Corne. in l. duobus. §. exceptio.
nu. 6. ff. de iureiur. & Alb. in d. l. fi. §. fi. C. de usur. rei
iudic. ubi tradit etiam Ias. nu. 6. & in d. l. duobus. §.
ergo si quis, nu. 3. ff. de iureiur. & Rapha. Fulgo. in l.
grege. §. et si nu. 2. ff. de pigno. & in l. duobus. §. exce-
ptio, nu. 6. & si ibi dicat, sibi placere opinionē Iaco.
Butr. ff. de iure iuran. & Riminal. in consi. 370. num.
8. lib. 2. & Philip. Franc. in d. ca. 1. de iniur. & damn.
dat. in 6. & Imol. in ca. superuenit. nu. 22. extra de fi-
deiusso. & Paul. Castr. in l. duobus. §. exceptio. num.
5. ff. de iureiur. & Bar. in l. si quis pro eo. §. si nūmos.
de fideiusso. & in l. fi. §. fi. C. de his qui ad eccles. con
fugi. & Alber. in l. cū procurator. nu. 5. ff. de fideiuss.
& Franc. Aretinus in l. qui iurasse. §. si quis iurauerit
nu. 23. ff. de iureiur. & quamplures cumulat Nico-
laus in tracta. de concord. & glos. in 52. concord. in
9. fallent. quem & alios citat Roncagal. olim Pisis
in eadē materia concurrens meus, in l. ex duobus.
nu. 30. ff. de duob. reis. & Hyppol. Marsil. in Rubr. ff.
de fideiusso. q. 49. nu. 348. & 349. & Guid. Papæ in
consi. 212. uersi. præterea quia sententia: licet ipse
in d. consi. & contra communem, & sibi ipsi contra-
rius in d. decis. 26. sequendo opinionem Oldra. indi
stinctè uelit; tam contra fideiussores iudicii, quàm
contractus, sine nouo processu exequi posse. Ipse ta
men Guid. Papæ in d. decis. 26. col. fin. uersi. sed re-
spectu illius membri in primo cap. distinctionis de
fideiussore iudicati soluendo, intelligendum esse ar
bitratur; nisi mutentur personæ, quo casu primò,
partem in tali sententiæ executione citandam esse;
vult; & summariam petitionem offerendam, & de
causa à Iudice summariè cognoscēdum per ea; quæ
not. Specul. in tit. de executio. senten. in §. breuiter.
versi. sed secundùm eū, & tetigit ipsemet Guid. Pa-
pæ in decis. 21. quē refert & sequitur Ioachin. Min-
sing. in suis singul. obserua. cent. 4. obseruat. 96.

1 *Exequi potest sententia contra fideiussorem contra- ctus lata aduersus principalem, si fideiussor soluen do non sit.*

2 *Fideiussores non excusso principali conueniri nō pos sunt.*

3 *Fideiussor, si antè quàm fiat excussio principalis, con ueniatur, absoluendus est, etiam si deinde fiat.*

4 *Excussio principalis facienda non est, quando noto- rium est, bona principalis debitoris non sufficere.*

5 *Fideiussor de iure quando antè excussionem principa lis conueniri possit.*

6 *Fideiussor negando beneficium excussionis amittit.*

7 *Fideiussor si iurauerit, potest antè principalem con- ueniri nulla facta excussione.*

8 *Fideiussor non facta discussione principalis conueni- ri potest, si principalis in loco munito sit.*

9 *Fideiussores possunt conueniri non facta excussione principalis, cum proceditur de plano sola ueritate inspecta.*

Exequi

10 *Exequi potest sententia lata contra principalem aduersus fideiussores de iudicio sisti & iudicatum soluendo non solum sine nouo processu, sed etiam sine citatione.*

11 *Exequi an poßit sententia contra principalem lata aduersus fideiussorem rem ratam haberi sine nouo processu.*

12 *Executio contra fideiussorem lite contra principalem pendente fieri potest.*

13 *Captura rei fideiußorem non liberat.*

1 Ampliatur autem præcedens ampliatio,† vt sentẽ
tia contra fideiussorem contractus lata, contra prin-
cipalẽ, si fideiussor soluendo nõ sit, exequi possit, vt
voluit Ang. in auth. vt omnes obed. iudi. prouinci. in
prin. nu. 17. & quãdo sentẽtia lata contra fideiussorẽ
absq; nouo processu cõtra principalem exequi pos-
sit, post Doct. omnes in d. l. j. ff. iudi. solu. tradit Imo.
in c. peruenit, num. 22. extra de fideiusso.
Hæc ampliatio fortassè de iure cõmuni locũ non
2 habet † cũ fideiussores nõ excusso principali conueni
ri non possint. auth. præsente, C. de fideiusso. & l. de-
cem, ff. de verb. obli. vbi tradunt omnes, & quod est
plus voluit Soci. in consi. 24. visis, col. 6. vol. 1. ita an-
3 tea excussionem faciendã esse, † vt si postea fiat; ad-
huc reus absoluendus sit; & licet soleat prædicta cõ-
4 clusio limitari, † quando notorium est, bona debito-
ris principalis non sufficere, vt voluit gl. in d. l. decẽ,
in verbo excussum, ff. de verb. obl. & in l. fi. versic. sed
cum sciam, ff. si cert. pet. & vtrobiq; tradũt Bar. Bal.
Ang. Paul. Cast. & alij communiter, & Horma. De-
tus in l. hoc edicto, §. morte, nu. 130. ff. de oper. nou.
nuncia. Attamen cum notoriũ est, bona principalia
debitoris non sufficere; satis superfluum videtur, vt
contra principalẽ pariter non soluendo reuertatur.
5 † Poterit fortasse illa conclusio procedere, quãdo
principalis debitor esset rixosus, vel difficilis solutio
nis, vt tradunt Doct. in l. 2. ff. qui satisd. cog. & si ste-
terit in carcerib. ob id, quod non solueret, vt latè vo-
luit post alios Claudius Seisel. in d. l. decem col. 2. &
refert Hiero. Grat. in consi. 87. nu. 23. vol. 1. Item in-
specto iure canonico, vt voluit Ias. in §. item siquis.
instit. de actio. & refert idẽ Grat. in d. cõs. 87. nu. 25.
Vel obligatione facta in forma cameræ, cum ad sim
plex verbũ creditoris soluere debeant, & constituat
se fideiussor principalẽ in solidũ obligando; & ideo,
vt principalis dẽt cõueniri, vt refert Gra. eodẽ in lo-
co. Præterea etiã si procedatur, vt supra latissimè di-
ctũ est, sine strepitu & figura iudicij, vt voluit Bal. in
auth. hoc ita, C. de pignor. & in l. 1. si quid in fraudẽ
patrõ. & tradit Soci. in consi. 24. visis diligenter, col.
1[illegible]. vol. 1. per Ias. in d. §. siquis in fraudem, & Alex. in
terminis in cõsi. 114. viso processu, col. fi. volum. 6. &
Aret. in c. dilecti, col. 2. extra de iudi. & refert Grat.
in cõs. 63. nu. 45. volu. 2. Itẽ si fortasse fideiussor ne-
6 get, † Nam fideiussor negãdo beneficium excussio-
nis amittit, vt voluerũt Bar. Ang. & Alex. in apostil-
lis in l. si fideiussor. de fideius. & Bal. in auth. contra q
propriã, C. de non nume. pecu. & Grat. in d. cons. 63.
nu. 44. vol. 2. Præterea etiã qñ fideiussores beneficio
excussionis, & omni alio iuri renunciarunt, eo nãq;
casu volunt antè principalem compelli ad soluendũ
posse, vt tradit Specu. in tit. de renunci. §. j. & tradunt
omnes in auth. præsente. C. de fideiusso. & in d. l. de-
cẽ, ff. de verb. obli. & refert Grat. in consi. 126. nu. 4.
vol. 1. Rursus etiã si fideiussor iurauerit, poterit non
7 excusso principali conueniri, vt voluerũt Bal. Pet. de
Anch. & Abb. in c. ex rescripto, de iureiur. per illum
tex. & sequitur Alex. in cõs. 32. vol. 4. & refert Gozã.
8 in cõsi. 32. nu. 14. † itẽ etiam si debitor in loco muni-
to sit, vt tradit idem Gozad. in consi. 7. nu. 22. Posset
etiã huiusmodi ampliatio in locis illis locum habe-
re, vbi statuta excussionẽ reijcerent, prout est in hac
nostra ciuitate sub rub. 59. de reiecta excussione bo-
9 norũ, † item vbi pariter statutis cautum esset, q̃ sum-
mariè & de plano & sola veritate inspecta proceda-
tur, vt paulò ante diximus.
Illud igitur, quod supra firmauimus, q̃ contra fi-
deiussorẽ de iudicio sisti & iudicatũ soluẽdo sentẽtia
lata cõtra principalẽ, etiã sine nouo processu exequi
possit, de quo tradit Bar. in d. l. 1. nu. 2. ff. iudi. solut.
10 † procedit etiã si fideiussor ipse non citetur, vt est gl.
in l. fin. §. fi. vers. persoluere, C. de vsur. rei iud. & Bar.
in d. l. j. ff. iudi. solu. & Bal. in l. duobus. §. igitur si quis,
ff. de iureiur. & Alcia. in d. l. decem, nu. 29. ff. de verb.
oblig. & Ripa in l. 2. nu. 34. C. eden. & Hippol. Marsi.
in rub. ff. de fideiuss. num. 348. & Bal. in consil. 46. in
fin. volum. 3.
Si verò quæramus quid de fideiussore rem ratã ha
beri, dicendum sit, Bar. in d. l. 1. nu. 4. ff. iudi. solu. re-
11 fert se ad l. si sine, §. 1. ff. rem ratã haberi, nu. 15. † Pri-
mò inquit, sententiã contra principalẽ latam, contra
fideiussorem sine nouo iudicio exequi nõ posse, per
tex. in l. procurator ad exhibendũ, §. 1. ff. eod. tit. rem
rat. hab. Verùm paulò post distinguendo inquit, aut
hæc stipulatio extra iudicium interponitur, & nouo
iudicio opus est, vt in eadẽ l. si sine, in princ. nec execu
tionem fieri posse, arg. l. à Diuo Pio, §. sed si emptor.
ff. de iud. Si verò in iudicio interponitur, & tunc pu-
tat paratam executionẽ habere, per ea quę in stipula
tione iudicatum solui, retulit in d. l. 1. ff. iudi. sol. & in
stipulatione de iudicio sisti cum similibus.
12 Præterea antequàm ad alia transeamus, † illud
omittendum non censuimus, executionem contra
fideiussorem, lite contra reum pendente, fieri posse.
Hanc conclusionem posuit Bal. in l. si. nu. 2. C. de fi-
deiuss. & si id in specie mihi dicere nõ videatur; p gl.
quàm dicit notabilem in l. creditor. in prin. in verbo
posse. ff. mãda. & pro hac opinione facit illud, quod
notabiliter dixit idem Bald. in cap. contingit, nume.
13 20. extra de dolo & contum. dum inquit, † capru-
ram rei fideiussorem, quominus & ipse quoque capi
possit, nõ liberare, per tex. in l. hæres à debitore. §. q̃
si hic seruus. ff. de fideiu. vbi tradit Bar. & idẽ Bar. &
Doctores in l. creditor, la secũda, ff. si cer. petat. Pre-
terea dictum illud Bald. sequitur Hippoly. de Marsi.
in l. vnius, §. custodiæ, nu. 31. ff. de quæstio. & in rubr.
ff. de fideiusso. num. 380. & in singul. 398. & Bald. in
d. c. cõtingat, eam dicit dicti sui rationem esse, quia
licet ad capturam deuentum sit, ei tamen satisfactũ
non est l. nepoti, ff. de fund. instruct. Hanc quoque
conclusionem vltra prædictos ponit Petrus Duenas
in regul. 276.

1 *Exequi non potest sententia contra fideiussorem, quando prima executione integrè creditori satisfactum est.*

1 Primò limitatur prædicta conclusio, † quando ex prima executione creditori ex integro satisfactũ esset; ut inquit Angel. in l. qui restituere, nu. 5. col. 2. uersi. in glo. in fin. ff. de rei uendi. Nam alioquin simplex unius executiui remedij electio alij uiam non claudit: facit tex. in l. à quo fundus. ff. de dam. infect. & sequitur Duenas in loco præallegato.

1 *Executio contra fideiussorem fieri non debet ante excussionem principalis, quando consuetudo et stilus curiæ contrarium suadet.*

1 II. Limitatur, † quando consuetudo & curiæ stilus in contrarium esset; Propterea quod ipse omnino seruandus est. c. ex literis. & c. fin. extra de consue. & Duenas in loco prædicto limitatione. 2.

1 *Executio contra fideiussorem non fit sine excussione, quando aliter a partibus conuentum esset.*

1 III. Limitatur † quando aliter à partibus conuentum esset; Tunc enim pacta & conuentiones seruandæ sunt. l. iurisgentiũ. §. prætor ait. ff. de pact. & Duenas in prædicto loco, limitatione 3.

1 *Executio fieri non debet, causa cãcellationis uel abolitionis pendente, quando quis ad contractus, seu obligatorij instrumenti rescissionem ageret.*

2 *Debitor condemnatur pendente falsi instrumẽti quæstione.*

2 IIII. Limitatur † quãdo quis ad cõtractus, seu obligatorij instrumẽti rescissionẽ ageret; Nã tũc causa cãcellationis, uel abolitionis pendẽte in iudicio executio facienda non est, ut uoluit Stephan. Bertra. in consi. 43. etiam si uerum sit. lib. 1. secundæ impressionis: Dicit tamen Duenas in loco supra adducto in 4. limitatio. contra hanc conclusionem urgere text.
2 in l. 2. C. ad l. Cornel. de fals. † Vbi si instrumentum falsum allegatur; interim falsi quæstione pendente, debitor condemnatur; & ideo idem quoq; de cancellatione, uel abolitione dicendum uidetur; Animaduertendum tamen est; quia ille text. in terminis nostris obstare non uidetur; propterea quòd ibi debitor retardandæ solutionis causa falsi crimen obiecerat; Vnde mirum non est, si executionẽ non impedit; quia ex suo dolo commodum consequeretur; quod quidem ualde absurdum esset. l. ne ex dolo. ff. de dolo, & l. ita fullo. ff. de fur. & l. 1. §. 1. ff. de except. doli. & c. sedes. de rescriptis, cum vulgaribus: subdit tamen Duenas in loco prædicto iure regio conclusionem Bertr. usque ad decem dies locum habere. Nã si contractus executionẽ paratam habens falsus dicatur; talis exceptio, uel aliqua iusta infra 10. dies, ut ibi per eum, probanda est.

1 *Exequi potest sententia contra institutum super bonis fideicommisso subiectis lata, etiam contra substitutum.*

XXIII. Ampliatur regula generalis supra firmata
1 uidelicet sententiã exequendam esse, † ut sentẽtia lata cõtra institutũ super bonis fideicõmisso subiectis etiam cõtra substitutũ exequi posit: ut est tex. singularis in l. ex contractu. ubi omnes notant. ff. de re iudi. & facit illud, quod tradit Bar. in l. in diem, & post eum Angel. & Roman. ff. de aqua pluuia arcen. & tradunt recentiores in l. filiusfamilias, §. Diui, ubi Iaso. in 1. lect. nu. 48. & Ripa, num. 60. qui hanc cõmunem opinionem esse attestatur, licet nonnulli cõtrarium voluerint, & Alex. num. 8. post Ange. Raph. & Imo. & Ferdi. Loazes, num. 126. qui etiam de cõmuni attestatur, & Cro. num. 36. cum seq. vbi plura adducit, & quasdam refert limitationes, vt ibi latius per eum, ff. de leg. 1. quos refert, & sequitur Roder. Suarez allegatione 27. sub num. 3. & Dec. in consil. 447. num. 6. par. 4.

1 *Exequi an possit sententia lata contra reum principalem aduersus eum, qui rem litigiosam emit.*

1 XXIIII. Ampliatur, † vt sententia lata contra reum principalem, contra eum, qui rem litigiosam emit, exequi posit, vt voluit Bar. in l. 1. §. 1. sub num. 3. ff. de litig. & in l. fin. versi. dicitur hic, ꝙ ille, qui. C. de eden. vbi inquit, id velle legem illam fin. si rectè inspiciatur, & cum eo transeunt posteriores. Preterea idem dicunt tenere Bald. in l. 1. colum. 2. C. com. diui. licet ego non inuenerim, & Angel. in authent. de litigio, col. 3. sub num. 5. vers. est & alius effectus, quia sententia, & Abb. in cap. si. colum. fin. de alien. iudi. muta. caus. fact. num. 80. vbi sequitur distinctionem Bartol. licet dicat opinionem Innocen. contrariam communiter teneri, & Dec. in consil. 187. col. fin. Bart. autem in l. creditores, colum. 7. nu. 23. vers. circa hoc igitur, & sequitur Castr. in l. si mater. §. fin. ff. de except. rei iud. existimat, ꝙ quando agitur de iuris realis executione, & tertius possessor ab eo, contra quem principaliter oritur, causam habet, tres casus distinguendi sint.

Primus autem est, quando tale ius exequendi; antequam in tertium possessorem transiret, in esse deductum erat, vel quia sententia lata erat; & tũc Bart. transire arbitratur, l. si superatus. §. 1. ff. de pignor. & l. si mater. §. 1. & l. iudicatis. §. si. de except. rei iudi. & tradit Alex. in consil. 153. circa litem, col. fin. lib. 6. & Corn. in consi. 218. lib. 2. & Negusan. in trac. de pignor. par. 4. num. 20. cum seq.

Secundus casus est, quando nondum erat in esse productum, sed in actu producendi, vtputa, quia pẽdebat litigium, & tunc si huiusmodi actu res inalienabilis effecta est, vt quia de dominio quæstio erat, & ex consequenti res litigiosa, & tunc contra huiusmodi successorem ius exequendi transit l. 2. C. de litigi. Nec tunc remedium illius legis, necessario pro re reddenda, & si vbi quis vellet, posset, intentandũ erit, & ita intelligit glo. ibi positam Io. And. in versi. si verò. Nam licet esset in actu producendi, non obstante tali litigio alienari poterat; quia fortè hypo-

tecæ

tecæ non dominij quęstio erat, & tunc non transit
ius exequendi contra singularem successorem; sed
contra eum nouo processu opus erit, vt habetur in
authent. de liti, §. ad hoc, vnde sumpta est authent,
hoc si debitor, C. de pignor. secundùm solutionem
Rofredi positam in d.auth.hoc si debitor, quam ta-
men, quicquid dicat Bart.non inuenio ab alio rela-
tam, vt inquit etiam Negusa. in loco infra adducto.
III. Casus est, quando tale ius non erat in esse pro-
ductum, nec in actu producendi, vtputa quia quan-
do res alienata fuit; lis adhuc cœpta non erat; & tūc
ius huiusmodi exequendi superueniens, & ex senten
tia procedens; contra talem successorem non tran-
sit, l.si mater.§.fi.in fi.& l.iudicatis. §.fin.ff.de except,
rei iudic.

Prædicta autem limitat primò Bartol. in vltima
volūtate, in qua an cum dolo, vel sine dolo sit distin-
guit, vt ibi per eum.

Secundò limitat, nisi verus possessor sua scientia,
vel patientia sibi præiudicasset.l.sæpe.§.1.ff.de re iu-
dic. & facit illud, quod not.in l.præses, C.de pignor.
& hanc doctrinam Bar.sequitur adamussim Salice.
in d.l.creditores, colum.6.nume.16.& seq.& cæteri
transeunt, & Panor.& alij supra relati, & latius Aret.
in c.quia V.col.fi.de iudi.post Ant. à Butri. ibi; & eā
ad regulas & fallentias reducit Afflic. in consti. Pa-
cis cultum, col.6.& seq.num.22.& refert prædicta &
sequitur Ioan. Negusantius in consil.20.nume.13.
quibus adde latè Capici. plura similia adducentem,
quæ authoritatibus comprobat in decis.128.nume.
6. & sequen.

1 *Ex qui potest sententia lata contra non poßidentem,*
ac si poßideret, si superueniat poßeßio.

1 XXV. Ampliatur, † vt sententia condemnato-
ria contra non possidentem, tanquàm possidentem
lata, deinde superueniente possessione exequi possit,
vt voluerunt Paul.Castr.Cuma.& Socin.nu.3.& alij
in l.si a te, §. si quis, ff.de except. rei iudic. per text. in
l.is qui se obtulit, ff.de rei vendica.per text. cum glo.
in l.si inter me.ff.de except. rei iudic. & est casus in l.
sed & si possessori.in princip. ff.de iureiurand.quem
tex.de iuramento loquentem Bart. & omnes ad sen-
tentiam extendunt, & ita intelligunt omnes in d. §.
siquis, & Bertran.in consi.282.nu.5.lib.1.

1 *Exequitur sententia lata pro reo in possessorio, & pro*
actore in dominio contra reum, si poßeßionem conse-
quetur.

2 *Sententia, qua iudex pronunciauit, rem ad actorem*
pertinere, si reus poßideat, contra eum exequetur;
item & si non poßidebat, sed postea inceperit poßi-
dere.

XXVI. Ampliatur, & videtur hęc ampliatio ali
1 quid commune habere cum præcedenti; † vt proce-
dat etiam in sententia pro reo in possessorio, & pro
actore in dominio lata; Planè contra reum, si posses-
sionem consequetur, exequenda erit, vt voluit Bald.
col.fin.versi.sed glo.& Salic.num.9.in l, cogi, C, de
petit.hæred, per tex.in l.sed & si possessori, versi.pro-
inde, ff, de iureiurand.& licet ille text.de iureiurando
loquatur; Idem tamen in sententia dicendum est, vt
ibi latius per doct.& in §.fin.eiusdem. l. vbi casus est
clarus, secundùm Soci.in l.si à te, §.1.col.2. versi.pri-
ma conclusio, ff.de exceptio.rei iudica. Prætęrea idē
voluit Paul.Castr.in d.l.si à te, in prin.versi.in tex. ibi
si non fuerit iudicatum. Ratio autem est; quia senten
tia declaratoria in fauorem agētis prolata ius ipsius
notorium effectum est, & ideo a reo negari, nec im-
pediri potest, quin contra eum, ex quo restituendi fa
cultatem habet; executio fiat. Alia præterea ratio af
ferri potest; Nā quemadmodum si reus possideret,
2 & iudex eum non condemnaret, † sed tantummodo
rem ad actorem pertinere declararet, eiusmodi sen-
tentia contra reum exequenda esset, cum in realib.
vel mixtis declaratoria sufficiat l. regulariter, ff. de
peti.hæred. ita etiam si sit absolutus, quia non possi-
debat; & postea incipiat possidere, dicēdum est, pro-
pterea ꝙ talis absolutoria cessat; Vnde perinde est,
ac si absolutus non esset; nec condemnatus fuisset,
tunc enim nihilominus talis declaratoria contra reū
possidere repertum exequenda esset; vt voluerunt
Angel.col.fin.sub nu. 12. versi. quid si egi rei vendi-
catione, & Ias.nu.23.in §.omnium.Instit.de actio. &
Bar.in d.l.si a te, §.1.in 1.not.& ibi Alber.de Rosa.&
Io.Corras.in l.naturaliter, §.nihil commune, nu.41.
ff.de acquir.possess.& Socin.in d.l.si à te, in prin, in 6.
notab.& in §.1.col.2. versi. secunda conclusio nota-
bilior est; vbi inquit rationem esse; Quia sententia
declaratoria eius vis, & efficaciæ esse debet, cuius est
condemnatio l.ex diuerso, ff, de rei vendi. Subdit igi-
tur Iaso. in d. §.nihil commune, in 4. combinatione
Bartol. versic. quarta conclusio, num.139.huiusmo-
di conclusionem veriorem esse; Tum quia commu-
nis est; Tum etiam quia illa litibus finis inducitur.
Præterea hanc conclusionē sequutus est Claud. Mar
me.in d.l.naturaliter, §.nihil cōmune, nu.126.versic.
nec obstat, & nu.127.ff.de acquir. possess. vbi inquit
magis cōmuniter a doctoribus receptam esse, & Ro
lan.a Valle prædictos referens in consi.56.num.8.&
9.lib.2. Præterea vltra eos, quos ipse refert, hanc
eandem opinionem sequitur Bal.in rub.ff.de rei ven
di. versic. Quæro, quid si est probatum, vbi inquit; id
valdè notandum esse, & Abba.in c.examinata, num.
11.vbi Felin.in prin.nu.1.extra de iudi. & Imol.in c.
penult.extra de exceptio. & est quædam additio ad
Mathesi.in sing.137 nota, ꝙ reus conuentus, & tra-
dit Bertr.in consi.282.nu.1.lib.1.

1 *Exequitur sententia lata contra eum, qui liti se obtu-*
lit contra dominum, quando is, qui se obtulit, soluen
do non est.

1 XXVII. Ampliatur † prædicta regula genera-
lis, vt sententia lata contra eum, qui liti se obtulit, cō
tra dominum executioni mandetur, quando is, qui
se obtulit, soluendo non est; vt voluit Angel.in auth.
vt omnes obedi.iudi.prouin. §.si verò aliter, per illū
tex.nu.9.versi.3. infero, etsi ibi contrarium fortassè
dicēdum videri existimet, cum reus liberatus sit l.so-
lutionem, ff. de solutio. & ex consequenti contra eū
executio

executio fieri non posit: Verùm huic obiectioni respondet Angel. obiectum tunc locum habere, cum se litt offerens, soluendo est, at cum soluendo nō est, sententiam contra dominū exequi posse, De hac q̄stione meminit Alex. in l. sæpe, nu. 92. ff. de re iudic. vbi ad vtranque partem disputando pulcrā conclusionem appellat; quatenus vera sit, & ideo memoriæ mandandam esse; vt ibi ipse latius prosequitur.

1 *Exequitur sententia contra venditorem lata aduersus emptorem.*

1 XXVIII. Ampliatur, † vt sententia lata cōtra vēditorē; contra emptorem exequatur, vt est text. in authen. quia in prouincia, vbi tradit Bal. C. vbi de crimi. agi oport. & notatur in l. 2. C. vbi in rē actio, & sequitur Aret. in l. qui iurasse, §. si quis iurauerit, sub nu. 23. ve si. sicut dicimus, q̄ quando fertur sententia. ff. de iureiuran. & de hoc tradunt Docto. & præsertim Cagnol. nu. 25. in l. venditor, ff. de iudic.

1 *Exequi potest sententia lata contra uenditorem defendentem rem venditam, aduersus emptorem, uel aliū possessorem.*

1 XXIX. Ampliatur, † vt sentētia lata contra vēditorem garrendum, hoc est cōtra vēditorem defendentem rem venditam, & ab alio possessam, contra emptorem vel aliū possessorem, exequi posit; vt voluerunt Cyn. Iō. Faber, Bar. Bal. Ang. Alb. de Rosat. Pau. Cast. & Alex. in additio. in l. 1. C. vbi in rē actio, & Bar. in consi. 219. agitur contra Colum, & Doct. supra relati in l. venditor, ff. de iudi. & Io. Faber in §. si. q. pen. instit. de satisdatio. & Nico. Boerius in deci. 75. vol. 1. & in §. 13. in addit. vlt. in principali de consuetud. feudo. lib. consuetud. Biturig.

1 *Exequi potest sententia lata contra laicum, aduersus eundem monacum effectum.*
2 *Monacus acquirit monasterio deducto ære alieno.*

1 XXX. Ampliatur, † vt sententia lata contra laicum, si deinde monacus efficiatur, contra eum nihilominus monacum effectum exequi posit; Id autē intelligendum est; non solùm in rebus in monasteriū translatis; sed etiam in ijs, quæ suis operibus lucrare-
2 tur: † Nam monaci licet quicquid acquirunt; monasterio acquirant; Id tamen deducto ære alieno acquirere intelligendum est, vt voluit Io. Andr. in ca. 1. de oblig. in nouel. quē refert & sequitur Bald. in c. si uerò archiepiscopus, nu. 9. ver. quæro, qualiter fiet executio, in titulo. qui success. feud. dar. tenen. in vsibus feudo. vbi etiā remissiuè Afflic. in fin. versi. extra materiam tangit hic Bal. & idem Afflic. pariter remissiuè in c. si clientulis, num. 16. in fi. in titulo, de aliena. feudo. in vsibus feudo.

1 *Exequi potest sententia contra vnum lata aduersus alium, si ita statutum disponat, & si aliter sit de iure communi.*
2 *Statutum disponens, ut sententia lata contra vnum contra alium exequatur, valet, si pœna sit pecuniaria, secus si sit corporalis.*

1 XXXI. Ampliatur, vt sententia contra vnum lata, ita dictante statuto, contra aliū exequi posit. Etsi aliter de iure cōmuni dispositum sit. Nam sententia contra vnum lata contra alium exequi nō potest, nec debet, vt notat Calcaneus in cons. 18. nu. 21.
2 † Statutum namque disponens, vt sententia lata contra vnum contra alium exequatur, valet, & tenet secundùm magis communem doctorum opinionem, de qua attestatur Ant. de Tremol. in additio. ad Bona. in pract. excep. in rub. de exceptioni. post nu. 5. in verbo & interdum, quē refert, & sequitur Baptist. à Villalob. in suo tract. communi. opinion. in litera S, num. 103. in verbo statutum disponens, quòd sentētia lata.

Statutum autem hoc tunc valere intelligitur; quādo pœna pecuniaria sit; At secus si corporalis; Planè tunc non valere dicendum est, vt latè post multa tenēt Alex. in l. sæpe, nu. 10. & 11. ff. de re iudi. quem refert Thom. Gram. in consi. 49. nu. 2. in ciuilibus, & si Grammat. ibi in casu ciuili loquatur.

1 *Exequi potest sententia contra ecclesiam, quæ lata fuit contra eius administratorem.*

1 XXXII. Ampliatur, † vt sententia contra administratorem ecclesiæ lata, contra ecclesiam exequi posit, vt inquit Abba. in c. cum deputati, nu. 11. extra de iudic. ex mente Inno. in loco per eum ibi relato, & si id non satis clarè dicere videatur.

1 *Exequi potest sententia pro debito vsufructuarij in commoditate sui vsufructus.*

1 XXXIII. Ampliatur, † vt sententia pro debito vsufructuarij lata, in cōmoditate sui vsusfructus exequi posit; ad hoc adducunt text. in l. accusatio. §. fin. ff. de pericul. & cōmod. rei vend. secundū Sali. in authen. & qui iurat. C. de bon. aucto. iud. posi. in 6. quæstio. princ. & sequen. sed neutrū horum reperire potui. Facit tamen l. Statius Florus. §. fin. ff. de iur. fisci, & c. 1. §. fin. in titulo, de capit. Corra. in vsib. feud. & tradit Alexand. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damn. infect. & in additio. in l. fin. §. fin autem æs alienum, C. de bonis quæ liber. vbi Castren. & in consil. 387. quos refert, & decidendo sequitur Franc. Marci in decisio. 827. num. 4. vol. 1. & si adducta per ipsum, partim parum probare videantur, & partim non reperiantur.

1 *Exequi potest sententia contra testamentum lata aduersus legatarios & vsufructuarios in illo iudicio citatos, licet solùm contra hæredem lata sit.*

1 XXXIIII. Ampliatur, † vt sñia lata cōtra testamentū cōtra legatarios ēt & vsufructuarios in tali iudicio citatos, ēt q̄ cōtra hæredē tm̄ lata sit; exequi posit; vt voluit Francis. Cur. iun. in consi. 23. nu. 8. ut ibi latius per eū, interueniente tamen citatione.

Exe-

Executio etiam in rebus ecclesiasticis fieri potest, cum ecclesia, vel eius capitulum condemnatum est.
2 *Sententia lata contra praelatum suo proprio nomine in quibus bonis, & quomodo exequatur.*

1 XXXV. Ampliatur, †vt etiam in reb. ecclesiasticis executio fieri posit; Id quod cũ ecclesia, vel eius capitulum condẽnatum esset, intelligendũ est, & ex causa ecclesiam ipsam respiciẽte, l. iubemus nulli. C.
2 de sac.san.eccl. At secus cum contra ꝑlatum suo proprio nomine lata esset; Etenim tunc in reb. ecclesiæ executio fieri non põt, sed tantummodo si non habeat alia bona, in beneficiorũ fructib. ad ipsum prælatum pertinentib. l. commodis, vbi glo. Bar. Cuma. Paul. Castr. Imo. Alex. & Ias. ff. de re iudi. & l. stipendia, C. de executio. rei iudi. & c. peruenit, in versi. de reddiub. eorũ, vbi glo. & Doct. extra de fideiussor. & tradit Spec. in tit. de executio. senten. §. sequitur, vers. quid si debitor. Hanc conclusionẽ ita declaratam tenet glo. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, in glo. fi. ibi, quid autem de ecclesiasticis, ff. de re iudic. quam sequuti sunt ibi Bart. Raph. Cuma. & Alex. num. 30. & Ias. nu. 21. & alij recentiores, de hoc latius dicemus infra in 39. limit.

1 *Executio fieri potest etiam in pecunia pupillari ad emptionem prædiorum destinata.*
2 *Pecunia ad emenda Prædia pupillorum destinata & deposita an inter immobilia connumeretur.*

1 XXXVI Ampliatur, †quatenus diximus in omnibus executionẽ fieri; vt etiam in pecunia pupillari pro emptione ꝑdiorum destinata locum habeat; Planè in tali pecunia, etiam sine decreto iudicis executio fieri potest, cum necessaria alienatio sit; in qua decretum non requiritur. l. 3. §. item quæri potest, ff. de reb. eorum, & l. 1. C. de prædi. minor. Hanc conclusionem, & ampliationem probat text. expressus in d. l. à Diuo Pio. §. fin. ff. de re iudi. vbi id notat Rapha. Cuma. & post eum Alex. num. 6. qui latè dispu-
2 tat, an idem sit; quod de ipsis prædijs, † & de pecunia ad emenda prædia deposita, ac destinata, & ob id in diligẽti custodia habita dicẽdũ, & an inter immobilia talis pecunia cõnumeretur, vt ibi latius per Alex. & idẽ vt supra notat in d. §. fi. Imol. in fin. quod dicit memoriæ mandãdum esse, & ibidẽ etiam Ias. nu. 2.

1 *Executio concessa a statuto competit tam habenti vtilem actionem, quàm directam.*

1 XXXVII. Ampliatur, †vt vbicunq; statutũ executionem concedit; talis executio, tam habenti vtilem actionem, quàm directam competat: vt inquit Ias. in l. 3. col. 2. ff. de acqnir. possess. quem refert Cassan. super constit. Burgun. in tit. des Censes. Rub. 11. le seignenr Censier. §. 6. in text. ibi contre la principal obligé, ou ses hoirs. num. 9. per ea Bartol. in l. prima, ff. de actio. & oblig. & Aret. in rubri. de acq. possess ion. Monetur autem Bartol. ibi, vt inquit Ias. per text. in l. si procurator, in princip. vbi si in fauorem procuratoris sententia lata sit; Dominus etiã si iura vtilia tantum habeat, illius sententiæ executionem habet.

1 *Exequitur sententia absolutoria absque aliquo nouo facto iudicis.*

1 XXXVIII. Ampliatur in sententria † absolutoria. Nam talis sententia exequitur absq; aliquo nouo facto iudicis, vt not. glo. in verbo executionẽ. in princ. quam sequuntur Doct. in c. pastoralis, de appella. & Inno. in c. cum nostris, col. 3. ver. sed supple ibi, maxima, de concessio. præben. & Bart. in l. miles, §. qui indicati, quæst. 22. num. 3. ff. de re iudi. & Alex. in consi. 94. col. 1. num. 4. versi. quinimo in supplicatione, lib. 2. & Imol. in c. pastoralis, §. præterea, num. 13. extra de offic. delega. cum similibus.

1 *Exequi non debet sententia notoriè nulla.*
2 *Exceptio nullitatis contra sententiam opposita illius executionem impedire solet.*
3 *Executio vbi propter nullitatem sententiæ impeditur, si petatur, intelligendum est.*
4 *Exequi curanti sententiam nullam, siue sit iudex, siue pars, manu militari & de facto resisti potest.*
5 *Statutum disponens sententias exequendas esse, vel contra sententias exceptiones non esse exequendas, ad sententias nullas extendendum non est.*

Hæc regula ita ampliata eodem modo & ordine procedendo, pluribus modis limitatur, vt ex infra dicendis apparebit.

1 Primò igitur prædicta cõclusio limitatur, †in sententia notoriè nulla, eiusmodi enim sententia executionem non meretur, ut est tex. in l. 4. §. cõdemnatũ, vbi omnes Doct. not. ff. de re iudic. & in l. si cum nouella. vbi plenè notatur, ff. de iudic. & in l. si prætor, §. Marcellus, C. si ex fals. instrumẽ. & l. iudicati, C. de ordin. cognitio. & c. fin. extra de offic. deleg. & capi. pastoralis §. quia verò, extra de re iudi. & ca. de cætero. extra de exceptio. & c. pia, circa finẽ, de exceptio. in 6. & tradit Roman. in consil. 306. circa propositã consultationem, num. 1. & Ange. in consi. 276. nulla dubitatio. nume. 6. & Bald. in l. si feriaris, ff. de ferijs: & Parisi. in consi. 98. num. 1. lib. 3. & Albert. Brun. in consi. 50. num. 7. in vol. consi. feuda. diuers. & Parisi. in consi. 51. num. 49. lib. 4. & in consil. 106. num. 16. eod. vol. Idem esse inquiens in alia sententia simpliciter sententiam nullam cõfirmante. Id quod supra voluit idem Parisi. in consi. 100. num. 76. & sequen. lib. 1. & Afflic. in decis. 283. nume. 1. & in decis. 39.
2 num. 6. in fin. Hinc igitur est, † quòd exceptio nullitatis contra sententiam opposita illius executionem impedire solet: ut notant Doctores paulò antè relati, & infra referendi. Verùm quia hæc conclusio satis diffusè tractatur à Doctoribus, & ideo valdè prolixum esset; ampliationes, & limitationes, quas post Bar. in d. §. condemnatum, afferunt scribentes, sigillatim referre, & præsertim quia distinctio Bartol. ibi cõmuniter approbari videtur. Meritò illis ita omissis loca referemus, vbi scribentes eas sigillatim attingunt; Vnde facilè percipi poterit, quando nullitatis

oppositio

oppositio sententiæ executionem impediat; & rursus an & quando sententia nulla exeqnenda sit.

Primò igitur de hoc loquitur Bart. in d. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. & ibidem post eum Alex. num. 4. 6. 7. 10. 11. 12. 14. & 20. & Raphal. nume. 3. & Ias. nume. 24. & Castren. num. 2. & 3. & Staphi. in tracta. de liter. gratio. nume. 69. & Folleri. in tracta. de censib. fol. 243. num. 5. & Francis. Marcus decis. 470. num. 10. lib. 1. & decis. 44. numero 1. 3. & 4. & Roderi. Suarez in declara. l. 2. foro 2. lib. 3. folio 828. nume. 4. & Thom. Grammat. decisio. 19. num. 15. & consi. 1. foro iud. num. 47. inter decisiones Laurentij Silvani consi. 17. num. 3. & Rota decis. 5. num. 3. fol. 30. de litis contesta. in nouis, & Anchar. in clemen. vt calum. num. 2. de senten. & re iudic. & Alex. in l. de pupillo, §. ei cui opus, nu. 8. & 9. de oper. nou. nunc. & Socin. iunior in consi. 65. num. 19. & 20. lib. 1. & in consi. 66. num. 17. & num. 18. lib. 1. & Socin. senior in consi. 21. num. 6. & in consil. 109. num. 3. li. 4. & Ioan. de Amicis in consi. 31. num. 13. & Gram. in consi. 150. num. 11. & Bal. in consi. 313. nu. 2. lib. 5. & Alex. in l. 3. §. si seruus, nume. 6. ff. de acquir. poss. & Boeri. super constit. Burgund. fol. 32. col. 1. & Bal. in c. pastoralis, §. quia verò, nu. 9. extra de offic. delega. & Ias. in auth. quæ supplicatio, num. 4. C. de precib. impera. offerend. & in l. iurisgentium, §. prætor ait, num. 10. ff. de pact. & Rapha. in l. si prætor, §. Marcellus, num. 8. ff. de iudic. & Igneus in l. 1. num. 11. C. quando prouoca. non est necesse, & Ruinus in consi. 59. num. 1. lib. 5. & in consi. 7. nnm. 3. lib. 4. & Riminald. in consi. 379. num. 1. lib. 2. & Filipp. Fran. in c. dilecto, num. 149. extra de appellat. & Abba. in c. cum in iure, num. 33. extra de offic. delega. & Pau. Castren. in l. si feriatis, num. 2. ff. de feriis, & in d. auth. quæ supplicatio, nu. 3. C. de precibus impera. offerend. & Bart. in l. si prætor. §. Marcellus, nume. 5. ff. de iudic. & Barbat. in consi. 18. col. 4. post medium, lib. 4. & in c. cum in iure, num. 4. cum seqnent. de offic. deleg. & Paris. in consi. 98. num. 19. 21. 22. 23. & 24. lib. 3. & Hieron. Grat. in consi. 72. nume. 1. lib. 2. & Lauren. Calcan. in cons. 26. nu. 45. & in cons. 118. num. 1. & Corne. in consi. 140. nume. 16. lib. 4. & in consi. 208. num. 2. lib. 3. & in cons. 204. num. 1. lib. 2. & in consi. 48. nu. 1. lib. 1. & Stepha. Bertran. in cōsi. 250. num. 15. lib. 2. & Decius in consi. 73. nnm. j. lib. 1. & Andr. de Isern. super constit. regn. in consilio 1. lin. 8. fol. 4. & Rebuf. in suis concordat, in §. ab interlocutorijs, de friuol. appella. fol. 364. & August. Beroius in suis quæstio. familiar. quæst. 131. nu. 1. & Didacus practica. quæst. c. 24. num. 6. & cap. 25. col. 2. pag. 388. & eod. cap. col. 16. fol. 395. & Capic. decis. 132. num. 3. & Capella Tolosa. decis. 430. & in additio. ad decis. 54. eiusdem Capel. Tolosa. & Roman. in singul. 291. num. 1. & Vital. in tracta. clausula, claus. 101. num. 5. & Claud. de Seisel. in l. vt vim, num. 35. ff. de iustit. & iur. & Hyppol. Marsil. in rubr. C. de probatio. numero 180. & Andre. Barbat. in c. peruiciosam, nume. 90. cum seqnent. extra de offic. ordi. & Bald. in consi. 225. num. 4. lib. 5. & Iserni, in c. 1. num. 15. & 20. lib. 3. feud. & Neuiza. in consi. 77. num. 5. & 10. & Sebastia. Vant. in tracta. de nullita. in tit. quot & quibus mod. nulli. propo. possi. nu. 29. cum pluribus sequen. & Afflic. decis. 358. num. 1. & sequen. vbi loquitur de sententia lata iuris forma nō seruata, & Alex. de Neuo in consil. 43. per totum, & Corne. in consi. 278. nu. 7. lib. 4. de sententia loquēs à iudice incompetente lata.

3 Illud tamen † adnotandum est, quòd vbi propter nul
litatem sententiæ executio impediri potest, id si pe-
titum fuerit, intelligendum esse; Alioquin sententia
nulla exequetur, vt voluit Bellam. in c. ex insinuatio-
ne, num. 4. extra de procur.

4 Rursus † etiā in his terminis omittendum nō est,
iudici, seu parti, quæ sententiam nullam exequi pro-
curet, manu militari & de facto resistendum esse, &
posse, vt notat Barba. & sequuntur alij in c. ex literis,
per illum tex. iuncta gl. num. 14. extra de offic. dele-
gat. quem text. adhoc refert Franc. Marcus decis. 72.
nu. 9. vol. 1. & in decis. 260. nu. 4. eod. vol. 1.

Stante igitur prædicta conclusione, quòd senten-
5 tia nulla exequenda non sit; Infertur † ad statutum,
si quod reperiretur disponens, sententias exequen-
das esse, vel contra sententias exceptiones non esse
admittēdas; Nam huiusmodi statutum ad sentētias
nullas extendendum non est; vt voluerunt omnes in
locis supra relatis, & Corn. in consi. 43. num. 2. lib. 1.
& infra dicetur, cum de quæstionibus adhoc nostrū
statutum pertinentibus loquemur.

1 *Executio sententiæ pendente appellatione impeditur.*

2 *Exequi an possit sententia pro parte, si partim recepta est, & pro parte ab ea appellatum.*

3 *Exequi in minori summa, in qua conueniunt, possunt duæ relationes.*

4 *Exequi potest sententia, antequàm appellatio recipiatur.*

5 *Appellatio non dicitur deserta, si in secundo bimestri fides iudici, quòd se sedi Apostolicæ præsentauit, facta non est.*

Attamen elapso dicto termino iudex à quo sententiā exequi poterit.

6 *Executio super alimentis pendente decreto, & appellatione interposita non impeditur.*

7 *Exequi potest sententia non obstante appellatione, quādo periculum est in mora.*

8 *Executio non impeditur cum appellatio minus legitimè interposita est, & id certum & euidens est.*

1 II. Limitatur † appellatione pendentes, quando
quidem interposita appellatione executio sententiæ
impeditur c. venientes, extra de iureiuran. & ca. dile-
ctus, vbi glo. in verbo exequendam, extra de appella.
& facit rubr. & Nigrum, nil noua. appell. penden. &
voluit Franc. Marc. in decis. 43. num. 4. volum. 2. &
2 Boer. decis. 73. num. 1. 2. & 3. Dum quærit † an si sen
tentia pro parte recepta est, & pro parte ab ea appel
latum; pro ea parte, quæ recepta est, exequi possit.
Præterea hanc eandem opinionem sequitur Afflic.
in decis. 362. vbi loquitur, quando duæ relationes in
minori summa conueniunt, non autem in maiori,
3 † an in minori, in qua conueniunt exequendæ sint;
& exequendas esse arbitratur; Rursus, quòd appella
tione pendente nihil possit innouari, tenet idem Af-

flic.decis.341.num.4.& Paris.in consi.98. uum.18.
lib.3.& Ias.in l.siquis aduersus.uum.2.in 5.differen
tia.C.de præcib.imper.offer. & eã inquit esse ratio-
nem;quòd appellatio pronunciatum rescindi.l. 1.§.
si.ff.ad turpilia. Idem etiam uoluit Lauten. de Ro-
duf.in tracta.de usur.quæst.129.num.18. & Fran-
cus iu sua disputatioue petitorii,in 6.membro, sub
num.25.& Archidia.iu c.Romana.nu.15.de appel
la.in 6.& Imol.iu c.dilectis filiis.uume.18.extra de
appella.& Afflic.super cōstit.regn.in cōst. usutario
rum,lib.1.uum.13.ubi extendit etiam hanc conclu
sionem ad eum casum;in quo sententia cōtra usura-
riũ lata esset,& usurariua eã ad publicationem om-
uium bonorum condemuatus; non cōfessus tamen
nec conuictus appellasset; Nam appellatione pēdē
te fiscum huiusmodi sentētiã exequi nō posse post
Isern.arbitratur, per ea quæ supra in principio hu-
ius limitationis deduximus;& alia ratio est;quia ap
pellatio appellātē in pristinũ statum reducit.l.chiro
graphis.§.1.ff.de admini.tuto.prout uoluit Bald.in
l.fi.C.si à non compet.iudi. Vude infert Afflic. Illũ
titulum,nil nouari appellatione pendēte:etiã cōtra
fiscum locum non habere; nisi cum condemnatus
conuictus sit.l.quoniam.C.de appella.& l. non ab-
stinendum.C.quot.app. Nam etiam fiscus in suis,
causis iure communi utitur.l.1.C.de petit.hæred.&
l.quod placuit.ff.de iur.fisci.nisi ubi priuilegiatus,
reperitur.Præterea,quòd appellatione pēdente exe
cutio sententiæ fieri uon possit, tenuit Specula. in
tit.de executio.senten.§.1.iu princ. & §. postremo.
in princ.& Barba.iu c.pastoralis.§.præterea.num.6.
& 7.extra de offic.deleg.Id autem intelligit ibi An
dre.Barba. dummodo appellatio à iudice ad quem
4 recepta sit;†Alioquin antequàm appellatio recipia
tur sententiam exequi posse, à contrario sensu per il
lum tex.arguendo;Item eandem opinionem tenuit
Bal.in consi.367.lib.1.& in consi.418.num.2. eod.
lib.1.& Hiero.Grat.in consi.85.num.12.libr.2. &
Alciat.in consi.227.num.3.ubi hanc limitationem
sublimitat,& Decius iu c.bonæ.num.2.extra de cō
sir.util. uel inutil.ubi inquit id in appellatiuue à de-
finitiua sententia intelligendum esse; in appellatio-
ne uerò ab interlocutoria.ut habetur in ca.nō solũ.
de appellatio.in 6.distinguendum esse. Iterũ eandē
opinionem,quam supra firmauimus, uoluit Afflic.
in decisio.77.num.9.& Petr.Rebuf.in gl. ad cōstit.
gallic.in tit.de sent.execut.articul.ult.in glo.ult.nu.
27.& Roma.in singul.163.num.3.ubi quādam ad
hanc conclusionem limitationem affert;quam ual-
dè notabilem esse arbitratur;& à nemine tactam,li-
terisq; a uteis describendam;quam limitationem re
fert,& tanquam communem sequitur Alex. de Ne-
uo in consi.39.inter cons.matrimo.diuers.uum.18.
licet de Ludoui.Roma.mentionem nō faciat;Limi-
tatio autem huiusmodi est,si iudex statuat terminũ
appellanti, intra quem se coram iudice ad quem re
presētet,alioquin appellatio sit deserta. Vt puta si
det alicui duos menses ad præsentandum se sedi Ap
postolicæ, & alios duos ad fidem sibi de præsētatio
ne faciēdam,quæ quidem præsētatio facta est, ue-
5 rum de ea fides iudici facta non est;†& tunc licet
per lapsũ ultimi bimestris appellatio deserta nō sit,

secũdùm Bald.in l.præses.uers.pone iudex. C. de ap
pella.attamē ille effectua suboritur, ut elapso dicto
secundo termino iudex à quo sentētiam statim exe-
qui possit,etiam appellatione pēdente,ut ibi latius
per eum;Præterea eãdem conclusionem, quam su-
pra firmauimus, sequitur etiam Fabius Mantelcō
in sua praxi arbitraria, parte prima,16.quest.princ.
dubio 13.num.13. Vbi aliam limitationem ad hāc
6 cōclusionem ponit,†uidelicet, ut super alimētis pē-
dente decreto,& appellatione interposita executio
nou impediatur,ut uoluit Math.de Afflic.decis.1.
& decis.152.num.3.& Rota decis.12.in nouis, idē,
quod supra firmauimus,rursus uoluit Bal.in c.cum
in iure.num.8.extra de offic.delega.& Ripa in l.ad-
monendi.num.193.ff.de iureiur. ubi inquit hāc cō
clusionem nō procedere; quaudo periculum est in
7 mora;†Nam túc appellatione nō obstante sentētia
exequi potest,per tex.in l.siquis filio.§. hi autem.ff.
de iniust.rupt.irritoq; fact.testam.& l. de pupillo.§.
siquis riuos.ff.de nou.oper.nunc.& Feli. plura refe-
rens iu c.præterea. extra de sponsal.& in c. ex parte.
extra de constit.Præterea cōclusionem supra firma
tam sequitur Corn.in l.si causa cognita.sub num.1.
in princ.C.de transact.& Ias.iu l.si præses.num.4.in
fi.ff.de re iudi. Vbi limitat hanc couclusionem per
8 illum tex.expressum,† sententiæ scilicet executionē
nou suspendi, nec retardari, cum appellatio minus
legitima interposita fuerit:cum paria sint;quid non
fieri,uel minus legitimè fieri.l.quotiens. ff. qui satis-
da.cog.cum similibus, id quod intelligit eodem lo
co Ias.cum certum & euidens est,appellationem ri
te nou esse interpositam;at secus si dubium sit; nam
interim exequi nou poterit.

1 *Executio fieri non potest termino ad appellandum pē dente.*

1 III. Limitatur,†& habet hęc limitatio quid cō
mune cum præcedenti,ut termino ad appellandum
pendente locum nou habeat,ut uoluit glo.in l.uni-
ca.in uerbo nouari.ff.nil nou.appel.pēde.& est text.
& glo.iu c.nō solum.in uerbo innouata,iu priuc. de
appella.lib.6.ubi omnes uotāt,& Egid.Bella.in ca.
cum inter.uum.14.ubi hoc limitat extra de sent. &
re iudic.& est etiam tex.ubi omnes notant in l.intra
dies.ff.de re iudic.& tradit Anto.à Butr.in tract. de
uoto.arti.4.de effect.uototii,num.61. ubi hanc cō-
clusionem in notorio limitat, ut latius ibi per eum;
Præterea hanc eandem conclusionem tenuit Ias.in
l.3.§.si seruus quem,num.13.ff.de acquit.posses.per
ea quæ uoluit Bart.iu d.l.1.in princ.ff. nil noua. ap-
pella.pēdē.& gl.in l.ex iudiciorum. ff. de accusatio.
& Specul.in titu.de appellatio.§.restat in fi. & idem
uoluit Hyero.Grat.iu consi.16.num.4.libr.2.& uu.
6. inquit executiouem intra tempus datum ad ap-
pellādũ factam nullam esse; & reuocari debere, ut
notat Abba.& referunt alii recentiores in c. cum su
per. extra de re iudic. & idem uoluit ipse Gratus in
consi.109.uu.9.& sequen.eodem lib.2.& Fulgos.in
l.Papiuianus.§.si ex causa.nu.2.ff.de iuoffic. testam.
De hoc uideas Didacum practica. quæstione. 23.
sub nume.2.uersi.illud tamen obiter erit.Rursus et
prædi-

prædictam cõclusionem cum unica ampliatione &
septem limitationibus ponit Philip.Franc.in d.c.nõ
solùm.num.7.de appella.in 6.& uide Bernar. Diaz.
reg.110.& Petr.à Duenas in Regula.273.cum simi
libus.

1 *Executio fieri non potest intra tempus,quod condem-*
natis miserationis causa datur.
2 *Condemnati tempus quadrimestre ad soluendum de*
iure habent.

1 IIII.Limitatur,ut non procedat infra terminum,
quod miserationis causa ad soluendum condemnã-
2 tis datur,scilicet † quatuor mensium, ut de iure di-
spositum est, per text. in l.2.& in l.fin. ubi in §.fina.
id ad fideiussorem extendit. C. de usur. rei iudic. &
notant Doctores omnes in l.debitoribus,ubi Alex.
num.9.& sequent.pluribus modis limitat, & decla-
rat.ff.de re iudic.& idem Alex.& alij in l. intra dies
ff.de re iudic.ubi Ias.num.1.& Ripa nu.1.& optimè
Ias.in d.l.debitoribus,nu.6.uersi.in glossis nihil est;
Vbi ampliat hanc conclusionem uno modo,& limi
tat septem modis; Præterea idem uoluit Paul. Ca-
stren.in l.2.num.5.C. de tempo.appellatio.ubi casũ
quẽdam singularem ponit;in quo cõdemnatus qua
drimestre non habet,nec aliud ad soluendum legale
tempus;Quãdo scilicet appellatio deserta est, quod
memoriæ mandandum arbitratur; conclusionem
hanc ultra prædictos sequutus est etiam Corn.in cõ
si.14.nu.15.uol.2.

1 *Executio fieri non debet pendente restitutione in in-*
tegrum.
2 *Executio sententia pendente restitutione in integrum*
an impediatur,si causa restitutionis sit euidens,alio
quin præstita cautione executio impeditur.
3 *Executio quando non impediatur etiam petita resti-*
tutione in integrum,& infra num.5.
4 *Executionem trium sententiarũ conformium an impe*
diat petitio restitutionis in integrum.

1 V.Limitatur,† pendente contra sententiam in in-
tegrum restitutione; Ea namque pendente sentẽtia
exequi non debet,ut magis communiter Doctores
intelligere uidemur,per tex.in l.unica. C.in integr.
restit.spoliat,nequid noui fiat,& uoluerũt gloss.In-
no.Abb.& omnes in c.suscitata. extra de in integr.
restit.& Rota in decisio.379.in nouis,& secundum
nouissimas impressiones decis.51.in tit.de appella.
& Capell.Tolosa.ubi Aufre.quæst.54.& Pari.in con
sil.109.colum.ult.lib.4.& Imol. Cuma. & Alex.in l.
4.§.condemnatum. ff. de re iudi.ubi Ias.nu.26.& Ri
pa num.30.& Rota decis.446. in nouis, & Didacus
practicarum quæstio.cap.25.num.7.Præterea ultra
prædictos,idem tenuit Bart. in l.defendere.ff. de au-
2 thor.tuto.qui id uerũ esse ait;† cum causa restitutio
nis est euidens,alioquin præstita cautione executio
nem non impediri.c.suscitata.de in integ.restit. Ve-
rùm quicquid dicat Bart.magis communis tam su-
pra relatorum,quàm infra referendorum Doctorũ
opinio est;ut restitutio in integrum sicut appellatio
sententię executionem suspendat;Nec obstat c.susci
tata; propterea quòd ibi ex quampluribus præsum-
ptionibus apparebat; eum qui in integrum restitu-
tionem petebat; illam dolosè & animo protelandi
iudicii petere, Vnde prędictam cõclusionem adhuc
tenuit Patrus Rebuf.super constit.regn.in tit.de sen
ten.executio.art.15.glo.1.num.13.& Socin.Senior
in consi.109.nu.2.lib.4.& Thom.Gramm. in cons.
129.nu.2.in ciuili,& Iacob.Butriga. in l.iudicati. in
summario.C.si ex fals.instrum.& Ioan.Cefal.in cõs.
116.nu.4.& Ruin.in consi.59.sub nu.10.uersi.& ex
pressius etiam idem dicit Bal.lib.5.& Anton.à Ca-
nar.licet uarijs modis distinguat,in tracta. de execu
tio.instrum.quæst.21.nu.48.& sequent. & Bal. in l.
si causa cognita.per illum tex.in 3.nota.C.de transa
ctio.ubi Corn.nu.1. uersi.de restitutione uerò in ĩte
gr.& Abb.ĩ d.c.suscitata.nu.8. & seq.& alij post eũ
extra de resti.ĩ iteg.& Hostiẽ.in sũma de ĩtegr.resti.
minor.nu.8.uersi.An executio sentẽtiæ, & Frã. Cur.
in l.si causa cognita.nu.5.C.de transactio. & Corn.
3 in consi.111.nu.6.& 7.lib.1.† Vbi limitat hanc con
clusionem non procedere,quando ad appellandum
restitutio in integrũ petita est;Secũdo si uigore spe-
ciali rescripti restitutio in integrũ petatur. Tertio,
quando restitutio in integrũ petitur sub cõditione,
ubi latius tradit Corne.Quærens etiam, quid dicen
dum sit,quando talis restitutio altiorem indaginẽ
requirit,uel quando militiæ præsumptio est.Præte
rea ultra prædictos conclusionem supra firmatã te
net Ang.in l.unica.C.de integ.restit.postul.ne quid
noui fiat.in suma.& Baptist.à Villalob.in tracta. cõ
mun.opin.in litera E,cõm.opinio. 139. & Capit. in
decis.53.ubi limitat hanc cõclusionem non proce-
dere,& ita refert notatum fuisse in consilio Neapoli
tano,in sententia principis;Nam eius executionem.
restitutionem in integrum non impedire,uoluerũt
ut ibi latius ipse declarando prosequitur. Verùm cõ
trarium uoluit Afflic.in deci.356.nu.5.ubi alios re-
fert.At opinionem Capicii tenuit Socin.Regul.429.
limit.j. & post multos, quos ipse refert,Didacus pra
ctic.quęst.c.25.sub 7.uersi.item quia sententia.Rur
sus conclusionem supra firmata sequutus est Rimi.
in consi.163.nu.10.uol.1.& in consi.404.nu.1. & se
quent.uol.3.& Parisius inquiens esse cõmunem opi
nionem in consi.100.nu.80.& seq.uolu.1. & Afflic.
decisio.356.nu.3.& Soci.Regul.429.Restitutione,
ubi limitat duobus modis,& Guid.Papę decis.215.
nu.7.cum similibus.
4 Verùm an † executionem trium sentẽtiarũ confor
mium impediat petitio restitutionis ĩ integrũ, maxi
ma est inter doctores altercatio.Nam eam nõ impe-
dire uoluit Bal.in l.unica.col.ulti. C.ne liceat tertiò
prouo. & Alex. in d.l.4.§. condemnatum.col.ult. ff.
de re iudi.cuius opinionem quandoque Rota admi-
sit.quãdoq; uerò non,sed contrariã,ut inquit Cassa.
decis.1.de restit.in integr.Contrariam uerò opinio
nem,ꝙ eã scilicet impediat,tenuit Salic.in d.l.1. C.
ne liceat tertiò prouoca. & Capel. Tolos. decis. 54.
At Didacus practica quęstio.c.25.n.7. prædictis re
latis opinionem Alex.magis probat, ob præsumptã
à iure calumniã; præsumptione admodũ urgenti, ꝙ
in hac specie sufficere debet.d.c. suscitata. extra de

5 restitu.in integ.† Tum etiam quia sententia principis propter summã eius authoritatem, etiam lite suspensa per in integrum restitutione pẽdente, aduersus eam petita executioni mandatur, ut supra uidimus. Prẹterquã quod opinioni Bal. refragatur illud, quod uolu. & glo. quã sequuntur alij, & præsertim Bal. Ias. & Decius in l. postquã liti. C. de pact. Ripa uerò in d.§. cõdemnatum, nu. 31. refert hãc opinionem, quã dispu tat, attamen cogitandum reliquit. Sed Paris. in consi. 109. nu. 15. 16. & 17. uol. 4. Bal. opinionẽ sequutus est; & secundùm eam opinionem pluries in Rota iudicatum fuisse attestatur.

1 *Exequi non debet sententia notoriè iniqua & iniusta.*
2 *Notorium manifestum in quo differant, & infra nume. 3.*

1 VI. limitatur in sententia † notoriè iniqua & iniusta; huiusmodi namque sententiæ exequendæ non sunt, Nec pugnat hęc limitatio, cum prima ampliatione, dum in ea dicebamus sentiam manifestè iniustam exequendam esse; Propterea quod ampliatio illa de sententia manifestè iniusta loquitur; Hæc autem limitatio de sententia notoriè iniusta,
2 † Differentiam autem in terminis nostris inter manifestum, & notorium tradunt Doct. in locis in d. 1. ampliatione relatis & infra ĩ hac limitatione referẽdis, cã tenuit Patr. de Anch. in consi. 382. retento ordine dubitorum, nu. 9. uersi. & maximè est hoc uerũ, ubi apparet, per ea quæ uoluit Innoc. in c. ad aures. de ætat. & quali. & Barba. in consi. 44. scribitur apud Prophetam, col. 6. uersi. unde si sententia continens. lib. 4. per tex. in c. inter cæteras. de re iudi. & inquit facere tex. in c. per tuas. de senten. executio. & text. in l. satis apertè. & quod ibi uoluit Angel. C. de fals. & tex. in l. si pars. ff. de inoff. testam. & quod ibi uoluit Ange. & rursus idem Ang. in cõsi. 284. quod ad propositum loqui non uidetur; & in l. si Prætor. ff. de iudi. & Abba. in c. 1. de nou. oper. nunc. n. 10. & 11. qui tamen in proprijs terminis loqui non uidetur; & adducit prętereatex. in c. 2. eo. titu. & rursus idem uoluit Barba. in consi. 1. præclarè scribitur. col. 1. n. 3. 4. 5. & 6. lib. 2. ubi plures concordantes refert; & pluribus fundamentis comprobat. Et Paris. in consi. 54. assertæ sententiæ, nu. 1. lib. 4. & Hieron. Grat. in consi. 88. num. 9. lib. 1. & Afflic. decisio. 37. num. 5. ubi plura adducit; & rursus in decis. 28. nume. 6. & sequ. & Imol. in consil. 127. in casu præmisso. numer. 5. & Angel. post glos. ut ipse refert, in l. ciues. in summario. C. de appella. & Boerius super constit. Biturg. Des coustumes concernans les Turges & leur iurisdictio. §. 27. in uerbo item, & aussi, uersi. Item etiam ubi euidenter & notoriè, fol. 32. Loquitur enim de statuto exceptiones reiiciente; quod notorias & euidentes non reiiciet, & Bald. in l. prima, uersicu. deinde quæro. C. si de momen. possessio. fuerit appella. & in l. consentaneum. uersicu. quæro nunquid à tali. C. quomod. & quando iud. & Alexand. in consi. 107 colum. ultima, uersicu. ex alio. lib. tertio, & in consi. 77. colum. penult. uersic. tertiò, eodem uolum. & Abba. in c. suscitata. extra de restitu. in integ. & in cap. super. in fine. & ibi Felin. extra de offic. delegat. & Ludo. Bolog. in l. si feriatis. ff. de ferijs, & Grat. in consil. 12. numer. 5. uolum. 2. & faciunt notata per eundem Gratum in consi. 85. numer. 2. lib. 2. dum inquit, cum in sententia aliquis notorius defectus adest, exequendam non esse, per ea quæ not. in clemẽ. 1. de re iudi. & in clemen. 1. de sequestr. possess. & fructuum.

3 Animaduertendũ tamen † est: Doctores hanc limitationem potissimum fundare in c. inter cæteras. extra de re iudi. qui tex. in sententia manifestè iniqua expresse loquitur; nõ autem notoriè, unde huiusmodi differentia cõfundi uidetur. & ideo fortasse dici potest, quod prima ampliatio de sententia iniusta loquatur: queneq; manifestè, neque notoriè iniusta appareat; Hæc autem limitatio de sententia manifestè & notoriè iniusta, differentia inter notorium & manifestum reiecta, cogitandum tamen esse arbitror.

1 *Exequi sententia incerta non debet, & quid agendum sit.*
2 *Sententia incerta toleratur & executioni demãdatur, nisi de incertitudine opponatur.*

1 VII. Limitatur † in sententia incerta, quę non exequitur, ut inquit Soci. Iuni. in consi. 45. numer. 18. & 19. uolu. 1. per tex. in §. curare. Instit. de actio. & in l. 2. & 3. C. de senten. quæ sine cer. quant. Iudex enim ut certam sententiam ferat, diligenter curare debet, d. §. curare. & tradit Specul. in titulo, de sentent. §. qualiter. uersi. item debet esse certa; cũ alijs, de quibus per Alex. in consi. 109. uiso: col. 1. uol. 5. & idem rursus declarando in consi. 187. in hac. col. 2. lib. 2. & Decius in consi. 8. nu. 6. lib. 1. Quandoquidẽ si sententia certa, & liquida non est; executioni demãdari non potest; sed antequã exequatur, ut declaretur, & liquidetur, necesse est; ut uoluit Bal. in additione ad Specul. in titulo, de senten. col. 3. uersi. sententia nõ liquida, & tradit Soci. Seni. in consi. 96. num. 17. uolu. 4. & Capicius decis. 17. per totum; prout etiam dicitur de instrumento nõ liquido executionem paratã habente, quod quidẽ antequam exequatur liquidari debet, ut declarant Bar. Bald. & Angel. in l. 1. §. fin. ff. de leg. 2. & Alex. in consil. 94. uiso. col. 2. in fin. uolu. 6. & in consi. 136. uiso. colu. fin. lib. 5. & Dec. in consi. 322. uisis. col. 1. parte. 2. & Ang. Aret. in Rub. de exceptio. col. 24. in Institut io. & Ias. in l. certi condictio. in prin. col. 2. ff. si cer. peta. & tradit Sebastia. Vantius in tract. de nullit. in titu. de nullit. senten. ex defec. process. ac solemni. nu. 102.

2 Id tamen † si de incertitudine oppositum sit, intelligendum est; Alioquin si oppositum non fuerit, sententia incerta tolleratur, ut uoluit Bal. & sequuntur alij. C. de senten. quæ sine cert. quanti. & recentiores in d. §. curare, & Soc. in d. consi. 45. nu. 19. uolum. primo.

1 *Exequi non debet sententia erronea.*

1 VIII. Limitatur † in sententia erronea; quæ pariter exequenda nõ est, ut inquit Corn. in l. nemo n. 2. C. de senten. & interlo. omn. iud. per illũ tex. in uers. consultationes.

Exe-

1 *Exequi non debet sententia dubia & obscura.*

1 IX. Limitatur † in sentẽtia dubia, uel obscura, quæ propter suam perplexitatem, uel repugniantiã exequi nõ debet, argumento. l. ubi repugnantia. ff. de regul. iur. & est gl. in c. si is qui. ĩ uerbo cogi. 1 1. quæst. 3. & tenet Bar. in l. duo iudices. in fin. ff. de re iudi. & Alex. in consi. 1 24. in causa. in fin. uolu. 2. & in consi. 49. in causa. col. 3. sub nu. 4. uersi. contrarietas autẽ seu repugnantia. lib. 7. & tradit Sebastia. Vant. in tracta nullit. in titulo de nullit. senten. ex defect. proces. ac solemn. sente. sub nu. 102. uersi. est idem, si foret.

1 *Exequi non debet sententia, quam eadem pars, quæ eam obtinuit, iniustam esse fatetur.*
2 *Præsumptio iuris, & de iure confeßionem in contrarium admittit illius, in cuius fauorem tendit, & ea eliditur.*

1 X. Limitatur, † præcedẽs regula in illa sentẽtia, quã
eadem pars, quæ eam obtinuit, iniustam esse fatetur.
Nã talis sententia exequenda nõ est, ut uoluit Abb.
post Inno. in c. quia pleriq;. nu. 22. extra de immuni.
eccles. Ratio autem est, ut ipse inquit. Quia sentẽtia
2 iniusta ex sola iustitiæ præsumptione † sustinetur,
Sed contra præsumptionem iuris de iure probatio
per cõfessionẽ illius admittitur, in cuius cõmodũ, &
utilitatẽ illam præsumptionem induxit, ut notatur
in auth. sed iam necesse. C. de donatio. antè nupt. ergo mirum non est, si in hoc casu executio impeditur
Præterea hanc eandem cõclusionem notabilem, &
singularem eadẽ ratione arbitratur. Idem Abba. in
c. is qui. nu. 5. uersi. 2. quæritur. in fin. extra de spõsa.
& eandem sequitur Roma. in l. admonẽdi. col. 6. nume. 31. uersi. 8. si postquã; ubi hanc cõclusionem declarat. ff. de iureiurã. & Anto. à Butrio. in d. ca. is qui,
& in c. fin. extra de successio. ab intesta. & rursus idẽ
Abba. in quæst. 2. ab eo disputata incipiẽte, stãte statuto. col. 7. in 3. membro distinctionis, sub num. 12.
uersi. nam & contra præsumptionem iuris, & de iure
admittitur, & Bal. in authẽ. ad hæc. nu. 15. de usur. &
Ias. in d. l. admonendi. col. 17. nu. 45. & seq. ff. de iur.
iurand. ubi plures refert, ultra quos eandem opinionẽ sequũtur post Inno. in d. c. quia plerique. Alber. in
l. sub specie. in fi. C. de re iudic. & Barba. in consi. 18.
col. 5. nu. 11. uers. Ideo dixit singulariter Inno. lib. 1.
& Thom. Grãm. in cõsi. 161. nu. 5. & 6. in ciuilibus,
& Iaco. Mandel. Alb. in cõsi. 24. præsupposita. nu. 3.
subdẽs, hãc conclusionẽ non procedere; nec locum
habere, ubi hęc confessio clara & liquida nõ est, sed
aliquẽ dubitationẽ, uel disceptationem recipit; sibi
uendicare, ut tradit Felin. in c. inter cæteras. col. ante
pe. uersi. secunda declaratio, & uersi. tertia declaratio. & uersi. & hanc declarationẽ, extra de re iudica.

1 *Exequi non debet sentẽtia calore iracundiæ lata, nisi post 30. dies.*

1 XI. Limitatur † in sententia calore iracundiæ lata; Huiusmodi enim sententia statim exequenda nõ est; sed triginta dies differẽda; etiam ꝙ Principis sententia sit; dummodo calore iracundię lata sit, ut est tex. in c. cum apud Thessaloniã. 11. quæst. 3. & est etiã tex. in l. uendi. cari. C. de pen. & est glos. quã sequitur ibi Felin. in c. iurgantium. nu. 5. extra de re iudic. & eandem conclusionem tenet Anto. Corsett. in reperto. Abba. in uerbo calore iracundiæ, & Ioã. Andre. ubi etiam Anania. in c. 3. nu. 2. extra de accusatio. & Mart. Laudẽ. in tract. de consiliarijs principũ, quęst. 6. & Paris de Puteo in tract. sindica. in princ. in titulo de excessi. consilia. nu. 11. & in eodem tracta. in fi. in c. incipiẽte, Mandauit Rex. nu. 2. & Thom. Gramma. in uoto. 32. nu. 13. & Ias. in l. puniri. in ult. uerb. C. si cõtra ius uel utili. publi. Vbi hoc intelligit nisi secunda iussio principis interueniat. c. si quando. ubi canonistæ. extra de rescri. & tradit Bartolo. Verõn. caut. 7. quã non inuenio, licet Ias. adducat, & rursus idem Ias. in l. debitoribus. nume. 15. ff. de re iudi. & Abb. in c. cum olim. nu. 23. extra de re iudi. & Hypp. Marsi. in l. 1. §. si quis ultro. nu. 52. ff. de quæst. & Neuiza. in sua silua nuptiali. lib. 1. nu. 91. & Hiero. Cagno. in l. quicquid calore. nu. 12. & seq. ff. de reg. iur. ubi etiam Guilie. Mayner. nu. 8. & tradit prædictos referens Petr. Dueñas in Regula. 292. ampliatio 7. Quibus adde, ꝙ idem tenuit Felin. in c. quærenti. n. 5. uersic. sunt certi casus, extra de offi. deleg. & Guiliel. a Perno in tract. de reg. & reg. nu. 34. quẽ tamen non inueni, & Prospe. Carauita super riti. mag. curiæ Ritu. 259. nu. 4. qui refert Sal. in d. l. si uendicari. C. de pœn. ubi Salic. rationem ponit, & Cepol. caut. 2. nu. 5. & Alex. in l. debitoribus. n. 14. in fi. ff. de re iud.

1 *Exequenda non est sententia, nisi petatur.*

1 XII. Limitatur, quando sententiæ executio non petitur. Propterea ꝙ nisi petatur, sententia exequi non solet, ut notat Ange. in l. habere licere. in 3. not per illum tex. ff. de euictio. Comprobatur hęc conclusio generali illa regula; ꝙ Iudex non petenti officium non impartitur; Posset etiã pluribus similibus comprobari; quibus habemus, aliquid, nisi petatur, non concedi; uerùm quia satis nota sunt, breuitatis causa ex professo omittuntur.

1 *Executio fieri non debet sed suspendi, quando præiudicium est irreparabile.*
2 *Appellatio ob interlocutoria admittitur, si damnum est irreparabile.*
3 *Damnum quando est irreparabile, iudici de facto resisti potest.*
4 *Emphiteutica rei uenditio quando per illã clausulam saluo consensu domini sustineatur.*

1 XIII. Limitatur † Quando præiudicium esset irreparabile. Tunc enim sententiæ executio suspendi de-
bet, ut uoluit Bal. in l. eum qui duas, circa mediũ. C.
de adult. & Pau. Cast. & Alex. in d. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & tradit Iacob. Menoch. in 1. respõ
so causæ final. nu. 53. ubi inquit in simili facere text.
2 in l. 2. ff. de appella. recipien. † Vbi appellatio ab in-

terlocutoria admittitur; si dãnum est irreparabile,
3 & si aliàs non admitteretur, Immo † quod est plus,
quando damnum est irreparabile, iudici de facto re
sisti potest, vt inquit Bar. in l. si alius, §. bellissimè, ff.
4 quod vi aut clam. & Hinc † quoque est, vt licet rei
emphyteuticæ venditio, dummodo adsit illa clausula,
la, saluo consensu domini, valere posit; Attamen id
in venditione alicuius munitæ arcis; vel rei, quæ sine
magna difficultate recuperari non potest; locum nõ
habet, vt voluit Bal. in c. 1. §. hoc quoque. col. pen. de
success. feud. & Ias. in l. fin. C. de iure emphyteu. vt la-
tius per Iacob. Menochi. in loco supra adducto nu.
54. & 55.

1 *Executionem sententiæ impedit exceptio precij non so*
luti.
2 *Exceptio peremptoria, quæ non venit ad impugnandã*
sententiam. sed ad executionem impediendam, post
sententiam opponi potest.
3 *Exceptio non soluti precij opponi potest, etiam quòd*
statuto caueatur, vt contra instrumentum guaranti-
giatum ad impediendam eius executionem nulla
exceptio opponi posit.
4 *Executio non conceditur ei, qui iurat domum emisse,*
nisi officium iudicis impetret.
5 *Iuramentum & sententia æquiparantur.*

1 XIIII. Limitatur, † in exceptione precij non solu
ti, quæ contra sententiam opponitur; Hæc namque
exceptio sententiæ executionem impedit, exempli
gratia, si fundum cẽtum mihi vendere promisisti, &
contra me vi talis promisionis agas; vnde ego sen-
tentia ad tradendum tibi fundum cõdemnatus sim;
vtique in executione talis sententiæ de pretio non
soluto opponere potero; & ex consequenti petendo
mihi à te centũ solui; sententiæ executionem impedi
re. Hanc quæstionem ponit Specu. in titulo, de exe-
cutio. senten. §. fin. versi. item pone emptor, ipse ta-
men contrariam opinionem ibidem: vt scilicet talis
exceptio opponi non posit, & executio non impe-
diatur, veriorẽ arbitratur, quẽ referẽdo sequutus est
Bar. in l. duo. §. si quis. primo, ff. de iureiurã. vbi idem
quoq; in executione iuramenti dicẽdũ existimauit.
Verùm quicquid dictũ sit, cõtrariã opinionẽ magis
veram, & communem tenuerunt Salic. Paul. Castr.
Alexan. Aret. Corne. Iaso. & alij recentiores in d. §.
si quis & Bal. sibi contrarius in c. cum inter, in versic.
vtrum exceptio, de exceptio. & in l. 1. col. 2. vers. lim.
in exceptione, C. de iur. & fact. ignor. & in l. perẽpto-
rias, col. 5. quãuis nõ ita clarè. C. sen. rescin. non poss.
& Ant. à But. & Imo. qui nu. 12. cõtrariũ tenere vide
tur, licet Ias. pro cõtraria parte cõtra Speculũ addu-
cat, in c. cum Ioã. in prin. de fide instrum. & Archid.
in c. si quis episcopus. 3. quæst. 7. & Ias. d. §. si quis, plu
ribus rationibus. Bar. opinionem reprobat; Primò
namque contra Bar. optimè facit tex. in l. eum, qui. §.
fin. quem ibi adhoc notant recentiores, ff. de iureiur.
vbi expresè habetur. Iuramentum exceptionem ex
natura actus prouenientem nunquam excludere; ad
idem facit tex. in l. sed & si post. §. item si iurauero, in
fin. in verbo cautione, eodem titulo, de iureiurand.
Rursus facit tex. in l. fundus qui Lucij Titij, circa finẽ
quem ad hoc ibi notant Alber. & Bald. ff. de rescind.
vendi. Præterea etiam facit non modicum doctrina
eiusdem Bart. in l. 1. C. de iuris, & fact. igno. quã Bal.
ibi ad hoc ponderat, col. 2. & Salic. in d. §. si quis; qua
stante Bar. fundamẽtum in ipsum retorquetur. Nã
2 † exceptio peremptoria, quæ non venit ad impugnã
dam sententiam, sed ad executionem impediendam,
post sententiam opponi potest, vt est text. expressus
in l. Nesennius, §. si. ff. de re iudi. vbi Bart. notat, & in
l. ex diuerso. §. fin. & ibi Doct. notant, ff. solu. matri.
Præterea etiam dicunt ad hoc facere doctrinã Bald.
in l. ex prædijs. C. de euictio. & in authent. præsente.
C. de fideiusso. vbi in validioribus terminis conclu-
dit, stante statuto, vt contra instrumentum guaran-
tigiatum ad impediendam executionem instrumen
3 ti nulla exceptio opponi posit; † attamẽ hãc, de qua
agimus, precij nõ soluti exceptionem opponi posse;
prout pro hac decisione facit text. in d. l. eum qui. §.
fin. vbi Ludo. Roma. expresè notat, pro dicta Bald.
decisione, & inquit meliorem tex. esse, qui ad hoc al
legari posit. Quintò etiam facere dicũt illud, quod
fortius voluit Bald. in l. si traditio. col. 1. C. de actio.
emp. Dum voluit, non solùm exceptionem precij nõ
soluti opponi posse, sed, quod est plus, rem loco pi-
gnoris, donec precium soluatur, retineri. Sextò hanc
opinionem tenuit Specula. sibi contrarius in titulo,
de exceptio. §. dicto, versic. sed pone peto, & moue-
tur per tex. in d. l. fundus, qui Lucij Titij. Septimò ra
tione huiusmodi conclusionem contra Bart. suaderi
4 voluerunt. † Quandoquidem si is, qui iurauit domũ
emisse; ad hoc vt executionẽ habeat, vt officium iu-
dicis imploret, necesse est; quod quidem officiũ iu-
dicis in ęquitate fundatur. l. planè, & l. illud, ff. de pe-
tit. hæred. Attamen tali ęquitate inspecta iudex iura
mentum non exequitur, nisi ille, qui iurauit; id, quod
debet, ex parte sua adimpleat; meritò idem in senten
5 tia dicendum est, † cum iuramẽtum & sentẽtia ęqui-
parentur, l. sed & si possessori, §. fin. ff. de iureiuran. &
tradit Ias. in d. §. si quis, nu. 4. & seq. post alios, vt su-
pra diximus.

1 *Executionem sententiæ impedit exceptio solutionis.*
2 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obli-*
gatio.

1 XV. Limitatur, † quando opponitur exceptio so
lutionis, ea enim exceptio, prout etiã statuto nostro
cauetur sententiæ executionem impedit, vt not. Ioã.
And. in addit. ad Spec. in tit. de exe. sent. §. si. sup vers.
16. in fi. additionis post Guiliel. de Suza. quem ibi re
2 fert; Ratio autem est; † Quia solutione eius, quod de-
betur, omnis tollitur obligatio. Instit. quib. mod. tol
lit oblig. in princ. & refert Dec. in regula bona fides,
nu. 2. de reg. iur. Subdens eadem ratione post Angel.
in l. & non tm̃, §. quod si pro emptore, nu. 3. ff. de pe-
tit. hæred. ꝙ licet pręcisè statutũ velit; contra instru-
mentũ nullã exceptionem opponi posse; ob id tamẽ
solutionis exceptionẽ nõ excludi; ꝓpterea ꝙ natura
nõ patitur, vt illud quod semel exactũ est; iterũ exiga
tur; Hanc eandem conclusionem sequitur Alexan. in
consi.

consi. 113.col.2.uiso.lib.5.& cōcordat Petr. de Ancha.in consil.260.alioquin.269. & melius. 259. ex uerbis tex.ta finem expressè inquiēs contra executionem sententiæ semper solutionis exceptionem opponi posse per tex.in dicta regula bona fides.& allegat Cynum in l.1.C.de condic.indebit.& ita inquit Venetiis obseruari, & in simili casu illū tex. allegat Roma.in consi.28.uisa.in secundo dubio, & hāc eādem conclusionem sequitur Cagnolus, & pluribus comprobat in d.regula bona fides. & nos dicemus suo loco stāte statuto, q̄ nulla exceptio opponi possit;an solutionis exceptio reiecta intelligatur.

1 *Executionem sententiæ exceptio nouationis impedit.*
2 *Exceptio nouationis potest opponi contra laudum à statuto paratam habens executionem.*
3 *Nouatio quando & ex quibus præsumatur.*
4 *Nouatio non inducitur licet quis pro sententiæ executione pignora, uel fideiussores accipiat.*

1 XVI. Limitatur† in exceptione nouationis; quę si contra sententiam opponatur, eius impedit executionē. Casus est in l.2.ubi Bal.col.2.uers. extra q̄ro.C.de executio. rei iudic. Dum ex eo tex. inquit; cōtra laudū à statuto paratam habens executionē,
2 †nouationis exceptionem opponi posse, ut latè tradit Alex.rationibus comprobādo, & quomodo, & quando fiat nouatio declarando, in consi.85.col.1. lib.5.& refert & sequitur Ioā.Bapt.Ferret.in consi; 129.num.9. Præterea, q̄ talis nouationis exceptio, sententiæ executionem impediat, est etiam tex. expressus in l.4.§.si ex conuentione.ubi Bar.Bal. Ang. Alex.Rapha.Iaso.& cæteri notant.ff.de re iudic. & tradit de hoc latè Roderi.Suarez in l.post rem iudicatam.nu.1.ff.de re iudic. subdens ultra prædictas, leges, esse etiā casum in l.minor 25.anuis, cui fidei-
3 commissum.ff.de minor.†Quando autem, & ex quibus nouatio præsumatur, uide tradere Bar.in l.q usumfructum.ff.de verb.obl.& in l.pē.ff.de prætor. stipul.& Bar.iterum & Alex.latissimè in d.§.ex conuētione, ubi etiam tradit Ang.illud. tamē inquit eo dem loco Suarez adnotādum esse; illum, pro quo sē
4 tentia lata fuit; † licet pro sententiæ executione pignora uel fideiussores acceipiat, ob id tamen sententiæ nouationem non induci, & ideo contra debitorem non soluentem nō impediri in aliis bonis debitoris, uel contra eius personam; quando de iure cōmuni, uel municipali captura permittitur; sententiæ executionem petere: ut est tex.singularis in d.§.si ex conuentione, ibi, sed si pignora, ubi Doctores, & præsertim Alex.qui in captura exemplum ponit, & inquit optimè facere tex.in l.1.§.quod si non, de cōditio instir.& illud quod uoluit Barto. per eum tex. l.consentaneum.C.quomodo. & quand. iud.& aliquando ex prædictis contra quendam diuitē mercatorem, qui uolebat sententiæ executionem impedire, ob pignora & fideiussores datos, obtinuisse attestatur Suarez eodem in loco; ut latius per eum, in consi.incipiente, in ciuitate Hypsalensi hoc autem consilium inter sua consilia impressa non inueni.

1 *Executionem sententiæ impedit exceptio excommunicationis.*

1 XVII. Limitatur† in sententia lata pro excommunicato; Nam si ipse talis sententiæ executionem petat; excommunicationis exceptio illam executionē impedit, tex.est in ca.Pia.§.penult.de except. in 6.& tenet Abb.in c.uenerabilē, nu.8. extra de exceptio. Hoc autem, ut ipse inquit, dupliciter contingere potest; Aut enim accidit; quia post sententiam pro eo latam, non dum tamen executam, excommunicatus fuit; Aut uerò quia in iudicio agens toleratus, non autem exceptionis ope repulsus fuit; Verū tunc cum petitur ab eo executio excipitur; Quod quidē fieri potest, ut habetur in d.ca.pia. Quod autem huiusmodi excommunicationis exceptio sententiæ executionem impediat; uoluit Innoc. quem sequitur, Imol.in d.ca.uenerabilem.num, 4. ubi etiam tradit Bal.extra de exceptio.

1 *Executionem sententiæ impedit exceptio 30. annorū scilicet quòd post triginta annos eius executio petatur.*
2 *Officium quodlibet iudicis triginta annis durat.*

1 XVIII. Limitatur in sentētia, †cuius executio post triginta annos petitur; Planè si opponatur post triginta annos sententiam exequendam non esse; utique sententiæ executio impedietur; ut uoluerunt Inno.& Bal.in ca.ult.extra de excep.& rursus, idem Bal.in Rub.de præscri.col.ult.vers.& dico, & in l.debitori.col.ult.versi.tertiò quæro.C.de pact.& in cōsil.67.quia ex facto.col.3.uersi. aliàs sequeretur. li. 3.& Felin.in c.inter monasterium, col.penult.versi. limita.16.extra de re iudi.& Math. Afflic. decisio.
2 245.magnifici.ad fin.†Quemadmodū etiam quodlibet officium iudicis triginta annis durat. l.sicut.ū cta glos.in uerbo persecutione.C.de præscri.30.uel 40.anno. cum multis similibus adductis per Tiraquellum de utroq; retract.tit.1.§.35.in uerbo ignorans, nume.40. Præterea, quòd sententiæ executio 30.anuis perimatur, tenet idem Tiraque. de utroq; retr.tit.1.ad fin.§.36.num.31.versi.ant denique, & ultra citatos ibi per Tiraquellum idem uoluit Maran.in tract.de ordin.iudi.in fin. sextæ partis, versi. vlt.num.54. quem refert & sequitur Carauit. super Ritib.Mag.cur.Rit.262.nume. 8.& Roder.Suarez in d.l.post rem iudicatam.in primo not. nu.3.versi. sciēdū est, qđ.fol.471.& idē Afflic. decis.345.nu.x.

1 *Executionem sententiæ impedit accusatio falsorum testium.*
2 *Testes instrumentorum appellatione comprehenduntur.*

1 XIX. Limitatur, † pendente accusatione falsorū testium: Nam talis accusatio sententiæ executionē impediet, tex.est in l.fin.C.si ex fals.instr.iuncta.l.nationem.§.instrumentorum.ff.de uerbo.signific. Dicitur namque in d.l.fin. Sententiam ex falsis instrumentis latā iudicati executionem suspendere & im
2 pedire, sed instrumentorum appellatione † testes & comprehenduntur; ut habetur in d.§.instrumētorū.

& facit.l.in exequendis. C. de fide instrum. Vbi testes & instruméta æquiparantur, eandemq; vim habere dicuntur, prout etiã dixit glo.in l.3.C.si ex fals. instrum. Præterea, quòd pendente accusatione falsorum testiũ excusatio impediatur, est tex.in l.diuus ubi plenè tradunt Doct.ff.de iudic. & firmat Socin. Iunior plura referens in consi.40.licet aliàs.num.6. 7.& sequen.& in consi.41.ferè per totum, volũ.2.& est tex.ubi omnes notant,& præsertim Ioan. de Anan.in c.2.de crimin.fals.

1 *Executionem sententia impedit etiam modicus excessus, si statuto caueatur, ut sententia quarundam librarum exequatur.*
2 *Executio, qua impeditur ex eo quòd sententia excedit summam pro qua executio a statuto concessa erat, an saltem pro summa à statuto expressa fieri possit.*
3 *Sententia indiuidua est.*
4 *Vtile quòd per inutile non uitietur, procedit in diuiduis; secus in indiuiduis.*

1 XX. Limitatur,† stante statuto: ut sententia quarũdam librarum exequatur; Planè si dictam summam etiam modicè excedat; eius executio impedietur. Prout in simili in Regno extat constitutio; quòd sententia duarum unciarum exequatur, Nam si modicè sententia excedat; executioni nõ mittetur: ut uoluit Petrus Rebuf.in tract.de senten. excu. art. 16. gl.5.in princ.nu.1.per tex.in l.2.ubi Doct.C. de rescind.uendi.& est etiam tex.& ibi gl.in c.cum causa. de empt.ubi siquis ad uenditionem rescindendam, agit; si dimidiam etiam modicè excedat; remedium illorum iurium locum habet; quem Rebuf. in hismet terminis refert Prosper Carauita super Ritib. magnæ curiæ, Ritu 257.num.7. Præterea hanc conclusionem prosequitur, licet de Petro Rebuf.& Propter Carauit.mentionem non faciat, Ioan.Neuiza. in consi.77.per totum, ubi plura pro utraque parte refert.

2 Stante itaq; huiusmodi conclusione † quæritur
an huiusmodi sentẽtia, saltẽ pro summa uiginti quinque librarũ, seu duarum unciarum, exequi possit; Rebuf.in loco supra adducto dictã gl.5.nu.5.& glo. seq.nu.6.in fin.exequi non posse pro illis summis arbitratur. Ratio autem est;† quia sententia indiuidua
3 est.l.in hoc iudicio.in fin.ff.famil.erciscun.ibi.quia non potest ex uno eodemque iudicio res iudicata in partem ualere,& in partem non ualere; Vnde ut etiam exequi non possit, dicendum est;& ita inquit in senatu iudicatum fuisse. & si ipse per regulam il-
4 lam, quòd† utile per inutile non uitiatur; de hoc non modicum dubitari attestetur; Verùm ad hanc dubitationem responderi potest; illam regulam in diuiduis locum habere; Secus uerò in indiuiduis, cuiusmodi sententiam esse supra dictum est; & ita illã regulam intelligunt omnes doctores, & Rebuf. in suprascripta decisione, quem refert & sequitur Prosper Carauita in d.Ritu 257.nume.8. & faciunt ea; quæ dixit Neuiza.in d.consi.77. num.4.

1 *Ex qui sententia contra procuratorem non debet.*
2 *Exequitur sententia cõtra procuratorem in rem suã.*
3 *Exequitur sententia contra procuratorem, qui liti se obtulit.*
4 *Excutio expensarum in quibus condemnatus fuit cõdemnatus fuit contra procuratorem, quando fieri possit.*

1 XXI. Limitatur† conclusio supra firmata, sentẽtiam scilicet contra omnes exequendam esse, ut cõtra procuratorem locum non habeat; Quandoquidem contra eum sententia exequenda non est.l.4.in princ.ubi omnes doctores notant, scilicet Bar. Alber. Angel.Raph.Cuma.Paul.Castren.Imol.Alexã. Ias.Ripa & alii.ff.de re iudi.& in l.Plautius, ubi Doctores notant.ff.de procurato.& Ioan.Ferrar.in sua practica papien.in glo.sapiens & egregius, nu.29. in fin.& Corne.in l.non uidetur.num.8. C. de sentẽ. & interlocu.omn.iudi.& Ioan.à Grass.in tracta. de substantia procur.in uerbo & uolentes ipsi domini, nume.5.& in uerbo renunciando.num.1. & Afflic. in decis.64.num.3.& Guido Papæ in consi. 24. nu. 9.in fine cum similibus.

2 Primò autem sublimatur † hæc limitatio in procuratore in rẽ suã; propterea quòd contra eum sentẽtia exequi debet, ut est tex.in d.l.4. in princip. Vbi Bart.Alber. Angel. Rapha. Cuma. Paul. Castren. Imol. Alex.Ias.Ripa Zasi.& alii notant.ff.de re iudi. & in d.l.Plautius. ubi pariter notant Doctores.ff.de procu.& Corne.in l.1.nu.8.C.de senten. & interlo. omn.iud.& Guido Papæ in decisio.85. nu.3.& Rapha.Cuma.in l.sæpe.nu.6.ff.de re iudi.cũ similibus.

Secũdò sublimatur in procuratore, qui liti se ob
3 tulit; Nam † contra eũ sententia exequi poterit, ut est tex.in d.l.4.in princ.ubi Bar.Alberi. Angel. Rapha.Cuma.Pau.Castren.Ioan.de Imol.Alex.Ias.Ripa Zasius & alii notãt.ff.de re iudic.& in l.Plautius. ubi etiam Doctores notant.ff. de procu. & tradit Ioann.Ferrar.in d. practica papiensi in d. forma de executio.senten.in glo.sapiens.num.29.in fi.& Corne.in d.l.1.nu.8.C.de senten.& interlo.omn.iudi.& est quædam additio ad Cappel. Tolos. decis. 413. Hanc tamẽ sublimitationem declarat Alex. & post cum Ripa in d.l.4.& Francis.N coni.in c. quoniam cõtra falsã, in gl. confessiones.nu.5. extra de proba.

4 Quando autem contra † procuratorem expensarum executio, in quibus condẽnatus fuerit, fieri possit, tradunt Doct.post Bar.in d.l.4.in princ.ad quos me breuitatis causa refero.

1 *Executio sententia lata in causa pupilli contra tutorem fieri non debet.*
2 *Exequi sententia expensarum an possit contra tutorem.*

1 XXII. Limitatur† supra dicta conclusio, ut nõ procedat contra tutorem: Nam executio sententiæ latæ in causa sui pupilli contra tutorem fieri non debet, tex.est in d.l.4.in fin.princ.ff. de re iudi. ubi pariter Bar.Alber.Angel.Raph.Cuma.Paul.Castren. Imol.Alexã.Ias.Ripa Zasi. & cæteri notant & l.Platius.ff. de procur. & idem tenet Francis. Marcus in decisio 815 nu.1.uol.2.& Raph.Fulg.in l. si tutor. num.1.

nu.1.si quis cautio.& Angel.in l.j.C.quando ex fact. tuto.& ad idē est tex.in l.1.& Ibi Bal.& Doct.C.quá do fiscu.vel priua.& tenet etiam Bart.in l.a.per illū tex.ff.de administ.tutor.& Petrus Duenas in regula 275.limitatione 8.& Guido Papæ in consi.24.num. 9.& in decisio. 85.num.3.& Ioann. Ferrari. in sua practi.Papien.in form.executio.sentē.in glo.Sapiēs. num.29.in fin.& Specul.in tit.de executio.§.3.num. 4.cum similibus.

2 De expensis † autem quid dicendum sit, tradit latè Bar.& post eum alij in d.l.4.in princ. ff. de re iudi. & alij supra relati, & præsertim Duenas in dicta regula 275.limitatione 8.

1 *Exequi non debet sententia lata in causa minoris contra curatorem.*

1 XXIII. Limitatur † in curatore: Nam sententia lata in causa minoris, contra eum nō exequitur, tex.est in d.l.4.in prin.vbi Bar.Alber. Angel.Rapha. Cuma.Paul.Castr.Ioan.de Imol.Alex. Ias. Ripa Zasi.& alij notant, ff.de re iudi.& tenet hoc Specula. in tit.de executio.senten.§.tertio, nu.4. & Ioan. Ferra. in sua practica Papiensi in d.forma executio. senten. in glo. in verbo sapiens, nu.19. in fi. & Guido Papæ in consi.24.nu.9.& in decis.85.nu.3.cum similib.

1 *Exequi non debet sententia contra actorem seu sindicum lata contra eius vniuersitatem.*

1 XXIIII. Limitatur † in actore seu sindico municipij, vel vniuersitatis, contra quem sententia lata in causa suæ vniuersitatis, exequenda non est, vt est tex.in d.l.4.in fi.princ.in versi.actor. vbi notant Bar. Alber.Rapha.Cuma.Angel.Paul. Castren. Ioan. de Imol.Alexand.Iaso.Ripa & alij, ff.de re iudi. & idem tenet Speculat. in tit.de executio.senten.§.3.num.4. cum similibus.

1 *Exequi non debet sententia contra tertium in causa non citatum.*

2 *Statutum, quòd sententia contra vnum lata contra alium exequi possit, non valet.*

3 *Statutum disponens, quòd instrumenta publica exequantur, & contra ea nulla exceptio opponatur, locum habet, cum agitur contra illum, cum quo instrumentum factum fuit, secus si contra tertium.*

4 *Executio fieri potest contra tertium, vbicunque in instrumento pactum est de capiendo & precarij constitutum, etiamsi non sit citatus & negocium non liquidum.*

1 XXV. Limitatur, † vt non procedat contra tertium in iudicio non nominatum; Nam contra eum sententia exequi non potest, vt pluribus iuribus cōprobat expresè Bal.in consi.149. proponitur, quòd quædam tutela, col.fin.versi.solutio, quia non debet fieri executio, lib.3.& facit, quod notat Bal. & ibidē Imol.in l.si binæ, ff.de ininst.rupt. irritoque facto testa.& rursus idem Bald. in l.si pro te, in fi. C. de dot. promiss. vbi inquiunt; illum, de quo in instrumento
mentio non fit; ex eo, nec actiuè, nec passiuè executionem prætendere posse; etsi fortassè secus de interesse dicendum sit; Comprobatur hæc conclusio ex
2 eo, † quòd statutum volens, quòd sententia lata contra vnum, contra alium exequi possit; non valet, vt inquit Thom.Gramma.in consi.49. num.2. in ciuili.& voluit Alex.in l.sæpe, ff.de re iudi. & ideo sciendum est; si statuto caueatur, quòd Titius exceptioni se opponere non possit; Attamen si Titius creditor, qui nomine sui debitoris executionem facere poterat, se executioni, quam quis consequi intendit, aduersus illum absentem condemnatum, cuius nomine Titio cautum esse poterat, opponat; statuto prædicto non obstante, se opponere poterit, vt tradit Alexan.in consil.17.lib.1. quem refert, & sequitur Sigismun.in consi.6.num.17.in vol.cons. feud.diuerso. Præterea facit ad conclusionem supra firmatam tex.in l.à Diuo Pio.§.si super rebus, ff.de re iudi.& illud, quod voluit Ias.in l.iurisgentium.§.prætor ait,
3 num.9.ff.de pact.dum inquit.stante † statuto, quòd instrumenta publica exequantur, & contra ea nulla exceptio opponatur; id tunc locum habere; cū agitur contra illum; cum quo instrumentum factum fuit; secus verò si contra tertium; quam opinionem antè eum tenuit Angel. in l.si vnus, §. antè omnia, ff. de pact.& Imol.in clemen.1.num.11. de re iudic.& idem Ias.in l.certi condictio.§.quoniam, num.10. ff. si cer.petat.& rursus idem Ias.in l.si vnus, §.antè omnia, num.4.ff.de pact. & in l.imperatores, in princ. num.2.ff.de transactio.

4 Illud tamen † adnotandum est, vbicunq; in instrumento pactum est de capiendo, & precarij constitutum, contra tertium possessorem etiam non citatū, & negocio non liquido executionem fieri posse, vt notabiliter concludit Franciscus Aret. in consil.21. num.4.versi.his tamen non obstantibus, & Socin.in consi.82.num.8.vol.3.& Ludoui. Gozadi. in consil. 18.num.15.& in consi.42.nu.3.11.& 15.in fi.& in consi.95.nu.9.& Guido Papæ in decis.356.& Albe. Brun.in consi.93.nu.8.& Alex.in consi.85.nu.5.vol. 6.& Bar.in l.creditores, nu.25.C.de pig.vbi Sal.col. 8.versic.quæro octauò, & Bald.in consil.58.lib.5.& Imol.in cap.potuit, col.13.versi.nota etiam quando emphyteuta, extra de locat.& Paul.Castren.in cons. 10.nu.4.ver.ex his tamen dico lib.1.& Tiraquel. in tract.de iure constitu.in prima parte, nu.42.& Petr. Duenas in regula 275.limitatione 6.

Quoniam autem hęc conclusio plura comprehēdit, quando scilicet & quomodo locū habeat; Ideò molesti ne simus, & immensum volumen faciamus; loca tantum hic, vndè diligēs lector omnia percipere poterit, adnotare satis sit; Materiam igitur huius limitationis primò ponunt Doctores in l. a Diuo Pio.§.si super rebus, ff.de re iudic. & Francisc.Marc. decisio.194.& decis.272.& decis.76. volu.1.& decis.538.num.7.vol.2.& Petr.Foller.in sua praxi censua. in verbo tanquàm res iudi. nume.32.& Didac. Pract.quæst.col.2.num.7.& sequen.fol.242.& Bellame.in decis.709.& 711.& 713.& Boeri. decisio. 182.num.48.& 51.parte prima, & Rota decisio.25. num.1.de re iudi.in nouis, secundum recentiores impresiones, & Ruin.in consil.87.nu.1.lib.4.& Paul. Castren.

Castren.in consi.143.num.3.lib.1. & Capit. in decis.91.num.1.& Negusant.in tract.de pigno.& hypote.parte.8.membro primo, nume.45. & Petrus Duenas in Regul.275.limita.6.& Regul.277. limitatione 5.& Rolan.à Valle in consi.5.nume.8.& 9. lib.2.& Socin.Iuni.in consi.91.num.5.& 8.lib.3. & Inno.in c.ueniens.il secondo, nume.1. extra de test. & attesta.& Abba.in cap.fin.num.20.extra de foro, compe.& Egid.Bossi.in pract.crimina.in tit.de appella.num.29.& Inno.in c.cum super.num.3.extra de re iudi.cum aliis relatis in suo repertorio, in uerbo executio sententiæ differtur, & Abba.in ca.Pisanis.num.14.extra de restit.spoliat.& in d.c.cum super.num.7.& 31.& Paul.Castren.in consi.179.nu-9.uolum.1.& Grat.in consi.109.num.35.& 36.lib. 2.& Goza.in d.consi.103.num.1.& 10.& in consil. 99.num.10.& Corne.in consi.208.num.4.lib. 3. & Boeri.super constit.Burgun.§.22.glo. 1. de iurisdi. omn.iud.& Alexan.in consi.15.num.5.lib.6. & Anchar.in consi.33.num.5.& Bald.in consi.122.num. 5.lib.3.& Zabar.in consi.145.nu.2.& Vbert. Zucchar.in Rub.C.de pact.num.46.

1 *Exequi non debet sententia contra alios correos, cum quibus agitatum non est.*
2 *Sententia lata contra unum ex pluribus tutoribus, quibus communiter administratio eiusdem tutelæ commissa erat, alijs non nocet.*
3 *Probationes in prima instantia aduersus unum ex correis facta, alteri in 2. instantia nocere non debent.*
4 *Acta alteri quando noceant, & quid operentur.*
5 *Processus principalis causæ aduersus principalem factus excussionem contra fideiussorem, non probat.*
6 *Sententia contra filium lata patri non nocet, & si statuto caueatur patrem pro filio teneri.*

1 XXVI. Limitatur † in sententia contra unum ex reis lata; Quandoquidem ea cõtra alios correos, cum quibus agitatum non est; exequi non debet, ut uoluit Bart.in l.ex duobus rei stipulandi.quæstione 4.uersi.secundò uidendum.& in Auth.hoc ita. col. 12.uersi.secundò est uidendum, sub num.44. C.de duob.reis.& si ut ipse inquit; si creditori à condemnato non satisfiat; illi integræ actiones supersint, quibus totum illud, quod sibi debetur, cõsequi possit.l.fi.§.fi.C.de fideiusso.Hæc conclusio à recentioribus, & recepta & comprobata est, in d.l. ex duobus reis, ut per Angel.Imol.& Aret.in 6.col.uersic. principiũ.& in fine col.7.& refert ultimo loco Roncagal.in dicta.l.ex duobus.num.29.quam olim Pisis simul concurrentes interpretati sumus.ff.de duobus reis.inquiens Doctores etiam ex eo moueri, quod sententia lata contra principalem fideiussori nõ noceat: Id tamen de fideiussore contractus intelligendo, ut supra diximus ĩ 21.ampliatione, & latius tradit ipse Roncagal.num.30.ubi in terminis huius nostræ limitationis inquit, eadem fideiussoris & principalis similitudine, hanc conclusionem in duobus reis debendi Castren.approbare in consi.236.colũ. 1.lib.1.ut habetur in tit.C.res inter alios acta, & præsertim ijs, qui in iudicio non interfuerunt, ut habetur in Rub.& l.2.C.quib.res iud.non nocet.sententia namque est stricti iuris.C.si plures una senten.& ideò ad eos, qui in ea non comprehenduntur extendi non debet; unde ex his infert Castren.ibi † sententiam latam contra unum ex pluribus tutoribus; quibus communiter eiusdem tutelæ administratio cõmissa erat, alii non nocere; cum ipsi reis pluribus debendis æquiparentur; Præterea in eisdem ferè terminis hanc conclusionem confirmare uidetur Aret.in consi.29.in 7.quæst.num.222.& Soci.in consi.283. colum.p8nult.uersi.istis non obstantibus.num.13. lib.2.& hac de re tradit Ruinus in consi.92. colum. 1.2.& 3.in fi.lib.1. Adeo autem ueram esse hanc cõclusionem inquiunt Angel. & Ronchagallus eodẽ
3 in loco nu.31.ut † nec etiam probationes in prima instantia aduersus unum ex reis factæ alteri in secunda instantia nocere debeant; & ubi sententia contra
4 unum lata alteri nocet, acta † quoque ei noceant; ut inquiunt Docto. authoritate Inno. in cap. causam, quæ.il primo, extra de testib.& tradit Bart.in l.si mater.§. 1. de except. rei iudi. & alibi sæpe, ut inquit Imol.& Are.in d.l.ex duobus: & Ruin. in d. consilio, 92.col.1.lib.1. Non erit igitur satis actori debitum aduersus unum ex correis probasse; cum ob id aduersus alium sufficienter probatum non sit; ut ex prioribus probationibus noua & plena aduersus, alium probatio inducatur; Quin autem, ut inquit Imol.aliquam præsumptionem faciant; & animum iudicis mouere non possint; negandum non est; argumento.l.à sententia.cum ibi not. ff. de appell. & in l.si duo.in princ.ubi glo.& Alexan.colum.4.ff.de iureiur.& l.quia non debet.eodem tit.& glo. & An-
5 gel.in l.cognitione.in fi.ff.ad sillan. † Eadem etiam ratione dicimus processum principalis causæ aduersus principalem factum excussionem contra fideiussorem non probare; At causam ad ipsum fideiussorem deueniendi dare, non ut ex eo quicquam aduersus fideiussorem decidatur; ut tradunt recentiores in l.de unoquoque.ff.de re iudic. cum aliis, de quibus per Purpura.in l.2.num.86.C.de eden.Hæc autem conclusio, ut inquit Roncha. in loco supra adducto num.32. Vbi sententia aduersus unum ex correis in illius contumacia lata est; omni prorsus difficultate caret; Quandoquidem ubi alioquin uim alijs præiudicandi haberet; tunc non præiudicat; cũ huiusmodi sententia potius contumaciæ causa lata intelligatur; quàm quòd malam causam condemnatus habuerit.l. Papinianus.§.meminisse. ubi Barto. & Doct.tradunt.ff.de inoffi.testa.& l.& ideò. ff. de euictio.& rursus tradit Bar.& sequuntur alii in l.cũ
6 filius.in princ.ff.de uerb. oblig. Dum inquiunt † sententiam contra filium latam patri non nocere; & si statuto caueatur patrem pro filio teneri, ut latius ibi per eum; cuius decisionem ex præmisis approbat Nellus à Santo Gemin. in tracta. de banni. in 1.parte secundi temporis, qu.34.& Alcia. præsumptione 22.reg.3.lata. ubi optimè declarat.

1 *Exequi non potest sententia contra plures reos debendi in solidum lata aduersus unum in solidum.*
2 *Exceptio diuisionis opponitur, cum agitur aduersus*

sus vnum insolidum.

1 XXVII. Limitatur,† & habet quid commune cũ praecedenti hæc limitatio, vt conclusio, qua diximus, sententiam contra omnes executionẽ habere; in sententia contra plures reos debendi in solidum condemnatos locũ non habeat; Nam huiusmodi sententia & condemnatione non obstante sententia in solidum contra vnum exequi non poterit, †Sed in ipsa
2 executione diuisionis exceptio a reis opponi poterit vt voluit Bart. & alij quos refert Roncagal. in l. 3. §. vbi duo, num. 133. ff. de duob. reis. Verùm quia hæc cõclusio difficultate non caret, & quàplures cõtrarium voluerunt, ideo ne sim longior, ad ea me refero, quæ dixit Ronchagal. in loco supra adducto nu. 133. 134. & 135.

1 *Exequi non potest sententia contra dominum directũ non citatum, si sit lata contra vasallum super vtili dominio.*

2 *Sententia lata in interdicto vti possidetis contra vasallum, si possessio ad regem, vel ad alium eius nomine deueniat, an contra illos exequi possit.*

3 *Sententia super interdicto vti possidetis lata eundem natum tantùm afficit.*

1 XXVIII. Limitatur † in sentẽtia cõtra vasallũ super vtili dominio lata; quæ domino nocet, talis nãque sententia contra dominum directum non citatum exequi non potest, vt voluit Afflic. in c. si vasallus, nu. 8. in titulo. si de feud. fuer. controuer. contra. domi. & agnat. per ea quæ voluit Rota decis. 482. si sententia lata fuerit, vbi expressè habetur; sententiã contra vnum latam, contra alium non citatum exequi non posse. l. fi. C. si per vim, vel alio modo, & l. cũ quæritur, ff. de except. rei iudic.
2 Quærit præterea, † ibidem Afflictus nu. 9. & seq. quid si vasallus in interdicto vti possidetis per sententiam condemnetur, eaque sententia contra eum executa non sit; sed antequã exequatur, feudi possessio ad regem perueniat; vel ad alium habentem eam sam à rege; Petaturque, vt sententia illa contra vasallum lata, contra regem, vel à rege causam habentem exequatur; an cõtra ipsum regem, vel ab eo causam habentem exequi possit, Qua in re inquit Afflic. tu diceres posse per illum tex. Verùm contrarium in eo interdicto vti possidetis verius, ac probabilius esse, per ea quæ voluerunt Inno. & Ioan. And. in c. Ab-
3 bate. extra de verb. signi. dum inquiunt † sententiam super interdicto vti possidetis latã, condemnatũ tãtum afficere, nõ autẽ eius successores; Verùm tamẽ contra hæredẽ sententiæ turbationis defuncti causa in factũ actio dabitur, cõtra quẽ sententia lata fuit, nõ autem ex turbatione hæredis; qui fortè iustè turbat, vt ibi latius per eos; Id quod, vt ibidem Afflict. inquit, pro illius tex. limitatione memoriæ mandandum est; de quo videndum Bal. existimat in l. de eo. §. hæres, ff. ad exhibe. vbi opponit contra Innoc. de l. si ad exhibendum. ff. eod. dum ibi habetur, possessionẽ hæredi superueniẽtẽ, ex instãtia cępta cum defuncto, condemnationem parere, & hoc secundum eũ.

sequitur etiam Ioan. Fab. in §. retinendæ, col. 13. Instit. de interdi. Dum ait, sententiam latam in interdicto vti possidetis; quando est realis; vtputa quando lata est in quodam territorio vnius in fauorem Domini illius castri; & alius conuentus alterius castri Dominus erat; qui illud territorium possidere dicebat; tanquam de territorio sui Castri. Nam tunc talis sententia per actionem iudicati contra singularẽ successorem ad instantiam vincentis, quam eius hæredis exequi potest, per ea quæ ibi adducit, & licet idem Faber. in §. æque, col. 11. Insti. de actio. aliud dixerit, refert tamen se ad ea, quæ dixit in d. §. retinendæ, vbi ea quæ ibi dixit probabiliora eis, quæ dixit in d. §. æquẽ existimauit.

5 *Exequi non potest sententia de opere detinendo lata, si desinat possidere contra alium detinentem.*

1 XXIX. Limitatur † in sententia de opere detinendo lata, qui desijt possidere. Nam contra alium possidentem exequi non potest, vt inquit Bart. in l. quãquam, §. Iulianus num. 2. ff. de aqua pluuia arcenda, & licet prima facie, vt ipse inquit, vt posit, dicendũ videatur, per illum text. in d. §. Iulianus, ibi, ac si nulla alienatio facta esset; Attamen ipse cõtrarium verius arbitratur. Propterea quia actio personalis est, l. si tertius, §. aqua, ff. de aqua pluuia arcenda, ergo contra singularem successorem exequi non debet. l. 1. §. si necesse. ff. si muli. vent. nom. Nisi prius reuocatoria ageretur. §. si quis in fraudem, Instit. de actio. & notatur ab Innoc. in c. fi. extra de alien. iud. mutan. caus. fact. & text. in d. §. Iulianus, de modo condemnandi, non autem exequendi loquitur. Hanc doctrinam Barto. sequi videtur Paul. Castr. eodem in loco.

1 *Exequi an debeat sententia contra illum, qui causam habet ab eo, qui dolo desiit possidere.*

1 XXX. Limitatur † supradicta conclusio, vt contra illum non procedat, qui ab eo causam habet; qui dolo desijt possidere; Planè si sententia contra vnũ lata sit; qui dolo desijt possidere, & in alium rem trãstulit, contra eum, qui rem ab illo habuit, qui dolo desijt possidere, sententia exequi non potest, vt voluit Bar. in l. is cui legatum, §. qui in possessionem, ff. vt in possess. lega. vbi Bar. per illum tex. primò inquit, Doctores vltramontanos, & Cynum contrarium tenuisse; scilicet huiusmodi sententiam exequi posse, per tex. in d. §. qui in possessionem, & in l. legatorum, eod. tit. & in l. circa. §. fi. C. eodem, & Cynus in l. 1. q. 8. C. de alien. iud. muta. caus. fact. Verùm ibidem inquit Bartol. illud dictum esse contra casum expressum, in l. 1. §. necessario, ff. si muli. ventr. nomi. in possess. mit. subdens pro hoc esse text. in §. si quis in fraudem. instit. de actio. & ff. & C. per totum de his, quæ in frau. credi. Vbi contra eum agi non potest; qui res creditorum alienatas possidet, nisi prius reuocatoria agatur; Neque obstat, inquit Bart. ille text. quia specialis est fauore legatariorum, & fideicommissariorum, in alijs autem locum non habere. Hanc Bar. conclusionem limitat Bald. vbi sola possessio translata

lata fuisset, in l.penult. C. de his, quæ in fraud. credi. prout refert Alexand. in additio. ad Bart. in §. si quis in possessionem. Animaduertendum tamen est, quod Bald. in d. l.penult. contra Bartol. licet de eo nullam mentionem faciat, tenere videtur; Verum ad rem nostram redeundo, prædictam conclusionem, videlicet, quòd talis sententia contra talem possidentē exequi non possit, tenet Bart. & sequuntur alij in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, vbi est proprius locus. ff. de re iudica. & Roman. qui pulcherrimè declarat in consi. 246. num. 6. & sequen. & de hac opinione Bar. & si referendo se, mentionem fecerit Guido Papæ in decis. 215. num. 8. & Ias. in d. l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num. 10. versic. iuxta istam glo. quærit Bar. ff. de re iudica. relata opinione Bar. & fallentia. d. §. qui in possessione, idē inquit ibi indistinctè tenere Alex. num. 10. & idem inquit Iaso. tenere Bart. in l. si quis missum, §. iudex, in penult. quæst. ff. de dam. infect. & in repetitione l. 3. C. de pignor. & Anton. à Butrio in cap. quia, quæst. vlt. extra de iudi. & Petr. de Anchar. in consi. 150. in causa ventilata inter dominum Alta uillam; quod ego inuenire nesciui, subdit tamen Ias. eodem in loco probare conciliationem Bald. in d. l. ob maritorum, quam tenet etiam Paul. Castren. in §. super rebus; est autem huiusmodi, aut enim debitor in fraudem executionis sententiæ alienauit, seu dolo desijt possidere, vt puta post motam litem, & tunc opinio Cyni locum habeat in d. l. vni. quæst. 9. C. de alien. iudi. mutan. caus. fact. quam refert Bar. in loco supra adducto, voluit enim Cynus, vt sententiæ executio contra illum tertium possessorem non facta aliter contractus rescisione, recta via fieri possit; & hanc speciem in facto habuisse in causa Domini Simonis Petri, inquit eodem in loco Castrensis, Aut verò debitor ante motam litem alienauit, dolove desijt possidere, & tunc, vt via ordinaria, & ex consequenti actione in factum, ad rescisionem alienationis probata fraude agatur, necesse est, vt voluit glo. in l. Fulcinius, §. si aduersus, ff. ex quibus cau. in possess. eatur; & creditor ius suum super ea consequetur; & tunc opinio Bart. communiter approbata locum habeat; Comprobat autem id Ias. ea ratione, quòd quando alienatio in fraudem creditorum fit, valet & tenet; & ideo actiones reuocatoriæ necessariæ sunt prout declarat Bar. in l. post contractum, col. 3. ff. de donatio. & voluit Bald. in d. l. certa forma. C. vt in possessio. legat. Hanc distinctionem sequitur etiam Zas. in d. §. super rebus, col. 2. vers. quid autem si possessio erat apud contradictorem, sed cum vitio.

1 *Exequi non debet contra patrem non citatum sententia contra filium lata, etiam si extet statutum, quòd sententia lata contra filium aduersus patrem exequatur.*

2 *Citatio patris non requiritur ad validitatem iudicij cum filio.*

3 *Sententia contra filium lata aduersus patrem sine nouo processu exequi potest stante statuto, quòd pater pro filio condemnationem soluere teneatur.*

4 *Executio in legitima filio bannito & condemnato debita in bonis patris, vel in ijs, quæ iure alimentorū debentur, fieri non potest.*

1 XXXI. Limitatur † in sententia contra filium patre non citato lata; ea enim stante statuto, quod sententia lata contra filium aduersus patrem exequatur; executioni demandari non debet. Quandoquidem eo statuto non obstante pater citandus, & requirendus est; vt post Bal. voluit Paul. Castr. in l. fi. §. necessitatem, num. 15. C. de bon. quæ liber. per tex. in l. si deserta, C. si propter publi. pensi. subdit tamen codē
2 in loco Castrensis non ob id, † quod pater citatus non sit, iudicium contra filium agitatum nullum esse; Quia ad iudicij solemnitatem non requiritur, sed solum quatenus ad proprium præiudicium pertinet. Animaduertendum tamen est; quod prædictis repugnare videtur illud, quod post plures alios ibi relatos notat Alex. in l. sæpe, num. 74. ff. de re iudic. dum voluit,
3 † Stante statuto, quod pater pro filio condemnationem soluere teneatur, sententiam contra filium lata aduersus patrem sine nouo processu exequi posse. Verùm potest fortassè obiectioni responderi, quòd præcedens species de statuto super executione disponente loquatur; quo casu, vt cætera requisita interuenerint, pra supponere videtur; & ideo cum pater citatus non fuerit, quòd talis sententia aduersus eum nō exequatur, mirum non est, cum regula sit, vt non citato obesse non debeat, vt inquit Soci. senior in consi. 282. num. 4. volum. 2. & infra dicemus in prima q. Hæc verò posterior species ante executionem vires capit; Nam cum statutum disponat; vt pater condemnationē filij soluere teneatur, illud, quod in præcedenti specie executionem impediebat, vt scilicet, quia pater non citatus, causam suam defendere non poterat, in hac clarum est, & dilucidatione non indiget, & ideo, quòd exequi possit, mirum non est, vt supra vidimus, vbi clarum est, quem teneri, citatio necessaria non sit.

4 Illud tamen hoc loco † omittendum non est, filio bannito, & condemnato, in legitima illi ex bonis patris debita, vel in ijs, quæ iure alimentorum debentur, executionem fieri non posse, vt concludit Guilhel. in l. si qua pœna, ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. & Specula. in titulo, de executio. senten. versic. Quòd si filius, & Paul. Castr. in l. filiusfamilias, nu. 13. ff. de iudi. & Corrasi. in l. frater a fratre, nu. 70. ff. de condi. indeb. & Ang. in consi. 33. nu. 18. inter consil. crimi. diuerso.

1 *Exequi non debet sententia in vestibus, lecto, & alijs similibus ad vsum necessarium destinatis.*

2 *Vestes & lectum in hypotecam non transeunt & bonis cedenti relinquenda sunt.*

3 *Vestes damnato ad mortem non auferuntur.*

4 *Executio in vestibus, & lecto, & similibus facienda non est, cum debitor aliud, in quo fieri possit, habet, secus vbi nihil aliud habet, nisi sint vestes, quibus cooperitur.*

1 XXXII. Limitatur cōclusio supra firmata, quod † sententia in omnibus exequenda est; in vestibus, lecto & alijs similibus ad vsum necessarium destinatis; Ratio autem quare in his executio non fiat, ea est; quod in hypotecam non transeant, vt voluerunt Bartol. Bal. & Doct. in l. 1. C. quando res pigno. obli. poss. & cōprobatur;

2 probatur;† quia vestes etiam bonis cedenti, relinquẽ
dæ sunt, vt inquit Bar. quem sequuntur Doctor. in l.
3 pen. ff. de cess. bon. † Quinimò etiam ad mortem
damnatis vestes non auferũtur, vt habetur in l. diuus
ff. de bon. damnat. & tradit Ioan. Faber, vbi etiam
Iaso. nu. 26. in §. fi. instit. de actio.

4 Id tamen † ad rem nostram redeundo, tunc verũ
est, generaliter de vestibus & lecto loquendo; quan-
do debitor aliud habet; ex quo creditori satisfieri
possit; Planè cum nihil aliud habet, etiam suppelle-
ctilia, vestes, & lecta capi possunt. Potest tamẽ limi-
tatio in his vestibus, quibus cooperiatur sustineri,
vt tradit gloss. in ver. oratorium, in l. executores, C.
quando res pigno. obliga. poss. quam sequitur Ludo.
Gom. in §. item seruiana, num. 37. instit. de actio. &
faciunt ea, quæ infra dicentur in quatuor sequentib.
limitationibus, & tradit Petrus Duen. in regul. 275.
limitat. 1.

1 *Executio fieri non debet in bobus aratorijs & instru-*
mentis ad culturam deputatis, vbi aliud reperitur.

1 XXXIII. Limitatur † in bobus aratorijs, & in-
strumentis ad agriculturam deputatis, vt est tex. in l.
executores, & in authen. agricultores, C. quando res
pignor. obligat. pos. vt voluit Iaso. in l. 1. ff. de feri. &
Lud. Gomes, in §. item seruiana, nu. 30. insti. de actio.
Id autem, vt supra diximus, & infra dicetur, alijs bo-
nis non existentibus intelligendum arbitrantur, vt
tradit Petr. Duen. in d. regul. 275. limita. 2. & Orat.
Luci. Callien. in tract. de priuile. Scola. priuil. 32. ad-
do etiam, ꝙ sicut; id autem Florentiæ non seruatur,
& præsertim quò ad debita publica.

1 *Executio fieri non debet in armis & equis militum.*

1 XXXIIII. Limitatur † in militibus. Nam in ar-
mis & equis ipsorum executio fieri non potest, vt est
glo. in l. nepos Proculo. in verbo dignitate, ff. de ver-
bor. signific. quam sequitur Iason in §. item seruiana,
numero 66. insti. de actio. & Duena in d. regu. 275.
limita. 3. Nonnulla de hoc diximus supra in amplia-
tione 19.

1 *Executio in stipendijs militum fieri non potest, &*
quid de stipendijs clericorum.

1 XXXV. Limitatur † in stipendijs militum. l. sti-
pendia, C. de executio. rei iudi. vbi tradunt Doct. &
in l. commodis, & ibi Doct. ff. de re iud. & Duenas in
d. reg. 275. limi. 4. intelligendo tamen in subsidium,
& ibi Doct. & vide Abb. in c. 1. num. 4. extra de cler.
ægrot. vbi id etiam ad clericorum stipẽdia extendit,
& quædam similia diximus in 19. ampliatione.

1 *Executio in libris scolarium fieri non potest, & quid*
alijs bonis extantibus, infra nu. 3 & 4.
2 *Obligatione generali nõ comprehenduntur instrumen*
ta & res, quibus publicæ vtilitati consultum est.
5 *Executio in libris fieri potest scolare mortuo.*
6 *Executio fieri potest in libris scolaris non studentis.*

1 XXXVI. Limitatur † in scolaribus; Nam in li-
bris scolarium executio fieri non potest, vt est glos.
nota. in d. l. nepos Proculo. in verbo dignitate, ff. de
verbor. signifi. quam sequitur Iaso. in l. si non sortem
§. si centum. ff. de condict. indeb. & in §. fi. num. 6. in-
stit. de actio. & Rebuf. in tracta. de priuileg. scol. pri-
2 uile. 19. Ratio † autem illius glo. est; quia in genera-
li obligatione nunquam comprehenduntur instru-
menta, & res, quibus publicę vtilitati consultum est,
& pro hac conclusione est tex. in l. obligatione, cum
sequen. ff. de pigno. quem declarat Anton. Negusan.
in tracta. de pign. in secunda parte, membro secũdo,
3 nume. 36. cum sequen. Hanc † etiam limitationem
procedere arbitrantur, alijs bonis extantibus, prout
expressè tenet Gomes in d. §. item seruiana, numero
30. institu. de actio. per glos. in d. l. executores, & si
idem Rebuf. contrarium teneat, in d. tractat. priui-
leg. Scola. priuile. 113. & Duenas hæc referens in di-
cta regula 275. limit. 5. Præterea vltra eos, quos ibi
refert Duenas, quòd executio in libris fieri non pos-
sit, tenet Iulius Ferret. in tracta. de gabel. nume. 533.
& Alcia. in d. l. nepos Proculo. in eadem glos. in ver-
bo dignitate, de verbo. signific. & Bald. in margarita
in verbo scolaris, & Alberi. in suo dictionario, in ver-
bo scolaris, & Barbat. in tracta. de præstan. cardi. in
5. quæst. 2. partis, col. 7. numero 26. & Iaso. in l. 2. §.
mutui datio, versi. octauò fallit, ff. si cert. pet. & Ma-
ranta in tracta. de ordin. iudic. parte 6. actu 3. nume.
46. & Oratius Lucius Callien. in tracta. de priuileg.
scolar. priuileg. 32. & ratio est; quia studiosi interest
libros habere, quibus quotidiè vtatur, vt est text. in
dicta l. penul. in fin. ff. ad exhiben. & tradit gloss. in l.
postquàm, ff. de pact. & in l. nummis, ff. de in litem iu
rand. & glo. in c. 1. §. fin. in verbo docuerit de electio.
in 6. & Alex. in consi. 69. numero 4. volu. 4. & Salic.
in l. filiæ cuius, numero 24. C. fami. hercis. argu. l. pos-
sessionum. C. commu. vtri. iudic. Vnde habetur ratio
singularis interesse; secundùm docto. & maximè Re-
buf. in l. vnica, C. de senten. quæ pro eo, quod inter-
est. Vnde ex consequenti reipublicæ interest, vt la-
tius dixit idem Ora. priuilegio 12. & id probatur in
d. l. colonos nunquam. C. de agric. & censit. lib. 11. iũ
cta. l. 1. & 2. C. qui ętate vel profes. se ex- us. lib. 10.
4 Primò sublimitatur † hæc conclusio, vt dixit supra
Duenas, si scolaris alia bona nõ haberet, vt latius te-
nent illi, quos ipse adducit, & vltra eos antea voluit
Specula. in titulo de execu. senten. §. sequitur, in fi. &
Rober. Marant. in d. nu. 46. & Hyppol. Marsi. in rub.
ff. de fideiusso. quæstio. 27. in fin. & Orat. Luc. dicto
priuilegio 32.
5 Secundò sublimitat † pręd. ctus Ora. Luc. in dicto
priuilegio 32. vt non procedat scolare mortuo, per
ea quæ voluit Bal. in l. in restituenda, C. de petit. hæ-
red. & Ias. in d. §. si centum, circa finem, & Maranta
eodem in loco nu. 47. argu. c. cum cessante, extra de
appel. & Petr. de Vbald. in tracta. de duob. fratri. par
te 11. in fin. Ratio autem est, quia priuilegium cum
persona extinguitur c. priuilegium, de regu. iur. in 6.
& l. quia tale, vbi doct. ff. solut. matrim.
6 Tertiò sublimitatem † Ego in scolare non studen
te per ea, quæ uoluerunt Cynus Bar. Salyc. Raphael.
Fulgos. & Pau. Castr. in l. qui sub prætextu, per illum
tex.

tex.C.de sacrosan.eccles.Dum de scolaribus non studentibus verba facientes, eos priuilegijs scolaribus concessis frui non debere, arbitrantur, Equidem cũ causa studij concessa sint;ea cessante,& ea quoq; cessare dicendum est;Præterea idem quoq; tradit Bart. in l.1.per illum text.C.de colleg.lib.11.& Bal.in anthen.habita,col.4.versi.sequitur in text.scolarib.C. ne filijs pro patr.& Anton.à Butr.in procœm. decretorum,col.3.versi.quid de scolaribus, vbi tamen declarat Io.de Ligna.in procœm. Clemen. & Panor. in c.1.ad fi.de iudic.& anteà Ioan. Monac. in procœm. lib.7. colum.2. versicu. ex quibus colligo:vbi etiam Ioan.Andr.eius authoritate, & clarius Petr. de Anchara.col.2.versic.4.nota,quod dicit, & Imo. in clemen.2.col.3.versi. si verò constat qualitatem, de rescrip.& facit tex.in c.cum ex eo, ibi.literarum studio insistentes,de electio.lib.6.& facit illud, quod dicit glo.vlt.in l.1.C.de stud.libera.vrb. Rom.lib. 11. De his loquens,qui non solum intenti non incumbunt, sed etiam cogitatione abstracta castra:vt eius verbis vtar,ędificant,& domus regulas numerant,vt inquit Tiraq.in tract.cessa.caus. parte prima , in verbo priuilegij causa cessante,num.206. & seq. vt latius ibi per eum.

1 *Executio fieri non debet in animalibus ad molendum destinatis.*

1 XXXVII. Limitatur † in animalibus ad molendum destinatis , vt voluit Iulius Ferret. in tracta. de gabell.nu.532.per ea,quæ voluit Bal.in rubr. C.qui bon.cede.poss.& tradit Ias.in §.item seruiana, instit. de actio. & in l.cætera, §. hoc Senatusconsultum, ff. de lega.primo.

1 *Executio non potest fieri in iannis , & tegulis domorum,& trabibus ibi affixis.*

1 XXXVIII. Limitatur † in ianuis & tegulis domorum,trabibusve eis affixis. Nam in eis executio fieri non potest,vt voluit idem Iulius Ferre. in eodẽ tract.de gabel.nu.533. per ea quæ voluit Bald. in d. rub. C.qui bon.cede.poss.

1 *Executio in fructibus præbendæ fieri non potest pro condemnatione clerici alijs bonis extantibus.*

1 XXXIX. Limitatur, † vt regula in fructib. præbendæ non procedat; Propterea ꝙ in eis pro condemnatione clerici,si alia bona habeat, executio nõ fit; alioquin(vt sæpe diximus)fieri poterit, vt voluit Bar.quem sequitur ibi Alex.num.2. in l.commodis, ff.de re iudic. vbi etiam tradit Vincentius Herculanus,num.3.& idem Bar.rursus in l. à Diuo Pio, §.in venditione,versi.exequuntur,in fi.ff.de re iudi.& iterum voluerunt glo.Bar.& Doct.in l.stipendia, C. de executio.rei iudi.& Abba.& Doct.in c.peruenit,extra de fideiuss.& in c.1.de appellatio.& Pet.à Duen. in regul.275.limita.11.

1 *Executio fieri non potest in peculio profectitio filij pro delicto , vel debito paterno .*

2 *Executio fieri non potest in peculio aduentitio etiam in proprietate , quæ filij tota est pro delicto filij , vt infra num.5.*

3 *Executio pro delicto filij etiam in peculio castrensi fieri non potest.*

4 *Fructus aduentitiorum an pro delicto patris publicentur.*

6 *Executio potest fieri in bonis aduentitijs pro delicto filij, quando pater ei dedit in eis administrationem.*

7 *Executio in bonis aduentitij pro delicto filij fieri potest,vbi pater eum de dictis bonis litigare & agere concessisset .*

1 XL. Limitatur † in peculio profectitio filij,in quo pro delicto , vel debito paterno executio fieri non potest,ut inquit Bar.in l.3.§.sed utrum, num.4. ver. venio ad quartam partem, ff. de min. vbi etiam Bal. & rursus idem Bald. in l.penult. C. qui bonor. cede.
2 possu. † Quemadmodum è conuerso pro delicto filij in peculio aduentitio , etiam in proprietate, quæ filij tota est,executio fieri non potest,vt expresse voluit Bar.in l.si finita,§.si de vectigalibus, num.12. ff. de damn.infectis,quem sequitur ibi Imo.& Alexan. num.44.& ita tenere communitur doctores, inquit Ioann. Bernar. in practic. capitu. 124. pagina 274.
3 † Comprobatur, quia pro delicto filij, etiam in peculio castrensi executio fieri non potest, vt est text. in l.3. C. de bonis proscript. & si liberum sit ipsius filij; Multo igitur minus in aduentitio fieri poterit; cum in eo minus iuris habeat. Hanc opinionem sequitur Bal.in l.tertia,§.si filius, ff. quod quisque iur.
4 † Ex delicto autem patris,an fructus aduentitiorum, qui sunt patris publicentur. Bartol.in d.§.sed vtrum, num.5.hoc cogitandum reliquit, & hanc quæstionem latissimè examinat Alexand.in d.§.si de vectigalibus,num.50. & Nicol. Boerius in decis. 7. & Roderi.Suarez in l.post rem iudicatam,col.j.cum alijs, num.1.ff.de re iud. & Duenas in regula 275. limita
5 tione septima. † Præterea, quòd sententia lata contra filium in bonis aduentitijs in præiudicium patris exequi non possit, est text. & ibi glos. in l. & si condemnatus, ff. de noxali. & tradit Socin. in regula 44.vbi limitat,vt infra, & eandem conclusionem sequitur Franc.Marc.decis.827.nu.2.vol.1. vbi post Salic.perpulchram ponit distinctionẽ, vt ibi p eũ, & aliã sublimitationem ponit Castr.in l.cum filijfamilias,num.2.C.qui bon.ced.poss. & Guido Papæ eandem conclusionem sequitur,quã supra firmauimus, in decis.526.nu.1.

6 Primò sublimitatur,† vt nõ procedat, quando pater concessit, deditq; filio in bonis aduentitijs administrationem;Nam tunc pariter,vt possit obligare consensisse uidetur,ut inquit Bar. in l. si finita. §.si de uectigalibus,ff.de damn.infect.per glo.in d.l.& si condemnatus, ff.de noxali. & tradit Socin. in d. Regula 444.limit. 1.& Ioan.Corras.in l. frater à fratre, num.52.ff.de condi.indeb.

7 II. Sublimitatur † vbi pater filium de bonis aduentitijs litigare,& agere consensisset, vt inquit Bal. in l.fi.in fi.C.de vsur.rei iudi.per glo.in d.l.& si condemnatus, ff.de noxali. & Socin.in d. regula 444. limit.

mit. 2.& Hyppol.Marſ. in Rub. ff.de fideiuſſo.numero 27.

1 *Executio fieri non poteſt in alia re, quæ petita non ſit.*

1 XLI. Limitatur,†ut nõ procedat in alia re, quæ petita non fuerit, Quandoquidem in re non petita ſine cauſæ cognitione executio fieri non poteſt; cognitio tamen ſummaria eſt:vt inquit Angel.in l. prima num.28.C,de iudi.inquiens ita intelligit.l.Fulcinius,& l.hoc autem.ff. ex quib. cauſ.in poſſeſ. eatur. & l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.de damn. infec. & l.fin.& Authen.ei qui iurat.C.de bon.author. iudi.poſſid. & idem poſt alios tenet Iaſo. ibidem & rurſus in l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.nume. 12. ff. de re iudi.

1 *Exequi non poteſt ſententia lata contra prælatum in bonis eccleſiæ, niſi bona monaſterio per monacũ uel eius cauſa & occaſione acquiſita ſint.*

1 XLII. Limitatur†in bonis eccleſiæ: Nam ſententia lata contra prælatum, in bonis Eccleſiæ exequi non poteſt,vt voluit Abba.in c.ſacro.num.17.extra de ſenten.excommu.& Bald.in auth. cauſa quæ.nu. 3.in fin.verſicu.quartò conſiderandum eſt.C.de epiſco. & cleric. & Petr. à Duenas in dicta Regula 275.limitatione 10.Vbi poſt Bald. ibidem id uerũ eſſe cenſet;niſi bona monaſterio per monacum,uel eius cauſa, & occaſione acquiſita ſint, cum perſonaliter ob debitum ciuile monacus carcerari non poſſit.

1 *Executio non poteſt fieri in bonis mariti pro ſententia contra vxorem pro eius debito lata, quod èconuerſo etiam pro ſententia contra maritum pro eius debito lata dicendum eſt.*
2 *Executio in re dotali conſtante matrimonio fieri non poteſt, etiam quòd debitum ſit viri & vxoris.*
3 *Executio poteſt fieri in bonis ſecundi viri pro debito tutelari uxoris.*

1 XLIII. Limitatur†in ſententia contra vxorem
eius debito lata; Nam in bonis mariti exequi nõ po
teſt; Id quod èconuerſo quoque de ſententia contra
maritum pro eius debito lata dicendum eſt; Quan-
doquidem & ea quoq; in bonis vxoris exequi nõ po
teſt.l.1.& 2.C. ne vxor pro marit. & tradit Duenàs
2 in d.Regul.275.limita 14. Præterea†conſtante ma
trimonio in re dotali executio fieri nõ poterit.l.do-
tis.C.de collatio.cum aliis adductis per Angel.in l.
tale pactum.§.qui prouocauit.num.32. ff. de pact.
& latius Bal,nouel.in tract.de dote.in 7.parte,priui
le.18.vbi idem dicit,ſi debitum eſſet viri, & vxoris:
Hac de re videas Bertra.in conſi.9.nu.1.& ſequ.lib.
1.& Capit.qui latiſſimè tradit in deciſ.128. per to-
tum Id autem,vt inquit Duenàs,locum non habet;
quando mulier poſt mortem uiri filiorum tutelam
ſuſcepit, & ad ſecunda vota non redditis rationi-
bus,& tutore non petito tranſierit; Quandoquidẽ
3 tunc pro debito tutelari,†etiam in bonis ſecundi viri executio fieri poterit; propterea quòd ad hoc ipſo iure obligata cenſetur, ut eſt tex. notabilis in l. ſi mater.C.in quibus caſi.pigno. uel hypote. tacitè contraha.

1 *Exequi non debet ſententia lata contra uniuerſitatẽ pro eius debito in bonis ſingulorum ciuium.*

1 XLIIII. Limitatur † in bonis ſingulorum ciuium pro debito uniuerſitatis; Nam ſententia lata contra uniuerſitatem pro eius debito in bonis ſingulorum ciuium exequi non debet:ut uoluit Bal.in l.etiam,nume.25. C. de executio.rei iudi.De hoc uideas Bart.& Doct.in l.4.§.actor.ff.de re iud. & Bernar. Dia.reg.267.& Petr.Duenas in d.regu. 275.limit.9.& idem tenet Ang.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.nu.29.in fin. poſt Ioan.And. in loco ab eo adducto.ff.de pac.

1 *Executio ſententiæ contra vniuerſitatem lata, non poteſt fieri in rebus ad eam quò ad vſum pertinentibus.*

1 XLV. Limitatur†in bonis quò ad vſum tãtùm ad vniuerſitatem pertinentibus vtputa viis,theatris & ſimilibus. Nam licet ſententia contra ciuitatem, caſtrum, villam, vel vniuerſitatem in bonis quò ad dominum ad prædicta loca pertinentibus fieri poſſit,vt ſunt domus,molendina,nemora,& ſimilia.l.j. §.quibus.ff.quod cuiuſque vniuer.nomin. & ibi tradit Vber.de Bob.per l.ſi locus.in fi.ff. quemadm.ſerui.amit.& c.ea quæ.verb.illorum, extra de ſtat.mona.& ſi bona non habeant inter ſeipſos collectam imponere cogantur:Attamen(vt ſupra diximus) in bonis quò ad vſum tantùm,vtputa viis, theatris, & ſimilibus pertinentibus, executio fieri non poteſt; Ratio autem eſt;quia cum eorum, nec dominium, nec poſſesſionem habeamus; Quod quidem ex eo apparet;quòd omnia ĩ dictis locis appoſita amoueri non poſſunt,vt.l.fi.de via publi. Meritò in eis noſtrorum debitorum cauſa executio fieri non poteſt; & ita per prædicta tenet Angel.poſt Ioan.Andre.in loco per eum adducto in l.tale pactum. §. qui prouocauit.nu.29.ff.de pact.& in l.commodis.num. 2. ff.de re iudi.ubi Alex.nu.4.& alii poſt eum,& Capiti.deciſ.27.q.10.num.41.in fi.& Roland.à Valle.in conſ.84.nu.20.lib.2.

1 *Executio ſententiæ contra vaſallum latæ in fructibus feudi, niſi in ſubſidium, fieri non poteſt.*

1 XLVI. Limitatur † in fructibus feudi, in quibus vaſallo condemnato, executio niſi in ſubſidium fieri non poteſt; aliis ſcilicet bonis non exiſtentibus vt voluit Angel.in l.pro hærede.§.ſiquis.ff.de acquiren.hæred.& Barto.& Imol.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de damn.infect.& Alex.& alii in l. cõmodis.num.2.ff.de re iudi.vbi tradit Vincenti.de Hercula.& Math.afflic.in deciſ.26.& Petr. Duen.in d. regula 275.limita. 12. & hac de re nonnulla tradit Ruin.in conſi.70.num.9.& ſequen.& præſertim nume.18.libro. 5. & rurſus Afflic.in §.præterea inter

duos.

duos numero 17. de prohi. alien. feud. per Fedc. feudo. lib. 3.

1 *Executio sententiæ contra emphiteutam lata, in bonis emphiteuticis fieri non potest, licet commoditas ab eo auferri possit.*

1 XLVII. Limitatur in bonis † emphiteuticis; Nã sententia contra emphiteutam lata, & sic contra dominum vtilem, licet commoditas ab eo auferri possit, in bonis emphiteuticis non exequetur, secundũ Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. in prin. versi. sed quæro si agatur, cum sequen. vbi loquitur de feudo, & deinde idem dicit de emphiteusi. ff. de damno infect. vbi idem latè tenet Alex. & refert & sequitur Ruinus in consi. 68. num. 11. libr. 5. & hac de re tradit Afflic. decis. 380. num. 1. & sequen. & præsertim nume. 7.

1 *Executio in melioramentis fieri non potest.*

1 XLVIII. Limitatur † in melioramentis: nam in eis executio fieri non potest, vt latius declarat Paul. Castren. in consi. 270. nume. 1. & sequen. libr. 2. vbi uideas.

1 *Exequendæ quænam sententiæ sint, si accidat, quòd qualibet pars tres sententias conformes obtineat.*

CAP. III.

TErtio loco prædicta regula cum suis ampliationibus, & limitationibus ita subsistente, superest, vt pro maiori huius executionis materiæ declaratione nonnullas quæstiones adnectamus, & iõ quærit Franc. Marci. decis. 54. num. 5. vol. 2. Si accidat, vt qualibet pars tres sententias conformes obtineat, † quę nã sententiæ exequendæ sint. Hac de re vt ipse ait, Specul. in tit. de appella. §. quoties. cogitãdũ reliquit; At Ioãnes Andreę ibi in sua additione, id inquit pendere à notatis in cle. 1. de re iud. Abb. verò in c. sua nobis. extra de appell. actorem, q tres sententias in suum fauorem habuit, obtinere debere arbitratur; cũ quo conuenire videtur Franci. Marci eum simpliciter referendo.

1 *Executio sententiæ an citationem requirat.*

CAP IIII.

1 QVartò quæritur, † an in executione sententiæ citatio requiratur Et breuiter requiri respõdendum est: vt est tex. in l. 1. ibi si cœperit ex sententia conueniri. C. de iur. & fact. igno. & in l. meminerint. C. vnde vi; & in l. defendente. ff. de autho. tuto. vbi habetur; Iudicem, an velit satisfacere, partẽ interrogare debere; & Rõ aũt ea potissimũ esse vr; q alioquin pars pp multas exceptiones; quas fortasse opponeret; lędi posset; vt puta iudicis, qui sententiã protulit; incõpetẽtia, vt inquit gl. in clem. vnica, de sequestr. possess. & fruct. & gl. fi. C. si à nõ compe. iudi. propterque alias exceptiones; quas ponit Petrus Ferrarius in sua practi. papien. in form. exceptio. sẽtẽ. & glo. quã sequuntur Doct. in d. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. & Math. Afflic. in cõstit. Neapol. libro. 2. Rub. 17. num. 15. Præterea hanc eandem cõclusionem, q in executione sniæ partis citatio requiratur Licet cum quadam distinctione, tenet Bar. in l. à Diuo Pio. §. in uenditione. num. 2. ff. de re indi. & rursus idem Barto. in d. l. meminerint, & in extrauaganti ad reprimendum, in uerbo executionem in tit. qui sint rebel. in visib. feudo. quem sequitur Alex. in d. §. in uenditione. num. 35. ubi Ias. nume. 9. & Vincent. de Hercula, nu. 32. & Petr. à Duen. hos referens; ĩ Regula 94. & ultra prædictos hanc eandem opinionẽ tenent Lancel. Conrad in sua practi. lib. 1. cap. 9. de prætore. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuili. in titu. de executio. senten. nume. 3. ubi latius; & Socin. latissimè ubi plura refert, & distinguit: in titu. de citatiõe. art. 7. num. 22. declaratio. 19. & plura refert Gramma. in consi. 49. nume. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. in ciuili. & in consi. 150. nu. 28. & Abba. in c. pastoralis. §. quia uerò. num. 7. de offic. deleg. & Math. de Affli. super constit. regn. in constit. dilationis in tit. de dilatio. & exceptio. num. 15. uersi. demum adiens tangit; ubi septem conclusionibus hanc materiam pertractat, & idem rursus uoluit Bal. in margarita ad repertorium Inno. In uerbo sententia non meretur; & Bart. distinguendo in l. nequiquàm. §. ubi decretum. in 2. lectura, in ulti. uerbis. ff. de offi. procons. & lega. & Alber. Bru. in consi. 87. nu. 29. & sequen. in uol. cõs. feud. diuers. & Sigismu. Neap. in consi. 47. nu. 13. & sequ. & præsertim num. 17. ubi ampliat, etiam, si de fauore publico agatur, in eod. uol. cons. feud. diuers. & latissimè Barba. in consi. 37. in princ. & col. 4. lib. 4. & Gozad. in consi. 2. num. 18. & 20. & Ripa in l. q pro tribunali, alios referens, nume. 10. ff. de re iudi. & Deci. in consil. 97. num. 2. uers. & etiam si executio & Afflic. in decis. 364. sub nu. 16. & Mathesila. in singul. 86. & Franc. Marci. in decis. 169. nume. 1. lib. 1. & Hiero. Grat. in consi. 76. num. lib. 2.

1 *Citatio requiritur in executione, siue fiat in reali, siue in personali actione.*

1 Primò ampliatur † huiusmodi conclusio, siue executio in reali, siue in personali actione fiat; cum eadem ratio sit; ut inquit Cynus in l. ab executione. C. quor. appell. non recip. quem sequitur Imol. in d. §. ĩ uẽditione. ubi Alex. hãc opinionẽ in iure ueriorem arbitratur, & Ias. num. 9. & licet Bart. in d. §. in uenditione, & aliis in locis supra deductis contrarium noluerit; attamen contrariam opinionem contra Bar. communem esse asseuerat Ias. in d. loco. Præterea eandem conclusionem sequitur Petr. Duenas. ĩ d. Regula 94. Ampliatione 1. & Lãcell. Cõra. in sua practi. libr. 1. cap. 9. de præto §. 2. de offic. præto. in caus. ciuili. in tit. de executio. senten. nume. 3.

1 *Executio requirit citationem, etiã si in ea re, in qua quis fuit condemnatus, fiat.*

1 II. Ampliatur † etiã si in illa re, in qua fuit cõdẽnatus, executio fieret; cũ in hoc etiam pars lędi possit;

sit; vt puta propter hypotecam aliundue ius; quod habet ea in re; & ideo ad hoc citari debet. l. de vno quo que ff. de re iudic. & tenet Imol. in d. §. in venditione, nume. 13. quem vltra Ias. & Alex. sequitur ibi Vincent. Hercula. nu. 35.

1 *Executio citationem requirit, etiam si idemmet Iudex qui sententiam tulit, eam exequatur.*

1 III. Ampliatur, † etiam si idemmet Iudex, qui sententiam tulit, eam exequeretur; cum exceptiones in executione allegari possint; id quod, nisi pars citetur, fieri non poterit; vt inquit Alexand. in dicto §. in venditione, & Cardin. in clemen. sicut, quæstio. 2. extra de appella. & Philipp. Franc. in c. ex ratione. nume. 83. de appella. & Deci. in consilio nonagesimoseptimo, num. secundo, & Petr. Duen. in d. Regu. 94. amplia. 3.

1 *Executio requiri citationem, etiam si contra eundem condemnatum fiat.*

1 IIII. Ampliatur, † etiam si executio contra eundem condemnatum fiat; & sic in qualibet executione citationem facere tutius est, vt inquit Socin. in tract. de dilation. articu. septimo, quæstio. decimanona, & Alexand. & Ias. in dicto §. in venditione, & Petr. Duen. in dicta Regula. 94. ampliatione quarta.

1 *Executio sine partis citatione fieri non debet, etiam deserta appellatione.*

1 V. Ampliatur, † etiam post desertam appellationem; hoc est, si pars infra tempus appellationem prosequuta non fuerit, vt inquit Bart. in l. 1. in fin. ff. nil. nou. appella. penden. quem sequitur Deci. in dicto consil. 97. numero 2. & Math. Afflic. in constit. neap. lib. 2. Rub. 17. nume. 20. & Alexand. in dicto §. in venditione, num. 32. & Petrus à Duenas in Regula 94. ampliatione 5. & vltra prædictos idem tenere videtur Ancha. in Clemen. sicut, nume. 13. de appel. Abba. verò in loco per eum relato post Inno. in c. causa, quæ. nume. 14. de re iudic. contrarium tenere videtur, & Bellam. in c. an sit, nume. quinto, extra de appella.

1 *Executio parte non citata fieri potest; cum ei nullam competere defensionem notoriè constat.*

Limitatur autem prædicta cóclusio pluribus modis: & † primò, quando absenti nullam competere defensionem notoriè constaret, vt inquit glo. in c. ad nostram. il terzo, vbi latius tradunt Doct. extra de iureiu. & in c. cum sit, extra de appella. & facit text. in l. si cum seruum in §. si quia seruum, ibi, vt si præsens esset; & in §. iusta. ibi non est necesse vocare ff. de fideicommiss. liber. & in l. recusare. in princ. ff. ad trebellia. & in c. cum olim. secundùm vnam lecturam glo. de re iudic. & Inno. in c. tua. extra de cohabita. cleri. & mulie. quem sequitur Math. Afflic. in const. neapo. in d. Rub. 17. num. 21. & Nicol. Bello. in consil. 70. numero 16. & Paris. in consilio primo, nume. 33. volum. primo, & Vincent. Hercula. in dicto §. in venditione, numero 36. & Ioan. de Aima. Vaionensis in proœm. concordat. fol. 49. colum. 1. & Petr. à Duen. in d. Regula 94. limita. 1.

1 *Executio sine citatione fieri potest; quando cognitio super executione præcessisset.*

1 II. Limitatur, †. quando cognitio super executione præcessisset; ita vt executio tantùm superesset. Nã tunc citatio necessaria non est. & ideo tunc iudex ad petitionem partis, absque partis citatione, nuncio, vt exequatur, committere potest; & executor tunc manu militari sententiam exequi poterit; vt est text. in l. qui restituere. ff. de rei vendi. vt voluit Matheus Afflict. in d. rub. 17. nume. 17. & Bart. in d. §. in venditione. nume. secundo, & Petr. Duenas in d. Regula 94. limit. 2.

1 *Executio alterius partis sine citatione fieri potest, quando prius alicuius partis citato aduersario facta est.*

1 III. Limitatur, † quando prius aduersario citato alicuius partis executio facta esset; Nam tunc, si in alia parte exequatur, citatio non requiritur: vt voluit Deci. in dicto cap. ex ratione, numero 72. extra de appella. & Petr. Duenas in dicta Regula. 94. limitat. 3.

1 *Executor merus sententiæ ad executionem faciendã partem citare non tenetur.*
2 *Executio in terminis statuti nostri quomodo fiat; & an citatio requiratur.*

1 IIII. Limitatur. † in mero sententiæ executore; qui, nisi voluerit, ad executionem faciendam partem citare non tenetur, c. de cætero. extra de re iudica. & notatur in c. pastoralis. extra de offi. delega. & tenuit Rota in decis. 15. in tit. de dolo & contum. in nouis, & Gozad. alios referens in consilio quinto, nume. 30. & Angel. in l. prima, nume. 32. vers. octaua conclusio. C. de iudic. & habetur in repetitio. Io. Bap. à Villalo. in tract. commun. opinio in verbo executio, nu. 135.

Hæc quatenus pertinet ad ius commune, ita se se
2 habent, † nostro autem hoc statutario iure citatio necessaria non videtur; cum in eo dicatur; executioni mandetur, & mandari debeat summariè, & de facto, incipiendo etiam à personarum captura; in practica autem obseruatur, vt fiat præceptum, quòd infra 15. dies faciat, vel soluat; & eo elapso fit executio per viam tactus, vel licentiæ generalis, uel tenutæ. Quid autem sit tactus uel licentia generalis suo loco dicemus.

1 *Exceptio sententiæ quo ordine concedatur.*
2 *Capi quem nõ posse pro executione sententia, nisi prius facta discussione, quòd bona non reperiantur, an dicendum sit.*
Homo cunctis rebus præferendus est.

Aa Executio-

4 *Exe[c]utione sententiæ res debitoris pluribus modis capitur.*

CAP. V.

1 QVarto loco principali quæritur, † quo ordi-
ne sententiæ executio concedatur; hanc que-
stionem declarare videtur tex. in l. à Diuo Pio §. in
venditione. vbi omnes notant. ff. de re iudi. Primò
enim, vt ibi habetur mobilia capienda sunt; Secun-
dò immobilia; Tertiò nomina debitorum; prout de
hoc est etiam tex. in l. 1. C. de præto. pigno. Subdit ta-
men Ias. in d. §. in venditione. in primo nota. his tri-
bus deficientibus ad debitoris capturam deueniri;
qui nisi bonis cedat, in carcerem ducetur. l. 1. ff. qui
bon. cede. poss. & est glo. singul. in l. 3. §. tutores. ff. de
2 suspec. tuto. † quæ vult, vt pro sententia executio-
ne quis capi non posit, nisi prius facta discussione
bona non reperiantur. Id quod ibidem confirmat
Bart. Quandoquidem si in bonis capiendis ordo ali
quis constitutus est, vtique in homine, qui cunctis
3 rebus præferendus est. l. iustissimè. in princ. ff. de ædi
li. edict. capiendo idem multò magis dicendum est;
& si ipsæ dicat, aliter statutis & consuetudinibus Ita
liæ introductum esse; Prædictam conclusionem sim
pliciter sequitur Rapha. Cum. & Paul. Castr. eo-
dem in loco: Præterea illam glo. & hanc conclusio-
nem tenuerunt, in d. §. in venditione. Imol. & Alexã.
col. 4. & duabus sequentibus, cum concordantibus
per eum adductis, & Ias. in loco supra adducto, qui
refert Abba. in c. lator. in 2. not. in princ. & in c. quò
ad consultationem. extra de re iudic. & Angel. Aret.
in §. cũ quoq;. col. 3. Instit. de actio. Idem quoq; vo-
luit Ioan. Ferra. in sua pract. papien. in tit. de execu-
tio. sentent. vers. Sapiens. nu. 30. & sequen. & Maran.
de ordin. iudi. in vlt. actu iudicij, in vltima parte, nu.
8. & sequen. & in 6. parte in versi. citatio. num. 58. &
Hyppo. Marsi. in l. de vno quoq;. num. 24. ff. de re iu-
di. & in practi. crimina. in §. attigam, nume. 56. Vbi
vult, vt non solùm bonorum debitoris, sed etiam fi-
deiussoris discussio fiat; At Ioan. Ferra. in sua practi-
ca papiensi, & in loco supra adducto, uoluit, vt im-
primis antequàm ad prædicta deueniatur, pecunia
si extat capiatur, quem refert, & sequitur Lancell.
Conra. in sua praxi lib. 1. cap. 9. de præto. §. 2. de of-
fic. præto. in caus. ciuili in tit. de execu. senten. nu. 5.
Præterea quòd in executione sententiæ ordo, de quo
supra, seruandus sit, voluit etiam Cardin. Zabarel.
in consil. 72. num. 2. & Nicola. Boeti. in l. vnica. nu.
185. C. de senten. quæ pro eo quod intere. & Alcia.
lib. 10. parerg. cap. 23. & Stepha. Bertra. in consi. 81.
processus executionis, nu. 1. & 2. lib. 1. & rursus idẽ
Bertra. in cõsi. 164. viso processu causæ captæ. sub nu.
1. uersi. sed istud fundamentum non vr̃ de iure pro-
cedere. lib. 3. & Lanfra. Balbus decis. 178. & Afflict.
decis. 358. num. 1. & 2. cum sequent. & Specul. in
tit. de executio. senten. §. 3. nume. secundo, & Ca-
gno. in l. vnica, in prin. nu. 71. ff. si quis ius dicen. non
ob tempe.
4 In executione autẽ sententiæ, † res debitoris plu-
ribus modis capiatur, vt inquit Socin. Senior in cõsi.
37. num. 9. vol. 4. per ea quæ not. glo. quam sequitur
Bart. & Doct. in d. l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re
iudi. & Doctores, & præsertim Bal. in l. ordo. C. de
executio. rei. iudi. Aliquando enim, & primò in cau-
sa indicati res creditori datur; vt loco pignoris in no
mine possideat, vt puta quando Index vocato no-
mine id pignori esse iubet, vt voluit glo. nota. in l. 1.
C. de prætori. pigno. aliquando & secundò, rem ca-
ptam vendendi potestas conceditur: vt in d. §. si pi-
gnora; Aliquando & tertiò, & tanquàm extra-
neus emat. l. secunda, C. si in caus. iudi. & hæc pra-
ctica locum non habet, nisi quando constat, em-
ptorem non inueniri l. ordo. & l. fin. C. de execu-
tio. rei iudi. Aliquando & quartò, res, quæ capi-
tur, in causa iudicati à iudice altero de duobus
modis insolutum datur. Primò rem captam in
causa indicati pro iusta æxtimatione dando; quo
casu si maioris precij esset; à creditore restitui de-
bet; si minus reliquum à debitore supplendum
est; Secundò, cum simpliciter pro debito datur;
quo casu, sine maioris, siue minoris æxtimatio-
nis sit, in solutum cadit; & hoc secundo casu,
etiam contradicente creditore cadit in solutum,
si iudex velit, etiam rem non idoneam adiudica-
re; vt voluit glo. in dicto §. si pignora, & sequi-
tur Iacob. de Aren. Cyn. & Bart. in l. ordo. C.
de execut. rei iud. Sed contrarium tenet gloss. in
dicta l. ordo, videlicet, quòd hoc contradicen-
te creditore fieri non possit, & sequitur Iacob.
Butr. & facit text. in dicto §. si pignora. in ver-
bo maluerit, & tradunt Richar. de Salicet. in
dicta l. ordo, & Imol. in dicto §. si pignora. opi-
niones concordando dicunt; Aut creditor à prin-
cipio pro iusta æxtimatione adiudicari petijt, &
tunc secunda opinio procedat, vt Iudex pro to-
to debito adiudicare non possit; Aut simpliciter pe
tijt adiudicari, & tunc prima opinio locum habeat,
vt scilicet deindè creditor consilium mutare non
possit, argum. auth. at qui semel. C. quomo. &
quando iud.

1 *Executio sententiæ si fiat ordine, de quo supra omisso, an sit nulla.*
2 *Captura ordine non seruato facta non retractatur, quotiescunque verè debitor apparet.*
3 *Executionis ordo in actione personali non reali procedit.*

CAP. VI.

SExto loco stante dispositione text. in dicto §.
in venditione, & doctorum, quòd executio
1 ordine, de quo supra, seruato fieri debeat; † Quæ-
ritur; an si sententiæ executio fiat toli ordine omis-
so, nulla sit; Hac in re; quòd talis executio nul-
la sit, tenuerunt Imo. Alexand. & Ias. numero 19.
in dicto §. in venditione. Mouentur autem ex eo,
quòd cum ordo non sit seruatus: actus redditur
nullus. l. non dubium. C. de legibus, & l. cum hi.
§. si prætor. ff. de transact. & Corne. in consilio
159. numero 13. volum. 2. & idem videt̃ tenere Ber
trã. i cõs. 81. processus. nu. 1. & 21. vol. 1. & Rol. à Val
le

le ĩ cõs. 32. nu. 32. vol. 1. & Affl. deci s. 358. num. 1. & seq. licet Affl. & Rol. loquantur; quã etiam per Iudicem commissum fuit, quod secundum dispositionẽ iuris exequantur. Verum hanc eandem opinionẽ latę prosequitur Nico. Enerardus in sua centuria, in loco ab ordine, in litera E, uer sicul. & est textus notabilis.

Cõtrariã verò opinionẽ tenuit Bart. in d. §. in vẽditione, & mouetur: quia nõ est ordo necessarius; nec traditus pro forma, & ideo prædicto ordine nõ seruato quasi modus excedatur, appellari potest; & ideo si pars, hac in re grauaretur; appellatione reuocari poterit Hãc eandẽ opinionẽ sequitur Raph. Cuma. in d. §. ĩ
1 vẽditione, quã cõmunẽ inquit Ias. ibidẽ nu. 19. Licet ipse cõtrariũ teneat; præterea cũ Bart. tenẽt Ioã. And. & Ant. à Butr. in c. qm̃ frequenter. §. fi. vbi ẽt Bal. co. 2. extra vt lite non contes. & Lãcel. Cõrad. in sua practi. lib. 1. c. 9. de præto. §. 2. de offi. præto. in caus. ciuili, in tit. de execu. sent. nu. 8. vbi nu. 9. subdit; quod si debi-
2 tor ordine nõ seruato captus sit; † captura nõ retractatur, quotiescũq; verè debitor appareat, ob id quod captura rursus cõcedẽda esset; alioquin secus. l. fi. §. fin. ff. quod met. caus. Id quod etiam procedere asserit Ias. post Paul. Castr. quando debitor citatus non esset; Præterea hanc eandem conclusionem sequitur dec. in consilio 449. numero 19. & Aymo Crauet. in consilio 46. numero 7. post Gozad. & Curt. Iun. vbi asserunt cõmunẽ esse opinionẽ; minusq; in debitore fiscali dubitãdũ esse: Bal. in consi. 90. uolũ. 5. & Frãci. Luc. in tract. de priuil. fisca. part. 1. priuile. 58. Licet cõtrariũ teneat Ripa post alios, quos refert, ĩ l. naturaliter. §. nihil cõmune. nu. 56. ff. de acq. poss. At Ioã. Bapt. Caccial. in tract. de debito. fugit. q. 14. hanc quæstionẽ attingit, & eam indecisã relinquit. Verũ cõmunis tenẽda est, vt inquit Lancel. Cõrad. in loco supra adducto. Redeundo tñ ad primã quæstionẽ, opinionẽ Bar. sequutus est Bertra. sibi cõtrarius, licet nõ firmet pedes in cons. 121. nu. 9. vers. ad sextũ. & clarius in cõs. 164. nu. 2. eo. li. 3. vbi plures refert, pro & cõtra tenẽtes & tandẽ inquit opinionem Bar. magis cõmunẽ eẽ, & idẽ voluit Ioã. Bapt. à Vil-
3 la lobos in trac. cõi. opinio. in uerbo executio, num. 137. Illud aũt; † quod supra de ordine & mõ exequendi diximus, in actione psonali, non reali locũ habet; Quandoquidẽ in actione reali, idest: si certa aliqua respetatur, vtputa prædiũ, domus, uel equus; actor in possessionẽ rei sibi adiudicatæ mittendus est. ca. cũ Bertoldus. in fi. extra de re iudi. & l. qui restituere. ff. de rei vendi. & tradit Specu. in titulo de executio. senten. §. 3. nu. 1. & Nicol. Boerius in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest. nu. 185. & Lancell. Conrad. in loco supra adducto cum similibus: prout latè tradunt Doctores in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.

1 *Executio an pertineat ad iudicem appellationis, qui confirmauit; aut ad primum iudicem primæ instantiæ, si lata est sentẽtia, à qua appellatum est, & prima sententia confirmata est. an scilicet oriatur actio ex prima sententia confirmata, an verò ex secũda confirmante.*

2. *Exequitur Iudex à quo, quando appellatio est deserta.*

CAP VII.

1 SEptimò quæritur, † si lata sit sententia, à qua appellatũ est, & prima sententia confirmata est; an actio ex prima sententia confirmata oriatur; an verò ex secũda sententia cõfirmãte, & ex cõsequẽti, an Iudex appellationis, qui confirmauit, aut Iudex cãę principalis, aut primæ instantię, & sic primę sẽtẽtiæ exequatur. Cõmunis est sententia, quod actio ex secunda sñia oriatur; & quod Iudex appellationis exequi debeat, vt inquit gl. in l. furti. §. 1. in verbo pronocationis. ff. de infami. & in l. chirographis. in gl. penult. ff. de admini. tut. & in l. eos. in prin. C. de app. & tenẽt oẽs in l. siquis priore. ff. ad treb. & in l. 1. ff. de re iud. & in l. à Diuo Pio. §. j. ff. e. tit. & gl. & Doct. in ca. Pastoralis. §. 1. extra de offi. deleg. & in ca. corã dilecto. eo. tit. & est tex. in auth. siquis ligantium. C. de episc. aud. & in l. 2. versi. à die cõfirmationis. C. de vsur. rei iudi. Ratio autẽ, quæ ex prædictis colligitur est. Quia sentẽtiæ primæ effectus appellatione extinctus est l. 1. in fi. ff. ad senatuscõs. Turp. & ideo primus Iudex suã sñiam exequi non põt, cũ actio iudicati, & cęteri effectus extincti sint. vt inquiũt Docto. ĩ locis supra adductis; & psertim Alex. in d. l. 1. ĩ prin. ff. de re iud. vbi actionẽ ĩ factũ siue iudicati extinctã esse; hac ratione probari optimè arbitrantur, quod appellatio rẽ ad eũ statũ reducat, ĩ quo tpe litis cõtestatæ ĩ cãa principali reperiebatur. l. iia demũ. C. de pcu. & ĩ l. ab executione. §. j. ff. de app. Tpe aũt litis contestatæ in cã principali actio iudicati nõ erat; nec ẽt officiũ iudicis; ergo ea sñiã exequi non põt. Præterea hanc eandẽ sententiã latè prosequitur Lanr. Silua. in cons. 5. nu. 7. & 8. & Guid. Papę dec. 436. nu. 43. & si secus esse dicat de stilo curiæ parlamenti. Eãdem ẽt opininnẽ sequitur Bar. Blareri. in l. diffamari. c. 11. nu. 55. C. de ingẽ. manu. ubi alios refert; quã tñ limitat, si appella-
2 tio deserta sit. † Tũc. n. iudex à quo exequitur, vt voluerunt Bar. Bal. & alii ĩ l. si cõtra. C. de app. & ĩ l. præcipimus. ver. officiis. C. eo. tit. & Bal. in auth. si quis litigãtiũ. C. de epis. aud. & hac de re latè tradũt Abb. & alii in c. pastoralis. §. præterea, extra de offi. dele. Itẽ eãdẽ opinionẽ, & sñiam Iudex appellationis exequatur, tenuit Ioã. Mona. & Archi. ĩ c. Romana. vbi ẽt Ioan. And. nu. 16. de appe. 6. & Ang. ĩ l. cũ spãlis. nu. 4. ubi dicit esse casũ. C. de iudi. & ĩ cõs. 162. nu. j. & rursus idẽ Ang. ĩ l. tale pactũ. §. q. pnocauit, nu. 17. vbi latissimè disputat; & tãdẽ distinguẽdo, quinq; cõclusiones facit; & tot inquit ea de re esse opiniones, vt cesarea decisione opus sit; Verũ expssè & ĩdistĩctè, quod Iudex appellationis sñiam exequatur, tenet Bal. ĩ d. l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ĩ 1. lect. nu. 4. not. 5. ff. de pact. & si & ipse quoq; ibidẽ ĩ 3. oppositione distinguat, ut ibi per eum. Præterea eandem opinionem, de qua supra diximus, sequitur Bart. in l. fin. per illum tex. nume. 3. C. de iudi. vbi refert se ad ea, quæ dixit in l. præcipimus. versicu. officiis: & in l. eos. §. 1. C. de appel. & idem quòd sententia prima per iudicem appellationis exequatur, tenet et dicit communem

esse opinionẽ Philip. Frá. in c. Romana. §. fi. nu. 3. ver. aliquando sñia definitiua expresse cõfirmatur, de appel. in 6. & idẽ post gl. tenuit Abb. post longá distinctionẽ in secunda sñia primá expresse cõfirmãte, in c. pastoralis, §. ꝑterea, nu. 6. versi. qũq; sñia confirmatur ꝑ expressam sñiam ipsius, extra de offic. deleg. & ibidẽ idem firmat, post longá disputationẽ Imo. nu. 16. & ita cõiter teneri affirmat. Id quod ibidẽ cõfirmat ẽt Barb. referens ferè quicquid dixit Imo. in d. §. ꝑterea, sub nu. 32. ver. aliquando autẽ secunda sententia; dum inquit hãc esse cõmunem opinionẽ, & idẽ sequitur Ang. in d. l. ꝑcipimus, nu. 4. vbi inquit esse casum, vt vtar eius verbis, rotundũ, C. de appell. & idẽ tenet & magis cõem opinionẽ esse asserit Alex. in d. l. à Diuo Pio, nu. 20. in fi. ff. de re iud. & Ioachi. Mynsiger. in suis singul. obseru. cent. 4. obseruá. 94. & Rapha. Fulg. in l. furti accipe, in prin. nu. 6. ff. de his, qui nota. infa. & Lanfr. de Orian. in c. quoniá cõtra, in tit. de interlo. & appel. nu. 135. vers. quæro subsequẽter, extra de probat. cum simil.

1 *Exequi sententiam inter eos latam qui cum nõ essent eius iurisdictioni subiecti, in eum consenserunt, an ipse possit.*

2 *Exequi sententiam a se latam inter non subditos sibi, qui tamen in eum consenserunt, potest iudex, quando eorum bona sunt in eius territorio.*

C A P. VIII.

1 OCtauò quæritur, † fortasse iudex contra eos, q̃ suæ iurisdictioni subiecti non sint; qui tamẽ in eum consenserint, sententiam protulerit, an ipsemet eam sententiam exequi possit, gl. in l. 2. versi. ex causa, ff. si quis in ius voca. non ierit, eum nõ posse arbitratur; sed id ad iudicem ipsorũ condemnatorum ordinarium: ex iudicis, qui sententiá tulit, relatione, pertinere. iuxta l. cũ vnus, §. is qui possidere, ff. de bo. aucto. iud. possi. & l. à Diuo Pio, §. 1. ff. de re iudi. & l. properandum, §. sin autem reus, C. de iud. & Vber. de Bonaccur. in suá prac. in tit. de impedien. execu. vers. 7. & 8. & Spe. in tit. de exec. senten. §. fi. nu. 3. versic. 6. & Gui. Papę in decis. 77. nu. 3. Id autem limitando intelligit Bar. in d. l. 2. in 1. lect. nu. 19. in fi. & Anto. de Tremo. ad practicam Bonacursij in loco præallegato, in ver. extra suũ: & in apost. ad Guid. in d. decis. ni-
2 si † condemnati bona in territorio iudicis condemnatis haberet; Tũc. n. ipsemet exequetur, nec aliter scribere tenetur, vt ẽt voluerunt Paul. Cast. & Alexan. & Ias. in d. l. 2. & est gl. notabilis, & memorię mandáda, vt inquit Bal. in c. significasti, extra de offic. deleg. & l. cum quædam puella, in prin. ver. quod generaliter, ff. de iurisd. om. iud. vt refert, & sequitur Carauit. super rit. mag. curiæ, ritu 262. num. 13.

1 *Exequatur ut sententiam suam an iudex vnius iurisdictionis iudicem alterius requirere possit.*

2 *Appellari potest a grauamine, quando iudex, qui condemnauit, relictis bonis, quæ sunt in suo territorio, et iurisdictione, in alijs bonis in alio territorio existẽtibus executionem committit.*

C A P. IX.

NOnò quæritur, & hẽt hæc quid cõe cum præcedenti quæstione. An iudex vnius territorij,
1 † iudicem alterius territorij, vt sñia suá exequatur, requirere possit. Qua in re, vt possit, respõdendũ est, vt est tex. in l. à Diuo Pio, §. sñia, vbi omnes Doc. notãt, & multas post Bar. quæstiones formãt, ff. de re iudic. Ratio autẽ est secũdum Ias. ibi in 1. not. Ne alioquin illa sñia elusoria reddatur, cõtra ea, quæ habentur, in l. si ꝑtor. in prin. ff. de iud. & c. cõmissa, §. porrò, de electio. in 6. Sæpe nãq; accidit, ꝙ condemnati bona in alio loco habeãt, & se, in loco vbi fuerũt cõdẽnati, reperiri nõ sinunt, & ideò ęquũ fuit, vt victori prouideretur; & a iudice illius territorij, in quo bona victi sita sunt; vel ipse cõmoratur, executio fiat; Hac de re vltra Doc. vt diximus, in d. §. sñia, vbi plura latissimè post Bar. tradũt, ꝙ sñia lata a iudice vnius territorij ab alio alterius exequi possit, tenuit Franc. Marc. plura adducẽdo, in decis. 332. nu. 6. & 7. li. 2. & Egi. Bos. in sua prac. cri. in tit. de for. cõp. nu. 36. & Iac. de Beluisio in c. Romana, §. contrahentes, nu. 148. de foro cõp. in 6. & latius de hoc disputando Roderi. Suarez in l. post rẽ iudicatá, versi. circa iudicẽ, nu. 1. cũ seq. ff. de re iud. vbi vult lr̃as illius iudicis, q̃ iudicauit, ad iudicẽ, q̃ exequi debet, necessarias esse; id quod tenuit ẽt Anibal Troys. Cauens. super Ritib. magnæ curiæ, ritu 128. nu. 4. & Ang. in cons. 217. nu. 10. vbi & ipse quoq; ait, lr̃as iudicis iudicãtis requiri; & Bal. in cõs. 121. nu. 11. lib. 3. vbi loquitur de sñia regis, & idem qđ supra diximus, voluit Georg. Nata in suis cõmẽtarijs super statutis excludẽtib. fœminas. q. 4. nu. 38. & Corn. in cons. 143. nu. 5. lib. 2. & Cagn. in l. cũ q̃dam puella, nu. 33. ff. de iurisd. omn. iud. Vbi inquit, id tñ modo in subsidio, cũ in territorio suo bona non repe- riũtur, in quibus suá sñiam exequi possit, ꝑmittẽdũ
2 esse † alioquin partem grauaret, quæ a tali grauamine appellare posset; Aut ad superiorẽ querelæ quodam modo recurrere, vt voluit Alexan. in d. l. à Diuo Pio, §. j. col. 3. ff. de re iud. & quidam recẽtiores in d. l. cũ quædam puella, ꝑ gl. in verbo generaliter, quá dicũt perpetuò notádá esse. Præterea de his copiosissimè loquitur Neuiza. in cõs. 4. ꝑ totũ, lib. 1. & Ioach. Mynsig. cẽtur. 3. obseruat. 68. & Bartol. Blarerius in l. diffamari, c. 11. nu. 53. C. de inge. manu.

1 *Exequi possit nec ne iudex illius loci, ubi sunt bona cõdemnati in alio territorio, sine literis iudicis condẽnantis requisitorijs.*

2 *Executioni sententiæ per alium latæ quis se intromittere non potest, si officio iudicis petatur, secus si actione in factum.*

3 *Actio quid sit.*

4 *Officium iudicis quid sit.*

C A P. X.

1 NOnò quæritur, † & habet hęc quid commune cum præcedenti quæstione, an iudex illius loci, vbi sunt bona illius, qui ab alio iudice fuit condemnatus, illam sententiam sine literis illius, vt aiunt, requisitorijs, qui condemnauit, exequi possit;

Hanc

Hanc quæstionem mouerunt Cynus,& Bald. in d.l.
cum quædam puella.§.fin.ff.de iurisd.omn.indi. di-
cuntq; aliquādo Florentiæ obtentum fuisse,talē exe
cutionem sine literia illius Iudicis, qui sententiam
2 protulit factam,nullam esse;† Quia non potest se qa
in executionem sententiæ per alium latæ intromit-
tere;vt probat tex.melior de iure,vt inqnit Pau.Ca-
stren.ibi in l.properandum.§.sin autem reus; qnem
ad hoc notat etiam ibi Ang.& Ias.in 2.not.C.de iu-
di.& est tex.in c.Romana.§.contrahētes.de foro cō-
pet.in 6.per quæ iura,ita tenent Bar.Pau.Cast.Ale-
xan.& Ias.in d.l.à Diuo Pio.§.1.ff. de re iudi. Limi-
tant tamen id eodem loco Docto.& Anto. de Tre-
mol.in additione ad practicam Bonaccur. in titulo
de impedi.executio.nu.8.versi.7.in uer.extra suum,
procedere,quando talis executio officio iudicis pe
teretur;At secus si actione infactum petatur,dicen-
dum esse;Tunc enim quia talis actio vbiq;,nbi reua
forum sortitur,exerceri,potest,ut inquit Bar.in d.l.
à Diuo Pio.§.1.& Pan.Castr.& Ias.in d.§.sin autem
reus;Talis executio ibidem peti & concedi poterit;
Ratio antem differentiæ est,vt inquit Ias.& Ant. de
3 Tremol.in locis supra addnctis; † quia actio ius est
in partium persona residens; ad consequēdum in iu
dicio id,quod sibi debetur,& ideo vbicunqne debi-
tor forum sortitur; meritò talis actio intentari po-
4 test. At † officinm indicis in ipsius met persona resi-
det, & ius est ea faciendi; quæ sibi ex ipso officio in-
cumbunt;vt inquiunt Bar.& Salice.in l.1.ff.de iuris
di.omn.iudi.Meritò ins illnd,quod ī persona illins,
qui sentenriam protulit; coram alio intentari sine
eius literis non posse dicendum videtur, ut latins in
quit Carauit.super ritibus magnæ curiæ,Ritu.262.
nu.14.& seq.usqne in sinem illius ritus.

1 *Exequi an debeat sententia lata à Iudice delegato,ab ipsomet uel à delegante.*

CAP XI.

1 VNdecimò queritnr,† an sententia lata à Iudi-
ce delegato,ab ipsomet, vel à delegante exe-
quatnr;Hac de re ita uariè & obscurè loquuntur do
ctores, ut qnid sentiant, vix intelligi possit; Planè
non sulum legistæ à canonistis discrepant, sed etiā
vtriusque scolæ fautores inter;se Ne igitur, cuiuscū
que sentētiam prosequēdo quadam prolixitate nau
seam concitemus;nos ad ea referemus,quæ ipsi suis
locis dicunt. Principaliter igitur hanc rem pertra-
ctant omnes in d.l.à Diuo Pio.in princi.ff.de re iud.
& in c.significasti.extra de offi.delega.& in c.si quis
contra clericum,extra de foro competen.& Ange.in
l.tale pactum.§.qui prouocauit.nu.18.& 19.20. &
21.ff.de pact.& latissimè August.Beroiua in d.c.si-
gnificasti.nu.5.cum plnribus sequentibus, extra de
offi.delega.& Ruin.in consil.113. nu.10. uolū.4.&
Corne.in consi.71.num.12.& 15.vol.1.& Frā.Mar
ci.decisio 72.num.1.& seq.nol.1.& Raphae.Fulgo.
in l.præses.nu.1.ff.de offic.præsid.& Imol.in c.decæ
tero.num.2.uersi.an autem executio extra de sentē.
& re indi.& Ioan.de longouall.in l.imperium.num.
181. ff. de re iudic.

1 *Executio sententiæ an instantiam habeat.*

CAP. XII.

1 DVodecimò quæritur, † an sententiæ executio
instantiam habeat;Id autem de iure commu
ni intelligendum est: Quò verò ad statuta huius ci-
uitatis infra dicemns,in fine huius qnæstionis: Ve-
rùm ad rem nostram redeundo.Bald.in consil.242.
volu.5.instantiam non habere arbitratur; At Soci-
nus Senior in consi.95.nnmer.1.& sequent.volu.1.
hanc qnæstionem ad partes disputando cōtrarinm
firmat;verùm pro clariori declararione animaduer
tendum est,quòd doctores,qnos Socinus adducit,
& præsertim Bar.in d.l.litibus.sub nu.8.in fin.co.3.
C.de agricol.& censit.loqni, quando instantia cur-
rat;cum instantia à die litis cōtestatę Labi incipiat.
l.properandum.in prin.C. de iudic. & de hoc supra
loco suo satis superque diximus; sed ī executione tā
quam in causa sumaria,lis nō cōtestatur;ergo instā-
tia currere non potest: Verùm quin etiam executio
aliqualem instantiam babeat; non videtur negādū;
Nec obstare videtur ratio dictæ legis properandū
Nam respondent Doct.primum actum in causis su
mariis pro litis contestatione haberi;vt supra suo lo
co diximus. Vnde eò tempore vt currere incipiat,di
cendum videtur. Verùm afflic.in decis.346.hāc quę
stionem latissimè dispntās, à num.1. vsque ad num.
13.& vtriusque partis fautores referens:tandem fe-
dere distinctionis post Bald.opiniones conciliat, &
eo modo refert ,in consilio Neapolitano decisum,
ac determinatum fuisse;Distinctio autem huiusmo
di est: Aut enim pro executione sententiæ agitur a-
ctione in factum; & tunc datur instantia. Aut verò
officio iudicis,& nil opponitur,& non datur instan
tia, vt latius per eum post Bald.in dicta decis. 346.
sub num.12.versi.Quare fuit votatum,& conclusū.
Verùm de hac quæstione larius diximus supra:cum
de instantia tractaremus,in illa quæstio. an in sum-
mariis,& executiuis instantia detur;vbi melius & cō
modius conuenire videtur.

1 *Executio sententiæ an requirat libellum.*

CAP. XIII.

1 DEcimotertiò quæritur† an in executione sētē-
tiæ reqniratur libellus; Verùm de hoc supra
diximus, cum de libello loqueremur in primo casu
eorum,quæ necessario libellum non requirunt.

1 *Executio sententiæ an causæ cognitionem requirat.*

CAP XIIII.

1 DEcimoqnartò quæritur, † an executio senten-
tiæ causæ cognitionem requirat. Abb.in c. si
gnificauerunt.nu. 20. extra de iudi.post Innoc.in c.
cū sup.in fi.extra, de reiudi. distinguēdo dixit. Aut
executio ī bonis fit;sup quibus ī specie iudicatū est;&
túc ī executione cāæ cognitio nō requirit; Aut exe-
cutio aliis ī rebus,bonisq; petit; sup quibus nō fuit iu
dicatū, & túc cāæ cognitio requirit Hāc distīctionē

exprefsè tenuerunt Domini Rotæ in decif. 24. in titulo de fenten.& re iud.in antiquis, fecundùm nouiffimas imprefsiones,& fecundùm veteres in deci. 73. & idem cum hac diftinctione voluit Bar.in l. 1. in fi. ff. de leg.fecundo,& in l. 1.ff.iudic.folu. & in l. 1.ff.de fenten.quæ fine cert.quant.& in l. 1.in prin.de eden. & in l.admonendi, ff.de iureiur.& in alijs locis relatis à Paul.Caft.in confil.79. pro pleniori declaratione,nu.2.lib.1.& idem tenet & fequitur Ang. in l.habere licere,nu.1.verfi.ibi fine cog nitione, ff. de cuictio.& in l.iudicio cepto,quæ eft prima,nu.28. verf. Tertia conclufio.C.de iudic.& tradunt etiam Doct. in l.qui pro tribunali,ff.de re iudic.

1 *Executiua fententia an definitiua vel interlocutoria dicatur.*
2 *Sententia fuper executione fententiæ lata regulariter interlocutoria eft.*

CAP. XV.

1 DEcimoquintò quæritur, an fententia executiua interlocutoria,vel definitiua dicatur,Hac in re Alexand.in confil.72. in caufa & lite inter Gabrielem,num.1.lib.7.eam inquit fententiam executiuã; quæ aliam non expectat, definitiuam cenferi p ea,quæ voluit glo.ordina.in clem.1. in verf. definitiua,de fequeftr.poffef.& fructu.& glo.fina. quam fequuntur ibi Doctor.in l.qui reftituere, ff. de rei ven. & Doctor.in rubr.extra de re iudi.& Bar.in l.fi cum exceptione,§.hæc autem actio. ff.quod met. cauf. & in l.non fatetur,col.2.verfic. Sed an ifto cafu poterit reuocari,ibi dum dicit,nifi datus effet terminus,quare non deberet fieri. ff. de confeff. & notat Angel. & fequuntur recentiores in l.5.in prin.ff.de verb.oblig. & in l.imperium,cum fimilibus,ff.de iurifdict.omn.
2 iudi. regulariter †tamen fententia fuper executione fententiæ lata interlocutoria eft; vt voluerunt Doctor.in l.ab executione, C.quã.app. non recip. quos refert & fequitur Imo.in l. ab executore, de appella. per ea quæ habentur in l.à Diuo Pio,§. 2. ff.de re iudi.Præterea idem voluit Rapha.Cuma.in d.l.ab executore, & Bald.in l.actori,C.de reb.cred. & in addictio.ad Specul.in titulo, de appell.verfi.fententia declaratoria, fcilicet quando proceditur via executiua per officium iudicis. Item q; fit interlocutoria, voluit etiam Ponta.in rub.de re iudica.& Angel. Imol. Caftr.& Ponta.in d.l.5.in prin, ff.de verb.obli. quos omnes refert,& fequitur Corne.in confi.221. in hac confultatione videtur,nu.5.verfi.ad fecundum quæfitum breuiter.lib.4. & Angel. in confil. 115.col.2. quem refert Capici.in decif.1. nu.21. verfic. fententia de exequendo, inquit, fententiam de exequendo aliam fententiam,interlocutoriam effe, quæ vim definitiuæ habet,& idem videtur probari in clemen.1. de fequeft.poffef.& fruct. & idem tenet Lancel. Cõrad.in fua practica lib.1.cap.9. de præt.§.2. de offic. prætor.in cauf.ciui.in titulo de execu.fenten.num.1. & idem videtur tenere Franci. Marci. decif.376.nu. 2.par.1.cum fimil.

1 *Exequi fententiam fi iudex minor non pofsit, cuius opem imploret.*
2 *Iudex alius licet regulariter in alieno proceffu fi ingerere non pofsit,id tamen cum requifitus fuerit,locum non habet.*

CAP. XVI.

1 DEcimofextò quæritur,†fi iudex minor fententiam exequi non pofsit, cuius opem imploret, breuiter iudicis fuperioris refpondendum eft, per tex.in l.epifcopale,C.de epifcop.audi. & c.1. de offic.ordi.vt voluit Barto.in l. 1. ff. fi quis ius dicent. non obtempe.& in l.à Diuo Pio,ver.fententiam, ff. de re iud.& eft tex.in c.dilecto, de fenten.excommu. in 6.& tradit Oldrad. in confil.89. Præterea, quòd maioris magiftratus poteftatem minores iudices p fuis fententijs exequendis inuocare pofsint, facit illud,quod notatur in clem.1.de hæret.& in ca. licet, de offi.vica.in 6.& in c.fi quis contra clericũ,de foro compet.& in c.in literis,& in c.quærenti, & in ca. fignificafti,extra de offi.ordi. & illud quod not. Abb.
2 in c.quod fedes eo.tit.& in c.de cætero,de re iud.†Vnde licet alius iudex regulariter in alieno proceffu fe ingerere non pofsit, id tamen cum requifitus fuerit, locum non habet;Nam tunc illius vicẽ gerit, vt not. Bal.in l.fi.C.de edic.Diui Adria.tollend.cum alijs relatis per Bartolom.Blareri. in l.diffamari, capit.11. numero 48. & fequent. C.de ingen. manu. & voluit antea Abba. in c.cum ab ecclefiarum, numero 4. de offic.ordin.

1 *Executor fententiam fuperioris etiam iniuftam an exequi debeat, præterquam in criminalibus.*

CAP. XVII.

1 DEcimofeptimò quæritur, †an executor fententiam fuperioris,etiam iniuftã exequi debeat, & debere refpondendũ eft;vt eft text.in c. paftoralis, §.quia verò,vbi omnes notant,extra de offi.deleg.& tradit Hier.Gigas in tract.de crim. lefæ maief. in tit. qual.in crim.læf.maieft.proced.quæft.16.nu.13.vbi limitat in caufa criminali,& de hoc eft &t text. in l. fi vt proponis,C.de execu.rei iudi.vbi omnes Doctor. notant,& voluit Iaf.in §.fi minus, num.16. inftit. de act.& Abb.in c. vniuerfitatis, nu.7. vbi eft quædam additio id confirmans,extra de fenten.excõm.& tradit hac de re Imol.in conf.127.p totũ; vbi de quodã ftatuto Florẽtino Curiæ mercantiæ mẽtionẽ facit.

1 *Executore an appellari poffit.*

CAP. XVIII.

1 DEcimooctauò quæritur, †an ab executore appellari pofsit; & breuiter non poffe refpondendum eft l.ab executione, C. quor. appel. non recipi. & tradit Specula. in titu. de appellat. §. in quibus,nume.5.& Hieron.Grat.in confil.16. volu.2. & Auguft.Bero.quæ.131.& Alexan.in confil.113.col. 5.nu.10.& Carol.Ruin.in confi.80.volu.5.& Duenas regula 41. & Doctores, & præfertim Felynus

latè

late in c.quò ad consultationem, num. 2 2. cum pluribus sequentibus, extra de re iudic. & Bald. in consil. 428. lib. 1. & Alba in consi. 14. num. 9. & Guido Papæ in consi. 47. num. 1. & Socin. in reg. 33. & Duenas in regula 141.

1 *Executor appellari potest, seu à sententia interlocutoria, quando grauamen non potest reparari.*

1 Primò limitatur, † vt inquit Socin. in prima falletia dictæ regulæ 33. in executione, seu in sententia interlocutoria, cuius grauamen non potest reparari per illud, quod in definitiua sententia obtinetur, vt habetur in l. a. ff. de appella. recipiend.

1 *Appellari potest ab interlocutoria, quæ habet vim definitiua.*

1 II. Limitatur † in interlocutoria, quæ habet vim definitiuæ. Nam tunc ab ea appellari poterit, vt habetur in l. intra vtile, ff. de mino. Dicitur autem habere vim definitiuæ, quando per eam tota causa determinatur, vt ibi dicitur, in tex. iuncta glo. notabili, de qua per glo. in clemen. fin. in glo. 2. de appella. & tradit Bartol. in l. si prætor, in princ. ff. de iud. & Ludo. Roma. in l. a. ff. de verbor. oblig. & Bald. in rub. C. ne liceat tertiò prouoca. & refert Socin. in 2. limitatione prædictæ regulæ 33.

1 *Appellari potest ab interlocutoria, vbicunque sequitur, nec speratur aliqua definitiua.*

1 III. Limitatur, † quandocunque sequitur, nec speratur aliqua definitiua, quia hoc casu ab interlocutoria appellari poterit, vt habetur in l. ait prætor, §. permittitur. ff. de minor.

1 *Appellatur ab interlocutoria, quando index pronunciat deferendum esse appellationi.*

1 IIII. Limitatur, † quando iudex pronunciat deferendum esse appellationi; quia & à tali interlocutoria appellari poterit, vt voluit Bald. in l. rem. C. ne liceat in vna eademque causa tertiò prouoca. & hanc opinionem tenet Ioan. mona. in ca. cupientes, de electio. lib. 6. & sequitur Socin. in 4. limitatione d. regulæ.

1 *Appellatur ab interlocutoria pronunciationis ad exequendum.*

1 V. Limitatur † in pronunciatione ad exequendũ. Nam à tali pronũciatione appellari poterit, vt not. glo. in l. ab executione, in princ. & ibi notant omnes, & ideo dicit Socin. in 5. limitatione dictæ regulæ 33. hinc summi cautelam, vt quando sententia est lata pro parte, quæ transiuit in rem indicatam, realiter ipsam exequi facias sine aliqua pronunciatione, hoc videlicet modo, vt iudex dicat, quòd pro exequẽdo sententiã, concedit victori familiam, & nuncios suos ad capiendũ pignora, vel ad mittendũ causa releuandi in possessionẽ bonorum, vt inquit Ang. plu- ries practicasse, in d. l. ab executione. Nam tunc, vt oẽs intelligunt, appellari non poterit, vt voluit etiã Ang. Aret. in d. l. ab executione, in princ.

1 *Appellatio ab executione conceditur, quando executor modum excedit.*

1 VI. Limitatur, vt non procedat, quando executor modum excederet, vt in c. nouit, extra de appell. vbi ponitur eadem regula cum eisdem limitationibus, & sequitur glo. in c. ad nostram, extra de appell. & in c. super quæstionum, §. 1. in verbo executorem, extra de offic. deleg. & glo. in d. l. ab executione; quãdo autem excedere dicatur, ponit glo. & ibi sequuntur Doctor. in cap. quò ad consultationem, in glo. fin. extra de re iud. & Iasin l. à Diuo Pio, §. si pignora, in fin. ff. de re iudi. & Augustin. Beroius quæstio. familia. 131. num. 3.

1 *Appellatio ab executione conceditur, quando executor quicquam dolo egit, vel si pars dolo sententiam obtinuerit.*

1 VII. Limitatur, † quando executor quicquam dolo exegit, vel si pars dolo sententiam obtinuerit, vt in l. 3. §. si executor, ff. de negoc. gest. & quamuis in d. §. si executor. dicatur, de dolo agi posse, attamen appellare tutius est, vt inquit Duenas in d. regul. 41. limit. 2.

1 *Exequutor exequi sententiam non potest, quãdo pars transactionem post sententiam factam allegat, & eã statim probat.*
2 *Sententia in causa matrimonij lata renunciari non potest.*

1 VIII. Limitatur, † quãdo pars trãsactionem post sententiam factam allegaret; & eam statim probaret; Nam tunc exequutor exequi non potest; Alioquin eum grauaret; & ideo ab eo appellari poterit, argumento tex. in l. neq; §. fin. ff. de in ius vocan. & in l. a. ff. si quis cautio. vel si quis probet sententiam nouatã. l. 4. §. ex cõuentione. ff. de re iudi. & tradit gl. in d. c. quò ad consultationẽ; Nouatio aũt hodie nõ fit; nisi expresſè agatur. l. fi. C. de noua. Vel quando pars, in cuius vtilitatem est prolata; illi fnĩe renũciasset; id quod si in causa matrimoniali lata sit, facere non põt; vt inquit Rom. in consil. 367. nu. 1. & ratio est, q̃a de aĩæ periculo tractatur, vt hr̃ in c. lator, vbi gl. fi. extra de re iu. & refert Duẽ. in d. reg. 41. limi. 3.

1 *Appellatio conceditur ab executione, quando executor mixtus sententiam malè interpretatus esset.*
2 *Executor quam interpretationem facere posſit.*

1 IX. Limitatur, † quando executor mixtus sententiam malè interpretatus esset, vt habetur in d. l. ab executore, & ita tenet Petrus Ferrarius in sua pract. in forma executionis sententiæ definitiuæ, in uerbo
2 publico nuncio, num. 10. † vbi declarat, quam inter

pretationem exequutor facere posit; & idem tenet Petr. Duenas in d. reg. 41. limit. 4.

1 *Appellari potest ab executione, quando sententia contra absentem ex iusta causa lata fuit.*

1 X. Limitatur, † quando sententia contra absentem ex iusta causa lata fuit; Quia ei, cur non anteà appellauerit, imputari non potest; & ob id ab executione iustè appellatur; vt habetur in d. l. si prætor, §. fi. ff. de iudi. & in c. cum Bertoldus, extra de re iudi. & Duenas in d. reg. 41. limit. 5.

1 *Appellatur ab executione, quando post sententiam restitutio in integrum pendet, vel literis super supplicatione ciuili impetratis.*

1 XI. Limitatur, quando post sententiam restitutio in integrum pendet, vel literis super supplicatione ciuili impetratis, durãte earum comprobatione, si executor exequi vellet; tunc ab eo appellari potest l. 1. C. si in integr. restit. postule. & tradit Duen. in d. reg. 41. limi. 6.

1 *Appellatio conceditur ab executione, quando executor aliquid iniuriosè ageret.*

1 XII. Limitatur, † quando executor aliquid iniuriosè egerit, vtputa si lectos captos, & dolia capta, executionis causa malitiosè fregerit, vt in l. si quis procuratione, C. de appell. & in l. lectos, ff. de pericul. & commodo rei ven. & in c. quia suspecti. 3. quæst. 5. & Duenas in loco supra adducto, limit. 7.

Executio suspendi potest, quotiescunque sententia contra aliquem egregium & celebrem artificem lata est.

1 XIII. Limitatur, † vbicunq; sententia contra aliquem egregium, & celebrem artificem lata est; Nã tunc propter ipsius artificium populus executionẽ suspendere poterit, & tunc potestas executionem suspẽdere tenetur; donec principem, aut dominos, vel superiorem consulat, vt est text. in l. ad bestias, ff. de pœnis, & tenuit Roman. in singul. 717. quem sequitur Bartolo. Cepol. in l. mercis appellatione, nu. 15. ff. de verbor. signifi. & caut. 1. num. 1. & facit tex. in l. qui eandem, §. facilius ff. de sicari. & idem Cepolla in l. si contra, num. 18. C. de vsucap. pro empt. & tradit Duen. in d. regula 41. limi. 8.

1 *Exequutor an exceptiones admittat.*
2 *Exceptiones merita causæ concernentes sententiæ executor recipere non tenetur, sed executionem tantum.*
3 *Executionis sententia primæ conformis esse debet.*

CAP. XIX.

1 DEcimononò quæritur, † an executor exceptiones admittat, & non admittere respondetur, vt post Ligna. notat Egidius Bellamera in cap. pastoralis. §. præterea, num. 1. extra de offic. delega. & tradit Felin. in d. c. pastoralis, §. quia verò, num. 5. vbi de mero & mixto executore loquitur, & vtrunq; limitat, vt ibi per eum. Præterea idem ibi ponit Abba. & Imol. & copiosè prosequuntur, & rursus idem Imol. in c. proposuit, num. 27. post Anto. à Butrio ex-
2 tra de concess. præben. vbi notabiliter dicit, † quòd licet sententiæ executor exceptiones merita negocij concernentes recipere nõ teneatur, prout notatur in l. à Diuo Pio. §. si super rebus, ff. de re iudic. & in cap. de cætero, extra de re iudica. tamen tenetur recipere exceptiones, executionem concernentes, per ea, quæ in dictis iuribus notantur. Præterea, quòd executor exceptiones non admittat, & quando, & in quibus casibus id procedat, tradunt Doctor. in d. c. pastoralis, §. quia verò, extra de offi. deleg. & Paul. Cast. in l. cum fideicommissum, nu. 2. ff. de confess. & Specula. in tit. de senten. execu. §. 6. nu. 10. & Barb. in ca. quærenti, num. 32. & in c. cum in iure, nume. 7. extra de offic. delega. & Bal. in consi. 98. nu. 1. lib. 3. & Cas. in consi. 21. num. 46. & Gozad. in consil. 5. num. 30. & Imol. in consi. 127. nume. 2. & Felin. in consil. 35. num. 4. & Alcia. in consi. 227. num. 2. & Alexan. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 42. & 43. ff. de verbor. obliga. & Bapt. à Villalo. commun. opin. 136. & Lapus allega. 2. num. 2. & Abba. in c. de cætero, num. 2. de re iudi. & Ias. in l. si nam, nume. 1. & 2. C. si contra ius vel vtili. publi. & Doctor. omnes in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, & præsertim Castren. nume. 3. & 4. ff. de re iudi. & Isern. in c. 1. num. 19. in tit. de controuers. inter vasal. & alium de benef. lib. 3. in vsib. feud. & Angel. in l. falsam, num. 4. C. si ex fals. instrumen. & Bellame. in decis. 469. illud tamen omittendum non duxi; † sententiam executionis primæ conformem esse debere, vt voluit Ioann. de Anan. in consil. 5. vbi Ludoui. Bologni. in additio. per ea, quæ voluit Bart. in l. cum, qui. ff. de his quib. vt indign. & alijs, de quibus ibi; & per ea, quæ voluit etiam Beroius in decis. 68. num. 2. lib. 1.

Superest modò, vt verba statuti nostri prosequamur; Dum igitur eo disponitur, vt contra sententiam nulla alia exceptio admittatur, nisi de re iudicata finita, vel transacta, vel de solutione; Quæ tamen probari posit per publicum instrumentum infra 5. dies vtiles, postquàm oppositum fuerit.

1 *Statutum exceptiones tollens an valeat.*

CAP. XX.

1 VIgesimò quæritur principaliter † an hoc statutum alias præter relatas exceptiones tollens valeat; Hac in re Franci. Marc. in decis. 271. nu. 2. huiusmodi statuta exceptiones excludentia, quando per dictionem taxatiuam, vt puta, nisi, concepta sunt, de iure valida esse arbitratur. Nec vllas exceptiones, præter in statuto nominatas, admittendas esse, per text. in l. non aliter, ff. de lega. 1. & in l. prospexit, ff. qui & à quibus, & facit tex. in ca. ex parte, il primo, extra de offic. delega. & not. per Cyn. & Salic. in l. ita pudor, C. de adult. & Bal. in l. 1. §. & parui ff.

quod

quod vi aut clam. Præterea vltra ea, quæ dixit Fran. Marci, quòd huiusmodi statuta valeant, patet ex ijs, quæ not. Bartol, in l. Antiochensium. ff. de priuileg. credito. & in l. toties, ff. de pollicit. & Alexan. in cons. 112. volu. 2. & Canonistæ latè tradunt in c. ex parte, vbi Dec. in versi. sed considerandum est, extra de offic. delega. & tradit in specie Aymo Crauet. in consi. 201. nu. 38. versi. quo præsupposito considerandum est, & latissimè hac de re tradit Roland. à Valle in consi. 29. vol. 1. Id autem tunc verum erit, sit alia statuta ab eo facta sint; qui merum & mixtum imperiú habeat; propterea quòd statuentes tales esse oportet; vt ius alterius tollere posßint, vt voluit Felin. post alios in c. ex parte, il secondo, nu. 6. limita. 1. extra de offic. delega.

1 *Statutum exceptiones excludens quomodo intelligendum sit.*
2 *Exceptiones omnes statutum seu lex, si vult, tollere potest.*
3 *Exceptiones nonnullæ in dubio, nisi de eis specialis mẽtio fiat, sublatæ non censentur.*

CAP. XXI.

1 VIgesimoprimò quæritur, † stantibus prędictis; Quomodo statutú exceptiones excludens, in
telligendum sit; Hanc materiam ponunt Doctores
post Bar. in l. 1. §. denique. ff. quod vi aut clam, & la-
tissimè Canonistæ in c. ex parte, il secondo, extra de
offic. deleg. & in c. item cum quis, extra de restit. spo-
liat. vbi varij varia dicunt. Sed Felin. in d. c. ex parte,
hanc conclusionem ponens, eam limitat duob. mo-
dis; At August. Beroius in d. c. item cum quis, nu. 27.
post multas Doctorum opiniones, variasq; resolu-
tiones; quasdam conclusiones facit, de quibus infra
sigillatim dicendum est.
Conclusio igitur sit, vt inquit eodem in loco Be-
2 roius. † legem, Principem, & statutum; omnes ex-
ceptiones, tam dilatorias, quàm peremptorias;
quando volunt, & id constat, tollere posse per text.
in d. c. ex parte, cum similibus, & voluit Barto. in d. §.
denique. & omnes ibi cum sequuntur, & Canonistæ
in d. c. item cum quis. extra de rest. spol. in d. c. ex par-
te, il secondo. In dubio autem quædã sunt exceptio-
nes; quæ nisi de eis specialis, & expressa mentio fiat;
sublatę non intelliguntur, quarum non nullas refert
Beroius in loco supra relato, nu. 27.

1 *Exceptio illa a l. vel statuto in dubio sublata censetur, qua illa qualitas tolleretur, super qua statutum, seu lex ad tollendas exceptiones fundata est.*
2 *Exceptio sententiam non esse sententiam, vel instrumentum non esse instrumentum sublata à statuto generaliter tollente exceptiones non censetur.*
3 *Statutum vel lex respectu certæ qualitatis loquens, vel aliquam qualitatem præsupponens, ea qualitate cessante cessat & ipsa.*

1 Primò igitur † illa exceptio sublata intelligitur,
qua illa qualitas tolleretur; super qua statutũ, seu lex
ad tollendas exceptiones fundata esset. Planè quan-
do statutú ad tollendas oẽs exceptiones generaliter
in aliqua fundatur qualitate, nunquàm illæ exceptio
nes sublatæ intelligi debent; q̃ illi qualitati detrahe-
rent; & quibus qualitatem illam non adesse ostende
retur, vt optimè exẽplificat Abb. in d. c. itẽ cum q̃s;
2 vtputa si dicatur, † Sententiam, sñiam nõ esse; Instru-
mentum non esse instrumentum, & similia, vt voluit
Bar. in d. §. deniq;. & Docto. communiter in d. c. item
cum quis, & in d. c. ex parte, & facit glo. in clem. 1. de
sequestr. posses. & fructu. prout illã in d. c. item cum
quis, & in d. c. ex parte, inducit Abba. Id quod com-
probat Beroius ex ijs, quæ notauit Io. de Anan. in c.
3 tua, col. 4. extra vsu. dum inquit, † legem, vel statutũ,
respectu certæ qualitatis loquens, vel aliquam quali
tatem præsupponens, ea qualitate cessante, & ipsum
omninò cessare, clemen. Si de beneficio, de præben.
& clem. literis, de rescript. & l. non ignorat. C. qui ac-
cus. non poss. Vt igitur omnes exceptiones excludan
tur, ea qualitas superesse debet, cuius causa exceptio
nes excluduntur, prout inquit eodem in loco Bero-
ius, nu. 27. Verùm vltra relatos, quòd talis exceptio,
sententiam scilicet non esse sententiam, admittatur,
voluit Abba. in c. licet de vitanda, nume. 11. extra de
electio. & Barbat. in consil. 35. col. 1. in fin. lib. 4. &
Bart. in l. Diuus, ff. de milit. testa. & Alex. in consi. 33.
col. 1. vol. 1. & in consi. 3. col. 2. volum. 2. & in consi.
101. col. 1. volum. 4. & Decius in c. ex parte, il secon-
do, col. 3. versi. secundò fallit, extra de offic. delega.
& in consi. 356. col. 1. & Rolan. à Valle in consil. 46.
num. 40. vol. 1.

1 *Exceptiones illæ in generali probibitione non comprehenduntur, quæ ex capite illiusmet statuti, vel alterius descendunt.*

CAP. XXII.

1 SEcundò in dubio in generali † exceptionum pro hibitione, seu expulsione; illæ exceptiones nunquam sublatæ intelliguntur, quæ ex capite illiusmet statuti, vel alterius descẽdunt. Ratio autem est; quia statuentes se incontinenti corrigere voluisse credendum non est; & ex consequenti vt statuto generali speciale corrigere voluerint, verisimile non est; argumento. l. non ad ea, ff. de condit. & demõ. & l. si quãdo, in princ. ff. de inoffi. testa. & capit. cum expediat, de elect. in 6. & notatur & præsertim per Abba. in cap. 1. extra de rescr. vt ita intelligatur, l. 1. §. deniq;. ff. quod vi aut clam iunctis notatis ibi per glo. & gl. in d. c. item cum quis, iunctis nota. per Ioan. Andr. & ita expresſè voluit Barto. in d. §. deniq;. & sequuntur alij, & præsertim recentiores in d. c. ex parte, limit. 3. qui ita dicunt intelligendam esse glo. in c. ex literis, eod. titu. de restit. spoliat. & Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de executio. sentent. §. fin. versic. 16. Præterea, quòd talis exceptio admittatur, tenuit Philip. Franc. in c. dilecto, num. 131. extra de appel. vbi eandem conclusionem procedere arbitratur, etiam si dictum sit, non obstante quocunq; alio statuto, eãdem conclusionem confirmauit Riminal. in consil. 245. num. 18. vol. 2. & in consi. 63. num. 7. volu. 1. & Decius qui plures concordantes refert, in cons. 195. col. 2.

col.2. uersi.& ad hoc facit, quod not.Bart.& Rimi. in consi.423.num.4.uol.3.& in consi.118.num.42. & in consi.180.num.14.uol.1.& Rninus in cõsi.98 num.7.uol.2.& Deci.in d.c.ex parte.in 3.limita. extra de offic.dele.& Barba.in c.causam quæ.nu.134. extra de rescript. & Hyppo. Mars.plures referens in consi. 16.nu.9.& in consi.64.nume.16. & in singul. 293.& Ioa.Iaco.de Leonardi.in consi.117.nu.260. in uolu.consi.feud diuers.

1 *Exceptiones inhabilitatis personæ in dubio nunquàm sublata intelliguntur; & præsertim illæ, quibus propter periculum animarum quis à iudicio excludere tur, ut est excommunicationis, & banni.*

2 *Exceptiones etiam personales opponi si prohibeatur, exceptio excommunicationis & banni an excludatur.*

CAP. XXIII.

1 TErtiò in dubio † exceptiones inhabilitatis personæ, nunquã sublatæ intelliguntur; & præsertim illæ, quibus propter periculum animarum quis à iudicio excluderetur, ut puta quòd agens excommunicatus sit, ut habemus in ca.1.de exceptio.in 6. & in c.decernimus.de senten. excommu. eod. lib.6. Item quòd quis esset bannitus. Id autem tunc uerũ est, cũ statuto omnes exceptiones contra instrumentum uel aliter simpliciter, & generaliter opponi prohibentur; At secus, esset, si etiam contra personam
2 opponi uetitũ sit, † Nam si omnes exceptiones etiã personales opponi prohibeãtur, huiusmodi de quibus supra opponi non poterũt; ut colligitur ex notatis per Bart.in d.§.denique & tradit Felin.in d. ca. ex parte.in 4.fallentia.& facit, quod not.Bart.in l.2 in fin. C. de edict. diui Adria. tellen. & in l.3.§. ibidem.ff.ad exiben. Verùm Augustinus Beroius ibidem num.8.uersi.puto tamen; arbitratur etiã si simpliciter & generaliter exceptiones generales prohibeantur; Adhuc tamen in dubio exceptionẽ excommunicationis, nisi de ea expressa mentio fiat; sublatam non esse; & id animarum periculo, argumẽto c. 1.de except.in 6.& c.cum inter.extra de exceptio.& d.c.decernimus. Nam in dubio interpretatio, quæ fauet animę, & qua quis à peccati periculo retrahitur semper amplectenda est c.in ciuitate, & ibi recentiores, extra de usur.& l.sancimus.C. de sacrosan. Eccles.& c.præcipimus.12.quæst.2.& l. sunt personæ, ubi diximus.ff.de religio.& sumpt.funer.

Præterea, quòd exceptio inhabilitatis personæ exclusa non intelligatur, uoluit ultra prædictos Bald. in consi.293.num.7.& 8.& in cõsi.294.lib.3.& plures refert Hyppo. Marsi.in l.siquis ne quæstio.nu. 8. ff.de quæstio.& Deci.in d.c.ex parte.in 4. fallentia. Quo autem ad illud, quod de excommunicatione diximus, addo Alex.in consi.83.num.12.lib.5.& Barbat.in consi.35.col.3.antè medium, uol.4. & Paris. in consi.109.nu.9.uol.4.

1 *Exceptio notoria & manifesta in dubio exclusa non censetur.*

CAP. XXV.

1 QVartò in dubio exclusa nõ censetur † exceptio notoria, & manifesta, ut uoluit Bal. in rub.C. de probatio; & Abba.in consi. 44. uersi.sed his non obstantibus, lib.1.per gl.in c.ex conquestione extra de restit.spoliat.& Domini. à Santo Geminiano in c.si fortè.col.3.de electio.in 6.& Alexand.in d.l.1.& tradit Beroius in d. c. item cum quis.num.29. extra de restit.spolia. Præterea ꝙ exceptio notoria, & euidens sublata esse non intelligatur, uoluit Philipp. Franc.ubi hoc declarat; in c.dilecto.nu.140.& sequ. & in c.pastoralis.in princ.nu. 29.extra de appella.& Ruin.qui plures refert, in consi.131.num.13.lib.4. & in consi.49.num.7.lib.5.& in consi.37.numer.6. eod.lib.5.& Rimin.in consi.355.nume.8.lib.2.& in consi.31.nu.2.ubi est etiam quædam additio lib.1. & Goza.in consi.103.nu.9.ubi declarare uidetur, & Bertran.in consi.127.num.57.lib.3.& Alexan.in consi.225.nu.2.lib.6.& Guiliel.Ponta.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.26.ff.de acqui.possess.& Alba post alios in consi.70.nu.13.& Rapha. Cuma. in l.4.§.condemnatum, nu.2.ff.de re iudi.ꝙ Barbat. in consi.18.in prin.lib.1.& Soc.Iunior.in consi.37.nu. 38.lib.2.& Egid. Bossi. in tract. crim. in titulo, de nullit.aduers.sentẽ. nu.9.& Decius in d.c.ex parte. imitatione 8.& Vber.Zucchar.in l.si.num. 103.C. de edict.Diui Adri.tollen.& Alexan.de Neuo in cõsi.56.num.8.ubi uult; ꝙ idem met Iudex exequi nõ possit.

1 *Exceptio illa in dubio sublata non censetur, quã quis incontinenti se probaturum offert, nisi esset præsumptio calumniæ.*

CAP. XXVI.

1 QVintò in dubio illa † exceptio sublata non intelligitur; quam quis incontinenti se probaturum offert; ut colligitur ex glo.quã sequitur Abb. in c.suscitata.col.4.extra de resti.integ.& facit text. in c. literas.in uerbo propterea, extra de restit. spoliat.cum similibus, relatis per Feli.in d. c.ex parte.il secundo, fallentia 7.& tradit Ang.Bero.in d.ca.item cum quis.nu.29.extra de restitu.spoliat.& ultra prædictos, Idem uoluit Abb.in consi.64.uenio ad primum.col.fin.lib.1.& Dec.in consi.424.num. 6.ubi plura adducit, & in consi.467.nume.6.& Corset. in singula.in uerbo exceptio, secunda, ubi hoc limitat; nisi esset præsumptio calumnię, ubi Latius per eum. Præterea eandem conclusionem tenuit Alexand.in consi.94.num.4. uolum.4.& Aymo Crauc.in consi.207.numer. 7. & Hyppoli. Mars. plures referens in consi.16.nume.17.& Lauren. Silua.in consil.17. nume.5.& Barba.in consi.20.colu.4.in fin.lib.3.& Decius in d.c.ex parte.limitat.7.extra de offi. delegat.

1 *Exceptio defectus citationis nunquàm exclusa censetur.*

CAP.

CAP. XXVII.

1 SExtò nunquam † dicitur exclusa exceptio defectus citationis; Hęc namquam penitus in iure naturali fundatur; hoc est in defensione; quæ tolli nou potest, uel saltem in dubio sublata non præsumitur; argumento clement. pastoralis. extra de re iudi. & nota. Abba. in c. 1. extra de cau. possess. & proprie. & per illum tex. ita uoluit Calde. in consil. 8. ad fin. in titu. de re iudi. & Bar. in l. si pretor. de iudi. & Bal. in l. 1. colu. 2. C. quomod. & quando iud. & Petr. de Ancha. in consi. 207. & August. Beroius in d. ca. item cum quis numer. 30. extra de restit. spoliat. Præterea idem tenuit Angel. in consi. 177. in facto proponitur, propè finem uersi. non obstat, quòd ex forma, ubi loquitur de quodam statuto ciuitatis nostrę & Rnimus in consi. 24. numer. sexto libro, quarto. & Riminal. post alios consulentes in consi. 180. nume. 8. lib. primo. & plures refert Deci. in ca. dilecti. nume. 4. in fin. de iudi. & in l. milites. nume. 11. C. de testamen. & idem Deci. in consi. 410. nume. 8. & Alexan. in consi. 225. in princ. lib. 6. & Curt. Senior in consi. 20. num. 9. & Hyppo. Marsi. in singul. 79. confirmatio. & in singul. 75. citatio. & Rolan. a Valle in consi. 29. num. 39. cum sequ. uolum. 1. & Deci. in d. ca. ex parte. in octaua limitatione. extra de offic. delegat.

1 *Exceptio contrarietatis & perplexitatis exclusa non censetur.*

2 *Sententia est nulla, si iudex dicat, pronuncio prout in consilijs continetur, & duo extant consilia contraria.*

CAP. XXVIII.

1 SEptimò non censetur exclusa † exceptio contrarietatis & perplexitatis; Quandoquidem si repugnantia, & perplexitas ostendatur; huiusmodi exceptio admittetur: Propterea q sibi contrarius audiendus non est. l. ubi repugnantia. ff. de regul. iur. & l. 1. C. de furt. ubi notat Bald. Præterea idem dicit & uult Bald. & sequitur Angel. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & Domi. à S. Gemin. in ca. 2. §. fin. de testibus, in 6. & tradit gl. magna. in c. si quis testibus. 4. quæst. 3. & Bar. in l. duo iudices. ff. de re iudi. & Augu. Beroius. in d. c. item cũ quis. n. 31. extra de rest. spol. & Feli. in d. ca. ex parte, il secondo, limitatione 9. extra de offi. deleg. & Ang. & Pau. Castr. post Bar. in d. l. duo iudices. ff. de re iud. dum uolũt,
2 † q si iudex dicat; pronuncio, prout in consiliis continetur; & duo extent cõsilia contraria, sentẽtia nulla sit; ut ibi latius per eum, tradit Deci. in d. cap. ex parte. il secondo, limitatione 9. extra de offic. deleg.

1 *Exceptio, quæ inest ex natura subiectæ materiæ, exclusa non censetur, etiam si statuto omnis exceptio tollatur.*

2 *Exceptiones omnes si in rescripto ex certa scientia tollantur, poterit tamẽ contra illud surreptionis uel obreptionis exceptio opponi.*

CAP. XXIX.

1 OCtauò non censetur exclusa † exceptio, quæ inest ex natura subiectæ materiæ, etiam si statuto omnis exceptio tollatur, ut uoluit Bal. in auth. præsente. post prin. C. de fideiusso. & in l. si tradita. C. de actio. emptio. & in l. peremptorias. C. senten. rescin. non poss. & ideo infert August. Beroius in d. c. item cum quis. num. 32. extra de restit. spolia.
2 quòd † si in rescripto omnes exceptiones ex certa scientia tollantur, iuxta. d. ca. ex parte, il secõdo, contra illud tamen rescriptum surreptionis exceptionem opponi posse; Propterea quòd inest ex natura subiectæ materiæ. c. super literis, cum ibi notatis extra de rescript. Præterea hanc conclusionem sequutus est Felin. in d. c. ex parte. limitat. 10. extra de offi. delega. & Ludo. Roma. in consil. 472. omnipotens. colum. 2. ubi hac de re Florentię consuluit, & rursus Bal. in l. si traditæ. C. de actio. empt. ubi inquit; quòd si statuto disponatur, uendentem nullam exceptionem opponere posse, pretij tamen non soluti exceptionem opponere poterit, ut latius ibi per Felin. & Dec. in d. c. ex parte. 10. limitatione.

1 *Exceptio in dubio nõ censetur sublata, quæ ex eodem fonte, ex quo petitio oritur.*

CAP. XXX.

1 NOnò in dubio exceptio † non censetur sublata, quæ ex eodem fonte, ex quo petitio oritur; ut puta ex eodem instrumento, uel ex eadem sententia, ex eodemuè actu; ut uoluit Barto. in l. si filius. ff. quod cum eo, & Anto. à Butrio. in c. cum Bertoldus. uers. quintus casus, extra de re iud. & facit tex. in l. ueteris. ff. de itine. actuquè priua. & tradit glo. in l. 1. ff. de tabul. exhibend. & Angel. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. & refert August. Beroius in d. c. item cum quis. num. 32. extra de restit. spoliat. & rursus idem uoluit Angel. & sequuntur alij, in l. reos §. cum in tabulis. ff. de duobus reis, & Decius. in d. c. ex parte. limit. 19. & plura tradit Tiraquel. in tract. de utroque retr. titul. 1. §. 4. glo. 1. numer. 36. & seq. & præsertim. num. 36. & Ioan. Bapt. de Sancto Seuerino in l. omnes populi. numer. 210. ff. de iustit. & iur.

1 *Exceptio nullitatis in dubio sublata non intelligitur.*
2 *Exceptio nullitatis potius defensio est.*
3 *Statutum loquens de exceptione in materia odiosa exceptionem nullitatis non tollit.*
4 *Statutum loquens, ut quæcunque sententia exequatur, de sententia ualida intelligendum est.*

CAP. XXXI.

1 DEcimò non intelligitur † sublata exceptio nullitatis, ut uoluit Angel. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. & notat Bald. in l. 1. circa medium.
2 C. de iur. & fact. ignor. qui dixit † exceptionem nullitatis, exceptionem propriè non esse, sed defensionem

sionem, ut uoluit Ioann. Andr. in cap. 1. de rescrip. in 6. & faciunt ea quæ notauit idem Bald. in l. eos §. ne temere. C. de appella. dum uoluit in materia odio
3 sa statutum loquens de exceptione; nullitatis exceptionem non tollerere, vt uoluit August. Beroius in d. c. item cum quis. num. 33. extra de restitu. spoliat. & ultra prædictos idem uoluit Aaret. in l. ait prætor. §. iurari. super glo. in uerbo dato. ff. de iureiurãd. & Barba. qui alios refert, in c. studuisti. nume. 57. extra de offic. lega. & Bald. in consi. 293. nu. 8. uolum. tertio, & Egid. Bossius in tracta. crimi. in tit. de nullitat. aduers. senten. nume. 9. & Deci. in d. c. ex parte.
4 limit. 20. & Facit, quia uidemus; † quòd statutum disponens, ut quæcunque sententia exequatur, de sententia ualida intelligendum est, ut uoluit post Bart. Pau. Castr. in l. 2. §. Prætor. ff. qui satisdar. cogant. & Felin. in c. ex tenore. numer. 11. extra de rescript. & Corne. qui plura refert in consi. 43. num. 2. lib. 1. & Hyppo. Marsi. in consi. 89. nume. 14. & Rolan. à Valle in consi. 41. num. 18. uol. 1. Præterea conclusionẽ supra firmatam tenet Calcan. ubi plura refert in consi. 16. nu. 48. cum sequ.

1 *Exceptio nullitatis ubicunque, etiam expressè sublata esset: in dubio ea nullitatis exceptio sublato non intelligitur, quæ ab incompetentia iudicis emanat.*
2 *Exceptio incompetentiæ iudicis in dubio nunquam sublata intelligitur.*
3 *Exceptio prouenienis ex excessu potestatis, in dubio nõ censetur reiecta, per generalem statuti exceptionum exclusionem.*
4 *Exceptio, quòd procurator ultra formam mandati fecerit, exclusa in dubio non censetur.*
5 *Incompetentia iudicis opponere an possit iurans de nullitate non dicere.*
6 *Statutum expressè exceptionem nullitatis remouens in pluribus casibus limitatur.*

CAP. XXXII.

1 Vndecimò exceptio nullitatis † ubicunq; etiã expressè sublata esset; in dubio ea nullitatis exceptio sublata non intelligitur, quæ ab incompetentia Iudicis emanaret, ut uoluit glo. in clemen. 1. de sequestr. possess. & fructu. approbata. in d. c. ex parte il secondo, extra de offic. delega. & ab omnibus in d. clem. 1. & ideo ex prædictis infertur, ꝙ in dubio
2 † exceptio incompetentiæ iudicis nunquam sublata intelligatur, per ea quæ notauit Bart. in l. exceptionem. ad fin. C. de exceptio. & uoluerũt Angel. Imol. & Roma. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de nou. oper. nunc. & uoluit etiam Augus. Beroius in d. cap. item cum quis nu. 34. extra de restitu. spoli at. Præterea ꝙ exceptio incompetentiæ & iurisdictionis sublata non intelligatur, uoluit etiam Philipp. Franc. in ca. si duobus. nume. 20. & 21. extra de appella. & Ruin. in consi. 37. num. 6. & 7. uolu. 5. & in consi. 14. num. 17. lib. 2. & Riminal. in consil. 423. numer. 5. lib. 3. & Rapha. Cuma. in consi. 60. uisis compromisso. num. 3. & Soci. Senior. in consi. 274. num. 14. uolum. 2. & in l. ait prætor. §. iurari. nume. 8. ubi est etiam quædam additio in litera C, quæ plurimos refert. ff. de iureiuran. & Alex. in d. l. de pupillo. §. qui opus. nu. 9. ubi etiam est quædam additio, quæ plurimos congerit. ff. de nou. oper. nunc. & Iacob. Menochi. de recuper. poss. remedio. 5. num. 13. & Sebastia. Vanti. de nullita. in titulo. de nullit. senten. ex defect. iurisd. ordin. num. 3. & 4. & Alba in consi. 70. numer. 14. & Carauit. super riti. magn. curi. Rit. 166. nume. 74. & rursus Bal. in l. 1. nu. 8. C. si à non competen. iud. & Paris. in consi. 109. numer. 3. & sequent. uolum. 4. & rursus idem Bal. super statut. in uerbo exceptione. nu. 10. & Bertra. in consi. 121. sub nu. 5. lib. 3. & Dec. in consi. 8. nu. 7. & Barba. in consi. 20. col. 4. in fi. uersi. propterea est diligenter. uolu. 3. & Deci. rursus in d. c. ex parte. limita. 18.
3 Idem † præterea eadem ratione dicendum est de exceptione proueniente ex excessu potestatis; prout exemplificat Angel. in d. l. non erit, §. dato. Quando Iudex ultra illud, quod potest; pronunciaret, ucl arbiter ultra formam compromisit, ut uoluit etiam Felin. in d. c. ex parte. num. 13. limit. 17. extra de offi. delega.
4 Rursus † idem si procurator vltra formam mandati fecisset, iuxta. l. diligẽter. ff. mand. & tradunt Bart. & Bal. in l. Diuus. ff. de mil. testam.

Id quod ita uerum est; ut simpliciter iurans de nul
5 litate non dicere, † de iudicis incompetentia opponere possit, ut uoluit glo. in d. clemẽ. 1. de sequestr. possess. & fructu. & tradit Angel. in consi. 84. & Felin. in d. c. ex parte, sub nu. 12. limit. 17. extra de offic. delegat.

Contrariam autem opinionem; ut scilicet, quando est sublata exceptio nullitatis etiam incompetentiæ exceptio sublata intelligatur, uidetur uoluisse glo. quam sequuntur doctores ibi in clem. prima. de re iudic. Glo. enim illa in uerbo pendere uoluit, ut sententiæ executio impediri, aut remorari non possit; etiam si de nullitate sententiæ opponatur; quando scilicet tres conformes sententiæ latæ fuissent & id etiam si de incõpetentia opponatur, locum habeat, eam tamen reprobat Petrus de Anchara.

Hac de re dicendum uidetur; Aut unica tantum sententia lata est; & tunc contra eam de nullitate quę ex incompetentia prouenit, opponi possit, ut habetur in d. clement. prima, ubi glo. declarat, de sequestra. possess. & fructu. Aut uerò tres conformes latæ sunt, & tunc non possit; dicta clement. prima. de re iudi. Ita declarauit Imol. in l. si expressim colum. 30. de appella. & Roma. qui aliis etiam modis declarat, in d. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui. oper. nunc. Augustin. autem Beroius in d. cap. item cum quis. nume. 33. & 34. extra de restit. spoliat. hoc modo concordabat; Aut nullitas ex incompetentia iudicis prouenit; & tunc in casu dictæ clement. primę, de sequestr. possess. & fruct. ad impediendum ne quis possessione beneficij lite pendente, & non dum perfectè finita; quam fortè iustè, & canonicè habebat, priuetur; contra sententiam opponi possit, & ita procedat ibi glos. Lite autem perfectè finita ad impediendam executionem trium sententiarum conformium opponi non possit, & ita intelligatur

telligatur glos. in dicta clement. prima, de re iudicata. Ratio autem differentiæ est, quòd in primo casu de odiosa tractamus; quia ante litem perfectè finitam, ibi quis sua possessione priuatur; & sic sumus in materia odiosa & exorbitanti; Quandoquidem lite pendente, & nondum vndequaque absoluta quis regulariter in sua possessione tuendus est, vt habetur in c. ex literis, vbi glos. extra de iure patron. & cap. à memoria, vbi nota. vt lite penden. cum similibus. In secundo verò casu non sumus in odiosis; Quoniam post tres sententias conformes executio impedienda & remoranda non est, vt toto titulo, C. ne lice. in vna eademque causa tertiò prouo. & ea. sua nobis, extra de appellat. Facilius autem id tollitur, quod iuris specialis, & exorbitantis est; quàm id, quod secundùm regulas iuris communis est. l. eius militis, §. militia missus, ff. de milit. testamen. Quicquid autem ipse distinguendo dicat; Doctores de hac conclusione loquentes, quòd statutum omnes exceptiones excludens, exceptionem iurisdictionis, & incompeten-
6 tiæ non excludat, intelligere videntur. † Statutũ aũt expressè exceptionem nullitatis remouens, in pluribus casib. limitari sciendum est; de quibus latè tradit Philip. Franc. in c. dilecto. q. 5. nu. 125. cum pluribus sequent. extra de appella.

1 *Exceptione omni sublata officium iudicis sublatum non intelligitur.*

2 *Officio iudicis nobile quis illud consequitur ac tuetur, quod actione, seu exceptione consequi, ac tueri non poterat.*

3 *Officium iudicis ex æquitate implorari potest, quando æquitas non est improbata, vel quando est approbata.*

4 *Ius positiuum & statuta contra ius naturale non possunt, nisi alia iuris naturalis vel gentium ratione fulcitum sit.*

CAP. XXXIII.

1 DVodecimò omni † exceptione sublata, officium iudicis sublatũ non intelligitur, vt inquit Abb. in d. cap. item cum quis, extra de restitu. spoliator. & in d. c. ex parte 2. quem alij communiter sequuntur, extra de offi. deleg. & Bar. in d. l. 1. §. denique, ff. quod vi aut clam, per tex. in l. planè, ff. de petit. hæred. & in l. 3. in fin. ff. nau. caupo. & stabula. & facit l. fin. ff. de petit. hæred. Ratio autem huius conclusionis est; quia ex quo iure naturali agi, & excipi posse suadetur, sub lata exceptione remedium sublatum non dicitur; quia officium iudicis implorari posit quãdoquidem ex æquitate, ne quis locupletetur cum aliena iactura, officio iudicis succurritur, vt iuribus prallegatis expressè apparet, & præsertim in d. l. planè, & argumento l. Diuus, ff. de restitu. in integr. & facit tex. in l. seruos, ff. de aliment. & cibar. legat. iuncta glos. & facit illud, quod habetur per tex. iunctis ibi not. per Doct. in c. nouit, extra de iud. ibi, per denunciationem euã-
2 gelicam; † Officio igitur iudicis nobile quis illud cõsequitur, ac tuetur, quod actione, seu exceptione cõsequi, ac tueri non poterat, & hunc casum sequitur etiam Bar. in l. 1. circa finem, ff. de exceptio.

Contrariam verò opinionem tenuit Bal. in l. 1. in fi. C. de condi. indeb. Remouere enim exceptionem de iure cõmuni cõpetentem, nihil aliud est; quã actũ in fauorem creditoris validiorem reddere; Verùm si creditor officio iudicis excludi, vel remoueri possit. vtique actus ille validior non esset; Hanc contrariam sententiam sequutus est Salicet. in l. ita nobis, C. ad l.
3 Iuliam de adult. † Nam tunc officium iudicis ex æquitate implorari potest; quando æquitas nõ est improbata, vel quando est approbata; vt probatur iuribus supra relatis post Bar. in d. l. 1. Verùm quando exceptio à statuto sublata est; æquitas dicitur à statuto improbata, ergo ex æquitate procedere, vel oriri non potest, & ideo si quis remedio officij iudicis vti vellet; remedio reprobato vteretur, vnde ex consequenti id facere non potest.

Possunt autem fortasse huiusmodi opiniones ita cõciliari; Aut excludẽdo, vel repellẽdo exceptiones, creditorem & actorem cùm aliena iactura locupletari contingit; & ex consequenti contra ipsam naturam, & tunc ex æquitate officium iudicis impetrari poterit, & ita intelligantur, & procedant ea, quæ notauit Bart. & Abb. in locis supra relatis. Nec obstat, quod æquitas, vt supra diximus, improbata dicatur; quia licèt quò ad formã improbari possit; At quò ad substantiam, vt scilicet æquitas naturalis tollatur, & quod cum aliena iactura locupletetur, improbari non potest, argumento eorum, quæ notãtur ab Abb. & alijs in c. 1. extra de rescrip. & in rub. extra de appell. Propterea, quod naturæ repugnat, vt quis cum aliena iactura locupletetur. l. nam hoc natura, ff. de condi. indeb.
4 † Verùm contra ius naturale, ius positiuum, & statuta disponere non possunt, nisi alia iuris naturalis, vel gentium ratione fulcitum sit. l. 1. ff. de vsuca. iunctis nota. per glos. in c. ius naturale. 1. distin.

Aut verò tollendo exceptiones, quis; actor scilicet, cum aliena iactura non locupletatur, nec contra naturalem æquitatem fit, & tunc licet fiat cõtra æquitatem naturalem iuris positiui, reus officium indicis impetrare non poterit, & ita intelligatur illud, quod voluit Bald. & sequutus est Salic. in locis supra relatis. Hanc distinctionem & conciliationem videtur ponere Imol. in l. fin. ff. à quibus appel. non licet, quam sequitur August. Beroius in d. c. item cum quis, num. 35. extra de restitu. spoliat. & vltra prædictos, quod sublata omni exceptione officium iudicis sublatum non intelligatur, tradit Paris. in consil. 107. numero 118. volu. 3. & Socin. Senio. in consil. 27. nu. 31. volu. 4. & Philipp. Corsinus Florentinus in consi. 12. in volu. consilio. matrimo. diuer. & Lauren. Silua. in consi. 17. num. 6. & Ruin. in consil. 209. nume. 23. volum. primo.

1 *Officij iudicis impetrandi remedium, sublata omni exceptione, & omni defensione, an sublatum intelligatur.*

2 *Repetitio soluti conceditur, vel condictione indebiti, vel alia ad hoc competenti actione, quando sublata est omnis exceptio & defensio & officium iudicis, & æquitas naturalis suadet, nequis locupletetur cum aliena iactura.*

Condi

3 *Conditio indebiti quando impediatur ob id, quod pro pter sententiam, & sic mandato iudicis soluerit.*
4 *L. 1. C. de conditio. indeb. declaratur.*
5 *Statutum exceptionem & defensionem tollere an possit.*
6 *Exceptio inspecta substantia defensio est.*
7 *Defensio quò ad eius substantiam & prout est de iure naturali sublata non dicitur, etiam quòd statutum exceptiones & defensionem tollat.*
8 *Denunciatione euangelica quis se tueri poterit, si sub sit æquitas naturalis, ne quis cum aliena iactura lu cretur, non obstante, quòd statutum omnes exceptio nes, et defensionem tollat, ita vt quis, nec exceptione, nec officio iudicis possit se tueri.*
9 *Exceptio simulationis an opponi possit, cum statutum aliquam exceptionem contra publicam vtilitatem opponi prohibet.*

CAP. XXXIIII.

1 DEcimotertiò sublata † omni exceptione, & om ni defensione, remedium etiam implorandi officium iudicis sublatũ intelligitur, vt fatetur Abba. in d. c. item cum quis, & in d. c. ex parte, post Bar. in d. l. prima. §. & paruu. col. vltima, ff. quod vi aut clam, & voluit Paris. in consil. 107. numero 118. volum. 3. & Roland. à Valle in consil. 29. nume. 4. vol. primo, & Paul. Castren. in consi. 257. nu. 5. vol. 2. vbi id optimè declarat, & Ruin. in consi. 209. nu. 13. ver. nisi in statuto dicatur, volum. 1. & consuluit Marcus Asinius pater meus in consil. quodam, in lib. 50. fol. 694. Idem quoque dicendum est; quando expresse officium iudicis sublatum esset; & æquitas naturalis subesset, ne quis agendo cum aliena iactura locupletaretur; Nam tunc reus conuentus exceptione officij iudicis, aliove quouis modo a petitione actoris se tueri non potest, ex quo omnis defensio a statuto
2 sublata est; & ideo ad soluendum cogi poterit, † Illud tamen animaduertendum est, quòd solutione facta, illud quod soluit, condictione indebiti, vel alia ad hoc principaliter competente actione repetere poterit, argumento tex. in c. debitores, cum ibi notatis, ex tra de iureiuran. vt voluit Bart. in d. l. 1. & sequitur Abba. in d. c. item cum quis, & in d. c. ex parte, & est communis opinio scribentium, de qua per Do
3 ctores in Liure naturæ, nu. 3. ff. de reg. iur. † Nec obstat, quòd condictio indebiti; quando quis soluit mã dato iudicis, non procedat l. 1. C. de condict. indebi. Nam illud tunc verum est; quando in primo iudicio, & in prima instantia principali; an illud debitum esset; examinare potuit, vt notatur in d. l. 1. At secus si examinari non potuerit; vt puta vel iuramenti causa, vel statuti omnes defensiones auferẽtis; Quandoquidem tunc si naturalis æquitas suggerit; vt puta q a quis cũ aliena iactura, & contra ius naturale locupletatus est; illud, quod solutum est; condictione indebiti; quamuis mandato iudicis solutum sit, repeti poterit, vt est tex. vbi etiam notatur in d. c. debitores, & declarat Bar. in d. l. 1. in vltimis verbis, & Beroius in loco supra sæpe adducto.

Patet igitur ex prædictis, & præsertim ex notatis per Bar. in locis relatis, & per Abba. in d. c. item cum
5 quis, & in d. c. ex parte, † statutum non solùm exce ptionem, sed etiam defensionem, & non solùm quò ad suam formam, & solemnitatem iuris positiui, sed etiam quò ad eius substantiam tollere posse; Nam
6 † exceptio eius inspecta substantia defensio est; & in æquitate naturali fundata dicitur l. q æquitate, ff. de excep. doli, & ca. cum inter. extra de exceptio. cui æquitati a iure positiuo forma data est, vt dicitur in d. l. qui æquitati, & Insti. de perpetu. & tempo. actio. & in tit. de except. tam in instit. quàm in ff. & tamen, vt diximus, non solùm exceptio, & ex cõsequenti forma defensionis iuris positiui, sed etiam ipsa defensionis substãtia tolli potest, vt inquit Boerius in d. cap. item cum quis. extra de restit. spoliato.

In contrarium autem faciunt ea, quæ notant communiter Doct. & præsertim Abba. in d. c. 1. extra de rescri. & in rub. extra de appel. & in cap. quæ in ecclesiarum, extra de constit. & Bar. in l. omnes populi, ff. de iusti. & iur. vbi voluerunt, defensionem quò ad formam suam, & iuris positiui solemnitatem a statuto, vel principe tolli posse, secus verò quò ad eius substãtiam; prout est de iure naturali, vt ibi latius in appellatione exempla ponũt, & tradit latè August. Beroius in d. c. item cum quis.

Hic articulus est satis difficilis, quem latè disputat Augustinus Beroius in d. c. 1. de rescript. Quatenus verò pertinet ad propositum nostrum, animaduertendum est; quòd licet omni exceptione, omniq; generaliter à statuto sublata defensione, officiũ quoq; iudicis, vt supra diximus, sublatum esse intelligatur;
7 † Attamen defensio, quò ad eius substantiã, & prout est de iure naturali, sublata non dicitur; sed quò ad formam & solemnitatem iuris positiui tantùm, si au tem aliqua esset exceptio, quæ merè ex iure positiuo quò ad formam & substantiam constaret, tunc pror sus etiam, quò ad eius substãtiam à statuto tolli posset. & ita intelligantur notata per Bal. in c. à nobis, in fin. extra de exceptio. & not. Abba. in c. dilecti, col. 7. extra de exceptio. & recentiores in d. capit. ex parte. Vnde licet statuto omnis defensio sublata dicatur; quò ad formam, & solemnitatem iuris positiui tantum sublata censetur; vt scilicet Reus exceptione se tueri non possit, item ne officio iudicis; quod remedium forma, seu solemnitas dicitur iuris positiui, vt habetur in c. 2. extra de offic. iudic. & tradit Roman. in l. in princ. col. 7. ff. de arbitr. & instit. de offic. iudic. in princip. Non autem quò ad substantiam, & prout æquitatem continet, & est de iure naturali, defensio sublata est. & ideo prædictis non obstantibus, id quod soluit repetere poterit, vt voluit Abba. in d. c. item cum quis, & d. c. debitores, cum similibus rela tis per Abba. in d. c. ex parte. extra de offic. delega. & tradit Beroius in d. capit. item cum quis, extra de restitu. spoliator.

Est etiam circa hoc animaduertendũ, quia omni defensione à statuto sublata, quando reus nec exceptione, nec officio iudicis se tueri posset; Attamen quando subsit æquitas naturalis; ne quis contra na
8 turam, & cum peccato lucretur; † euangelica denunciatione se tueri poterit, c. nouit, cum ibi notatis extra de iudi. prout voluit Ant. a Butrio in c. cum Ioan-

nes.

nes.colu.5.extra de fide instru.& Bal.in auth.clericus.colu.3.C.de Episco.& cleri.& sequuntur recentiores in d.c.ex parte.in ultimis uerbis,& in additio. ad Bart.in d.l.j.§.& parui.in uerbo adde,an stāte statuto habetur; & nonnulla ad hoc ponit Abba. in c. dilecti.col.7.extra de exce. Vbi declarat, quādo princeps, seu statutum defensionem tollere posit,& triplicem defensionem considerat, & tradit Augustin. Bero.in loco supra sæpe relato.

Quatenus autē Augustin.Bero. post Abb. in d.c. item cum quis.num.38.extra de restit.spoliato. quādo statutum aliquam exceptionē cōtra publicū in-
9 strumentum opponi posse prohibet,an exceptio † simulationis opponi posit, attingit. Quia id potius ad aliud statutum nostrum de præcepto guarātigiæ pertinere uidetur; merito ibi deo dante pertractabimus.

1 *Exceptio indirecta, & quæ per tertium opponeretur, an sublata censeatur stante statuto omnes exceptiones probibente.*

C A P. XXXV.

1 DEcimoquarto stante statuto, de quo supra, † exceptio indirecta,& quæ per tertium opponeretur, sublata non censetur; Ea namque opponi poterit, ut uoluit Domini. à Sancto Gemini. in c.filii. col.3.de hære.in 6.authoritate Ioan. Andr.ibi. Id quod sequitur Felin.in d.c.ex parte. limitat. 6.extra de offi.deleg.per ea quæ uoluit Anch.in consi.270. in princ.in primo dubio,& Imol.& Anto. à Butrio in c.cum Ioānes.extra de fide instrum.ubi inquiūt, eum esse audiendum, qui indirectè contra statutum opposuerit;& est glo.in clem.1.super uerbo fecisse, ibi,quod intelligo.de probat.de qua fecerunt mentionem,& ualdè cōmendarunt ibi Abba. & Cardi. Præterea quòd statutum hoc tertium non comprehendat, uoluit Philip.Franc.post Abba.in c.pastoralis.nu.25.ubi inquit,hoc memoriæ mandandū esse, extra de appella.& Ruin.in consi.87.num.5.lib.4.& Franci.Marcus in decis.277. Quæritur. an tale statutum.uol.1.& Paris.in consi.107.num.11.uol.3. & Hyppo. Mars. in singul. 295. clausula. uersic.Secundò sciat;& Ruin.in consi. 209. num. 21.lib.1.& MARCVS Asinius Pater meus in cōsi.de quo supra in lib.I.fol.322.& faciunt, quæ diximus supra in limita.15.ad regulam, quòd quælibet sentētia est exēquenda.

1 *Exceptio metus sublata non intelligitur stante statuto, quod omnes exceptiones remouet.*
2 *Statutum si probibeat dici de iniquitate laudi; de ea non intelligatur, quæ dolosa, est.*

CAP. XXXVI.

1 DEcimoquintò stante prædicto statuto † exceptio metus sublata non intelligitur; exempli gratia, si tu instrumentū producas;& ego opponendo dicam, ob metum fecisse ut uoluit Bald. in l. qui carcerem.ff.quod met.caus.in apostillis suis, ubi inquit, factum dici non posse; quod metus causa factū est.l.metum.§.uolēti.ff.quod metus causa; Præterea instrumentum est contra bonos mores.l. si filius. ff. de condi.institu. Vnde cum sit factum per metum, non ualet; Ideò talis exceptio opponi potest; prout refert & sequitur Feli.in d.c.ex parte.num.10. limita.11.extra de offic. deleg. & faciunt ea, quæ ponit Socin.Iunior in consi.48.nu.51.uolu.1.ubi inquit si
2 † statutum prohibeat, ne dicatur de iniquitate laudi, de ea, quæ dolosa, est, intelligendum non esse; Nec ob id ab ipso statuto delinquendi occasio præbeatur, contra.l.conuenire.ff.de pact.dotal. & l. meminerint.C.unde ui.cum similibus,& uoluerunt Rom. & Ias.in locis ibi per Socin.relatis,& tradit Deci.in d.c.ex parte limita.11. extra de offic.delega.

1 *Exceptio simulationis probibita non intelligitur, statuto omnes exceptiones probibente.*
2 *Simulatio si statuto tollatur, ad ecclesiasticum confugi poterit.*

C. A P. XXXVII.

1 DEcimosextò stante supradicto statuto † exceptio simulationis prohibita esse non intelligitur. Exempli gratia; Tu producis instrumentum, & ego dico, quod instrumentum est fictum; quia unū est scriptum; aliud uerò factum. Bal.enim in l.si non uerum.C.de donat.inter uir.& uxor.inquit, contractum simulatum, contractū non esse,& ideo infert, quòd si statutum omnes exceptiones tollat; simulationis exceptionem sublatam non esse; Immo etiam si statuto caueatur, nullam exceptionē præter duas, solutionis scilicet,& falsitatis admittendam esse; exceptio tamen simulationis opponi poterit; Secundò uerò inquit idem Bal.in l. fin. §. in computatione. in
2 fin. C.de iur. delib. † Quando statutum diceret; etiā simulationem tolli; tūc ad ecclesiasticum recurri posse, ut uoluit etiam Felin.in d.c.ex parte 12.limita.extra de offic.dele.Subdit tamen Felin. Bart.in l.1.§.& parui.ff.quod ui aut clam.huiusmodi conclusionem improbare; attamen eam ueram existimare;& Imo. late insistere in c.cum Ioannes.extra de fide instru.& hanc conclusionem sequitur etiam Decius post Felin.in d.c.ex parte limitat.12.

1 *Exceptio innocentiæ statuto omnes exceptiones excludente reiecta non intelligitur.*

C A P. XXXVIII.

1 DEcimoseptimò exceptio † innocentiæ stante prædicto statuto, nunquàm sublata censetur, ut uoluit Bald.in l.edita. colum.antepenul.in lectura paduana.C. de edend. & mouetur per text. in l. Quoniam.C.ad legem Iuliam de adulte.ubi text.id probat;& eam adducit rationem, quòd hoc sit de iure naturali,& hac authoritate consuluit Anania Ferrariæ,& idem Anani.in c.si aduersus.extra de hæret. & faciunt ea, quæ notauit idem Bal.in l.1.§. si filius.

.ff.ne quis

ff.nequis eum qui in ius uoca.& rursus idem Bald.in l.fi.§.fin.C.de tempo.appell.& ita inquit Felin. in d. c.ex parte.13.limit.ubi etiam Decius eadem limita. extra de offic.delega.

1 *Exceptio, quæ fundatur in confessione partis in iudicio facta reiecta non intelligitur, statuto prohibente omnes exceptiones.*

2 *Probatio contra præsumptionem iuris & de iure admittitur, quando partis concessione fit.*

3 *Probare prohibitus, confessione aduersarij uti nō prohibetur.*

C A P. XXXIX.

1 Decimo octauō stante prædicto statuto† exceptio, quæ in confessione partis in iudicio facta fundatur, sublata non intelligitur. Exempli gratia; Tu habes instrumentum contra me; Attamen aliquid in eius productione confessus es; certè illud, quod confessus es, non obstante statuto opponere potero; ut uoluit Bal.in l.si unus.§.pactus.ff.de pact.& Felin.in dicto c.ex parte. 14.limita. extra de offic.delega.qui hanc cōclusionem primò cōfirmat ex ijs, quæ uoluit glō.in auth.sed iam necesse. C. de donat.ante nupt.ubi etiam tradit Bar.& ibi dicitur,
2 quòd licet probatio contra præsumptionem† iuris & de iure non admittatur, id tamen limitatur, si partis confessione fiat, prout uoluit Inno.in c. plerique de immunit.eccles. De quo dicto Inno.mentionem fecit Anto.a Butrio in c. is qui. extra de sponsalib. & Imol.in clemen.si appellationem, de appel. & Lud. Roma.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de uerbo.obliga.Id autem tunc uerum esse intelligendum est, nisi ea confessione peccatum, seu utriusq; turpitudo detegeretur; per ea quę notantur in d.c.is qui. ubi etiam tradit Ioan.Andre.dum inquit in foro conscientiæ: si duo cognouerunt se; & dicunt se non cognouisse animo contrahendi matrimonium, ut simul cohabitent, compelli non poterūt; & Ratio est quia in foro conscientiæ lex in ueritate non in præsumptione se fundat. Confirmatur per ea, quæ dixit Ioan. Andr. in Rubr. extra de probatio. ubi inquit,
3 † prohibitum probare, aduersarij confessione uti, prohibitum non esse, quia confessio non est probatio; sed releuatio ab onere probandi: ut inquit Ioan. Andræ.in c.bonæ.il primo, extra de electio.& latius diximus supra in materia probationum, & tradit Fel. in d.c.ex parte.num.11.limita.14. & ibidem Deci. eadem limita.

1 *Exceptio fundata in alio instrumento æquè solemni prohibita non censetur, statuto omnes exceptiones excludente.*

CAP. XL.

1 Decimonono stante prædicto statuto, † exceptio fundata in alio instrumēto æquè solēni sublata non intelligitur; Exempli gratia, Tu producis contra me instrumentum solemne; Ego verò excipio, & fundo exceptionem in alio instrumēto ęquè solemni; Tu autem non uis, ut contra tuum instrumentum solemne exceptiō opponatur; ego nolo & tu replicas contra meum ęquæ solemne; ut uoluit Bal.in c.pastoralis.colum.2.extra de appellat: quia instrumentis incompatibilibus uni per reliquum derogatur, & subdit, quòd per simplices testes non poterit reprobari huiusmodi solemne instrumētū; sed per aliud æquè solemne; comprobatur hæc conclusio per tex.in l.sed & milites.§. coequalitas. ff. de excusa.tuto.ubi priuilegiatus contra pariter priuilegiatum priuilegio non utitur, ut uoluit Felin.in d. c.ex parte.sub num.11.limit.15.extra de offi.de leg. ubi etiam Decius eadem limitatione.

1 *Exceptio libelli inepti reiecta nō intelligitur, statuto prohibente omnes exceptiones.*

2 *Exceptio libelli inepti est exceptio notoria.*

3 *Libelli ineptitudo semper opponi potest, etiam si sententia in rem iudicatam transierit.*

C A P. XLI.

1 Vigesimò exceptio† libelli inepti stante statuto, de quo supra, sublata non censetur, ut uoluit Bal.quem.sequitur Angel.in l.tale pactum §. qui prouocauit.ff.de pact. Mouetur autē: quia hęc
2 est exceptio notoria, quę opponi potest; & quod dicatur notoria, uoluit Bart.in l.1.C.de erro.calc.& facit tex.in c.cum dilecti.de emptio.& uendi.† ubi sem-
3 per de ineptitudine libelli opponi posse arbitratur, etiam si sententia in rem iudicatam transierit: ut inquit Fel.in d.c.ex parte.num.12.limitatio. 16. extra de offic.deleg.ubi etiam Decius eadem limitatione & Berouis in loco supra sępe relato.

1 *Defensio sublata non intelligitur, statuto exceptiones omnes excludente.*

C A P. XLII.

1 Vigesimoprimò stāte statuto, de quo supra, & exceptionibus sublatis, defensio ob id absolutè sublata nō intelligitur, ut not.Domin. a Sancto Geminiano in c.1.in glo.3.in fi.de lit. contest.lib.6. & facit illud, quòd not. Bar.in l.1.§. & parui.ff. quod ui aut clam.ubi dicit esse differentiam, an statutum pexcetionē, uel defensionem tollat. & ideo a tali statuto, quo exceptio remouetur, officium iudicis non excluditur.l.planè.ubi Bal.uers.secundò not.ff.de petit.hered.cū simi.ut supra latè diximus in 12. limitatione. Præterea hanc conclusionem sequitur Paul. Castrēn.in consi.323.in causa, quæ uertitur.col.fin. & in consi.71.uisis compromisso. colum. 2. & Roma.in consi.325.quò ad primū. col.fin. & Cardi. in consi.29.iudex.col.3.uers.secundo. & Imol in con si.136.in causa, quæ uertitur, circa finem, & Andre. Sicul.in consi.38.col.4.& in cons.42.col.9.uol. 1. & in consi.7.col.13.lib.2.& Dec.in d. c. ex parte limi. 21.extra de offic.de leg.

Exceptio

1 *Exceptio à dolo partis aduersæ proueniente statuto prohibente omnes exceptiones exclusa non censetur.*

CAP. XLIII.

1 Vigesimosecundò exceptio, † quæ prouenit à dolo partis aduersæ, stante prædicto statuto, nō intelligitur sublata, vt notat Ant. à Butr. in c. cum Bertoldus. uersi. secundus casus. extra de re iudic. cum similibus, ut Pernsi. tradit in ea. dilecto. quæst. 52. limita. 7. extra de appella. & facit. tex. in l. cum' proponas. C. de naut. fœno. & in l. qui officij. §. fin. ff. de contraben. empt. quibus iuribus mouetur Roma. in singul. 436. Tu scis, ubi concludit, obligatum ad casum fortuitum pro eo casu non teneri, qui culpa aduersarij contigerit, ut uoluit Dec. in d. c. ex parte. il se condo. limita. 22. extra de offic. delega. & Socin. Iunior in consi. 48. nu. 52. uol. 1.

1 *Exceptio illa, quæ contra executionem opponitur, exclusa non intelligitur, statuto excludente omnes exceptiones contra instrumentum.*

CAP. XLIIII.

1 Vigesimotertiò stante prædicto statuto, † illa exceptio exclusa non intelligitur; quæ contra executionem opponitur; Quia licet contra instrumētum opponi non possit; poterit tamen contra executionem opponi, ut notat Bartol. in l. si filius. ff. quod cum eo, & de hoc tradit Anto. de Canna. in tracta. de execut. instrum. quæst. 28. & Bened. de Barsiis in tracta. de guarant. in 2. parte, uersic. nunc capio. 16. & Corne. in consil. 212. lib. 2. & tradit Deci. in loco supra adducto limit. 23.

1 *Exceptio recusationis, quæ contra iudicem opponitur non censetur prohibita statuto reijciente omnes exceptiones.*

CAP. XLV.

1 Vigesimoquartò recusatio † quæ cōtra iudicem opponitur, stante prædicto statuto sublata nō intelligitur, ut uoluit glo. in c. quoniā cōtra in uerbo exceptiones. extra de probatio. de hoc autem me refero ad ea, quæ dixit ibi Deci. & refert in d. c. ex parte. 24. limi tatione.

1 *Exceptio solutionis numquam reiecta intelligitur, statuto prohibente, omnes exceptiones contra instrumētum opponi.*

2 *Exceptio solutionis si à statuto aliàs excludente admittatur, an & compensationis admittatur,*

3 *Exceptiones nouationis, & delegationis; an intelligātur admitti à statuto admittente exceptionem solutionis.*

CAP. XLVI.

1 Vigesimoquintò stante prædicto statuto † exceptio solutionis sublata non intelligitur, ut notat Angel. in l. non tantum. §. quod si pro emptore. ff. de petit. hæred. & Alex. in consi. 113. uiso. colu. 2. lib. 5. & facit illud, quod notat Ioan. Andr. in tit. de executio sent. §. fi. col. 3. uersi. 16. in fi. post Guido. de Suz. quē ibi refert, ubi expressè noluit, sententię executionem solutionis exceptione impediri, & ratio est, quia solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio. Instit. quib. mod. tollit oblig. in princ. & in notabili casu tradit Petr. de Ancha. in consil. 260. ex uerbis. circa finem, & facit illud, quod notat idem Ancha. in consi. 19. uisa petitione. & Deci. in d. cap. ex parte limitat. 25. extra de offic. delegat.

Hęc autē limitatio in hac ciuitate necessaria non est; cum statutum illam exceptionē expressè admit
2 tat; Verùm stante statuto nostro † exceptionem solutionis admittēte quæri potest, an etiam exceptio compensationis pariter admittatur, & opponi possit. Et breuiter posse respondendum est, ut uoluit Angel. in consi. 132. quidam nomine Nicolaus. & Alex. in consi. 12. col. ult. uers. non obstat textū. uol. 2. & Guido Papæ. decis. 171. seperio, colu. ult. & iterum decis. 174. ulterius. in fin. & rursus in commentarijs statuti de literis compulsorijs, ubi id semper practicari uidisse attestatur. & Iacob. Rebuf. in l. nemo carcerem. in additio. C. de exacto. tributo. lib. 10. & Anto. Bauer. in tracta. de uirt. iurament. n. 33. & Stepha. Bertra. in consil. 289. tria. col. 1. uolu. 2. & Tiraquel. qui prædictos etiam refert, in tracta. de utroque retracta. tit. 1. §. 3. glo. 13. nu. 4. & ultra eos quos ipse refert, idem uoluit Ludo. Goza. in consil. 69. nume. 2. & Hyero. Grat. in consi. 121. nume. 18. uol. 1. & si contrarium tenuerit Ioan. Crot. in l. 4. §. Cato. num. 71. ff. de uerbo. obliga.

3 An autem stante prædicto statuto, † solutionis exceptionem admittente; nouationis etiam & delegationis, quæ ipso iure obligationem, & actionem tollunt; admissæ intelligantur; hac in re Bertra. in cōsi. 303. num. 3. uol. 2. non admitti arbitratur.

1 *Exceptio intentionis & facti sublata non intelligitur statuto omnes exceptiones prohibente.*

CAP. XLVII.

1 Vigesimosextò exceptio † intentionis, & facti, stante prædicto statuto, sublata non intelligitur. Ratio autem est, quia exceptio propriè non dicitur; statutum autem propriè intelligi debet ut in terminis notat Bal. in l. peremptorias. col. 5. uersi. quæro numquid. C. sent. resci. non poss. & in l. sancimus. col. 2. C. de donat. & in l. in rebus. circa prin. C. de iure dot. & tradit Deci. in d. c. ex parte. limita. 26. extra de offi. deleg.

1 *Exceptio uelleiani, & mac edoniani sublata non dicitur, statuto excludente omnes exceptiines.*

CAP. XLVIII.

1 Vigesimoseptimò stante prædicto statuto † exceptio uelleiani, & macedoniani sublata non dicitur,

dicitur, ut post longam disputationem concludit Anto.de Càna.in tract.de execut.instru.quæst.t 8.& Dec.in loco supra adducto.t 7.limita.

1 *Exceptio usurarum statuto excludente omnes exceptiones sublata non est.*

CAP. XLIX.

1 Vigesimò octauo exceptio † usurarum, stante prędicto statuto, sublata nō censetur, ut notat Bened.de Barzis in d.tracta.guarant.in carta antepenult.uersi.7.& facit ad hoc, ꝙ causa usurarum est fori ecclesiastici,& in eis statuta laicorum locum nō habent, ut not.Fede.de Senis in consi.96. appare:.& Pau.de Cast.consi.69.uisis & consideratis. & Dec. in d.c.ex parte.28.limita.extra de offic.delega.

1 *Exceptio falsitatis exclusa non est, statuto omnes exceptiones reiiciente.*

CAP. L.

1 Vigesimonono exceptio † falsitatis, stante prædicto statuto, sublata non intelligitur, ut notat Benedi.de Barzis.in d.tracta.cart.penult.uersic. uenio non ad nouum,& facit illud, quod notat Bar.in l.Lucius.ff.ad senatuscon.Turpilia.& Dec.in c. licet causam.in 5.nota.extra de probat.& in d.c.ex parte. 29.limita.

1 *Exceptio, quòd res, quæ uirtute instrumenti petitur, non sit in rerum natura, obiici potest, non obstante statuto omnes, exceptiones excludente.*

CAP. LI.

1 Trigesimò, stante dicto statuto, † ꝙ res, quę uirtute instrumenti petitur, non sit in rerum natura, obijci potest, ut concludit. Benedic.de Barzis in dicto suo tract.guarant.car.penu. uersi.super t 2.& & tradit Decius in d.c.ex parte.il secundo, limit.30. extra de offi.delaga.

1 *Restitutio in integrum sublata nō intelligitur statuto omnes exceptiones reiiciente, nisi in statuto dictum sit, modo aliquo, uel quoquo modo.*

1 *Verba illa modo aliquo, uel quoquo modo, quid denotent.*

CAP. LII.

1 Trigesimoprimò, stante prędicto statuto ultra prædictos doct. † restitutio in integrum sublata non intelligitur, ut latè disputando firmauit Soci. Senior in consi.299.sub nume.3.uersi.circa tertiam difficultatem, uolu.2.& idem tenet Lancell.Gali.in l.centuriq.nu.t 66.ff.de uulga.& pupil.post Bald.in l.in causæ.in prin.ff.de mino.& in consi.a36.statuto ciuitatis.uol.t.Intelligit tamen hanc conclusionem Soc.in consi.242.col.t.in fi.& colu.3.post medium, uersi.confirmatur hoc idem. uol.2. locum habere, nisi in statuto dictum sit, modo aliquo, seu quoquo

2 modo. Propterea † ꝙ illa dictio, modos similes, ac dissimiles, maiores,& æquales expressis, includit; ut uoluit glo.in clem. Romani, in uerbo quouis modo de electio.& in c.fi.in uerbo quouis modo. de senten.excom.in 6.Hanc declarationē Soc.refert & sequitur Ioan.Cephal.in consi.53.nu.23.

1 *Nullitas, quæ ex actis constat, à statuto non comprabenditur nullitatem opponi prohibente.*

CAP. LIII.

1 Trigesimosecundò, stante prædicto † statuto nullitatem opponi prohibente, de ea nullitate, quæ ex actis constat, intelligendum non est, ut uoluit Ruin.post alios, quos ibi refert, in consi.35. nu. 6.uol.5.& in consi.74.nu.12.uol.4.& Horman.Decius in l.hoc edicto.nu.34.ff.de noui oper. nunc. & Petr.de Anch.in consi.307.& Gram.in consi.43.nu. 3.in ciuilibus,& Alex.in consi.225.nu.2.lib.6.& Rolan.à Valle in consi.29.nu.43.uol.t.& rursus idem Alexan.in l.4.§.condemnatum.sub nu.6.ff. de re iudi.& Thom.Grām.in consi.t.de foro Iud.inter eius Dec.nu.43.& And. Barba.in consi.t 8.in prin.uol.t & Bertran.in consi.t t.nu.5.uol.1.& in consi.250. nu.16.uol.2.& iterū Ruin.in consil.t 4.nu.t 6.uolu.5.& Ioā.Bap.à S.Seuerino in l.omnes populi.nu. 210.ff.de iustit.& iure:& Bal.in consi.1 t 9.nu.3. uolu.2.ubi de ea nullitate loquitur; quæ ex recitatione sententiæ, uel libelli apparet.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi potest, non obstante statuto omnes exceptiones excludente.*

CAP. LIIII.

1 Trigesimotertiò, stante prædicto statuto, † exceptionem non numeratæ pecuniæ opponi posse dicendum est; cum (ut uidimus) simulationis exceptio exclusa non intelligatur: & illa confessio in instrumento facta, quædam simulatio dicatur, ut inquiunt Bart.Bal.& alij in l.3.C.de postula.& Bal.in l.pecuniæ.C. de solutio. & Ias.in d.l.qui pecuniam. col.1.ff.si cert.peta.& tradit Petr. Rebuf.in suo tracta.de chirographorum & cedularū recognitione, in præfatione.nu.36.uersi.undecimò extende.

1 *Exceptio cedendarum statuto prohibente omnes exceptiones non excluditur, quin ab uno ex pluribus reis conuentis opponi possit.*

2 *Exceptioni cedendarum quando nominatim renunciatum dicatur.*

CAP. LV.

1 Trigesimoquartò, exceptio † cendendarum stāte prædicto statuto non excluditur; quin ab uno ex pluribus reis debēdi conuento opponi possit; ut inquit Decius in consi.27.colum.1.post Bald. in auth.præsente, uersi.quæro, dixit statutum. C. de fideiuss.

fideiuss. quia exceptio, quæ ex eodem fonte emanat, nunquam exclusa intelligitur, vt supra latè diximus,
2 limita. 9. † Nisi fortassè nominatim ipsi exceptioni renunciatum sit; quod quomodo intelligatur, declarat Dec. in consi. 99. col. 1. & in consil. 452. nu. 18. & 19. & tradit hac de re etiam Bald. in consil. 198. col. pen. vol. 1. quod est repetitum in consi. 466. vol. 5. & Corn. in consi. 51. col. 3. lib. 2. & Ronchag. in l. reos, in prin. nu. 58. ff. de duobus reis.

1 *Exceptio, quæ oritur ex facto aduersarij agentis, non tollitur statuto omnes exceptiones excludente.*

CAP LVI.

1 TRigesimoquintò stante prædicto statuto, † exceptio, quæ oritur ex facto aduersarij agentis non tollitur, vt inquit Hyppol. Marsi. in consi. 89. nu. 20. & 21. Mouetur autem ex eo, quod generalis omnium exceptionum renunciatio illam exceptionem nunquam excludere intelligitur, quæ ex facto aduersarij oritur, vt est tex. in l. qui officij. §. fi. ff. de contrahen. emptio. & in l. cum proponas, C. de nauti. fœno. q iura adhoc adducit Ludo. Rom. in consi. 472. in eo quod quæritur, antè finem, & inquit prædictam conclusionem optimè comprobari ex ijs, quæ voluit Dec. in consi. 230. proponitur, col. 2. in versi. sunt ergò ista diuersa.

1 *Exceptiones similes reiecta non intelliguntur à statuto, quasdam tantum exceptiones opponi permittente.*

2 *Exceptiones aliæ iustæ exclusæ non intelliguntur, statuto quasdam tantum exceptiones opponi permittente.*

3 *Exceptiones, quæ à statuto exclusæ non intelliguntur, quomodo opponi debeant.*

C A P. LVII.

TRigesimosextò comprobantur omnes relatæ limitationes ex eo, quod licet statutum quasdam tantùm exxceptiones opponi permittat; vt statuto
1 nostro Florentino sancitum est; † non tamen ob id similes reiectæ intelliguntur, vt voluit Angel. in l. sciendum, ff. de euictio. & in l. si hominem. §. in ędilitijs, ff. de ædili. edic. & Cynus & Angel. & alij in l. ita pudor, C. de adulte. & Nic. Euerard. in suis centu. in loco 72. litera E, & Aymon Crauct. in consil. 201. nu. 40. & Ias. in l. 2. num. 82. ff. de off. ejus cui man. est iurisdi. & Socin. senior, qui in consi. 284. nu. 3. vol. 2.
2 illud etiā addit, † vt aliæ iustæ exclusę nō intelligātur, & And. Barb. in consi. 35. col. 3. in fi. versi. facit, quod voluit idē Ang. in l. Paulus. vol. 4. & si cōtrarium voluerit Bal. in l. ita pudor. præallegata, C. de adult. & Io. Anania in consi. 69. nu. 4. in fi. & Ias. ibi cōtrarius in l. si constante, nu. 77. ff. solu. matr.
3 Illud tamen † hoc loco adnotandum est; Nam licet dixerimus, huiusmodi exceptiones, licet de nominatis in sta u o non sint, opponi posse; id tñ dummodo opponantur, & infra tempus ad probādas nominatas exceptiones, probeat, intelligēdum esse, vt voluit Anton. de Canna. in tract. de guaranti. quem refert & sequitur Corn. in consi. 297. nn. 10. vol. 3.

1 *Statutum, quòd sententia de facto, etiam incipiendo à captura persona exequantur, an causæ cognitionem tollere censeatur.*

2 *Liquidationem præcedere non oportet executionis sententiæ vel instrumenti statuto permittente, vt sententiæ de facto exequantur, incipiendo à captura personæ.*

C A P. LVIII.

1 VIgesimò principaliter, redeundo ad statutum nostrū quæritur, † stante hoc nostro statuto, quod sniæ de facto, & incipiendo à captura psonæ executioni mandentur, an causæ cognitionē tollere cēseatur. Ang. in l. si fic. ff. de leg. j. vt eā nō tollat, arbitratur, sed vt tantùmodo ordinē peruertat; Illud tñ omittendū non est; quod stante hoc nostro statuto, licet sniæ vel instri executio nō liqueat; Attamen poterit primò in
2 cipi à captura, vel tenuta, & † deinde liquidationē fieri, & si aliter de iure cōi dispositum sit: vt latius tradit Soci. senior in consi. 96. nu. 8. & seq. volum. 4. vbi etiam, an huiusmodi statutū valeat, latius attingit.

1 *Instantia executioni quæ sit, & in quibus actibus detur.*

C A P. LIX.

1 VIgesimoprimò principaliter quæritur, quā nam sit instātia executionis. Et breuiter ex eodem esse, quæ est causæ ordinariæ, quatenus ptinet ad statuta nostra, respondendū est; vt expresse inquit statutum sub rub. 57. infra hoc eodē lib. 2. in prin. Nec sine causa statuentes id apud nos declarauerūt; Nam non leuis est cōtrouersia inter doctores, si statuto disponatur, quod instātia, vt puta spatio 20. dierū finiatur, an si executio sniæ, vel instri petatur, pdicto tempore instantia desinat. Bal. enim in l. 1. in verbo instantia. C. de iuram. calum. p illū tex. eo tempore cōpleto expirare voluisse vr; vnde colligitur, quęlibet articulū instantiā hre, & si, vt ipse inquit, aduocati Perusini contrariū voluissent; ex quo instrm ipsius statuti dispositione vim sniæ habeat; At post sniam instantia non detur. Hanc opinionē sequitur. idem Bald. in l. 1. §. si quis ins dicent. non obtempe. Planè cum fine litis cōtestatione, vel quasi procedatur, meritò nec instātia esse poterit. Accedat, quod vbi petitur executio causæ snia interlocutoria expeditur. l. minor. 25. annis cui fideicōmissum. ff. de minor. Id aūt tunc verū est, cū officio iudicis snia exequitur; At secus si actione in factū ex snia; vel alia qualibet ex instrumento oriente agatur; Nam tunc instantiam dari certum est. l. item veniūt. §. idem rectè. ff. de petit. hæred. Equidem cum dicat ibi text. fieri lite contestata: ut detur instantia, necesse est; & licet de sententia loquatur; idem tamen si instrumenti executio petatur, dicendum censuit. Præterea hanc opinionem, vt causa executionis instrumenti non sit triennalis, per tex. in l. properan-

dum.C.de iudi.voluit idem Bald.in l.2. C.de execu. rei iudi.Item causa executionis instrumentorũ cursu 20.dierum nõ finiri,tenuit in l.litibus,C. de agrico.& censit.lib.11.& id verum esse ait Anto.de Cannar.in tracta.de executio.instru.quæst.33. Mouetur autem,quia statutum loquens de instantia in potiori,& magis proprio significatu intelligi debet. l.1.§. q in perpetuum.ff.si ager.vectig.vel emphyteu.peta. Potior autem seu magis proprius significatus totius causæ;non vnius articuli tantum instantiam complectitur. Idem præterea,quod plus est; putat Canar. si statuto disponatur,q lis & causa infra 20.dies absoluatur,cum lis propriè post contestationem intelligatur;causa verò antè & post,vt notat Bar. in l.causas. C.de transac. & nos supra in principio huius statuti latè diximus,& causæ appellatione tota causa, non eius tantum capitulum, aut articulus causæ contineatur,vt est tex.& ibi glo. declarat in l. generaliter, circa princ.C.de reb.credit.

1 *Exequi non potest sententia, nisi a iudice, ad quem instantia perempta declaretur, & pronuncietur, stante statuto,quòd causa appellationis infra triginta dies vtiles expediri debeat, & eo tempore duret instantia.*

CAP. LX.

Vigesimosecundò,principaliter stante statuto, q causa appellationis infra 30.dies vtiles expediri debeat,& eo tpe duret instãtia, sciendum est, 1 †tunc nunquam sententiam exequi posse,nisi à iudice ad quem,instantia perẽpta declaretur & pronuncietur,vt voluit Bald.in l.eos,col.4. C.de appel. quẽ refert & sequitur Filip.Fran.in c.ex ratione, nu.101. extra de appel.Ratio autem est, quia, vt ipse inquit, tẽpora vtilia inquisitionẽ facti requirunt, & facit illud,quod not.in l.3.§.si ad diem, ff.de re milit. Tum ẽt quia tẽpora vtilia regulariter non currunt ignorãti,vel impedito, vt habetur in c. quia diuersitatem, extra de conces.pben.p gl.not.in c.3.de pben.in 6. Præterea hanc conclusionem sequitur Bal. in consi. 301.in fi.& in consi.390.per totum lib.3.

1 *Exequi, si statuto mandetur, duas sententias conformes, an locum habeat, si earum altera conditionalis sit.*

2 *Conformitas sententiarum non inducitur, si una sit pura & alia conditionalis.*

CAP LXI.

1 Vigesimotertiò quæritur principaliter, †si statuto duas sententias conformes exequendas esse caueatur, an locum habeat; si earum altera conditionalis sit; Hanc qustionem post alios posuit Ronchagal.in l.ex duobus reis promittendi.num.4. ff.de duobus reis,& locum non habere arbitratur; Mouetur enim in simili à stipulatione arguendo; in qua si præcedat simplex interrogatio;& conditionalis, vel in diem sequatur responsio,ob id,quòd in substantia varietur; stipulatio non subsistit l.1. §.si quis simpliciter,ff.de verborum obligat. eadem enim ratione, inquit ipse, doctores ad prædictam quæstionem inferre,propterea q, si una sit pura, alia sub conditione; vtique in substantia differre dicentur, vt voluit Alex.in consi.77.col.1.vol.2.quem refert etiam Lancel.Galia.in præalleg.§. in princ.Id quod in materia 2 †conformitatis sniarum adnotãdum est;vt sciamus, quãdo appellandum sit. Idem refert cum multis similibus in proposito nostro Aymo Craue.in consil. 183. licet de Barba.qui id latè prosequitur in consi. 10.col.3.vol.1.mentionem non fecerit, quem tamẽ refert Socin.iunior in consi.74. col.2.vol.2. & Ruin. in consi.14.col.4.lib.5.

1 *Statutum aliquid contra petentem executionem disponens; de eo intelligendum est, qui petitionem suã ad effectum producit.*

CAP. LXII.

1 Vigesimoquartò sciendum est† statutum aliquid cõtra petentem executionẽ disponens; de eo intelligendum esse,qui petitionẽ suam ad effectum perducit,vt voluit Dinus,& sequutus est Bart. in l.amplius,ff.rẽm ratam haberi,per tex. in l.qui cũ maior, §. accusasse, & in l. in seruitnte,§. petijsse, de bon.liber.& l.Papinianus,§.meminisse,ff.de inoffic. testa.& in l.alia,C.de his quib.vt indig.& notat Bar. in l.si libertus,& in l.eã. ff.de iure patr. & notat glo. quã sequuntur Iac.Butr.& alij in l.in criminali,C.de iurisd.omn.iud.& Bar.in l.si quis maior. C. de trans. & Bal.in l.si quis in suo,C.de inoff.test. & latè Ant. à Butr.in c.si diligenti,de foro compe. ita vt etiam si prosequatur, & ad sententiã vsq; deuentũ sit, effectũ etiã ab ea appellatũ,pendente dicta appellatione ad huc pœna legalis, vel statutaria cõmissa non dicetur ob id, q petitio ad finem perducta non est, vt habetur in d.§.accusasse,& declarat Bal. in l.alia, C.de his quibus,vt indig. & refert & sequitur Alex. in consil. 59.num.19.volum.4.

1 *Statutum puniens opponentem aliquam exceptionẽ, ineptè opponentem non comprehendit.*

2 *Libellus ineptus statim, quòd opponitur ipso iure non procedit.*

3 *Exceptio inepta vti ineptus libellus ipso iure est nulla.*

CAP. LXIII.

1 Vigesimoquintò sciendum est, † statutum puniens opponentem aliquam exceptionem; ineptè opponentem non comprehendere, vt voluit Alex.post Bal.in l. 1.§.hæc autem verba, nume.5. ff. quod quisque iur. per text. in l. 1. §.accusationem.ff. 2 ad senatusconsul.Turpilia.†Videmus namque libellum ineptum,eo quòd opponitur,ipso iure non procedere.l.libellorum, versi. quid si libelli, vbi ponderat Bar.ff.de accusa. & facit illud, quod not. glo. in 3 l.1.ff.de offi. assess. At idem † de exceptione inepta, quod de inepto libello dicimus, vt habetur in l. 1. §. Labeo.

Labeo.ubi ponderat Bar.ff.de flum.& in cleme.con stitutionem.de electi on.& facit illud, quod in simili notat Bar.in l.filium.§.siquis.delega. præsta. & rursus Bal.in l.1.§.quod autem.per illum tex. ff. de offi. præfect.urb.

1 *Executionis causa cum tractatur, pars, contra quam sententiæ executiuo petitur, ut compromittatur, petere non potest, stante statuto, quod quæstiones compromittantur.*

CAP. LXIIII.

1 Vigesimosextò sciendū est; stante statuto quòd quæstiones compromittantur; partem, contra quam sententiæ executio petitur; causam illam compromitti petere non posse; ut uoluit Bar.in l. si post rem. ff. de transact. quem refert & sequitur & pluribus comprobat Barba. in consil. 53.columna 3.circa medium.uersicu.faciat, quod uoluit Bart. libro quarto.

1 *Exequatur sententia si in actione reali contra quemlibet statuto caueatur, an id petitione hæreditatis locum habeat.*
2 *Petitio hæreditatis propriè actio realis non est, sed mixta.*
3 *Mixtum quando tertiam speciem non faciat.*

CAP. LXV.

1 Vigesimoseptimò quæritur, † si statuto caueatur, quod sententia in actione reali, contra quemlibet exequatur, an in petitione hæreditatis locum habeat. Hāc quæstionem posuit Signoro.de Homo de.in consilio 48.& primò.inquit, locum non habe-
2 re dicendum uideri; † ex quo petitio hæreditatis propriè non uidetur realis, sed mixta; & statutum in casu simplici intelligendum est. Verùm prædictis non obstantibus contrarium concludit; & mouetur quia de reali magis participat. l. sed & si lege. §. petitio. ff.de petit.hæred.& ideo in tali statuto compræhendendam esse; Nec obstat, ut ipse inquit, quòd dica-
3 tur mixta, † quia talis mixtura tertiam speciem non facit, per ea quæ habentur in l. 1.& l.actionum. ff.de actio.& obliga. & est text. in l. 1.§.æstiua.ff.de aqua quotid.& æstiu.& l.Titiæ testores. ff. de leg.1. & tradit Alcia.in d.l.2.nu.8.ff.de uerb.obliga.

1 *Exequi si statuto caueatur a potestate sententiā in curia mercantia latam debere, an eā antequā constet in curia mercantia latam fuiße, exequi posßit.*
2 *Executioni mandari sententias, si uno statuto caueatur, & alio, quòd sententia consilio antianorum ferātur, nisi appareat, quòd consilio antianorū lata sint, exequi non poßunt.*

CAP. LXVI.

1 Vigesimooctauò quæritur † si statuto caueatur; quòd Potestas sententiam in causis mercantiæ latam exequi posßit; an illam, antequā constet in causa mercantiæ latam esse, exequi posßit, & quòd non posßit, dicendum uidetur, ut super quodam statuto Florentino consuluit Ange.in consi. 6.quem refert, & sequitur pluribus comprobans Barb. in cōs. 17.nu.21.uolu.2.& rursus plura etiam referens, in consi.44.col.5.uersi.& consuluit Angel.uol.1.& iterum idem Barba.in c.quia quæsitū. nu. 51. extra de offi.deleg. post Inno.in c. cum sit generale. extra de foro cōpet.& latè tradit Benue.Strach. in tracta. de merca.in tertia part.ult.part.princ.nu. 2. Satis ēt cō-
2 probatur ex eo, quod † si statuto caueatur, quod sententia cōsilio antianorum feratur, & alio statuto disponatur, quod sniæ mandentur executioni. Nam si non appa ret, quod consilio Antianorum latę fuerint, exequi non poterunt, ut uoluit Bal.in l.1.C.ne lice. in una eadēque caus.tert.prouoca. quē refert & sequitur Barb. in c.causam, quæ.num.135. extra de rescript.

1 *Exequutio a quo fieri debeat stantibus duobus statutis, unum quòd sententia pupillorum a prioribus ciuitatis exequantur, et aliud, quod sententiæ, quæ cētum libras excedūt a potestate, et accidat, quòd pro pupillo sententia ducētarum librarum lata sit.*

CAP. LXVII.

1 Vigesimonono quæritur, † stātibus duobus statutis, unum; quòd sentētiæ pupillorū a prioribus ciuitatis exequantur, alterum; quòd sententiæ quæ centum libras excedunt, a Potestate exequantur; si acciderit, quòd pro pupillo sententia ducentarum librarum lata sit; quis nam dictorum iudicū eam exequi debeat. Dec.in consi.222.num.7. ponit hanc quæstionem, inquiens eam tradere Bald. in l. executorem.colum.5.uersi.or redeo ad materiam. C.de executio.rei iudi.& inquit illum, qui est magis specialis, uideri iudicem pupillorū, sed quia illa qualitas pupillorū, ex quo respicit citatū, est magis specialis, meritò attendenda erit. Idem not.Bal.in l. 1. quæst.3.ff.de offic.consul.& in l.1.§. ubi autē. col.3. uers.uidi dubitari.C.de caduc.tollen.ubi ponit simi lē quæstionē, & concludit, quòd statutū respiciēs personā pupillorū attēdatur ob id, quòd magis speciale indicatur. Facit etiā illud, quod notat idē Bal. in l. hac cōsultissima.col.1.C.qui testam.facer.poss.& in l.Gallus.§.illæ casus.col.penul.ff.de liber. & posthu. & facit illud, quod notat glo.in l. hac consultissima C.qui testam.facer.poss.

1 *Exequi an posßit Potestas sententiam mediante banno cessantis & fugitiui, propter qd filii & uxores obligantur, stante statuto Florentino, quòd potestas sententias consulum exequi posßit in omnibus & per omnia.*

CAP. LXVIII.

1 Trigesimò quęritur † stante statuto nostro Florentino, quòd Potestas sententias consulum exequi posßit, prout ipsi consules in omnib. & per

& per omnia, an mediante banno cessantis, & fugitiui; propter quod filij & vxores obligantur; exequi possit. Et breuiter Ias. in l. 1. num. 22. versic. & ideò consuluit, Potestatem non posse arbitratur. verùm de hoc me refero ad eum ibi.

1 *Statutum loci, vbi fit executio, seruari debet.*

C A P. LXIX.

1 TRigesimoprimò quæritur † in hac materia executionum, quod nam statutum sit seruandum. Et breuiter dicendum est, statuta illius loci, vbi fit executio, non alterius loci attendenda esse, vt voluit Bart. in l. cunctos populos, in prima quæst. & ibi Ias. latius declarat, C. de summa Trinitate, & fide catho. & Ias. in l. à Diuo Pio, §. sententiam, num. 7. ff. de re iudic. & tradit Ioan. Bapt. à Sancto Seuerino in d. l. cunctos populos, num. 113. vbi distinguendo inquit, quòd si fiat executio ab eodem iudice, locus iudicij inspiciendus est, id quo etiam verum erit, cum iudex alterius territorij per literas primi iudicis exequitur, vt voluit ibidem Bal. col. 20. Si verò executio a iudice alterius territorij sua ordinaria iurisdictione, & authoritate fiat, executione non expedita, & tunc locum, vbi fit executio, inspiciendú esse, vt est tex. in l. missi opinatores, C. de exacto. tributo. lib. 10 vt voluit Bal. ibi col. 14. & addendum est secundùm Bal. in l. 1. C. de confes. in vltim. verbis, nu. 106. quòd si executio de iure communi vim non summat, sed iure municipali, talis executio à iudice diuersi territorij fieri non poterit; propterea quòd in exequendo debet sequi suam iurisdictionem non alterius, & seruare leges & statuta sui loci, non alterius, vt in d. l. missi opinatores.

DE EXPENSIS. §. XXXII.

Quilibet iudex, vel officialis communis Florentiæ in ciuili causa debeat victũ victori condemnare in expensis in sententia definitiua, vel interlocutoria, vel vim definitiuæ habente, quas in ipsa sententia, vel infra quinque dies, postquam transiuerit in rem iudicatã, taxare teneatur, nisi aliqua iusta causa excusaret victum, quę exprimi debeat in sententia, & nisi refectis dictis expensis, si taxatæ fuerint, vt dicitur, non audiatur Reus, vel Actor, qui condemnatus fuerit; Nec ad eius instantiã in causa procedatur, ad quam restitutio nem nihilominus procedi possit, omnibus iuris remediis, etiam incipiendo a captura personę, & contra nõ restituentem possit procedi tanquam contra contumacem. Actore autem causa deserente, vel eam non prosequente, intelligatur instantia perempta ex defectu ipsius actoris: Nisi ambæ partes renunciauerint sententiæ, vel aliquid aliud fecerint, propter quod expediri causa non possit, & tũc actor deserta instantia ipso iure intelligatur condemnatus in expensis, quas iudex causæ taxare, & refici facere teneatur. Nihilominus tamen possit iudex pronũciare instantiam desertam, & actorem in expensis condemnare, & ad eam restitutionem ipsum compellere remediis, quib. supra, sub pœna iudici contrafacienti librarum centum. Prædicta quoq; non habeant locum in quæstionibus ventilandis coram iudice gabellæ communis Florentiæ, vel corã iudice & officiali mercantiæ.

1 *Expensarum, quæ in iudicijs fiunt, diuisio.*
2 *Expensa contumaciæ.*
3 *Expensa retardari processus.*
4 *Expensæ ratione temporis.*
5 *Expensæ victoria causa.*

CAP. I.

VLtimo loco statuentes de expensis litium verba faciunt, quarum materia cum frequens sit, & quotidie in curijs versetur, Meritò diligenter pro huius nostri tractatus perfectione declaranda est.

1 Impensarum † igitur, quæ in iudicijs fiunt; quæ-
2 dam dicuntur † contumaciæ, de quibus in l. sancimus, C. de iudi. & in c. fin. extra de maior. & obédien. & in c. querelam. extra de procura. & in c. cum dilecti. extra de dolo & contu. & in c. quoniam. §. in alijs. extra vt lite non contesta. & in c. 1. extra de sequestra. possess. & fructu.

3 Quædam redardati processus; de quibus est tex. in l. non ignorat. C. de fruct. & litis expens. & in c. finem litibus. extra de dolò & cõtum. & in c. ex literis, eod. tit. & in c. cæterùm, & in c. vltimo. extra de rescrip.

4 Quædam † ratione temeritatis de quibus est text. in l. eum quem temere, ff. de iudi. & in c. 1. de dolo & contuma. in 6.

5 Quædam victoriæ causa, & de his loquitur tex. in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de iudic. & in §. oportet in auth. de ind. & in c. fina. extra de maior. & obed. & in auth. generaliter, C. de episc. & cler. & in c. fi. extra de pœn.

De his omnibus quatuor impensarum speciebus tradit Ioan. Petr. Ferrari. in sua pract. Papiens. in forma libello. in actio. reali. decla. in verb. & expensis præsentis causæ, nume. 3. & Paul. Castr. & alij in d. l. non ignorat. C. de fruct. & litium expens. & Bald. in d. l. sancimus, num. 4. & Carauit. post alios super Ritib. mag. cur. ritu 298. nu. 7. & 8. & Aret. in §. hæc autem omnium, num. 1. Instit. de pœn. temer. litiga.

1 *Expensis victus victori condemnandus est.*
2 *Ranuccij sequuntur Politiani animaduersio.*

CAP.

CAP. II.

1 Regula pro faciliori huius materiæ declaratione primo loco constituenda est; † quòd victus victori in expensis condemnandus est; vt est tex. in l. properandum. §. sin autem alterutra. vbi omnes notant, & præsertim Bald. Alber. Angel. Salicet. num. 10. Alexand. & Paul. Castren. & Butigel. C. de iudic. & in c. finem litib. extra de dolo & contum. & Lanfran. in tit. de expens. num. 2. inquiens hanc regulam æquitatem in se non modicam habere; Quandoquidem quis non debet ab alio iniustè damnum pati; vt toto tit. ff. si quis ius dicenti non obtempe. & ideo cũ victus litigando effecerit; vt victor pecuniam impenderit, ex quo victus causam præstitit, suum patrimonium diminuendi, cum causam damni dederit; damnum dedisse videtur. l. qui attulit. §. qui in hac. ff. ad l. Aquil. Meritò, vt victus victori in expensis condemnetur satis æquum est, vt tradit Amanellus de claris aquis singul. 240. inter singul. diuers. & Hostien. in summa in tit. de iudi. numero 9. versi. illud autem, & Imol. in l. qui solidum, §. etiam respub. num. 3. ff. de leg. 2. & Bal. in §. hæc autem, num. 1. instit. de pœn. temer. litig. & Alex. in consi. 83. num. 14. vol. 6. & Cassa. in consi. 68. num. 59. & Ioan. de Amic. in consi. 21. num. 11. & Hyppol. Marsi. singul. 207. victor. & Specul. in tit. de expens. §. 1. num. 10. & 12. & Barb. in clemen. causam, col. antepen. in fin. de electio. & Bal. in c. humilis. il secondo, extra de maior. & obed. dum inquit ad terrorem scriptum esse; vt quis dubitat, non litiget; sed potius silentium imponat, secundùm Inno. quod inquit notandum esse. Præterea, quòd victus victori in expensis cõdemnandus sit; tenuit Corne. in consi. 205. num. 5. & 25. lib. 2. & Socin. Iunior in cons. 36. num. 14. lib. 2. & Bertrau. in consi. 64. nu. 4. vol. 2. & Curt. Iunior in consil. 63. nu. 3. & Matth. Afflic. super constit. Regn. in constit. Diuorum principum, nu. 1. & Raph. in l. si rem alienam. §. qui antè solutionem, num. 1. ff. de pignor. & in consi. 139. nu. 3. & Francis. Mar. in decis. 191. num. 1. volu. 2. & Andræas de Isern. super constit. regn. lib. 2. in tit. de pœna calum. contra calumnia. stabili. in com. col. 2. lin. 50. fol. 150. & Rota decis. 22. circa mediũ, in tit. de re iudic. in nouis, secundùm vltimas impressiones, & Azo in summa. C. de sumpt. recuper. lib. 10. & Corn. & alij in l. non ignorat. C. de fruct. & liti expens. & & Quintil. Mando. super regul. cãcel. regul. 29. de sub rog. toll. quæst. 11. nu. 4. & nu. 12. lib. 1. vbi inquit in Rota, & eius stilo expensarum condemnationem indifferenter fieri, siue iustè, siue iniustè quis litigauerit, quemadmodum & in vrbe Montis Politiani extat statutum, vt victus victori, siue iustè, siue iniustè litigauerit, semper in expẽsis condemnetur; Vt enim

2 † exemplo hãc cõclusionem cõprobaremus in causa fuit amicissimus, & familiaris meus Ranuccius Segnius Politianus, nõ solũ legalis philosophiæ, sed et bonarũ literarũ in Pisano Gymnasio studiosus. Planè cum inter studendũ casu superuenisset, meq; hãc cõclusionem describentem repetisset, nostro (inquit) Politiano statuto, si libuerit, comprobare poteris. Quod ego libenter feci; ne fortasse quispiã hãc conclusionẽ imaginariã & nũquàm ad practicã reduci posse existimaret. Eadẽ præterea regulã secutus est Didacus practica. quęstio. c. 27. nu. 1. cum sequen. & Corneus in cõs. 76. nu. 15. vol. 2. & in cõs. 97. nu. 19. & consi. 141. nu. 2. & cons. 147. nu. 3. lib. 3. & Philip. Porc. in consi. 16. num. 24. & in consil. 125. nom. 49. & Francis. Marci decis. 585. num. 1. vol. 2.

1 *Expensis victus victori condemnandus est, non solùm in causis ciuilibus, sed etiam criminalibus.*

1 Primò ampliatur † hæc regula, vt nõ solùm in causis ciuilibus locum habeat; sed etiã in criminalibus, vt tradit Bart. in d. l. non ignorat. reprobata opinione Iacob. Butrig. qui in quadam sua disputatione tenuit contrarium, per illum tex. C. de fruct. & lit. expens. & Doct. in d. l. properandum, §. sin autem alterutra. C. de iudi. & Alba in consi. 5. nume. 1. inquiens hanc esse communem opinionem; Vbi etiam quærit, an tales expensæ contra testes, qui deposuerunt in causa, peti possint; vel etiam contra iudicem, aut accusatorem, vt ibi latius per eum. Præterea idem voluit Iacob. de Aren. in tract. de expensis, col. 3. num. 13. versi. sed numquid in criminalibus, & si id sub dubio ponat, & rursus Bart. in l. cum quidam, nu. 6. C. de fruct. & lit. expens. & latè in l. 1. in princ. num. 13. ff. ad Senatusconsul. Turpil. & Paul. Castren. in l. non ignorat. num. 8. & idem tenet glo. magna in c. finem litibus, versic. sed in criminali, vbi etiam tradit Imol. qui eam refert, & sequitur, & ad ea quæ Iacob. Butriga. in contrarium adduxit, respondet extra de dolo & contum. per tex. vltra adducta per alios in l. C. 3. C. qui accus. non poss. Iterũ idem tenuit Bartol. & post eum Ang. in l. si postulauerit. §. si reus, per illum tex. ff. de adult. & rursus idem Ang. in l. interdum, §. qui pure, num. 2. per illum tex. ff. de furt. & Hieron. Grat. in cons. 97. num. 1. & sequen. lib. 1. & id verum esse ait; siue via inquisitionis, siue denunciationis procedatur. Vnde tam accusator, quàm inquisitor, & denunciator iniustè procedentes tenentur, vt inquit glo. in c. cũ dilecti, vbi no. Bal. & sequuntur alij, extra de dolo & contum. & de denunciatore loquitur Cynus in l. seueriter. C. de excusa. tuto. & Bal. ibi dicit esse communem opinionem, & in l. sancimus, col. 3. C. de iudi. & de iudice loquitur Bal. in rubr. de pœn. iud. & Ant. a But. in c. accedens. de accusa. & de instigatore tractat Bar. in d. l. 1. §. incidit. ad S. C. Turpilia. & Catal. in tracta. de sindica. quæst. 108. & Alber. in l. properandum, num. 13. infra C. de iudi. Præterea, quòd victus victori, etiam in criminalibus in expensis condemnetur, tenuit Io. de Amic. in cons. 51. numero primo, & Soci. iun. in cons. 36. num. 14. volu. 2. & Ias. in d. l. properandum, §. sin autem alterutra, num. 21. & 22. C. de iudi. vbi pariter inquit idẽ esse, siue per accusationem, siue per denunciationẽ, siue per inquisitionem agatur. & idẽ in iudice & instigatorem; id tamen limitat tribus modis. Item hãc eandem conclusionem latè prosequitur Hyppoli. Marsil. in sua practi. crimi. §. superest, nu. 1. cum pluribus quæst. de inquisitore, denunciatore, accusatore, iudice, & alijs plura dicens; & Ias. in consi. 2. num. 3. & num. 9. & ibi de instigatore, lib. 1. & Paul. Gril. in tracta. de relaxa. carcerat. in titu. de expensis, num.

1.& 2.ubi indiſtinctè hanc couclusionem in accuſatore,delatore, inſtigatore, querelante, procuratore fiſci.ſindico,denunciante, & iudice locum habere ait.Item præcedentem concluſionem tenet Abb. poſt glo.in c.cum dilecti.num. 17. extra de dolo & contuma.& Felin.in c.accedens.nu..7. uerſi. octauò uota extra de accuſa.ubi inquit hanc concluſionem in expenſis,quæ fiunt ratione contumaciæ, indubitabilem eſſe,per tex.in d.l.qui crimen; At in expenſis, quæ uictoriæ cauſa fiunt; magnam eſſe inter doctores altercationem,& ideò ſe refert ad ea, quæ dixit ibi Ioan.de Anan.ut latius ibi per eum.Præterea hãc ampliationem ſequitur Salice. in l.fin.num. 2. C.de fruct.& lit.expenſ.& in l.qui crimen.num.11. C.qui accuſ. uon poſſ. & in d.l. properandum §. ſin autem alterutra,col.fin.uer.quæro, an expenſæ ratione uictoriæ.C.de iudi.& Imol.in d.c.dilecti.num. 18. extra de dolo.& contu.& Bal.in d. c.finem litibus nu. 5.eo.tit.de dolo & contum.ubi limitat,ut ibi per eũ Idem etiam uoluit Corne.in d.l.non ignorat. numero quarto,C.de fruct.& lit.expenſ.& latius plura adducit Hyppo.Marſi.in l.patre uel marito.num.14.& ſequen.ff.de quæſt. & in conſi.36.per totum,ubi idẽ in denunciante,accuſante,inſtigante, & Iudice inquirente dicendum arbitratur.& in conſi.44.nu.23. & in conſi.126. num.28.idem refert: & Lancell. Cõrad.ſua pract.lib.1.cap.9.de præto.§. 3. de offic. prętoris in cauſ.crim. nume.5.ubi latius inſtat. & Franc. Marci deciſ.776.per totum lib.1. & Thom. Grammat.deciſi.35.nume.3.& ſequen. uſq; in fin. ubi ita inquit in Regno, & deciſum fuiſſe: & idem uoluit Iſern.ſuper conſtit.regn.in comen.colu.1.lin.46.& Lanfran.de expenſ.num.26.ubi loqueus de iudice limitat,ut ibi,& rurſus Franciſ. Marcus deciſi. 191. uolum.2. & ſi in partibus delphinalibus contrariũ ſeruati atteſtetur. Pręterea, quod in criminalibus fiat condemnatio expenſarum;tradit Didac.practi. quæſt.cap.27.uerſi.quartò eidem regulæ;ubi plures refert.Bal.tamen in d.l.non ignorat, limitando hãc concluſionem inquit,in criminalibus expenſas non refici,quando pœna in ſupplicio conſiſtit, quem refert & ſequitur Milleus in ſua practi.crim.in uerſ. viſo litis criminalis proceſſu,in uerbo expenſis,Vbi inquit Milleus, quando cauſa criminalis, & pecuniaria eſt,uidelicet cum a Fiſco propter crimen, & ab accuſatore propter priuatum intereſſe ſit perſecutio,expenſas,quatenus partem ciuilem reſpicit,reſtituendas eſſe,per tex.in l.cum quidam, in uerbo obnoxios ſibi,ubi Bal. tradit. C. de fruct. & lit. expen. Nam contra actorem non proſequentem, uel defendentem litem pendentem,calumniæ, damnatorũ & expenſarum ſententia ferri poteſt. d.l. non ignorat. Quod tamen a pœna confiſcationis citra locum habet.c.calumniam.extra de pęn.& l. 1.C. de fideiuſſ. & l.tutelas. §. ſi libertatẽ.ff. de capit. diminui. & idẽ Mill.fol.32.num.40.& fol. 10. num. 116.Præterea hanc concluſionem ultimo loco latè proſequutus eſt Iulius Clarus ſentent.lib.5.§.fin. quęſt.62.uerſi. ſed nunquid in iſtis.

1 *Expenſarum condemnatio non fit in cauſa criminali criminaliter mota.*

1 Primo limitatur † hęc ampliatio in cauſa criminali per uiam inquiſitionis criminaliter mota. Nã tũc condẽnatio expenſarum uon admittitur, ut uoluit Felin.poſt Ioan.de Ana.& alios in c. accedens de accuſa.per glo.in c.cum dilectus. extra de dolo & contu. quam ualdè commendat & exaltat ibi Bald.per tex.in l.qui crimen.C.de his qui accuſa.non poſſ. & refert Hyer.Grat.in cõſi.72.nu.14.vol.2.ubi reſtringẽdo hãc concluſionẽ inquit, eam procedere, qñ per uiã inquiſitionis deducendo, ut ibi per eũ nu. 15.& ſeq. proceſſum ſit, & eandẽ concluſionem rurſus ſequutus eſt Gratus in conſi.80.nu.4.uol.2.

1 *Expenſarum condemnatio non fit, ubicunq; quis uti contumax, quia habetur pro confeſſo, condemnatus ſit.*

1 II. Limitatur, † ubicunq; quis uti contumax, quia habetur pro confeſſo,condemnatus fuerit,Nam tũc ad nullum partis intereſſe condemnari poteſt,ut inquit Bar.in l.cunctos populos.C.de ſumma Trini.& fide catho.& Iaſ.in l.properandum.§. ſin autem alterutra.col.7.C.de iudic.& refert & ſequitur Grat. in d.conſi.80.nu.3.uol.2.

1 *Expenſarum condemnatio facienda non eſt, quando accuſator à Iudice abolitionem petierit.*

1 III. Limitatur,quando accuſator à Iudice abolitionem petierit,iuxta.l.2.C.de aboli. Nam ſiue ei concedatur,ſiue denegetur, ab expenſis excuſatur, ut inquit Bar.in l.1.in princ.col.penult.uerſi.iuxta hoc quæro,quid ſi apparet euidens calumnia.ff. ad ſenatuſconſul.turpilia. quem ſequitur Abba. in c. finem litibus refert Iaſ.in d. §. ſin autem alterutra. ſub nu. 10.uerſi.ſextò nota.limita.

1 *Expenſis condemnandus eſt etiam ille,qui liti renunciauit.*

2 *Renuncians liti proprie ſuccumbere non dicitur.*

1 II. Ampliatur † ut etiã ille, qui liti renunciauit in
expenſis condemnetur,ut inquit Iaſ. in d.l.properan
dum.§.ſin autem alterutra.nu.2.C.de iudi. poſt Bal.
in l.poſtquam liti.in ult.col.quæſt.5.de pact.limitã-
do,ut ibi per eum,& idem Bald. in auth. contra qui
2 propriam.in 2.not.C. de non nu. pecu.† Et ſi renun-
cians liti propriè ſuccumbere non dicatur, ut not.
Bal.quem ſequitur Sali.in l.alia.in ult. nota. per illũ
tex.C.de his quib.ut indig.Præterea hãc ampliatio-
nem ſequitur Lancell.Courad.in ſua practi.lib. 1.c.
9.de prætor.§.3. de offic.pręto.in cauſ.crimi. nu. 6.
amplia.2.& eſt additio ad Cappel.Toloſa. deciſ. 5.
& Salic.in l.poſtquam liti.quæſt.8.nu.19. C.de pac.
ubi eſt quædam additio in litera C, quæ plures ad-
ducit,& Docto.in l.deſtitiſſe. ff.de iudi.

1 *Expenſarum condemnatio fit etiam coram arbitro.*

1 III. Ampliatur,ut etiam coram arbitro locum habeat,ut inquit Iaſ.in d.l.properandum. §. ſin autem

alterutra

alterutra num.2.C.de iudi & Lancell. in loco supra relato, ampliatio.3. per ea quæ uoluit Specula. in tit. de arbit.§.fin.versi. sed cum num.73.& Inno. in c. ex parte. versi. sed dices quomodo. de arbit.& Hostien. in summa, in tit. de Arbitr. vers. qualiter ad effectũ, & vers. sed nunquid potest, & Angel. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib.10.& Lanfran. de Orian. in tractã. de Arbit. part.7. quæst.26. nu.65. Ratio autẽ esse potest, quòd arbitria ad instar iudiciorũ redacta sunt. l.1.ff. de arbitr.

1 *Expensis condemnandus est etiam hæres illius, qui iustam causam litigandi non habuit.*

1 IIII. Ampliatur † regula supra firmata, etiam eo mortuo, qui iustam causam litigandi non habuit; Eius namq; hæres in expensis condemnandus est; vt inquit Lancell. Conrad. in sua prac. lib.1. cap.8. de pto.§.3. de offi. præto. in caus. crimin. de senten. defin. crimi. num.6. ampliatione 4. post Ias. in d.l. properandum.§. fin autem alterutra. nu.2. versi.3. amplia. C. de iudi. Ratio est; quia hæres vna & eadem persona cum defuncto censetur, vt habetur in Auth. de iureiuran. à morien. præstit. in prin. secundùm Bal. in l. si pater. C. si penden. appell. mors interuen. & latissimè quando hæres representet personam defuncti dixi in l.1.ff. de religio.& sumpt. funer.

1 *Expensis condemnandus est hæres prætensus, qui se opposuit, & probatur, non hæres.*

1 V. Ampliatur † quando aliquis hæres prætensus se opponit, & probatur non hæres. Nam talis in expensis, damnis, & interesse cõdemnabitur; vt inquit Rebuf. in tracta. de liter. obligat.8. artic. glo.3. num.3.& ratio est secundùm eum; quia reus contumaciæ causa in expensis condemnatur d.l. sancimus C. de iudi. vt ibi latius per eum.

1 *Expensis condemnandus est in causa appellationis; qui in causa principali obtinuit, si in causa appellationis ex eisdem actis succumbat.*

2 *Limitatur, quando appellans probabili errore ductus esset.*

3 *Expensis semper condemnandus est ille, qui succubuit in prima causa, & deindè appellauit, & iterum succubuit.*

4 *Expensis condemnandus non est ille, qui in prima causa obtinuit, & in causa appellationis succubuit, ex quo uidetur ob primam sententiam iustam litigandi causam habuisse, nisi ex eisdem actis succumbat. ut infra num.5.*

1 VI. Ampliatur, † vt procedat etiam in causa appellationis; & si in causa principali obtinuerit. Id tamen tunc verum est; si in causa appellationis ex eisdem actis succumbat, vt inquit Ias. in dicta l. properandum.§. fin autem alterutra. num.24. C. de iudic. & communem dicit Lanfran. in tracta. de expens. num.9. Id autem in appellante, qui etiam in causa principali succubuit, multo magis verum erit. vt inquit Lanfran. eod. loco num.14. versi. iuxta præmissa fac it, & Marsilius post alios in l. patre vel marito. nu.31.ff. de quæstio. Mouetur autem ea ratione, quòd iustam causam litigandi habere nõ præsumatur; ex quo contra eum prima sententia lata fuit, vt inquit Corn. in consil.181. num.19. lib.3.& communem conclusionẽ attestatur. Verùm Lancel. Conrad. in loco supra adducto ampliat.10.

2 Limitat † hãc ampliationem; quãdo appellãs probabili errore ductus esset; etiam si iuris error esset, vtputa quia ius dubium sit; & quis opinione alicuius insignis doctoris nitatur; nec sit in contrarium communis conclusio, vt post Petr. Ioan. Andr. Anto. de Butr. Bal. Angel. & Specula. consuluit Corne. in consi.181. nu.19. vol.3.

3 Ex prædictis † primò concluditur, eum, qui succubuit in prima causa; & deindè appellauit, si succumbat etiam in causa appellationis, semper indistinctè in expensis condemnandum esse.

4 Secundò † eũ qui in prima causa obtinuit, si deinde in causa appellationis succumbat, in expensis cõdemnandum non esse, cum videatur ob primam sententiam iustam litigandi causam habuisse; Quod tamen nõ procedit, cum ex eisdem actis succumbit, & ratio est secundũ Lancel. in loco supra adducto; quia victus in iure putans se probasse errauit. At iuris ignorantia non excusat, vt notatur in l. iuris ignorantia. ff. de iur. & fact. ignora. Præterea vltra supra deducta, quò ad primam conclusionem idem voluerunt Bar. & alij in d.§. fin autem alterutra, & rursus Barto. in l. tutores.§. curatores. ff. de admini. tuto. & in l. generaliter.§.1. vbi latius tradit Salicet. C. de reb. credi. & Bal. in l. fin. C. quando prouoca. non est necess. & glo. & Doct. in d. c. finem litibus. extra de dol. & contum. & Docto. in c. vt debitus. & in c. sæpe. extra de appella. & notat iterum Bal. in l. eos.§. cautionem. C. de appel. & refert Ias. in d.§. fin autem alterutra. num.23. Præterea idem voluit Guido Papæ in tracta. de appella. quæst.47. nu.38. & Ioan. de Plat. in l. vnic. versi. item nota hic. C. de sumpt. recupe. lib.10. vbi inquit, si omissa sit condemnatio expẽsarum in causa principali; nihilominus posse Iudicẽ in causa appellationis victum victori in expensis cõdemnare; Idem præterea quod supra firmatum est, voluit Alberi. in d.l. properandum.§. fin autem alterutra. nu.26. C. de iudi. & Specul. in titulo, de expẽs.§. nunc videndum. nu.1. cũ seq. vbi latius, & Barto. in consi.24. nu.2. vol.3. vbi tradit, quid de expensis totius causæ dicendum sit, & idem quod supra tenuit Franc. Marc. deci.185. sub nu.1. vol.2.

5 Quò verò † ad secundam conclusionem, vltra ea quæ ibi diximus, idem voluit glo. & sequitur Doct. in l. generaliter.§. si iudex. C. de reb. cred. & Bald. in l. fin. col. fin. C. quando prouoca. non est necesse. Id quod, vt supra diximus, intelligendũ est, nisi ex primis actis succumbat; Planè tunc prima sententia eũ à condemnatione expensarum non excusat, vt inquit Bartol. in d.l. generaliter.§.1. nu.8. & Anton. à Butrio, & Abba. in d. c. finem litibus. num.25. & sequen. latius prosequitur, & Angel. in l. negociorum. in princ. col. penult. extra de appella. & Rapha. Cuma. & Angel. Aret. in l.1. ff. de re iudi. & refert Iaso. in d.§. fin autem alterutra, num.24. & est de hoc additio

ditio ad decis. 223. Cappel. Tolosa. & si aliter prædicta capella in ea decisione teneret; Præterea idem uoluit Iacob. Butriga. seu additio ibi ad eum, in d.l. generaliter. §. 1. per illum tex. C. de reb. cre. ubi Bal. num. 8. & Inno. in d.c. finem litibus. num. 4. extra de dolo & contum. & Abba. in c. 1. numer. 16. extra de constitu. & Alexan. in d. §. sin autem alterutra. nume. 27. & 28. & Angel. in d.l. generaliter. §. sed iuramento. nume. 7. C. de reb. credi. & Felin. in consil. 23. numer. 13. & Balb. in decis. 8. & Guido Papæ decis. 137.

1 *Expensis licet Iudex appellationis in sua sententia simpliciter condemnet, dicendo uictum uictori in expensis condemnamus, attamen etiam de expensis primi iudicis, nisi appareat apud eum iustam causam litigandi habuisse, condemnatus intelligitur.*

2 *Sententiæ uerba, quando plura, uel pauciora comprahendere possunt, uel diuersus effectus habere possunt, nũquam ad illum sensum trahantur, quo iudex iniustitiam facere uideatur.*

1 VII. Ampliatur, † ut licet iudex appellationis in sua sententia simpliciter diceret, uictum uictori in expensis condemnamus; Attamen etiam de expensis primi iudicis; nisi appareat apud eum iustã causam litigandi habuisse; intelligendum esse, ut inquit Hyppo. Marsi. in d.l. patre uel marito. num. 71. ff. de quæstio. per ea quæ uoluit Alexand. in consilio non impresso incipiente in causa per nos mihi consulenda transmissa Magnifice, ac generose miles; quem refert & sequitur Felin. in c. significauerunt. col. 6. nu. 12. uersi. demũ. extra de except. Dicebat enim in eo
2 cõsilio Alex. † quòd quãdo uerba sentẽtię plura, uel pauciora cõpręhendere possunt, uel diuersos effectus habere possint, numquã ad illũ sensum trahi; quo iudex iniustitiã facere uideatur, ut est gl. i l. siquis ad exhibendum. ubi Bar. declarat. ff. de exceptio. rei iudi. cũ ijs, quæ habentur in c. penul. extra de excep. ubi dicitur, uerba sententiæ restringi, & limitari ex actis, & Bal. in c. fraternitatis. col. 3. extra de testibus inquit, licet appellatio uictoris ab expensis ualeat, quando uictus appellauit; illam tamen appellationem iudicem non excusare, ut latius per Felin. in loco supra adducto.

1 *Expensis non minus condemnatur, qui sententiã nullam dixit, quam qui appellauit.*

1 VIII. Ampliatur † regula supra firmata, ut condẽnari non minus in expensis à iudice debeat ille, qui sententiam nullam dixit, & succubuit: quam ille, qui appellauit, ut inquit Ias. in d.l. properandum. §. sin autem alterutra. num. 23. uersi. adde quòd C. de iud. & Lancel. Conr. in sua pract. lib. 1. ca. 9. de præto. §. 3. de offi. præto. in caus. crimi. in titu. de senten. definit. crimin. ampliatio. 11. post Bal. in l. omnem. honorem, nu. 2. C. quando prouo. non est neces. ubi inquit id notandum esse, & Afflic. decis. 70. post num. quarto.

1 *Expensæ per iuramentum uictoris probantur, & quomodo intelligatur.*

2 *Expensarum taxationis si conuentum sit inter partes ut simplici dicto, uerbo, uel iuramento stetur, an reuocari possit, & quomodo.*

1 IX. Ampliatur, † ut per iuramentum uictoris expensę probentur, ut inquit Ias. in d. §. sin autem alterutra. nu. 25. per illum tex. id tamen Præcedente Iudicis taxatione intelligendum est; ut inquit Lanc. in loco supra relato; ampliatione 12. & in tex. in d.l. properandum. §. & siquidem, & tradit gloss. in l. 1. ubi Doct. C. de sumpt. recupe. lib. 10. & glos. in §. oportet. in Auth. de Iudic. & est tex. in c. cum olim. il secõdo, & ibi glo. in uerbo iuraui. de priuileg. & glos. in c. constitutus, extra de procura. & glo. in c. dilecti. in glo. fin. extra de foro compet. & Specula. in titulo de expens. §. postremò. in princ. & in titulo ne fruct. & interes. §. fin. uersi. & ut clarior. Debet igitur iudicis taxatio præcedere ut ultra prædicta inquit gl. & sequuntur. Doct. in c. fin. extra quod met. caus. & in authen. nouo iure. C. de iudic. & Afflic. decis. 70. num. 2. & Ioan. de Plate. in d.l. unica. uersi. Quo autẽ iure. C. de sũpt. recuper. & Ioan. de Imo. in c. dilecti filii I. & A. n. 10. extra de foro compet. ubi inquit, id de expensis in lite factis intelligendum esse; secus uerò de expensis antè litem factis, quæ ut interesse petuntur, per tex. in c. peruenit. & c. constitutus. extra de fideiusso. Prætera eandem conclusionem sequitur. Anto. de Petrut. in l. 1. nu. 346. ff. de iureiuran. & Hyppo. Marsi. in Rub. C. de probatio. num. 152. & Bellame. in d.c. dilecti filii. I. & A. n. 10. extra de foro compet. qui etiam hoc de expensis in litem factis intelligit: non autem de ijs, quę antè litem, uel extra iudicium factæ essent; illæ namque per testes probãdæ sunt; Eandem conclusionem, de qua supra sequitur Franc. Aret. in d.l. properandum. §. & siquidem. nu. 10. C. de iudi. Franc. Marc. decis. 485. nu. 9. uolum. 1. & Ioan. Bapt. Plot. in l. siquando. num. 673. & 674. C. unde ui, ubi plures refert, & Afflic. super constit. Reg. in constitu. clementię. nu. 28. parte 2. ubi loquitur in causa criminali; & Abba. in d.c. finem litibus. num. 37. extra de dolo & contu. & in d.c. dilecti filij. num. 11. extra de foro compet. & Ioan. Petr. Ferr. in sua pract. papien. in form. libel. in actio. reali, in uerbo & expensis præsentis causæ, nu. 10.

2 His sic in iure subsistentibus, † Quęrunt Doct. quid si inter partes litigantes conuẽtum sit, ut simplici dicto, uerbo, uel iuramento aduersarii stetur. Et hac in re Doct. & præsertim Ioan. de platea. in d.l. unica. C de sũptu. recupe. lib. 10. & Docto. in d.c. finẽ litibus extra de dolo & contu. & in d.c. dilecti filij. extra de foro compet. & alijs in locis inquiunt, huiusmodi promissione non obstante, antequàm iuretur, eã reuocari posse, argumento. l. siquis iusiurandum. C. de reb. credi. & iureiurã. Si uerò antequàm reuocetur fortassè iuratum esset; reductionẽ ad arbitrium boni iuri peti posse. l. si libertus. ff. de oper. libert. & tenuit Bar. in l. fin. ff. de prætor. stipula. & refert & sequitur Abba. in d.c. dilecti. num. 11. in fi. extra de foro compet. & rursus idem Abba. in d.c. finem litibus.

nu.

nu.27.eod. titu. Vbi hanc conclusionem latè disputando, licet non concedat, ut antequàm iuretur promissio reuocari possit; ut tamen reductio ad arbitrium boni uiri peti possit, arbitratur, ut ibi latius per eum & hanc eandem opinionem sequitur Ioan. Petr. Ferrar. in sua pract. papien. in form. libel. actio. reali in uerbo, & expensis præsentis causæ, nu.11.

1 *Expensis non refectis erroneæ confessionis correctio non admittitur.*

1 X. Ampliatur, † ut nisi refectis expensis erroneæ confessionis correctio non admittatur, ut tradit Hyppol. Marsi. in d.l. patre uel marito. num.73. ff. de quæstio. & Lancell. Conrad. in sua pract. lib.1. c.9. de prætor. §.3. de offic. prætor. in caus. crimi. in titu. de senten. defini. crimin. ampliatio.26. & uoluit Bar. in l. rura. C. de om. agro. desert. lib.11. ubi tamē subdit, si iudici uidebitur, per tex. in l. edita. ubi tradit glos. C. de ædend.

1 *Expensarum condemnationem si iudex tempore interlocutoriæ omiserit, id in quacunque parte litis antè sententiam definitiuam supplere potest; nisi talis interlocutoria sit, quæ totam litem dirimat.*

1 XI. Ampliatur, † ut iudex qui tempore interlocutoriæ uictum in expensis condemnare omiserit, id in quacunque parte litis antè sententiam definitiuam supplere possit; nisi fortassè talis interlocutoria sit, quæ totam litem dirimat, ut inquit Ias. in d.l. properandum. §. sin autem alterutra, num.29. C. de iudi. & Lancel. Conrad. in loco supra relato. 13. ampliatione, & Bal. in d. §. sin autem alterutra. quæstio. penul. circa finem qui se refert ad notata per Innó. in c. sæpe. extra de appel. Vbi Inno. uoluit id usque ad sententiam definitiuam licere; quod dictum Inn. sequitur. Bal. in l. sancimus. col.1. C. de iudi. & Specul. in titul. de except. §. uiso. uersi. illud, & Marant. de ordin. iudi. in 6. parte princ. parte.2. in primo actu numer. 31. ubi plures refert, & Bart. qui etiam ipse refert Innoc. in l. terminato. coln.2. C. de fruct. & liti. expens. ubi limitat, ut supra diximus; nisi esset talis interlocutoria, quæ totam causam dirimeret, ut uidetur, exemplificare tex. in ca. sua nobis. in fin. extra de appella. quem tex. Bald. ibi plurimum commendat, & extollit.

1 *Expensas non comprehendit trāsactio generalis facta super re, de qua litigatur, licet ad connexa, et necessaria extendatur.*

XII. Ampliatur, ut pactum inter partes initum, ut de expensis stetur dicto partis, ualeat, ut tradit Marsil. in d.l. patre uel marito. numer.62. subdit tamen num.66. transactionem generalem super re, de qua litigatur, factam; licet ad connexa & necessaria ex-
1 tendatur † ad expensas tamen non extendi, ut inquit Lancel. in sua practic. lib.1. cap.9. de prætor, §.3. de offic. prætor. in caus. crimin. in titulo de senten. defini. in crimi. ampliatio. 14. Monetur autem Iason ibidem per tex. in l. iusiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiuran. ubi notant Iacob. Butri. & Bald. & in l. fin. C. de fideicommis. & & notant Din. Raiu. & Bart. in l. siquis in conscribendo. C. de episco. & cleri. & Specu. in titulo de testam. in §. restat. uer.24. & Ioan. And. in additio. ad Specul. in titulo de probat. §. uidendum. super uer. quid si ibi, & Bald. in l.1. col.2. & penul. C. de senten. quæ pro eo quod inter. & Bal. in authen. iubemus. col. ulti. C. de iudi. & Anto. à Butri. in c.2. extra de fide instrum. & in d. ca. finem litibus. col. penul. extra de dolo & contum. & notat Barto. in l. Theopompus. ff. de dot. præleg. & Alex. in consi.37. in princ. & col. ultim. uol.2. Id autem quomodo procedat, diximus supra in 9. ampliatio. uersi. His sic in iure.

1 *Expensas soluere tenetur uictus, etiam si Iudex suam interlocutoriam reuocet.*

1 XIII. Ampliatur, † ut uictus, etiam si Iudex suam interlocutoriam reuocet, expensas soluere teneatur ut inquit Hyppol. Marsi. in d.l. patre uel marito, nume.73. ff. de quæstio. & Lancel. in loco supra relato, ampliatio.17. & Inno. in c. cum cessante. in fin. extra de appella. per text. in l. si pecuniam. ff. de conditio. ob caus. & ponit Felin. in c. ad audiendam, il secondo, num.35. uersi. quartò per id quod not. Innoc. extra de rescript.

1 *Expensas ex primo libello factas soluere tenetur, qui illum mutat, & quando non.*

1 XIIII. Ampliatur, ut mutans libellum † ad expensas ex primo libello factas teneatur, vt inquit Hyppo. Marsi. in d.l. patre, vel marito, nu.73. ff. de quæst. & Lancello. Conrad. in sua pract. lib.1. c.9. de prætor. §.3. de offic. prætor. in causa criminal. in titu. de senten. defini. in crimina. ampliatio.18. & tradit Felin. in d.c. ad audientiam, il secondo, num.35. versic. 5. per id quod notatur, extra de rescrip. post Bald. in d.l. edita, in lectura Paduana, col. fin. uersi. postremò de refectione expensarum. C. de edend. Vbi inquit id non procedere, ubi libelli alteratio mutationem non induceret, latè de hoc loquitur Alba in consi.9. num.41. ubi considerat, an simus in eadem instantia uel diuersa; ut ibi per eum.

1 *Expensas reficere tenetur aduersario, qui libellum emendat, vt habetur in l. edita, C. de edendo, & de quibus expensis intelligatur.*
2 *Erroris correctio nisi refectis expensis, si iudici videbitur, non corrigitur.*
3 *Expensarum etiam minimus denarius restituendus est, antequam quis audiatur.*
4 *Expensas, quòd dicitur actualiter esse soluendas, de liquidis intelligitur, pro non liquidis autem cautionē præstare satis est.*
5 *Expensæ quando a iudice sine aliqua probatione taxari possint.*

1 X V. Ampliatur † vt procedat in casu. l. edita, C. de

de edendo.Nam ille qni libellum emēdat, aduersa-
rio expensas restituere tenetur, ut uoluit glo.quā se
quitur Bar.& post eum alii in d.l.edita.in uerbo per
petui,uersi.cum emendatione damni, ubi Deci.nu.
93.subdit id de illis expensis intelligēdum esse,quas
reus talis mutationis causa fecerit,& ideo hac ratio
ne illæ expensæ deducendæ sunt; quas reus domi fe
cisset,si alibi litigare cogatur, ut not.Bar. in d.l. cū
quem temere.ff.de iud.cum simili.ut tradit Alex.in
cōsi.27.uiso & opportunè discusso. circa finem lib.
2.& per illam glo.subdit ibidem Deci.nu.94.& uo
luit Bar.in l.intra.C.de omn.agro.desert.lib.11.in fi.
2 †erroris correctionem,nisi refectis expensis, si iudi-
ci uidebitur,non admitti,& dicit Bal.in consi.3.per
statutum,in fi.lib. 2.cum qui emēdauit,nisi refectis
expensis audiendum non esse, per tex. & ibi gl.in d.
3 l.edita †.& id locum habet,etiā si solus denarius de-
ficeret,ut notat Bal.in c.conquerente. in prin.extra
de restit.spolia.& tradit Alex.in d.l. edita post Bal.
4 & Sal.ibi.Illud autē,quod dicitur † expensas actua-
liter soluendas esse;de liquidis intelligendum est;At
pro non liquidis cautionem prestare satis erit,ut no
tat Bal.in consi.3.supra relato; Possunt etiam huius-
5 modi expense cause qualitate inspecta, † absque alia
probatione à iudice taxari,ut inquit Barto.in l.non
ignorat, C.de fruct.& litis expens. & tradit Alexan.
in dicto consil.37.colum.fin.uolu. 2.& refert Dec.
eodem loco.

1 *Expensis etiam condemnatur mulier, qua libellum emendare uult.*
2 *Mulieribus non succurritur,nisi in casibus a iure expressis.*

1 XVI. Ampliatur † etiam in casu l.edita.C. de edē
dō,quando mulier libellum emendare uellet; Nam
& ipsa quoque in expensis condemnari debet,ut uo
luit Bar.in d.l.edita.num.33.uersi.mulierem autem
puto.C.de edendo.contra gloss.quę contrarium sen
tit; Ratio autem est; quia mulier in hoc priuilegia-
ta non reperitur; meritò illud locum habet; quod
dicitur in l.final. C.de iur. & fact.ignoran. uidelicet
2 † mulieribus non succurri, nisi in casibus a iure ex-
pressis. Hanc conclusionem Bartol.post alios sequi
tur Decius ibidem nume. 96.& eam comprobat ex
eo; quòd huiusmodi emendandi & uariandi facul
tas a lege conceditur, & ideo absque alterius præiu-
dicio concessa uidetur,argumento, c.super eod. ex-
tra de offic. deleg.& l. 2.§.siquis a principe. ff. ne
quid in loco public.Accedat etiam,quòd in his,quæ
rigoris iuris conseruationem cōcernunt,nec mulier,
nec rusticus excusatur,ut notat Barto. in l.1.§.nun-
ciatio,nu.35.ff.de ope.nou. nunc.& ideo expensæ,
quæ propter actoris temeritate debentur.l.eum quē
temere.ff.de iudic.etiam a muliere debētur, ut in-
quit Bart.& refert Deci.in loco supra adducto,ubi
post Bart.& Alex.ad iura per glo.in contrarium ad-
ducta respondet.

1 *Expensis condemnatur actor,quando instantia eius negligentia periit.*
2 *Expensæ rei,qui propter actoris absentiam ab instantia absolutus est; ex expensis actoris sententia definitiua deducendæ sunt.*
3 *Expensas si iudex omiserit,qui appellationem desertam pronunciauit,an postea ex interuallo condemnare possit.*

1 XVII.Ampliatur,† ut actor in expensis condem
netur; quando instantia eius negligentia periit, &
ratio,est quia reus absolnitur ab obseruatione iudi-
cii,ut inquit Hippol.Marsi.in d.l. patre uel marito.
numero.75.ff.de quest.& est text. in l. nouerint ubi
tradit Bartol.& in l.fina. ubi notat Bald. C. ut infra
cert.tēpst.quæ.crim.term.& in l.properandū. §.illo
C.de iudi.& tradit Alex.in consi.66.uisis dubitatio-
2 nibus.col.1.vol.5.Illud autem adnotandū est; † has
rei expensas;qui propter actoris absentiam ab instā
tia absolutus est; ex expensis actoria sententię defi-
nitiuę deducendas esse,ut inquit Ias.post alios,quos
ipse refert,in l.properandum.§.& siquidem. sub nu.
21.C.de iudic. quam dicit communem opinionē,
& pro communi refert,& sequitur Bapt. à Villalo.
in litera E,num.146. Pręterea ad rē nostrā redeun-
do,hanc ampliationem sequitur Lanfra.in tracta.de
expens.nu.27.quo casu adhuc durat iudicis officiū
d.l.properādum.§.illo,ubi Docto.& pręsertim Ias.
num.6.& tradit Marant.de ordin.iudic.par.5.num.
59.& Lancel.Cōrad.in sua prac.lib.1.cap.9. de prę-
to.§.3.de offic.preto.in caus. crimi. in tit.de senten.
defini.crim. 19.& ult. ampliatio. & Thom.Gram.
decis.91.num.6.ubi alios refert. Pręterea, quòd ob
absolutionem ab obseruatione iudicij debeat actor
in expensis condemnari,uoluit Bald.in c. finem liti-
bus.nu.1.extra de dolo,& contu. & Ioan.Pet.Ferra.
in sua pract. Papien. in form. libel.in actio. real. in
uers.expensis pręsentis causę,nu.6.& licet dicat non
modicum repugnare text. in d.l.properandum.§.&
siquidem.& Philip.Fran.in c.ex ratione.num.75.in
3 fin.extra de appel.ubi etiam nu.76.quęrit † si iudex
omiserit quando appellationē desertā pronūciauit,
an posit postea ex interuallo,ut ibi per eū, & tradit
Bal.in c.ex parte,il secōdo,nu.7.extra de refcri. Prę-
terea quòd actor in sentētia absolutoria ab obserua
tione iudicicii in expensis cōdemnari debeat, uoluit
Inno.in d.c.finem litibus.extra de dolo,& contum.
quem refert, & sequitur Lanfranc.in cap. quoniam
contra falsam.in titu. de expensis, numero.27.extra
de probatio.

1 *Expensarum condemnatio fit etiā in sententia interlocutoria in articulo facti,secus iuris, & an id absolutè uerum sit.*
2 *Expensas siquis sententia interlocutoria reficere cōdēnatus sit,& deinde definitiuè etiam quò ad expēsas obtinuerit, an primas interlocutoria expensas recuperet.*
3 *Tex.in §.cum redhiberetur.l. cum autem. ff.de adil. edict.declaratur.*

1 XVIII. Ampliatur,vt † regula prędicta etiam in
interlocutoria locum habeat: Nam tunc uictus ui-
ctori

ctori in expensis condemnari debet, & id in articulo facti intelligendum est, secus autem iuris, ut uoluit Cynus in l. Polla. C. de his qbus ut indig. & Bal. in l. fi. in fin. C. quando prouoc. non est necess. Ratio autem quare in articulo iuris secus sit, ea est; quia sit talis, ut illicò à iudice expediri posit; & ideo expensæ, cum ius sit certum, necessariæ non sunt; ut exempli gratia dici potest, si fortasse facto sequestro quispiã præstita satisdatione sequestrum reuocare uelit; & aduersarius etiam pstita cautione id non licere contendat. Planè si tunc iudex sequestrum reuocari non posse interloquatur; uictus utique in expensis condẽnandus non est; propterea quòd id totum in articulo iuris consistit, ut uoluit Lranfranc. in tract. de expens. num. 16. & tradit Ias. in d. l. properandum. §. sin autem alterutra. sub nu. 10. uersi. 8. notabiliter limita. Id tamen sublimitat Lancello. Conrad. in loco supra sæpe relato, limitatione. 8. ubi reus esset pertinax, & ea de causa negocium differat, & de eius calũnia euidenter apparet; utputa quia negat, ea quæ cõfiteri deberet, & processum retardat.

Verùm redeundo ad nostrã ampliationem, quòd succumbens in interlocutoria super articulo facti, in expensis condemnandus sit, notant Docto. in l. non ignorat. per illum tex. C. de fruct. & lit. expens. ubi etiã tradit Castrens. num. 3. uersi. allegatur ergo iste tex. & idem uoluit Alex. post alios ibi ab eo relatos, in l. pperãdũ. §. sinautẽ alterutra. nu. 29. ubi limitat in articulo iuris, ut supra diximus. C. de iud. ubi etiã Bal. n. 6. & Iacob. Butrig. qui aliter distinguit in l. sãcimus. col. 1. uersi. quæro, an interlocutoria. C. de iudic. & in authen. qui semel. colu. penult. uersi. item quid si actor iam ter citatus. C. quomod. & quand. ind. & Alber. in l. idem erit. numer. 3. ff. de stat. homi. ubi post aliquos antiquos idem etiam uoluit, si sit articulus iuris; Propterea quòd licet ille articulus à Iudice tantum pendeat; attamen, ut supra diximus, pars, quæ se temere & sine ratione opposuit, expensarum & litigii causam præbuit; & ideò ad expensas tenetur, argum. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. aquil. Præterea hanc conclusionem sequitur Ias. in d. §. sin autem alterutra. num. 19. & nu. 10. limitatione 8. licet Bal. in consi. 348. num. 2. lib. 4. contrarium tenere uideatur. Attamen contrariam opinionem sequũtur alij omnes, ut uidimus, cum quibus conuenit etiam Corne. in d. l. non ignorat. nu. 7. C. de fruc. & lit. expens. qui id etiam in criminalibus locum habere arbitratur: prout uoluit etiã Salic. ibi. Id quod secuti sunt Neuiza. in consi. 38. num. 19. & 20. & Bartol. de carta. in consi. 63. num. 11. in uol. 1. consi. matri. diuersor. & Ioan. Bapt. Plot. in l. si quando. nu. 674. in fin. C. unde ui, & Didac. Couar. practi. quæst. cap. 27. uersi. quæro hæc condemnatio expensarum, ubi subdit, Iudicem hanc expensarum condemnationẽ ad definitiuam sententiam differre posse; & si nõ fuerit ab interlocutoria appellatum, deinde à condemnatione expensarum, quę ratione interlocutoriæ fit in definitiua, appellari non posse; ut uoluerunt Abb. & Deci. in c. sæpe. col. ult. extra de appella.

Verùm hac conclusione subsistente quòd etiam in interlocutoria uictus uictori in expensis condemnã-
2 dus sit. † Quæritur, si fortasse quispiam interlocutoriè condemnatus sit, & in definitiua deinde etiam in expensis obtinuerit; an primas interlocutoriæ expensas recuperet. Exempli gratia, tecum litigabam; & ob meam contumaciam ad 10. expensarũ causa tibi condemnatus fui, & solui; Deinde uerò pro me definitiua sententia fertur; qua mihi in expensis condemnaris; an hac sententiæ definitiuę condemnatione, ea decem, quæ solui, repetere posim: Qua in re primo ingressu, ut possem, dicendum uidetur, per tex. in l. cũ autem. §. cum redhiberetur, ubi not. Cepol. in 2. not. ff. de ædil. edict. ubi, id quod emptor à uenditore eius contumacia consequitur; uenditione redhibitoria actione resoluta, illi restituere tenetur; Contrariam tamen opinionẽ scilicet, quòd repetere non posit, tenuerũt Guiliel. de Cugn. Bar. & alij per tex. in l. si pignore. ff. de pignori. & per. tex. in l. 3. §. penult. ff. quib. mod. usufr. acquir. & in l. quod à quoquam nomine pœnæ. ff. de re. iur. & in l. cum pater. ubi idem rursus notat Bart. ff. de legat. 2. Ratio autem est; quia alioquin contumacia esset impunita; contra ea quæ habentur in l. ita uulneratus ff. ad l. aquil. Hac præterea ratione, & eisdem iuri-
3 bus idem firmat Cepolla. in d. §. cum † redhiberetur nume. 2. subditq; id uerisimum esse; & ad tex. in d. §. quòd ibi sit speciale, respondet, ut uoluit glo. in d. l. quod à quoquam. ff. de re. iur. Specialitatis autem ratio; ut ipse arbitratur, ea est; quòd natura redhibitionis est, ut omnia in pristinum statum, ac si uenditio facta non fuisset, reponantur. l. redhibitio. in prin. & l. facta. ff. de ædilic. edic. Verùm si uenditio facta non fuisset; ad illa 10. condemnatus non fuisset, ergo; Hanc eandem conclusionem sequitur Ias. post alios, quos ibi refert, in d. l. properãdum. §. sinautem alterutra. num. 2. uersi. septimò quæro. C. de iudi. & Hyppo. Marsi. post multos, quos ibi refert, in l. patre uel marito. nu. 76. uersi. sed quæri potest de quotidiana quæstione. ff. de quæstion. & Lancel. Conrad. in sua pract. lib. 1. cap. 9. de prætore. §. 3. de offic. prætor. in caus. crim. in tit. de senten. defini. crimi. limita. 17. & 27. & Franci. Marci. decisio. 585. num. 1. uolu. 2. & Petrus Rebuf. super constit. regn. Franci. in tracta. de senten. prouis. artic. 3. glo. 1. nu. 23. pag. 274.

1 *Expensarum condemnationis sententia incerta ualet & tenet.*

1 XIX. Ampliatur, † ut sententia etiam incerta in condemnatione expensarum ualeat & teneat; ut puta si dixerit fortasse Iudex; Sempronium ad expensas, quas fecit, uel fecisse probabit; condemnamus, ut notat Inno. in c. finem litibus. uersi. Sed respondemus, extra de dolo & contum. cuius dictum uti notabile, & singulare refert & sequitur Lanfran. in c. quoniam contra. in tit. de expens. sub n. 23. uersi. & quippe unum singulare est notandum. & idem tenet Nico. Boeri. in consi. 27. nu. 13. & adducit Inno. Ioan. Andre. Anto. à Butr. & Abba. in d. c. finẽ litibus. per tex. in l. terminato. C. de fruct. & liti. expens. ubi id tenet Barto. Bald. Angel. Sali. Paul. Castren. & alij, & Ioann. Petr. Ferra. in sua pract. papien. in form. libel. in actio. real. in uersi. & expensis præsentis causæ. & ideò dixit Bellam. in d. c. finem litibus. nu. 25. plerunq;

runq; futurarum expensarum condemnationem fieri, licet contrarium tenere uideatur Specul. in titul. de expens. §. fin. nu. 15. uide infra amplia. 71. in fi.

1 *Expensis etiam in illis uictus uictori condemnatur, quas facit actor, ut instrumentum a Tabellione recipiat, si debitor in mora sit.*

1 XX. Ampliatur, † ut uictus uictori etiam in illis expensis condemnetur, quas fecit actor, ut instrumentum a tabellione reciperet, uoluit Bal. in d. l. nõ ignorat, numero 4. ubi etiam Corne. num. 8. & alij sequũtur. C. de fruct. & lit. expen. Id tamen intelligendũ est, si debitor in mora sit; ut puta quia a die uel homine interpellatus non soluit; Alioquin locũ non habebit, ut uoluit Lanfran. referens Bal. in d. c. quoniã contra. in tit. de expensis, num. 23. uersi. ulterius quęro, & Alex. qui dicit hanc esse communem opinionem, in l. Aristo. numero 5. ff. de acquiren. hæred. & Barba. in consi. 7. col. penult. uersi. facit, quod uoluit Bal. uol. 2.

1 *Expensis mendax condemnari debet, & si alioquin absoluendus esset.*

1 XXI. Ampliatur prædicta conclusio; † ut etiam mendax in expensis condemnari debeat; & si alioquin absoluendus esset: ut inquit Afflic. referens ita in consilio Neapolitano conclusum fuisse, in decisi. 126. in fin.

1 *Expensis retardati processus uictus uictori condemnãdus est.*
2 *Expensæ etiam quæ fiunt pro exigendis èxpensis contumaciæ & retardati processus debentur.*

1 XXII. Ampliatur in expensis retardati † processus ut supra etiam diximus in princip. huius regulæ, per tex. in d. l. non ignorat. C. de fructi. & liti. expens. & in c. literis. & in c. finem litibus. extra de dolo & contum. Hanc conclusionem sequutus est Signo. de Homod. in consi. 36. num. 7. uersic. octauò præmitto. & Bal. in c. exceptionem. num. 1. extra de exceptio. & in c. sæpe. num. 8. extra de appella. ubi inquit. Id etiam in causa appellationis locũ habere; & Neuiza. in consi. 17. num. 15. qui num. 16. & sequen. subdit, has expensas retardati processus expensis contumaciæ cõparari, & prout de illis dicitur; antè omnia restituendas esse, ut latè post alios inquit Ias. in l. sancimus. C. de iudi. & licet Purpuratus in l. edita. col. antepenul. num. 305. C. de eden. dissentire uideatur; Attamen eodem loco num. 302. & 307. uult, non solùm antè omnia expensas contumaciæ, & retardati pro-
2 cessus restituendas esse, † sed etiam alias si quæ accederent ad prædictas exigendas; ut uoluit etiam Neuiza. in consi. 38. num. 17. ubi pluribus comprobat. & latè tradit Aymo Crauet. in respon. pro genero, suo, num. 380. & sequen.

1 *Expensas litis pater cum filio litigans subministrare tenetur.*

1 XXIII. Ampliatur † ut etiam pater, qui cum filio litigat, illi expensas litis subministrare teneatur: ut notant omnes in l. si instituta. §. si de inofficioso. ff. de inoffi. testa. & Bar. in l. si neget. ff. de liber. agnos. & tradit Cefal. in consi. 127. nume. 8. cum sequen. uolum. 1.

1 *Expensas litis, & alimenta maritus uxori secum litiganti præstare tenetur.*
2 *Expensas litis quando maritus uxori secum litiganti præstare teneatur.*

1 XXXIIII. Ampliatur, † in uxore cum marito litigante. Nam interim maritus illi alimenta, & litis expensas præbere tenetur; ut inquit Afflic. decis. 10. & decisi. 152. & Guido Papæ quæst. 439. nu. 4. & Ioan. Lopes in c. per uestras. § 39. ampliatione 8. extra de donatio. inter uir. & uxor. & Inno. & cœteri in c. ex parte. extra de accusa. Qua de re tradit etiam Boeri. in quæst. 325. num. 2. & Cefal. in consi. 127. nu. 6. & Capell. Tolosa. decis. 88. in additio. uersi. Idem dic.
2 de uxore. Cum autem mulier † est indotata, maritum expensas subministrare non teneri, uoluit Inno. prout eum refert, & sequitur Ioan. Anan. in c. salubriter. in fin. extra de usur. nisi fortassè uir matrimonium accuset.

1 *Expensas litis & alimenta debet dare frater sorori legitimam petenti.*

1 XXV. Ampliatur † in sorore a fratre legitimam petente. Nam ei lite pendente alimenta & litis expensæ a fratre subministrari debent, ut inquit Cefal. in consi. 127. num. 7.

1 *Expensas litis tenetur Abbas monaco secum litigãti subministrare.*

1 XXVI. Ampliatur † etiam in monaco cum Abbate litigante. Nã Abba. ei litis expensas subministrare tenetur; ut inquiunt Doct. in c. ex parte. extra de accus. & glo. latè in l. fin. in fin. C. de ordi. cognit. & Afflic. decis. 10. num. 11. & Cepha. in d. consil. 127. nu. 9. uol. 1. & est additio ad Capella Tolos. decisi. 88. & Rebuff. in tract. de senten. præindi. seu prouisione num. 106. ut inquit Alber. in d. l. fin. C. de ordin. cognit. & Iacob. de Aren. l. vix certis ex causis. ff. de iud. Ratio autem est, quia cum hi nihil habeant, interim lite pendente fame perirent. & ideò illis de alimentis, & aliis litis expensis prouidendum est.

1 *Expensæ litis & alimenta debẽtur cuilibet religioso pro utilitate monasterij accusanti, uel reformationẽ monasterij petenti, secus si propriam causam prosequatur.*

1 XXVII. Ampliatur in † quolibet religioso, ut inquit Rebuf. eodem loco num. 107. per ea, quæ in simili concludit Socin. iu consi. 99. serenissimus, & in consi. 101. uisis. uol. 3. Id autem intelligendum est; si religiosus pro utilitate monasterij accuset, uel monasterij

nasterij reformationem petat, d.c.ex parte, de accusa. At secus si propriam causam prosequatur. Planè tunc si non habet vnde viuat; & se iniuria non leui affectum dicat; cautela est, vt supplicet sibi de expensis prouideri, & iudex ei non negabit, vt voluerunt Domini Rotæ decis. 799. sciendum. in antiquis, & Egidi. Bellamera. decis. 159. in casu. Solent namq; Abba. & religiosorum Antistites, & superiores vltra modum in religiosos seruire, quò fit, vt appellare compellantur; & ideò interim appellatione pendẽte debet iudex his religiosis, vt pater filijs prouidere.

1 *Expensas litis debet dominus subministrare seruo & subiecto suo dominio secum litiganti.*

1 XXVIII. Ampliatur † in seruo, & subdito cũ suo Domino litigante. Nam Dominus sumptus litis subministrare tenetur, vt est text. in d. l. fin. C. de ordin. cognit. & vltra prædictos voluit Angel. in l. vix certis. in fin. ff. de iudi. & tradunt doct. in d. ca. ex parte, extra de accusatio.

1 *Expensas litis tenetur præstare reus actori, vbicunq; de vniuersa hæreditate, vel eius parte agit.*

2 *Frater reus conuentus alimenta fratri actori, qui fratris intestati hæreditatem petebat, præstare condemnatur.*

1 XXIX. Ampliatur, vbicumq; quis de vniuersa hæreditate, aut eius parte agit; Propterea, quod tali sic agenti reus expensas subministrare tenetur, vt inquit Gnido Papæ quæstio. 561. & sequitur Aymon Craueta in consi. 164. per tex. in d. l. fin. §. fi. C. de ordin. cognitio. & Specul. in titu. de inquisi. §. vlti. versi. porrò, & Aret. in c. si qui testium, nu. 14. extra de testib. & Alciat. in tracta. de præsumpt. regul. 3. præsumptio. 9. num. 9. & Didac. in tracta. pract. quæst. c. 6. col. 1. circa medium, fol. 40. qui hanc conclusionẽ veram esse asseuerat, & fol. 39. col. 2. inquit se hanc sententiam in Granatensi prætorio practicari vidisse,
2 † Nam fratrem reum conuentum fratri actori, qui fratris intestati hæreditatem petebat, alimenta præstare condemnauerunt; & sic adhuc sententiam in fauorem suum nõ obtinuisset. Idem voluit Aym. Crauet. in consi. 164. colum. 1. versic. secundò stringo, tractatur in suprema curia Gratianopolis solitum esse prouideri de litis sumptibus, etiam nulla lata sententia, & Alciat. in tractat. præsumptio. præsumpt. 9. num. 11. asserit vidisse iudices litis expensas, licet adhuc attestationes non essent publicatæ, decernere, & refert & sequitur Cephal. in consilio 127. num. 10. vol. 1.

1 *Expensas litis inopiæ causa aduersario quis contra se administrare tenetur.*

1 XXX. Ampliatur in † paupere, nam quis aduersario inopiæ causa expensas contra se administrare tenetur, vt est tex. in l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffic. testamen. & in d. l. fin. C. de ordin. cognit. & in l. fin. ff. de carbo. ædic. & in c. ex parte, extra de accusa. & refert Bauer. in quæst. 303. num. 4. volu. 2. & voluit Angel. in consi. 245. col. 3. post medium versi. præterea quis tenetur, & in auth. iusiuran. quod præstit. ab his; Contrarium tamen tenet, & Egid. Bosi. in sua pract. crimi. in tit. de alimen. præsta. vxo. num. 2. cum faciat regulam, quòd reus etiam diues agenti inopi alimenta & expensas litis præbere, non teneatur, per tex. in l. Imperatores, ff. de tutel. & ratio. distrahen. Quod tamen limitat, vt ibi per eum.

1 *Expensas litis inopiæ causa, etiam fiscus aduersario suo subministrare tenetur.*

2 *Aduocatus pauperum in Gallia expensis regis constitutus etiam contra Regem.*

1 XXXI. Ampliatur, † vt etiam fiscus in casu inopiæ aduersario suo expensas subministrare teneatur. vt inquit idem Boeri. in decis. 303. nu. 4. vol. 2. per iura in præcedenti ampliatione adducta, & ea, quæ voluit Paris de Puteo in tracta. de sindic. in verbo expens. & ideò inquit Bal. in l. magis puto, §. in primis, versi. item, quòd si inope, ff. de reb. cor. qui sub tute.
2 inde oriri, † quòd in Gallia parti cum rege litiganti, si non habeat vnde expensas faciat, est pauperum in prouincia aduocatus regis sumptibus constitutus.

1 *Expensis absens condemnandus est, quæ fiunt ob id, quòd commissarius ad absentem ad iurandum de calumnia, vel depositionibus respondendum mittatur. secus si ad personam egregiam mittatur. Nam tunc expensis communibus mittendus est.*

2 *Expensis communibus causa consilio sapientis mittitur.*

3 *Expensis vnius tantum quando commissarius mittendus sit, vel quid fieri debeat.*

4 *Expensis quibus carceratus appellans, & ad regis curiam, vel aliam remitti petens, remittendus sit.*

1 XXVII. Ampliatur † si commissarius ad absentẽ ad iurandum de calumnia, vel depositionibus respondendum mittatur. Quandoquidem tunc expensis absentis mitti debet, vt inquit idem Nicol. Boeri. in d. decis. 303. num. 5. vol. 2. per ea, quæ voluit glos. quã Bar. ibi dicit singularem in l. prætor. §. defendi, in verbo deteriorẽ. ff. quib. ex caus. in possess. eatur. Subdit tamen secundùm Specula. quem Ioan. Andr. & Bal. in eius additione sequuntur, in titu. de iuramen. calumn. versi. penult. & Guido de Suza. in auth. principales. C. eod. tit. si mittatur ad personam egregiam, secundùm tex. in l. ad egregias, ff. de iureiur. expensis communibus mittendum esse; propterea, quòd talis actus communẽ vtilitatem continet; Litem. n. iureiurãdo finire communis vtilitatis est; & ideò expensis communibus faciendum est; Hanc conclusionem sequutus est Domi. à Sancto Gem. in c. præsentium, col. 8. de testib. li. 6. & Alex. in d. l. ad egregias,
2 vbi etiam Ias. qui idem vult † cum causa consilio sapientis determinanda committitur. Nam etiam tũc id communib. impensis fieri debet, vt voluit idẽ Specula. in tit. de assesso. §. salarium, versicu. quid ergo si

alter

alter litigatorum,& Bart.in l.si postuletur. in princ.
ff. de adult. & uoluit decisi. 274. Cappell. Tolos. Si
uerò Iudex ad personã non egregiam mitteret, uel
non infirmam, sed ad absentem; qui per procurato-
rem nulla necessitati cogente: sed ex arbitrio suam
3 causam agebat,& tunc ipsius expensis mittendus est
ut uoluerunt Specul.& Doct.supra relati. & ita pro
cedat dictũ glo.in d.l.pretor ait.§.defendi. & ideo ut
Iudex hanc distinctionẽ sequi debet, declarãs cuius
expensis fieri debeat, [illegible] arbitrio commit-
tatur, ut inquit Alex.in l.generaliter.§.his de præsen
tibus, post Bart.in 4.not.C.de reb.cred.Querebatur
4 †etiam hac in re, si carceratus appellans se ad regis
curiam remitti petat, cuius expensis talis remissio
fieri debeat,& idẽ Beroius in d.decisi.303.nume.5.
uol.secundo, inquit authoritate Aufrerij in decisi.
Capell.Tolos.100.& Bal.& Salic.post Iacob.q Butri.
in l.eos super his. C. de appella.quòd si Iudex laicus
clericum cœperit, qui accusatur de crimine capitali
& clericus ad suũ Episcopum remitti petat; eius cle-
rici petentis expensis, talem remissionem faciendã
esse: ut rursus uoluit Bal.in l.minimè. C. de appella.
& declarat Ioan.Taber.in d.l.minimè. intelligendo
tamen si carceratus habeat unde soluere possit, alio
quin expẽsis iudicis à quo; Omnia enim onera & suf
fragia iustitiæ expensis carcerati, si in culpa, & soluẽ
do reperietur, fieri debent; Alioquin expensis prose
quentis & ultimo loco fisci, argumento.l. lex Corne
lia.§.si quis libellum, ibi, pretium constituitur, ubi
Angel.& Alex.in additio.ad Bart.ff. de iniur.& Bar.
in l.lege Cornelia in fin. in princ. ff. ad senatuscons.
Sillania. ut latius per ipsum Nico.Boer.in §.29.glo.
1.de iurisdi.omn.iudi.in noln. consuetu. Biturgien.
& habetur in decisi.274. Capel. Tolosa. & de his si-
milibus plura per Boerium in d.decisio.203.ad quẽ
me refero breuitatis causa, tum etiam quia extra rẽ
nostram esse uidentur.

1 *Expensas reficere debet ille, contra quem primum de
cretum interpositum est; si tenutam recuperare uelit
& etiam non utiles in re factus.*
2 *§.quod ait prætor.l.ait prætor.ff.de indi.an habeat lo-
cum de iure canonico.*
3 *Stultus melioris conditionis quàm sapiens esse non
debet.*
4 *Expensis condemnare & simul in possessionem mitte-
re an Iudex possit.*

1 XXXIII. Ampliatur† regula, redeundo propius
ad rem nostram, ut ille, contra quem primum decre
tum interpositum est; si tenutã recuperare uelit, ex-
pensas reficere debeat, ut est tex. in auth. ei qui. C.
de hon.author.Iudi.possid.& tenuit Alex. post Cy-
num in l.si finita.§.Iulianus.numero 9. uer. pro quo
adducit Cynum.ff.de damn.infec.Immo, quod plus
est, etiam expensas in re factas, quamuis non sint uti
2 les, ut est tex.in l.ait prætor †§.quod ait prætor.ff.de
iudi.Quærit tamen Roma. in singul. 413. tu habes
tex. an §.quod ait prætor. de iure canonico locũ ha-
beat,& locum non habere arbitratur. authoritate
Hostiensis, quem refert Ioan.Andre. in nouell. in c.
cum uenissent.in fin.per illum text. extra de eo qui
mitt.in posses. & hanc opinionem Roma. sequitur
Alex.in d.§.quod ait prætor.in additione ad Barto.
Verùm Abba.in d.c.cum uenisset.col.penul.sub nu.
11.nec mihi non placet dictum suum, Hostiẽsis opi
nionem reprobat; Mouetur autem ex eo, quòd ex-
pressè iure canonico reuocatum non reperiretur; &
præsertim. quia ille, qui eas impẽsas fecit, bona fide
fecit,& certabat de damno uitando. Vnde ei multò
magis de iure canonico, quàm reo, qui cõtumax fuit
3 faciendum est; † cum stultus melioris conditionis,
quàm sapiens esse non debeat. c. cũ qui. de præben.
in 6. Preterea hanc opinionem Abba.contra Hostiẽ
sem sequi uidetur Nico. pign. in additio. ad Roma.
in dicto singul.413. Videtur etiam huiusmodi con-
clusio ex eo comprobari, quòd in dubio ius canoni-
cum à ciuili differre non debet. cap.1.extra de nou.
oper nunci.
4 Quæritur stante prædicta conclusione † an iudex
simul in possessionem mittere possit, & in expensis
condemnare; Qua in re Iudicem posse dicendũ est
cum de contumacia constat, vt uoluerunt Ioan. An
dre.Calde.& Ligna.in c.2.extra de dolo & contum.
ubi eos sequitur Panor.col.fin. addens hanc conclu
sionem uerissimam esse, ut ibi ipse latius concludit,
& rursus idem uoluit Abb.in c.quoniam frequenter
§.in aliis.in 3.nota.extra ut lit. non contesta. & An-
dre.de Iser.super constit.regn.in Rub.de form.pro-
ced.in caus.prædictis.post citationem in uerbo, Re
latione, in commento, linea 44.fol.411.

1 *Expensis condemnatur aduersario etiam minor, qui
restituitur, & quomodo.*
2 *Expensas quando pupillus præstare teneatur.*
3 *Expensas banni & cancellationem non soluit banni-
tus per contumaciam.*
4 *Citandi sunt propinqui, amici affines & omnes alii,
qui uerisimiliter eius defensionem sunt suscepturi,
quando quis bannitur.*

1 XXXIIII. Ampliatur † prædicta conclusio in mi
nore, qui restituitur; propterea quod in expensis ad-
uersario condemnari debet; vt decidendo uoluit
Capel.Tolosa.in decisi. 329.per ea, quæ uoluit Ho-
stien.in summa in tit.de in integr. restit.in fin. & est
tex.in l.non est ignotum.C.de admini.tuto.& tradit
Bart.in l.si finita.§.& si fortè. ff. de damn. infect. In
additione autem ad dictam decisionem, dicitur, ani-
maduertendum esse; Propterea quòd Hostien.in lo
co relato loquitur; Quando minor se aduersus im-
missionẽ ex primo decreto propter suam contuma-
ciã factã; cũ nullus apparet defensor, restitui petit.
Nam tunc si post annum in integrum restitui petat,
ad expensas tenetur,& ita inquit dictum Bart.in lo-
co supra relato intelligendum esse; Id quod ẽt Bal.
innuere uidetur in l.3.C. in quib.caus. in integr. re-
stit.nõ est necessa.in fi. Prout uoluit Vbert. de Bob.
quem refert Ioan. Andre. in additio. ad Specul. in
tit.de primo & secundo Decreto, uersi. quid si non
reperiatur; ubi Ioan.Andre. tres alias refert opinio-
nes, quarum una est Iaco.de Aren. qui ita distingue
bat

bat; Aut tempore tenutæ tutorem, vel curatorem, aut legitimum defensorem non habet; Aut verò habet, & si habet; aut sunt soluendo vel non; Primo igitur casu principali, quãdo scilicet minor tutorẽ, vel curatorem, aut legitimum defensorem non habebat, tenuta minori, & si expensas non soluat, restituenda est l.fin.C.si aduers.rem iudi.dum inquit tex. nullum vobis præiudicium, & l.acta.§.fin.ff.de re iudi.& l.contra pupillũ. C.qui legit. perso. & l.in causæ.la secõda.ff.de mino. Nã his legibus restitutionẽ tũe minori necessariã nõ esse, inquit expressè apparere; vel alio modo distinguit. Aut minor defensorem legitimum tempore datæ tenutæ non habens erat pupillus, aut adultus, & primo casu si tutorem dari petere non tenetur.l.2.ff.qui pet.tuto. & tunc expensis non solutis tenutam recuperabit; Secundo verò casu; cum est adultus, ex quo petere tenetur.l.3.§.tutores.ff.qui pet. tut. & l.1. C.eod.tit.si non petat, in dolo esse videtur; contra quem non restituitur. l.si ex causa.§.nunc videndum.ff.de mino. & ideo tunc nisi solutis expensis possessiõẽ recuperare nõ poterit.

At Ioannes Andreæ ibi magis probat illud, quod dixit Specul.in in prædicto uer.ut scilicet, ubi siquis curatorem non habet, actor amicos, uel potius ipsũ prius requirat; vt curatorẽ petat d.l.1.C.qui pet. tuto.& præsertim secundùm lecturam Iacobi de Rau. quam ponit ibi Cyn.quę vuult, admonitionẽ, de qua lex loquitur, & necessariam esse, & petendam à iudice; Minorem scilicet ad petendum curatorem vocari, & ideò inquit ipse Ioan. Andr. ad iustificandam tenutam actori non sufficere, si minorem defensorẽ non habentem super principali vocãdum curauerit, & ita intelligit illud, quod notatur in d.l.fin. C.si ad-
2 uers.rem iudi. Præterea opinionem, scilicet, † quòd pupillus ad expensas teneatur, ex quo legitimè vocatus non fuit, vt inquit Ioan. Andr. tenuit Guido de Suza.in l.1.ff. siquis ius dicen. non obtemp. Et idem quoq; de bannito dicendum arbitratur; Quandoqui-
3 dem † si per contumaciam bannitus fuerit, expensas banni, vel cancellationes non soluet; Propterea,
4 † quòd propinqui, amici, & affines ipsius citãdi erãt, Item & omnes alij, quos non esse ipsius defensionẽ emissuros, verisimile est. Quomodo autem, & quando minor aduersus contumaciam, & dolum præsumptum, aut verum restituatur, tradit Bar. in l.1.§. minor etiam.ff.de minor.

Verùm dũ secũdo loco Iacob. distinguendo dicebat: Aut minor hẽt tutorẽ, vel curatorẽ, & tunc si soluendo sunt, eũ ad expensas teneri, quas à dicto tutore, vel curatore recuperabit.l.qui solidũ.§. etiã, ff.de lega.2. Alioquin ad eas nõ tenebitur, & tenutã recuperabit.l.cum mandato.ff.de min. & l. summa cum ratione.§.si dolo.ff.de pecul.& l.fin.ff.de admini. tuto.& l.1.§.hoc edicto.ff.ne uis fiat ei.

1 *Expensis condemnare potest eadem die iudex, qui frustratoriè appellatum pronunciat, & sic iudex esse desinere videatur.*

1 XXXV. Ampliatur, † vt etiam si iudex frustatoriè appellatum pronunciauerit, & sic desinere esse iudex videatur, possit tamen eadem die in expensis condemnare, vt voluit Ioan. de Imol. in l. cum quærebatur. ver. sed contra istã practicã, ff.de re iudi. per tex.in c.cum appellationibus, extra de appellatio. in 6. vbi inquit text. esse clarum, & singularem, quem refert, & sequitur Ioan. de Anan. in cap. qualiter, & quando.il primo, col.2. versic. aut vult corrigere, vel addere, extra de re iudi.

1 *Expensæ commissariorum ab ea parte, quæ eos elegit, seu eius occasione plus vacauerunt restituendæ sunt.*
2 *Expensæ capitum magistrorum à qua parte soluendæ sint.*
3 *Expensæ iudicum, qui ad locum differentiæ mittuntur, & alia facere tenentur, ad quam partem pertineant.*

1 XXXVI. Ampliatur † in expensis commissariorum; quæ ab ea parte, quæ eos elegit, seu cuius occasione plus vacauerunt, restituendę sunt: Hãc conclusionem ponit Francis. Marci decis. 221. volu. 1. qui
2 loquitur de expensis commissariorũ, † quibus (ni fallor) similes sunt Florentiæ illi, quos vulgo capomae-
3 stri. Nos verò peritos vocare solemus, † Id quod etiã de iudicibus, & similibus, qui ad locũ differentiæ accedunt, dicendum est, & ideò Francis. Marci eodem loco quærit, si duobus curiæ iudicibus communiter cõmissum sit; vt pro vtraque parte testes examinent, & ad locum differentiæ se conferant, & ad recipiendum instrumenta, & articulos, an si contingat, vt pro altera parte plures dies impendant, expensis, & sumptibus proprijs illius partis fieri debeat; Qua iure, quòd proprijs, & particularibus illius partis, cuius causa plures illos dies impenderunt, sumptibus fieri debeat, arbitratur; Mouetur autem ex eo, quòd in iudicijs æqualitas seruanda sit.l.fin. C. de fruct. & lit. expens. & vbi lex deficeret; solam naturalem rationem allegare sufficeret, vt inquit Ias.in l.illam.C. de collatio.& si deinde huiusmodi expensæ in condẽnatione expensarum, quæ ratione victoriæ fit, venire debeant.l.properandum.§.si autem, C.de iudi.

1 *Expensas integras an verò pro rata illius sententiæ, super qua non est transactum, reus reficere teneatur si fortaßè super pluribus litigatum fuerit, et propter rei contumaciam immißio facta fuerit, & ea pendente partes super duobus transigant, & deinde rem possesionem recuperare velit.*

1 XXXVII. Ampliatur, † si fortassè super pluribus litigatum fuerit; & propter rei contumaciam immissio facta fuerit, qua pendente partes super duobus transigãt, & deinde reus possessionẽ recuperare velit; & expẽsas contumaciæ pro rata illius sniæ, super qua nõ est trãsactũ, soluere: Actor verò integras petat; vt integras soluere teneatur, voluit Ioan. de Deo, quem refert, & sequitur Ioan. Andr. in rubr. de eo qui mit.in possess.caus.rei serua.num.2. nisi super expẽsis trãsactũ sit. Ratio aũt est; quia aliud est trãsigere super principali, aliud super expẽsis. c.in nostra de iniur.& c.cũ olim, il secõdo, de priui. ubi patet eũ,

qui obtinuit in principali, saltem in parte in expensis condemnari. Præterea constat sæpe in principali causa uincentem in expensis condemnari. c. appellatore. 2. quæstion. 6. & c. calumniam. de pœn. & l. properandum. §. & siquidem. C. de iudi. ut latius tradit ibi Ioan. Andre.

1 *Expensas in lite factas petere poterit actor; & si lite pendente cũ aduersario pepigerit, ut illud, quod principali petitione petitum est, sibi restituatur, non obstante tali pactione nisi ex transactione appareat, reum temere in iudicium uocatum esse.*

1 XXXVIII. Ampliatur in transigente.† Nam si lite pendente actor cum aduersario pepigerit; ut illud, quod principali petitione petitum est; sibi restituatur, aut soluatur; Attamẽ non obstante huiusmodi cõuẽtione, aut trãsactione, poterit actor expensas antea in d. lite factas petere: ut firmauit Capella Tolosa. decis. 5. & est tex. in §. fi. Instit. de perpet. & tempo. actio. ut etiam uoluit Ioann. Faber, & additio ad dictam decisionem, cuiuscunque sit, dicit, ita uidisse in facto obseruari: Verùm Ioann. Imber. Rupellanus in libro quem inscripsit. Institutio. Forensium Galliæ lib. 2. fol. 257. uersi. licet autem; Id intelligit, ubi ex ipsa transactione appareat, reum iniustam litem fouisse, & ideo actoris satisfecisse desiderio; Tunc enim nisi expensæ specialiter remissæ sint; de eis reum conueniri posse; Quemadmodum si lite pendẽte petita soluat. Verùm si ex transactione manifestum sit, reũ temere in iudicium uocatum esse; utputa quia nihil, aut minimum, quid ex ea transactione actori concedat; reus tunc ab expensis liberatus uidetur.

1 *Expensas refitere tenetur Iudex, qui dolo, uel culpa, uel negligentia aliquem iniustè uexauit.*
2 *Expensas an teneatur reficere iudex, qui cum consilio sapientis iudicauit, si consilium sit per imperitiam iniustum.*
3 *Assessor, qui iniustam sententiam etiam de consensu partium electi, tulerit, eius causa tenetur.*
4 *Expensas an reficere teneantur arbiter, arbitrator, peritus magister, agrimensor, notarius, consultor & executor sententiæ.*
5 *Expensas petitas Iudex si non adiudicat, facit litem suam.*
6 *Expensis si Iudex absque legitima causa uictum uictori condemnare omiserit, eas illi de suo resarcire tenetur.*
7 *Expensas, quas Iudex de suo soluit, an à parte uicta repetere possit.*
8 *Expensæ litis solùm officio iudicis mercenario debentur.*
9 *Tex. in l. missi opinatores. C. de exacto. tribut. lib. 10. declaratur, & num. 10.*
10 *Culpa grauior est faciendo, quàm in omittendo.*
11 *Expensas, quas iudex soluit, à parte uicta repetere potest, quando iure actionis, ex dispositione statuti, uel quia promissæ essent per stipulationem deberentur.*
12 *Expensas an reficere teneatur secundus Iudex, qui reum in expensis condemnauerit, cum primus & ultimus iudex pro eo iudicauerint.*

XXXIX. Ampliatur, ut etiam Iudex, qui dolo, uel
1 culpa, uel negligentia, aliquem iniustè uexauerit: ad expensas teneatur, ut uoluit Geor. Nat. in clement. sæpe. §. quę omnia. de uerbo. signifi. post Guiliel. de monte, ubi per eum, argumento. ca. Dominus. 23. quæstio. secunda, & quæstio. 5. c. administratores, & 3. quæstio. 7. ca. qui. & in Authen. ut different. Indic. §. primo, & l. filiusfamilias. ff. de indici. & Instit. de obligat. quæ ex quasi delict. in princip. & in l. si appellationem. C. de appella. & in ca. cum terni. de re iudica. in sexto. & est tex. in l. siquis in conscribendo. cum glos. C. de pact. & tradit Bald. in l. mancipia. C. de seru. fugit. & in sua quęstione incipiente, Iudex qui per imperitiam & in l. fin. ff. de uari. & extraordi. cognitio. & tradit Petr. Anchar. in d. c. cum æterni. ubi sequitur dicta Bartol. in d. l. fin. & faciunt ea quæ uoluit Abba. in Rub. de appella. in uersic. ad septimum. & Bald. in l. siquando. in fin. C. de testibus, & Angel. in d. l. mancipia. in lectura Florentina; & Bartol. & Bald. in l. 1. C. quomod. & quando inde. & rursus Bald. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de edend. & in d. l. obseruare. §. proficisci. quæstio. 28. & Bal. in c. 1. §. Iudices. col. 3. de pace iuram. firman. & Ang. in l. 3. §. in eo. ubi Imol. post Bart. ff. de dam. infect. & Ang. pulchrè in auth. scenicas. & in d. l. si filius. & Cepolla. in caut. 179. & Hippol. Marsil. in practi. crimin. in §. superest. nume. 8. & Cyn. in l. sancimus. C. de indic. & Bald. in l. non ignorat. C. de fruct. & liti. expens. & Catald. in tracta. sindic. in uersi. 132. incipiente, adde quòd iudex tenet. ubi ad hoc allegat Bald. in authen. generaliter. C. de episc. & cleri. dum inquit, quòd iudex malè inquirens ad interesse partis, uel reipublicæ tenetur; prout etiam si malum fideiussorem acceperit, per ea quæ uoluit Guiliel. de monte in dicta clement. sæpe. de uerbo. significatio. & de his tradunt Docto. in l. secunda. §. si præses. C. de magistr. conuen. & Docto. in l. 2. §. si publico. ff. de adulter. & Bald. in l. fi. C. de probationibus, & in l. final. colum. 2. C. de testibus, & Alexand. quem non prętermittas, in l. Athletus seruus. ff. de fals. & Ang. in l. quæro. §. si seruũ. ff. de ædil. edi.

2 Hic quæri † potest, an iudex, qui cum consilio sapientis iudicauit, si sit per imperitiam iniustum consilium, an ipse teneatur. Hac in re, ut refert Marsi. in dicta practic. criminal. §. superest. numer. 17. uariæ sunt Docto. opiniones. Nam, ut refert Georg. Natta in dicta clement. sæpe. de uerbor. significa. Bartol. mouit hanc quæstionem in l. fina. ff. de uari. & extraordin. cognit. & in l. ex maleficiis. in princip. ff. de action. & obligat. quibus in locis rem indecisam relinquendo, se refert ad Speculato. in titulo, de requis. consil. prout facit etiam Abbas in ca. pastoralis. in §. quia uerò extra de offic. delegat. Angel. uerò in l. filiusfamilias. in fin. ff. de iudic. ut non consultor, sed iudex, qui secundùm illud consilium pronunciat, teneatur, intelligere uidetur, ex quo illud sequi non tenebatur. Tum etiam quia Iudex se peritum asserit. l. 2. in princip.

& in §.fin.ff.mand.& ita inquit tenere Iacob. Butri.
qui etiam illud addebat, vt consultor etiam iudici
non teneatur, & hanc Angel.opinionem etiam Pau.
Castr.ibi sequi videtur.

Contrariam verò opinionem, vt iudex illo consi-
lio excusetur, suadere videtur text. in l. cum bono-
rum. ff. de bonor.possess. Fędere tamen distinctio-
nis inquit Bal.in rub.C.de pœn.iudi.qui mal.iudi.in
similitra dicere. Aut iudex sibi assessores elegit; &
non excusatur, l.si procurator. §.si tutores, ff. mand.
& voluit Accur. quem sequitur Bald. in l.2. ff. quod
quisque iur. dum inquit Accur.ob id, quòd opera im
periti vsus sit; litem suam facere. Facit etiam dum.
Ang.in §.omnem, in authen. de litigio. voluit, quòd
licet potestas sententiam ferat; eamque sub exami-
ne iudicis maleficij latam dicat; Attamen ab ipso Po
testate latam censeri, & ideo ipse teneatur, prout vo
luit etiam Cepolla in sua caute.258. Optimè etiam
comprobatur ex ijs, quæ voluit Bartol. in l.si conue-
3 nerit, ff.de re iudi.dum inquit. † Assessorem, qui in-
iustam sententiam ex consilio iuris periti, etiam de
consensu partium electi tulerit; eius causa teneri.
Ratio autem est; quia tali iniquo & iniusto consilio
acquiescere non debebat l. quidam decedens, & l.
Titium aut Meuium. in princ. ff. de admini.tuto. & fa
cit tex. in l. nemo, C.de senten. & interlo. omn.iudic.
Nisi à partibus actum sit, vt prędicto consilio a con-
sultore relato standum sit, & ideo Bart.consilium de
dit, vt in commissione partes ex nunc consentire, vt
secundum consilium talis feratur sententia, appona-
tur: per ea quæ habentur in d.l.si conuenerit. At
Bald.in d.l.obseruare, in §.proficisci, ff. de offic.pro-
consul.quem sequitur Imol.in d. l.si conuenerit, iu-
dicem excusari voluerunt, & partes eligentes sibi
imputare debere; Quasi in dubio iustam causam cō-
silium sequendi habuerit; ex quo partes consultorē
pro perito approbauerunt, argum.eorum, quæ not.
in d.l.2. ff. quod quisque iur. & in l. qui solidum. §.
etiam. ff. de lega. 2. id quod rursus voluit Bald. in l.
mancipia.C.de ser.fugi.Id autem nisi consilium eui-
dentem iniquitatem contineret, intelligendum est,
vt inquit Imol.in d.l.si conuenerit. Nam tunc iudex
litem suam faceret, vt videtur concludere Castren.
in consi.15.col.2.& in consi.85. vt latius per Marsil.
in loco supra adducto in fi.

Aut verò respublica, vel princeps eos elegit, vel
deputauit, & tunc tanquam cuidam formæ astrictus
excusatur, vt notatur in l.Polla, C.de his quibus, vt
4 indig. Quid † autem de arbitro, arbitratore, peritis
magistris, agrimensoribus, notario, cōsultore, execu-
tore sententiæ, de quibus post Nattam tradit Hypp.
num.11.& sequen.vbi videas.

5 Et prædictis additur, ꝙ † iudex, q̄ expensas peti-
tas nō adiudicat, facit litē suam, vt inquit Io. Minsin
gerius in §.hæc aūt omnia nu.9.instit. de pœn.teme.
litig.& Ang.in l.sancimus, per illū tex. C.de iudi. vbi
Ias.nu.27.& Lucas de Penna in l.missi opinatores.§.
qui si.versi.seruata.C.de exacto.tributo.li.10. & Io.
Pet.Ferrar.in sua practi.Papien.in tit. de form.libel.
actio.real.in ver.expensis, nu.8. Id quod quando pe-
titæ sint, intelligendum est, vt inquit Imol. in c. quia
nonnulli, nu.13.extra de rescript.

6 Præterea etiam animaduertendum est, † quòd iu
dex, qui absque legitima causa, victum victori in ex-
pensis condemnare omiserit; eas illi de suo proprio
resarcire tenetur, vt est tex.in d. §.sin autem alterutra
l.properandum, vbi omnes notant, & præsertim Ia-
7 so numero 27. C.de iudic. † An autem si iudex sol-
uerit eas à parte victa repetere possit, Specula.in ti-
tulo, de expens. §.postremò, versic. illud etiam noto,
eum repetere posse arbitratur, per text. in d. l. missi
opinatores, C.de exacto.tribu. libro. 10. & sequitur
Rayne de Forliu.in d.§.sin autem alterutra. & Bald.
in additio.ad Speculum in titulo de expen.in d.§.ver.
possunt. Contrariam uerò opinionem inquit uerio-
rem Iaso.in d.§.sin autem alterutra, num.34. Moue-
8 tur autem ex eo, † quòd litis expensæ solum officio
iudicis mercenario debentur; Quod quidem lata
sententia expirat.l.4.C.deposit.& tradit Iaso. in l. 1.
C.de iudic. & ideo lata sententia amplius peti non
possunt; cum amplius nullo modo debeantur. l.ter-
minato. C.de fruc.& lit. expens. pariter etiam iudex
à parte victa petere non poterit. Secundò hanc con-
clusionem Bald. sibi contrarius hoc fundamento in
l.sancimus. in fine. C.de iudi.confirmat; Inquit enim
ipse iudex suo nomine, & propria culpa conuenitur;
& ideo contra partem victam regressum habere
non potest l.mancipia, cum glos.vbi etiam idem Bal.
tenet: C.de seru.fugit. Dicit tamen Iason in dicto §.
sin autem alterutra, num.34. hoc fundamentum per
d.l.missi opinatores.confundi, nec quòd ibi in fisco
speciale sit, dicendum esse; propterea, ꝙ in fisco ni-
hil specialius, quàm in priuato dicendum est, nisi le-
ge expressè caueatur l.item ueniunt. §. in priuatorū,
ff.de petit.hæredi.& tradit glo.in l.prima, C.de iudi.
Verum, quicquid sit de hoc fundamento, satis ex p̄-
cedenti sustineri hanc conclusionem, inquit Ias. eo.
in loco, quam sequitur Angel. sibi contrarius in l.si
quis dolo.§.creditorem, ff. de re iudic. post Dynum
in l.litis æstimatio, ff. de usucapio. & ponit Anchar.
in c.in primis. il secōdo.quęst.1.subdit præterea Ias.
hanc opinionem comprobari ijs, quæ dicit Bal. in l.
obseruare.§.proficisci.quæst.22. ff.de offic. procon-
sul.& legati. ubi cum iudex malè iudicando faciat
litem suam; & parti læsæ ad totum interesse tene-
tur l. final. ff. de uarijs & extraordina. cognitio. &
institu.de obligatio. quæ ex quasi delict. in princip.
Quærit, si fortassè soluerit; an contra partem, quæ
iniustè sententiam obtinuit, regressum habeat. & nō
habere arbitratur; Immo, quod plus est; nec sibi cedi
iura petere posse per ea, quæ uoluit glo.in d.l.man-
cipia.C.de seru.fugit. Pręterea hanc eandem conclu
sionem sequitur Augus.Beroius in rub. extra de ap-
pell.nu.97.& Imo.in l.si tertius. §. Celsus, ff.de aqua
9 pluuia arcen. Stante hac conclusione † ad text. in d.l.
missi opinatores. qua potissimum Spec. & sequaces
mouebantur, dici potest, ꝙ ibi publicus exactor pro
ijs soluit, qui efficaciter obligari erant, & ideo con-
tra eos regressum habet, ut uoluerūt Imo.& Roma.
in d.l.si tertius. §. Celsus, ff. de aqua pluuia arcen. &
Bal.in l.sancimus.in fin.C.de iud. Cum igitur ibi te-
nerentur iure obligationis, non autem officio iudi-
cis, meritò uoluerunt, exactores soluentes regres-
sum habere. Hanc solutionem reprobat August. Be-

Cc 2 roius

roius in d.rub.extra de probatio. nu.97. versic. Hæc solutio ex eo, quòd inde sequeretur, vt vbicunque iudex malè cõtra ius litigatoris iudicasset, super eo, ad quod quis virtute actionis, & obligationis tenebatur, quo casu iudex litem suam facit; id quod ipse solueret posset repetere ab eo, quē condemnare debuisset; Quod tamen aliter se habet, cum iudex ad illud teneatur, & ob dolum suum, & quasi maleficiũ litem suam faciat. d. l. fin. ff. de vari. & extraordi. cognitio. & d. l. fi. C. de pœn. iudi. qui mal. iudi. ergo solutum repetere non potest; Quia nõ alienum: sed ꝓprium gessit negocium, vt inquit glo. in l. si quis dolo. in fin. ff. de re iudi. per quã hoc sequitur Alexan. in l. 2. in vlt. versi. §. fin. ff. de verbor. oblig. Soluit autem August. Beroius alio modo, scilicet, ꝙ si iudex fuit in culpa negligendo, habet locũ prædictã lex. secus verò si in faciendo, vt per glo. in d. l. si quis dolo. & Ale-
10 xan. in d. l. 2. in fin. Ratio est: † quia grauior culpa in faciendo committitur, quam in negligendo; vt per Alex. in l. si quis ex argentarijs. in fin. ff. de edend. Vel melius inquit ipse, quòd d. l. missi opinatores, in mero executore loquatur, qui nullam cognitionem habet, non in iudice, prout illum text. intelligit Alexã. in dicta l. final. ff. de vari. & extraordin. cognitio. in additio. ad Bartol.

Retenta tamē prima solutione Ias. Limitatur hęc
11 conclusio, † quando expensæ iure actionis ex dispositione statuti, vel quia promissæ essent per stipulationem deberentur. Nam tunc iudex, qui eas soluit, à parte victa repetere poterit, vt limitant Imo. & Ludo. Roma. in d. l. si tertius, §. Celsus. Id tamen inquit Ias. in d. §. si autem alterutra, nu. 35.

Redeundo modò ad pręcedentem conclusionem
12 † Quærebat Bald. in consi. 102. numero 2. volum. 1. de huiusmodi conclusione. Prima sententia pro reo lata est; Secunda verò contra in qua in expensis condemnatus fuit; & deinde tertia rursus pro reo lata est. His stantibus vult agere aduersus secundum iudicem, qui eum in expensis cõdemnauit ex eo; quòd fecerit litem suam; propterea quòd in expensis condemnare non debuit; & ad probandum hoc primam & tertiam sententiam producit; Bald. pro solutione inquit has sententias dicto iudici non præiudicare; quia res inter alios acta ei non præiudicat. Sed ad acta recurrendum esse, & si ex actis secundæ causæ, quòd condemnare non debuerit, apparet, litem suam fecisse; Si verò condemnare debuit, vel an condemnare debuerit, dubitatur, & litē suam non facere; quia tunc iudex facit litem suam, si læserit, aliter non. §. oportet, collat. 6. in authent. de iudic. Necessè igitur est, ad hoc vt in hoc casu iudex ad impensas teneatur; vt ex actis, eum condemnare non debuisse, appareat.

1 *Expensas reficere tenetur arbiter, qui malè arbitratur.*
2 *Expensas arbiter, qui se benè iudicaturum iurauit, reficere non tenetur.*

1 XL. Ampliatur † in arbitro malè arbitrante: Nã etiam ipse in expensis condemnatur, vt inquit Hyppol. Marsi. in sua pract. crimi. in §. superest, num. 16. per ea, quæ voluit Georg. Natta in clement. sæpe, in §. quæ omnia, colum. 5. & 6. de verbor. signific. & adducit Guliel. de Mont. ibi, & Card. & inquit, idem voluisse Barto. in d. l. fin. ff. de vari. & extraordin. cogn. & Abba. in rub. extra de appella. in versicu. ad septimum, per tex. in d. l. si quis in conscribendo, versi. suscitaris. C. de pact. & Ancha. in c. 1. de re iud. & Ang. in d. l. filiusfamilias, ff. de iudi.
2 Limitat † autem hoc in arbitrio, qui se bene iudicaturum iurauit; Quia solum Deum habet vltorē, per tex. singularem, & ea quæ tradit ibi Bald. in authen. decernimus, C. de arbitr. & sequitur Ludo. Roma. in l. 1. col. penult. ff. de arbitr. & recentiores in d. l. si quis in conscribendo.

1 *Expensas reficere tenentur Arbitrator, & similia exercitia assumentes, & ij, qui aliquam artem tanquam periti & magistri exercent.*

1 XLI. Ampliatur, † vt per Nattam in loco supra relato, & Marsi. ibidem nume. 11. in arbitratore, & similia officia assumentibus. Item in ijs, qui aliquam artem tanquam periti & magistri exercent. Item quid in agrimensoribus. vt ibidem.

1 *Notarius, qui officium suum malè exercet, ad expensas in lite factas tenetur, & partis interesse, & an dolus sit necessarius.*
2 *Interesse, si agatur de dolo, iuramento partis probatur, si de culpa, plenè probari debet.*

1 XLII. Ampliatur, † etiam in notario; qui, vt inquit Marsil. ibidem numero 12. si officium suum malè exercet, ad expensas in lite factas tenetur, & partis interesse per ea, quæ voluit Bald. in l. fina. ff. si mes. fals. mod. dixer. etsi velit, vt solùm de dolo, & lata culpa teneatur, & idem inquit voluisse Bald. in c. quia iudicante, de præscriptio. Angel. verò, vt ipse inquit in d. l. si filius. idem de notario, quod de iudice dicendum arbitratur, per tex. in l. fi. C. de magistra. conuenien. vbi tex. loquens de notario, vtitur verbo negligentia. Vnde vt etiam de leui culpa teneatur,
2 probare videtur: Dicit propterea, † vbi notarij dolus probatur de interesse iuramento partis standum esse. secundùm Bal. in l. qui accusare, C. de edend. Vbi autem tractatur de culpa, interesse plenè probandũ est, vt voluit Bald. in l. fin. colum. penult. C. de eden. quod quidem, vt ipse ait, in practica valdè notandum est.

1 *Expensas reficere tenetur testis iniquè testificans.*

1 XLIII. Ampliatur † in teste, vt inquit Marsilius in d. sua practi. crimin. §. superest, nu. 15. per ea, quæ voluit idem Georgi. Natt. in d. clemen. sæpe, de verbo. signifi. vbi, vt ipse refert, Guili. & Cardi. idem de teste iniquè testificante; quod de iudice dicendum esse voluerunt per ea, quæ notantur in ca. in summa 2. q. 3. & Georg. addit ea; quæ habentur in l. qui nomine. ff. de fals. & latius tradit Hyppo. Marsil. in loco supra relato, vbi etiam loquitur de pœna falsi testis.

Expensas

1 *Expensas & interesse restituere tenetur executor sententiæ, qui dolo exequutus est.*

1 XLIIII. Ampliatur † in executore sententiæ, qui dolo exequutus fuerit. Nam facit litem suam, vt voluit Georg. Natta in d. clemen. sæpe. §. quæ omnia, de verbo. signifi. & Marsil. in d. sua practi. crim. §. superest, nume. 19. & Angel. in d. l. filiusfamilias, ff. de iudi. per tex. in l. si pignore, ff. de pignor. & facit, vt ipse inquit. l. si quis, C. de rescin. vend. & l. fin. C. si propter publi. pensi. Bald. verò in c. quod ad consultationem, col. penult. versi. quæro, an executor, de re iudi. simpliciter & absolutè inquit; executorem teneri, & quatenus interest aduersarij facere litem suam, d. l. si pignore. & l. electos, ff. de pericu. & commo. rei vendi. & l. missi opinatores. C. de exacto. tributo. lib. 10.

1 *Expensas, quas pro defensione filij sui fecit, etiam mater repetere potest.*

1 XLV. Ampliatur, † vt etiam mater expēsas, quas pro defensione sui filij fecit, repetere possit; vt inquit Ruin. in consil. 1. num. 25. versi. sed his breuiter. vol. 3. Mouetur autem; quia expensæ, quæ circa bona, & pro defensione bonorum filij à matribus fiunt, animo repetendi, non donandi factæ intelliguntur, vt est tex. vbi notant omnes, in l. alimenta. in secundo respōso. C. de negoc. gest. & notatur in l. Nesennius, ff. de negoc. gest. Secundò, quia vbi mater filij negocia gerit, & impensas facit, ad quas non ipsa, sed filius tenebatur; Tunc omnia repetendi animo, non autem donādi, etiam si expensa circa personam filij facta sit, fecisse videtur; vt probatur in d. l. Nesennius. vbi Bart. & Doct. & Bart. in d. l. alimenta. Vbi cū filius se ipsū alere debet, si mater ei alimenta præstat. Tūc aut mater filij vniuersa negocia gerebat; & non repetit; nisi fuerit protestata. Si verò omnia filij negocia administret, & tunc etiam, quòd protestata non fuerit, impensas repetere poterit.

1 *Expensas nisi refecerit, non auditur, qui dolo usque ad finem litis instrumentum producere distulit.*

1 XLVI. Ampliatur, † vt ille, qui dolo vsq; ad finē litis instrumentum producere differt; nisi refectis expensis non audiatur, vt notat Bald. in c. exceptionem, nu. 2. per illum tex. extra de except. id quod valdè notandum arbitratur, & pro notabili refert, & sequitur ibidem Felin. sub num. 40. versi. subdit Bal. hic per illum tex. & de hoc latius dicetur infra limitatione 21.

1 *Expensas repetit tutor à pupillo, quas in lite bona fide fecit, etiam si in suo officio defendendo, quia suspectus, vel non iure datus diceretur.*

1 XLVII. Ampliatur, † vt tutor expensas, quas bona fide in lite fecit, a pupillo repetat, vt inquit Bart. in l. 1. §. si pupillus, in 3. lectura, num. 1. ff. de tutel. & ratio. distrahen. secus autem si lis iuridicè mota non esset, argumento. l. quoties. §. sicut, ff. de administ. tuto. secundùm Dinum, & facit. l. bona fide, C. eod. tit. Id quod, vt inquit eodem loco Barto. ex intentione Rainerij locum habet, si in suo officio defendendo impensas faciat; vtputa si non iure datus, vel suspectus diceretur, argu. l. fin. C. de ordin. cogn. & l. 1. C. de nego. gest. & id ibidem num. 2. inquit Bar. memoriæ demandandum esse; propterea quòd, si ob id feceri plures impensas, etiam quòd fortasse tanquàm suspectus remotus fuerit, eas à pupillo repetere poterit.

1 *Expensas repetit à pupillo ille, qui dari tutorem petit; etiam si succumbat.*

2 *Expensas repetit etiam, quòd succumbat, petens Abbatem, vel Episcopum confirmari.*

1 XLVIII. Ampliatur, † etiam in petente tutorem; Nam licet tutorem petens succumbat; expensas repetet, non minus ac si obtinuisset, vt videtur concludere Bar. in l. cum impuberes. in 1. & 2. lectura, nu. 5. C. de negoc. gest. per ea quæ voluit Inno. in c. vt prætéritæ, de electio. vbi expressè dicitur, quod petens Abbatem, vel Episcopum confirmari, etiam quòd succumbat, expensas repetere potest; & licet Barto. ibidem contrarium dicendum videri dixerit, ex quo vtiliter non gessit; prout in defensore habetur; Attamen in l. iam tamen. §. in hac. ff. de iudi. solu. & in l. j. C. mand. cum referat Inno. vt eius opinionem sequatur, dicendum videtur. 2

1 *Expensas sibi promissas vltro in contractu victor repetere non prohibetur, etiā quòd iudex in iudicio victum ab expensis in lite factis absoluerit.*

1 XLIX. Ampliatur, † vt victor expensas sibi promissas vltro in contractu repetere non prohibeatur; etiam quòd iudex in iudicio victum ab expensis in lite factis absoluerit. Ratio autem est; quia iudex ab expensis officio iudicis mercennario venientibus ab soluisse videtur; non autem ab illis, quæ vltro in contractu promissæ sunt, vt inquit Salic. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. quem refert Alex. ibidē num. 6. versi. dicit etiā circa hoc singulariter Salice. Subdit tamen Alex. Salicetū nihil allegare ipse autē formam promisionis attendendā esse existimat. Quādoquidem si expensæ promissæ tāquàm promissæ petantur, tunc conclusionem Saliceti non procedere; Quia sententia ad libellum refertur. l. vt fundus. cum vulgarib. ff. commu. diui. At si expensæ promissæ petitæ non sint; Tunc conclusio Salicet. locum habeat; Quia iudex tunc super non petitis pronunciare potest; cum solum officio iudicis mercennario veniunt. l. ædiles, la prima. §. item sciendum, ff. de ædilit. edict. iuncta l. 4. §. hoc autem, ff. de dam. infect.

1 *Expensis condemnari debet administrator minoris, et cōtra eum executio fieri, qui retentis terminis. d. l. adita. temere litigauerit, non autem contra minorē.*

2 *Sententia contra tutorē condēnatoria tutorio nomine*

ferri potest, & quando fiat contra pupillum execu-
tio, & quomodo.
3 *Pupillus contra tutorem cedendo actiones liberatur.*

1 L. Ampliatur † retentis terminis l. edita, in admi
nistratore minoris; qui cum temere litigauerit, & in
expensis condemnari, & contra eum executionem
fieri debet, non autem cõtra minorem. l. nõ est igno-
tum, C. de admini. tut. vbi nomine proprio admini-
strator punitur, & l. meminerint. C. vnde vi, Vbi etiã
tutor nomine proprio ex temeritate punitur, vt vo-
luit Bart. in d. l. edita, C. de eden. vbi respondendo ad
tex. in d. l. Polla. de his quibus, vt indig. quæ contra-
rium probare videbatur; Hanc declarationem Bar.
sequi videntur Docto. & præsertim Purpurat. in d. l.
edita. num. 251. Qui licet responderit ad omnia iu-
ra, quæ Bart. adduxit. Attamen posteriore loco à
conclusione Barto. quam ipse tenet & declarat in l.
4. in princ. ff. de re iudic. non esse recedendum arbi-
tratur, & sequuntur Alex. & Ias. ibidem circa quartũ
2 notabile, Vbi inquit Bar. † sententiam condemna-
toriam in tutorem ferri posse; & suo nomine pro-
prio in expẽsis, si temerè, vel calumniosè litigauerit,
vt habetur in d. l. non est ignotum, & in ipsis fiet exe-
cutio; Item sententiam contra tutorem tutorio no-
mine ferri posse, & fiet tunc contra pupillum execu-
3 tio d. l. qui solidũ. §. etiam. Pupillus tamen † contra
tutorem cedendo actionem liberatur. l. penult. ff. de
admini. tuto. Id autẽ si finito officio tutoris exactio
fiat; eo autem durante ab eo exigetur; licerà tutore
recuperet, vt habetur in d. §. etiam. Hanc declaratio-
nem Bar. comprobat Cephal. in consil. 116. nume.
14. volum. 1.

1 *Expensas restituere tenẽtur etiã ecclesia & Fiscus.*
2 *Ecclesia & fiscus nisi specialiter priuilegiati, sint iure*
communi vti debent.

1 LI. Ampliatur † in casu d. l. edita, C. de eden. eis-
dem rationibus, quibus supra de muliere diximus, in
2 Ecclesia, & Fisco; † Propterea, ꝙ nisi specialiter pri-
uilegiati sint: iure communi vti debent, vt de eccle-
sia inquit glo. in c. peruenit, de const. in 6. & de Fisco
gloss. in l. item veniunt. §. in priuatorum, ff. de petit.
hæredi. & sequitur Franc. Purpur. in d. l. edita, num.
251. versi. & an ampliari possit.

1 *Expensas retentis terminis d. l. edita, C. de edendo, re-*
ficere tenetur etiam rusticus.

1 LII. Ampliatur † retentis eisdem terminis. l. edi-
ta. etiam in Rustico, vt voluit Bar. in d. l. edita. respon
dendo ad l. 1. in fin. ff. de eden. Comprobatur autem
hæc & præcedens ampliatio ex ijs, quæ voluit Ias. in
l. si certis annis, col. 3. versi. extende, C. de pact. & in
specie hanc ampliationem ponit Purpur. in d. l. edi-
ta, nu. 251. in fi.

1 *Expensas etiam antè litem contestatam factas, si non*
petantur, poterit iudex restituendas esse pronun-
ciare.

2 *Expensas reficere tenetur, qui antè sentẽtiam aliquid*
temere fecit, nec eas etiã si obtineat, in negocio prin-
cipali recuperabit.
1 *§. Item sciendum. l. ædiles. ff. de ædil. edict. declaratur.*
4 *L. sancimus, C. de iudic. declaratur.*
5 *Expensarum condemnatio quando antè litis contesta-*
tionem fiat.

1 LIII. Ampliatur † etiam quò ad expensas antè li-
tem contestatã factas, etiam si non petãtur. Nam et
ad eas restituendas poterit iudex tunc condemnare,
vt voluit Imol. in l. negociorum, num. 3. versic. circa
istas expensas, ff. de re iudic. Mouetur autem: quia
licet glo. in c. finem litibus, extra de dolo & contum.
contrarium tenere videatur; Attamen eadem glo.
voluit, vt post litem contestatam expensæ, etiam si
antè litis contestationem factæ sint, officio iudicis
etiam quòd non petantur, veniant; vt videtur text. si
non cauilletur, in d. l. properandum. §. sin autem al-
terutra. C. de iudic. cum indistinctè de omnibus litis
expensis, siue antè, siue post litis contestationem fa-
ctæ sint, intelligendo; prout indistinctè loqui vide-
tur; Facit etiam l. de precio. ff. de public. Hanc de-
clarationem sequitur Ioan. Andr. in cap. audistis, in
vlt. additione ad glo. extra de procurato. & idem vi-
detur voluisse Cyn. in l. sancimus. quæst. 9. C. de iud.
Pendent namque ipsæ impensæ ab ipso negocio; ei-
que accedere videntur. Præterea facit illud, quod
dixit Impl. in l. iudex, & in l. Paulus respondit. la pri-
ma, ff. de re iudic. Item quòd expensæ etiam ante li-
tem contestatam factæ restitui debeant, tenet ali-
quot exempla afferens Mart. à Fano in tract. de ex-
ceptio. impedien. litis ingres. §. quoniam, nume. 4. &
5. & Isern. super constit. regn. in titu. de exceptio. &
dilatio. in versic. in omnes expensas, in glo. fi. colum.
1. fol. 157. Facit etiam pro hac conclusione illud,
quod dixit Bal. in l. non ignorat. quæst. penult. C. de
2 fruct. & lit. expens. dum voluit, † vt si quis antè sen-
tentiam aliquid temerè fecerit, ipse expensas refice-
re teneatur, nec eas etiam si obtineat in negocio prin
cipali, recuperabit, & ratio est, quia pro pœna habe-
tur. l. quod à quocunque, ff. de regul. iur. quem re-
fert & sequitur Nicol. Bocri. in consilio 27. numero
12. & ita vera est hæc conclusio, vt si non præstentur,
pro eis quemadmodum pro sententia, quæ transiuit
in rem iudicatam, executio detur, vt latius etiam de
alijs quibusdam loquitur, Carauit. super Riti. ma-
gnæ curiæ, Ritu 298. numero 21. 22. & 23. His stan
3 tibus non obstat. l. ædiles, † §. item sciendum, ff. de
ædili. edict. propterea quòd, non loquitur in acces-
sorio expensarum; sed de alio; quod iure actionis
venire possit; vtputa in fructibus & partu. Facit. l. so
4 lum, de rei vendi. Item non obstat † l. sancimus.
præallegata; quia in expensis contumaciæ loquitur; &
quæ iure actionis peti possunt, vt ibi notatur & in l.
5 1. ff. si quis iusdi. non obtempe. † Quod autem ante
litis contestationem expẽsarum condemnatio fiat,
ponit Speculator triginta casus, in tit. de expensis. §.
si antè litis, num. 9.

Primò si quis aduersarium literis dolo, vel frau-
de contra alium impetratis, malitiosè laborare
coegerit

coegerit cap.cæterùm,& ca.quia nonnulli. extra de rescript.

II. Cum passus missionem rem recuperare, & in causa procedere vult; Prius enim expensas restituere debet. c. quoniam. §. in aliis. extra vt lite non contesta.& c.1.de sequestr.

III. Crimen opponens,& non probans, vt quem ab obtinendo beneficio expellat,ca.accedens. extra de accusa.

IIII. Siquis in forma electionis, postulationis, vel prouisionis aliquid opponat, & non probet cap. statuimus, §. adijcimus. lib.6. Sed hoc etiam post litem contestatam.

V. Si appellans appellationem sufficienter non prosequatur, appellatus verò prosequatur, c.ex parte.extra de rescript. & c.veniens, extra de renunciat. & c.reprehensibilis.extra de appellat.& tunc quis ad expensas à tempore appellationis factas tenetur. ca. Nicalo.eod. tit. Vel si antè terminum literas tacita veritate impetret,c.sæpe,eod.tit.vel si super appellatione iniustè impetrata.c.vt debitus honor. eod. tit.

VI.Is qui iniustè appellauit, ad priorem iudicem in expensis condemnandus remittitur, c. vt debitus. in fin.extra de appella.& c.cum venissent, de eo qui mitti.in possess.caus.rei serua.& ca.significauit.extra de testibus.

VII. Is qui appellat contra formam illius constitutionis c.cordi.de appel.in 6.vel eam aliqua ex parte impugnat, remittitur ad primum iudicem in expensis condemnandus, vt in c.cordi. §. quod si.lib.6. Nam hoc casu pro non appellante habetur, vt ibi: & adeò iudex appellationis, tanquam iurisdictione carens, non condemnat.sed ad primum iudicem, vt ipse condemnet, remittit d.c.cordi.condemnandus.

VIII. Si appellans petit remitti ad eum, à quo appellauit, quod potest c.interposita.§.ille. extra de appellat.

IX. In quibusdam casib.positis in ca.fin.extra de rescript.in quib. iniquè impetrans punitur, & ibi latius quis punire debeat.

X. Citatus contumaciter se absentans, & si missio in possessionem sequuta non sit cap. fin. extra de maior.& obedi.& c.querelam de procurat. & l.sancimus,C.de iudi.& cap.cum dilecti. extra de dolo & contum.

XI. Mandatum procuratoris in contemptum iudicis,& partis præiudicium reuocans,c.1. & c. auditis.extra de procura.

XII. Generaliter reus exceptionem gratia differendæ litis, fundata intentione actoris opponens, punitur in expensis factis à tempore propositæ exceptionis, si deficiat in probando. c.finem litibus. extra de dolo & contum. Sed hoc post litem contestatam locum habet.

XIII. Is qui sufficientem procuratorem dimittit, vel constituit, vt puta reus, qui procuratorem cõstituit ad agendum tantum c.constitutis, extra de procurato.

XIIII. Reus conuentus asserens se spoliatum, nisi id infra quindecim dies probet, ca.frequens. extra de restitut.spoliato.

XV. Opponens exceptionem excommunicationis in quacunq; parte litis, & eam infra spatiũ octo dierum non probat, c.pia. extra de except.

XVI. Excommunicans contra formam illius cõstitutionis; c.cum medicinalis.§.superior, vt ibi dicitur, de senten.excommuni.

XVII. Iniustè excommunicans tenetur excommunicato ad interesse.c.sacro.eod.tit.

XVIII. Reum trahens coram diuersis iudicibus super pluribus personalibus actionibus.ca.fin. extra de rescri.& c.dispendiosam.eod.tit.lib.6.

XIX. Non veniens in termino, ad quem reum citari fecit, c.actor.extra de dolo & contum.

XX. Generaliter quilibet alium in iudicio temere vocans.l.eum quem temere.ff.de iudi.

XXI. Eum qui cœpto negocio, uel quasi rescriptum impetrat; quo primum non reuocatur, c.ex literis.extra de dolo & contum.

XXII. Plus re vel causa petens, cap.vnico. extra de plus pet.

XXIII. Qui litem intra duos menses non contestatur, c.libellum.3.q.4.

XXIIII. Generaliter vbicunq; processus iudicis malitiosè impeditur.l.si ex cogitatis,C.de fruct.& li. expen.& l.sancimus,C.de iudi.

XXV. Generaliter vbicunq; literæ per exceptionẽ legitimã reprobantur.c.cæterùm. extra de rescri.

XXVI. Par procuratoris iudicis absentiam c.pastoralis.§.fin.extra de offic.delega.

XXVII. Appellans quia quarta productio testium denegatur,& non probat.cap.significauerunt extra de testib.

XXVIII. Generaliter quamcunq; exceptionem dilatoriam proponens,& non probat.

XXIX. Generaliter alium malitiosè fatigans. c. dispendiosa.§.qui verò.extra de rescript.

XXX. Emendans libellum malè conceptum, vt ibi per Specul.

1 *Expensis non petitis iudex in eis suo officio condemnare potest.*

2 *Libellus quatenus ad expensas pertinet, quomodo formandus sit.*

3 *Expensis post litem contestatam tantum factis, potest iudex ex suo officio, etiam quòd petitæ non sint condemnare, secus de expensis antè litem contestatam factis dicendum est.*

4 *Expensis non petitis, cum possit iudex ad eas, quæ post litem contestatam facta sunt, condemnare. Quæritur etiam, an ad condemnandum omnino teneatur, aut si velit, omittere possit.*

5 *Expensarum petitionem implicitam porrigere adhoc, vt iudex in expensis condemnare teneatur, sufficere.*

6 *Expensæ anteà non petitæ, tota illa die, qua iudex sententiam laturus est, peti possunt, & iudex condemnare tenetur.*

7 *Sententiam suam iudex tota illa die, qua tulit, supplere potest.*

8 *Expensarum petitio ad hoc vt condemnatio sequatur, in calculo sententiæ fieri potest.*

LIIII. Ampliatur, vt etiam eis non petitis iu-

dex ex suo officio in expensis condemnare possit. l.
ædiles.§.item sciendum. ff. de ædilic. edict. per quē
tex. primus firmauit Dinus hanc cōclusionē, & post
eum Bart. in l.4.§.hoc autem iudicium. ff. de damn.
infec. Rursus idem Bart. in d.l. properandum.§.sin au
tem alterutra. quæst. ult. C. de iudi. Subdens illud cir
ca hoc notandum esse; quòd ex quo impensæ peti-
tæ non sunt, si condemnationem omiserit, nōn puni
ri; nihilominus tamen pro parte actoris admonet,
2 † ut semper in libello petant, reum conuentum ad
petita cum damnis & expensis factis, & faciendis cō
demnari, & rursus etiam non minus ex parte rei pe-
tendum esse. Præterea eandem opinionem, quod
ad expensas non petitas Iudex, si uelit, condemnare
possit, tenent Rayne. Angel. Paul. Castr. Alex. & Ias.
in d.§.sin autem alterutra. & rursus idem Bar. in l.
non quicquid. ff. de iudi. & iterum idem Bar. & Bal.
in l.fin. C. quando prouo. non est necess. & Pet. de An
cha. & alij in dicto c. finem litibus. extra de dolo &
contum. Quamuis Cynus & Rapha. ibidem contra
rium teneant: Verùm opinio Dini Bart. & aliorum
magis communis uidetur; quam sequutus est etiam
Ioan. de Plot. in l. unica, uer. numquid autem Iudex
C. de sumpt. recuper. lib. 10. & in l.2. in fin. C. de de-
curio. & Egidi. Bellame. qui fœdere distinctionis
utramq; opinionem concordare conatur, in d. c. fi-
nem litibus, num. 39. extra de dolo & contuma. Præ-
terea opinionem Dini, & Bart. sequutus est Maran.
de ordin. Iudic. parte 6. membro 3. nume. 9. & Ioan.
Pet. Ferra. in sua prac. papien. in forma libel. in actio.
real. nu. septimo, & Didacus Couar. pract. quæst. ca.
27. num. 5. & Capel. Tolos. decisi. 3. ubi est quædam
additio, & Ias. in l. uniuersa. num. 4. uersi. quintò fa-
cit. C. de preci. impera. offer. Nec quicquam refert, si
Hiero. Grat. in consilio 80. num. 6. uolu. 2. & Boeri.
in consi. 27. num. 15. uelint, expensis non petitis Iu-
dicem ad eas condemnare non posse, & si condem-
nauerit, condemnationem nullam esse; Quoniam
eorum opinio magis communiter improbatur. Præ
terea allegat Bar. Bal. & alios in d.§. sin autem alter-
utra; ubi uoluit, ut supra diximus, Iudicem, si uelit,
ex suo officio condemnare posse; & si petitæ non
sint, id quod tradit etiam Deci. in l. edita. nume. 95.
C. de edendo.

3 Limitatur † hæc conclusio, seu ampliatio in expē-
sis antè litem cōtestatā factis; propterea quòd in ijs
tantum, quæ post litem contestatam fiunt, locum ha
bet; Ratio autem est, quia ea, quæ post litem conte
statam emergunt; propriè & uerè ad iudicis officiū
spectare dicuntur dicta l. ædiles.§. item sciendum. ff.
de ædilic. edict. Secus autem est in expensis antè li-
tis contestationem factis, ut est glo. singularis, & no
tabilis in d.c. finem litibus, quam sequitur Anto. a
Butr. ibi & Bar. in d.§. hoc autem iudicium, quæst. 5.
& Specul. in tit. de offi. iudi.§. deseruit, in uers. post li
tem. cum uersi. sequenti: & latè Alex. qui refert etiā
nonnullos contrarium tenētes, & Ias. eosdem refe-
rēs in d.§. sin autem alterutra. num. 31. Præterea idē
quoque uoluit Io. Petr. Ferra. in sua practi. Papien.
in form. libello. in actio reali. in uersicu. & expensis.
nume. 7. & Didacus Couar. practi. quæst. cap. 27.
num. 5.

4 Stante prædicta conclusione; ut Iudex etiā quòd
expēsæ nō fuerint petitæ ex officio suo, si uelit ad eas
condemnare possit; Quæritur; an Iudex partem vi-
ctam ad eas expensas, quæ petitæ nō fuerunt, cōdem
nare teneatur; Qua in re breuiter non teneri respō-
dendum est, ut uoluerunt Cyn. Barto. Angel. Ias. &
alij omnes communiter in dicta l. properandum.§.
sin autem alterutra. C. de iudi. communem enim es-
se opinionem dicit ibidem Ias. num. 31. uersi. circa se
cundum: & Io. Andr. in additionibus ad Speculum
in tit. de expēs.§. sin autem deficiēs, super uersi. Bar.
in d.§. hoc autem iudicium. & Abba. in d.c. finem li-
tibus. extra de dolo & cōtum. Quamuis Salice. in d.
§. sin autem alterutra. colu. 3. & præsertim per illum
tex. in uerbo oportet. cōtrarium teneat, & Angel. in
l. Paulus. la prima. ff. de re iudic. ubi in puncto iuris
Imol. hanc partem ueriorem arbitratur; uerùm aliā
in practica seruari. & idem Ias. in d.§. sin autem alter
utra. num. 31. eam inquit tenendam esse; per regu-
lam, quam ipse pluribus comprobauit, in l. uniuersa.
per glo. ibi. C. de precib. imper. offer. Vbi generatim
uult; in qualibet materia, in qua Iudex de iure com-
muni, uel ex forma statutorū aliquid facere potest;
si a parte petatur, id intelligēdum esse. Præterea
hāc opinionē tenuit etiā Io. Pet. Ferra. in form. libe.
in actio. real. in uersi. expēsis, nu. 7. & Dida. qui alios
plures refert, practi. quæst. cap. 27. num. 5.

Duo hoc loco quæ Ias. in d.§. sin autem alterutra.
numero 32. pro præcedentium declaratione posuit;
omittenda non uidentur; Primò enim post Bal. ibi
5 dem inquit, † petitionem implicitam porrigere satis
esse; ut puta si pro se pronunciari petatur; Præterea
quòd tunc ferri non solùm super principali, sed etiā
super omnibus accessorijs petijsset censetur, & ex cō
sequenti super expensis, argumēto. l. fi. C. de fruc. &
& lit. expens. Id quod notandū censuit Paul. Castrē.
in d.§. sin autem alterutra. & idē sequitur Alex. ibi.
6 Aliud est, † expensas nō petitas tota ea die, qua iu
dex sententiam laturus est; peti posse; cum tota ea
7 die Iudex † sentētiam supplere possit. l. Paulus la pri
ma in fi. ff. de re iud. & tenet Bal. in additione ad Spe
cul. in tit. de expens. in uersi possunt. expensæ non pe-
titæ, & in glo. in l. terminato. uersi. Dominus, ubi
Barto. C. de fruct. & lit. expens. Didacus autem Co
uar. in d. suo tracta. pract. quæst. d. cap. 27. num. 5. cū
de his duobus Ias. notabilibus dictis mētionē face-
ret; ea in praxim recepta nō esse arbitratur.

Vnum etiam aliud pro prædictorum declaratio
ne omittēdum nō est; quod refert Paul. Castrē. in d.
8 §. sin autem alterutra. num. 3. uidelicet † ad hoc ut
cōdemnatio expēsarū sequatur, ēt quod in calculo ferē
dæ sententiæ petantur, satis esse.

1 *Expensis condemnari debet etiam ille, qui ex propria confessione condemnaretur non secus; ac si probationibus conuictus esset, & quando id procedat.*

2 *Expensis condēnari debet non obstante propria confessione quis, quando prius extraiudicialis interpellatio facta est.*

3 *Expensis etiam cōdemnari debet nō obstante propria confessione, quando obligatio esset in diem.*

LV. Am-

1 LV. Ampliatur † etiam in eo, qui ex propria confessione condemnaretur; non secus ac si probationibus cõuictus esset, ut uoluit Angel. in §. si enim. per illum tex. in uersi. omnes uerò expensas. in Auth. de trient. & semis. Vbi Angel. id uerum esse arbitratur; quando post negationẽ, & post expẽsas ob ipsam negationem ad actore factas fateatur; Si uero à principio confiteatur; Tunc nec ad litis expensas cõdemnãdum: nec litẽ contestari cogendum esse, per text. in l. si reus paratus. ff. de procurato. & id uoluisse uidetur Ioan. Faber in §. appellamus. num. 3. uersi. & nota quòd per hanc glo. instit. de actio. Praeterea quòd reus confitens in expensis condemnari non debeat dicit Hyero. Grat. in consil. 82. num. 8. uolu. 2. per ea quae dicit idem Angel. in l. debitores. C. de pigno. & in auth. qui semel. col. fin. C. quomo. & quãdo iud. & Felin. in c. 3. in fin. de accusa. & Franc. Niconit. in c. quoniam contra, in glo. dilationes. num. 104. extra de proba. & Cagnol. in l. qui in alterius, nu. 21. ff. de regul. iur. Hanc tamen conclusionem intellige, nisi
2 prius extraiudicialis interpellatio facta sit, † quia non obstante tali confessione, in expensis condemnabitur, ut inquit Guliel. de Cuneo in l. omnes. C. de Episco. & cleri. & sequitur Abb. in c. nouit. in fin. de iudi. & Anto. à Butrio. in c. 1. colum. 13. de libel. oblatio. & Angel. in l. debitores. C. de pigno. & Roma. in singul. 396. alio sero, & Francis. Niconi. in d. l. quoniam contra, in glo. 3. uerbo duos uiros. num. 104. & num. 105. extra de probatio. Vbi inquit, rationem esse; quia antequàm citetur à suo aduersario monendum esse. l. quidam Iberius. ff. de serui. urba. praedio. & no. Barba. in l. sciendum. col. 57. post modium. ff. de uerbo. obli. & in c. nouit. de iudi. & in c. licet Hely. de simon. ubi Abb. & alii & Ias. & in l. certi condictio col. 1. num. 3. ff. si cert. peta. & an talis monitio & interpellatio praecessisse praesumatur, latè tradit Niconit. ibidem. num. 106.

II. Modò intelligitur praedicta conclusio, nisi obligatio esset in diem; Nam praeterita die, licet extraiudicialiter nõ fuerit monitus, confessio facta in iudicio non liberabit eum à cõdemnatione expensarũ. Dies enim interpellat pro homine. c. potuit. extra locati & l. 2. C. eod. & l. magnã. C. de distrahen. & cõmit. stipula. & l. quoties. ff. de uer. oblig. & ita notat Abba. in d. c. nouit. col. fin. in fin. & Abba. in d. c. licet Helv. col. 3. & Bal. in l. non, ignorat. C. de fruct. & liti expens. & Franc. Niconi. in c. quoniam contra, in gl. dilationes, nu. 107. & sequen. ubi hanc conclusionẽ pluribus modis concordat, extra de probat. & Bal. in auth. contra qui propriam, per illum tex. C. de nõ num. pecu. & Paul. Castr. per illum tex. in l. quidam Iberius. de seru. urba. praedio. & ratio est, quia ex quo confitetur, agnoscit bonam fidem, & actorem releuat ab onere probandi.

1 *Expensis primae citationis; & libelli oblationis etiam si reus cõfiteatur; condemnatio fieri quando debeat.*

1 LVI. Ampliatur † etiam in expensis primae citationis & libelli oblationis re confitente; Id autem non simpliciter uerum est, Distingui enim ita solet. Aut Reus citatus non monitus extraiudicialiter comparet, & fatetur petita; & tunc confessus in expensis primae citationis, uel libelli condemnari non debet. Ratio autem est; quia creditori imputandũ est, quòd cum non monuerit. Praesumere enim potuit reum extraiudicialiter debitum fassurum: Vnde cũ fuerit in culpa; iure optimo expensas amitt. Aut Reus negat; & tunc sententia condemnatus, in omnibus expensis multandus est, citationis scilicet & libelli, & ratio est; quia Iudex praesumere debet, quòd ex quo reus debitũ in iudicio negauit: multo magis extra iudicium illud fuisset negaturus, ut uoluit Guiliel. à Cuneo in l. edita. C. de edendo; quem refert & sequitur Roma. in singu. 401. Alio sero. inquiens ita intelligendam. l. quidam Iberius. ff. de seruir. urba. praedio. Hanc eandem opinionem in additione ad Roma. dicitur tenuisse Abb. in c. 2. col. 2. de accusatio. & Felin. in c. nouit. col. penult. in fin. uersic. fallit primò, de iudi. & Anto. à Butr. in c. 1. col. 4. de libel. oblatio. & Anani. in c. licet Helv. colu. 4. in princip. de simon. De materia autem. d. l. quidam. Iberius, ut de Bal. in locis supra ab Anan. allega. & Castren. in d. l. si reus paratus. ff. de procura. & in l. destitisse. ff. de iudi. & Felin. & Deci. in d. c. nouit. col. fin. de iudi. & in c. quoniam contra. in glo. dilationes, de probatio. & Abba. & Felin. in c. 2. de accusa. & Cagnol. in l. qui in alterius. ff. de regul. iur.

1 *Expensis etiam condemnari debet, qui summam petitam processu pendente soluit, si malè defendebat.*

1 LVII. Ampliatur, † ut etiam in eo locum habeat, qui summam petitam processu pendente soluerit; Planè tunc si malè defendebat in expensis condemnari debet, ut uoluit Ioan. Faber. in §. superest. nu. 2. in fin. uersi. in hoc tamen caue. Instit. de perpet. & tẽpo. actio. & idem uoluit Cappel. Tolosa. in decis. 5. ubi ille, qui facit illas additiones, inquit semper uidisse ita obseruari.

1 *Expensis omnibus condemnandus est reus possessor: contra quem lite pendẽte actor nouum ius impetrauit, licet ipse actor in prima causa bonum ius nõ foueat, & quomodo.*

1 LVIII. Ampliatur † etiam in reo possessore, contra quẽ lite pendente actor nouũ ius impetrauit. licet ipse actor in prima causa bonum ius nõ foueret; Nã in tali casu Reus in omnibus expẽsis, tam factis antè productionem noui iuris, quàm postea condẽnandus est, & licet Staphil. in tract. de liter. Instit. in uerbo inprimis, num. 54. uers. sed dubium est fol. 3. contrarium cõcludat, uidelicet, ut Reus actori in expensis antè productionem noui iuris factis non condẽnetur, propterea quòd uterque temerè litigauit, & ob id unam temeritatẽ cum alia compẽsandã esse l. si ambo. ff. de cõpensa. Attamen Rebuf. super constit. regni. in tract. de sentẽ. executio. in 10. artic. glo. 9. nu. 6. Staphilei opinione relata, conclusionem supra firmatam sequitur; & mouetur, quia hic. Reus ui so titulo non consensit, & sic prosequendo malã fidem habuit, unde meritò cõdemnari debet; Nam ex quo nunc nõ cedit, creditur etiam à principio, si uidisset

differt titulum, cessurum non fuisse, ut inquit Decius in l. qui alterius. nu. 10. ff. de regul. iur. quod est notandum secundùm Rebuf. qui subdit, ita seruari in iudicijs, & ficere id, quod tradit Roma. in singul. 396. alio fero. & Ias. in §. sic itaque. nume. 41. & sequen. Inst. de actio. & Cagnol. in d. l. qui in alterius. nu. 20.

1 *Expensis & damnis & interesse condemnatur victus in interdicto uti possidetis, cum pars se opponit.*

1 LIX. Ampliatur † in interdicto uti possidetis, in quo victus non solùm in expensis, sed etiam in damnis, & interesse condemnatur. l. 1. & l. si duo. ubi Bar. ff. uti possidet. Id quod cum pars se opponit, uerù est; At si pars possessionem aduersarij cõfiteatur, ad dãna & interesse cõdẽnari nõ debet, ut inquit Rebuf. in cõment. super const. Regn. in tract. de senten. execut. 8. articulo, glo. 5. numero 3. & 4. ita inquiẽs iudicatũ fuisse, facit l. s. §. sed si interipso. ff. eod. tit. uti possid.

1 *Ex... fis condemnari debet transiens de petitorio ad possessori... m, & tacitè uel expressè petitorio renunciant & quando & quomodo.*

1 LX. Ampliatur, † ut procedat etiã in trãseunte de petitorio ad possessoriũ, & tacitè, uel expressè petitorio renunciante; Nam talis renũcians in expensis tãquàm temere litigãs cõdemnãdus est. Verum si expressè non renũciauerit; Sed post petitorium intẽtetur possessoriũ in casu in quo à iure permittitur post inchoatum petitorium; ad possessorium transire, in expẽsis trãsiens cõdemnari nõ debet, cum id iure permittẽte fiat; Vnde pœnam nõ meretur. l. Grachus. C. de adult. & ita tenet Bart. post Specul. in tit. de expens. §. si antè. uersi. quid si suspenso, in l. naturaliter. §. nihil cõe, ubi etiam Alex. num. 40. ff. de acquir. possess.

Cum autem è cõtra, quãdo de possessorio ad petitorium fit trãsitus; & præsertim secũdùm formã statuti nostri Florẽtini, Idẽ dicẽdũ est eadem ratione ut innuit etiam Rebuf. in tracta. de sentẽ. executio. art. 6. glo. vni. num. 20. fol. 357.

1 *Expensis non obstante priuilegio clericali condemnari potest, si clericus se a seculari iudice condemnari permittat & executionem fieri, & deinde priuilegium clericatus allegat.*

2 *Expensæ, quæ fiunt in remissione clerici a Iudice laico ad suum iudicem, à quo solui debeant.*

3 *Expensis carcerati fieri debent informationes & alia suffragia, si soluẽdo sit, sin autem accusatoris, uel instigatoris, & ultimo loco, ipsius curiæ.*

4 *Expensis suis si soluendo sit remittendus est carceratus appellans, & remitti petens ad iudicem ad quẽ, & si soluendo non sit, expensis iudicis a quo.*

5 *Expensæ quæ fiunt, cum mittitur ad examinandũ absentem, ab ipso absente solui debent.*

6 *Salaria, quæ dantur a Baronibus aduocatis, ut curẽt, quòd eorum subditi ad suos iudices remittantur, in te solui debent ab eorum subditis.*

1 LXI. Ampliatur, † etiam si clericus condemnari à seculari iudice permittat; & executionem fieri: & deindè priuilegium clericatus allegat; Nam tunc non obstante priuilegio clericali in expensis condẽnari debet, ut uoluit Feli. in c. exceptionem. in prin. uersic. & per istum text. allegans Egidi. Bellame. in decisi. 226. incipiente in causa mea. ubi hoc expressè dicit de exceptioni. & Feli. refert & sequitur Nicol. Boerius in commẽto super consuetud. Bituicẽ. de costumes concernans. §. 21. Item & si aucun. col. fin. uersicul. & unum singulare dixit Feli. fol. 29. ubi allegat Calder. in consil. 12. in tit. de iudi. ubi illud plus uult, ut talis sententia ualeat, uel saltem ex eo, quod priuilegium allegatum non fuit ualida iudicari debeat, ut ibi. Id tamẽ quòad expẽsas nõ autem quæ ad negocium principale.

2 Quò autem ad expensas, † quæ fiunt in remissione clerici a iudice laico ad suum iudicem, à quo fieri debeãt. Scilicet circa acta, quæ fiunt, in remissione coram iudice laico, ac etiam pro custodibus, qui clericum ducere debẽt, & pro copia processus trãsmittẽdi ad ipsum iudicem ecclesiast. cum. Hac de re Prosper Carauit. super Riti Mag. cur. Rit. 235. nume. 13. cum sequen. inquit, tres reperire opiniones, vnam Io. Fab. in l. unic. C. de offic. procons. & lega. ubi argumento illius legis dicit, Iudicem, qui remittit, suis expẽsis remittere debere. Verùm subdit Carauit. illum tex. nihil de hoc dicere; & ipsum etiam parum in hoc insistere, propterea quòd nulla ratio ne substiftere, aut niti uidetur. Secunda opinio fuit Bal. in c. 1. §. si iudex. num. 1. de pace tenen. quem sequitur Affiic. in constit. Regn. capitaneorum. in 4. not. nu. 6. in fi. Vbi inquit, quòd si ad instantiam accusatoris fit remissio; ipse accusator remissionis expensas faciet, per tex. in l. fi. C. de eroga. milita. anno lib. 12. & in l. quoniam. C. de testib. & in c. mulieres. de iudic. in 6. Si uerò non remittatur ad instantiam accusatoris, sed iudicis ipsius inquisiti, & tunc ille iudex eas soluat, arg. l. mulier in opus salinarium ff. de capt. & postlimi. reuers. Tertia opinio est Boerij in decisi. 303. nu. 12. uersi. quid dicendũ; ubi uult clericum ipsum inquisitum expẽsas facere debere, & si non sit soluendo, soluat actor, qui instat, & in eius defectum iudex ecclesiasticus, & ultimo loco Iudex qui cœpit. Mouetur autẽ ipse Boerius per tex. in l. lex Cornelia. §. si quis librum. ibi, premium cõstituitur. ff. de iniur. iunctis not. per Ange. & Alex. ad Bar. ibi & eundem Bar. in l. lege Cornelia. in fin. in princ. ff. ad sillania. ubi expressè habetur, informationes, &

3 alia suffragia iustitiæ. † carcerati expẽsis fieri debere si culpabilis sit, & soluendo, sin autem expensis accusatoris, uel instigatoris, & ultimo loco ipsius curiæ. Id quod firmauit etiam idem Boerius in consue. Buturicen. de iurisd. omn. iudi. §. 29. & satis pro hac opinione facere uidetur, † quod carceratus appellans,

4 & petens se mitti ad Iudicem ad quem, suis expensis mitti debet, & si soluendo nõ sit, expensis iudicis à quo, ut inquit Bal. in l. generaliter. §. his de presentibus. nu. 4. C. de reb. credi. & Io. Faber in l. minimè. C. de appell. & Aufre. ad decisio. Tolosa. 100. & hanc opinionem putat ueriorem Carauit. in loco supra adducto, per tex. in d. §. si quis librũ. Itẽ quia cul-

pa

pa ipsius carcerati delinquentis non debet suo supe-
riori abesse, circa petitionẽ remissionis ipsius; quia
alteri per alterũ non debet iniqua conditio inferri
l. non debet alteri, cum concordantibus ibi per glo.
ff. de regu. iur. & ideò expensæ super ipsa remissione
faciendę culpa sua: quia deliquit, damno ipsius delin-
5 quentis cedere debent, † sicut diximus de expensis,
quæ fiunt: cũ mittitur ad examinãdum absentẽ; Nã
ab ipso absente fieri debent; cum eius absentia expẽ-
sarum causa fit, ut inquit Ancha. in c. statutum. §. in-
super. de rescrip. & Alberi. & Angel. in l. actor. ff. de
procura. & Salice. in d. §. his de præsentibus. num. 10.
uersi. ego puto. & Alber. & Deci. in l. quod quis ex
sua culpa. ff. de regu. iur. & Afflic. decisi. 177. & hinc
6 infert Carauit. quòd † Barones, qui apud regias au-
dientias pro defendendis uasallis; qui per eas citan-
tur, & carcerantur, aduocatos habent, qui curent, ut
ad eorũ officiales remittantur; dum salarium annuũ
prædictis aduocatis cõstitutũ ab omnibus suis sub-
ditis, & in prouincijs existentibus solui faciunt, iure
faciant; & dicatur, Barones, qui aduocatos pro ua-
sallorum remissione habẽt suam iurisdictionem, &
priuilegia defendere; & ideò ex propria pacunia il-
lis salarium soluere debere; respõdet, quod si uasalli
ipsi non delinquerent; eorũ priuilegia in hoc defen-
sione nõ agerent; & ideò cum eorum culpa, ut supra
diximus; id totum fiat; sibi ipsis imputent; super hoc
ultimo relinquit Carauit. cogitandum; Propterea
quòd ex eisdem fortassè argumentis, quibus supra
usi sumus, dici posset, eorum impensis, qui delinque-
rent; salarium illis præstandum esse; uel ipsorum Ba-
ronum, qui deinde ab iis, qui delinquerent; exige-
rent, ne & delinquentes, & non delinquentes uno
ordine in hoc grauentur; Nam quò ad illos, qui non
delinquunt; cessat ratio, quòd sibi ipsis imputent, cũ
delinquerint, qua potissimum ipse Carauit. ad ita cõ-
cludendum mouetur.

1 *Expensis condemnandus est contumax, qui sua contu-
macia uictus est; & iuris fictione confessus dicitur.*

1 LXII. Ampliatur † etiam in contumace; qui cum
sui contumacia uictus sit, & iuris fictione confessus
dicatur; in expensis condemnandus est. Nam expen-
sæ non solùm uictoriæ causa: sed etiam contumacię
debentur, ut supra diximus in principio huius regu-
læ, per tex. in l. sancimus. C. de iudi. & alia, quæ ibi
deduximus; Hanc conclusionem tenet Bart. in l. edi-
ta. col. fin. C. de eden. & in l. si procurator. ff. rem rat.
haber. & in l. 1. §. hoc iudicium. ff. si quis iusdicen. nõ
obtempe. & Hyeron. Grat. in consi. 72. nume. 13. lib.
2. & Ioan. à Grass. in tracta. de substãtia. procura. in
uerbo. & exigendum, num. 2. & glo. & Doct. in d. ca.
finem litibus. num. 14. & sequen. & præsertim num.
18. ubi plura adducit, extra de dolo & contum. &
Specula. in tit. de expens. §. si antè. num. 5. & Neuiza.
in consi. 17. nume. 17. Angel. in l. terminato. nume.
4. C. de fruct. & lit. expens. ubi non solum uult, ut
contumax sumptus necessarios reficere teneatur; sed
etiam utiles & necessarios, per ea quæ tradit Inno.
in c. cum uenisset. extra de dolo & contum. Sed de
secundo dicto tractamus infra dum dicimus, de qui-
bus, & qualibus impensis intelligatur, & idem dici
Ange. in d. l. properãdum. §. sin autem alterutra. in
fin. C. de iud.

1 *Expensis condemnandus est etiam non uerus contu-
max, ut puta si semel tantum uel bis citatus non cõ-
paruit.*
2 *Expensas citationis euitat, qui termino primæ cita-
tionis elapso, antè secundam citationem coram iu-
dice comparuit, & se in iudicio staturum obtulit.*
3 *Expensas, quas aduersarius in itinere fecit, an refice-
re teneatur, qui primò citatus non comparuit.*
4 *Expensa, quas contumax restituere tenetur, quæ sint.*

1 Primò ampliatur † hæc ampliatio in non uero con-
tumace, ut puta in eo, qui semel tãtũ, uel bis citatus
nõ comparuit; Nã etiam ob huiusmodi impropriã
contumaciam in expensis condemnandus est; & Iu-
dex antequam ad ulteria procedat; ad primam, uel
secundam citationem non comparentem in expẽsis
condẽnare tenetur, quas aduersarius non solùm in-
citando, sed etiam expectans fecit, ut habetur. in ca.
querelam. ubi glo. & Abba. tradunt, extra de procu-
ra. & in c. cum dilecti. extra de dolo & contum. & in
d. l. sancimus. C. de iudic. & est ex intentione Barto.
in d. l. sancimus, & in auth. qui semel. C. quomo. &
quando Iud. & in l. contumacia. ff. de re iudic. ubi
Alexand. & refert & sequitur Augustin. Berous in
c. quoniam contra. numer. 135. extra de probat. &
Lanfra in d. ca. quoniam contra. in tit. de expensis,
nume. 24. ubi id etiam inquit procedere in expen-
sis primæ citationi, & Alexand. in l. si finita. §. Iu-
lianus. numer. 81. ff. de damn. infect. & Imol. in d.
ca. quoniam contra. numer. 18. ubi etiam de prima
citatione loquitur, & Abba. in ca. fina. §. in alijs. nu-
mer. 19. ubi plura cumulat, extra ut lite non conte-
stata.
2 Id tamen tunc procedere intelligitur; † quando
primò citatus secundam & tertiam citationem ex-
pectauit; secus uerò si termino primæ citationis ela-
pso, antè secundam citationem, coram iudice com-
paruit; & se in iudicio statutum obtulerit; Tunc
namque citationis expẽsas euitabit: ut noluit Abba.
in c. cum dilecti. in ultimis uerbis extra de dolo &
contuma. & refert & sequitur Augustinus Beroius
in d. ca. quoniam contra. nume. 135. extra pe proba-
tio. & uide Ias. in l. contumacia. ff. de re iudic.
3 An autem ille, † qui primò citatus nõ comparuit,
ad expensas, quas aduersarios in itinere fecit tenea-
tur; respondetur non teneri; quia ad illas tantum te-
netur; quæ factæ sunt, cum uerè contumax esset, ut
inquit Ioan. Andre. in c. cum dilecti. extra de dolo &
contuma. & refert & sequitur Beroius in loco supra
relato. num. 136.
4 Expensæ † autem, quas contumax restituere te-
netur, ut inquit Andre. de Isern. super constit. regn.
super pragmat. de interpreta. secundi decreti. col. 1.
in uerbo expensas restituerit. fol. 413. sunt illæ tan-
tum, quas fecit comparens pro sua comparitione;
non autem expensæ procuratorum, & aduocatorũ,
ut uoluit Domin. à Sãcto. Geminia. in c. 1. in 3. not.
per illum text. de dolo & contuma. in 6. per ea quæ

uoluit

uoluit glo. in c. primis. in uersi. expēdisse 2. quæst. 1. Reficiuntur autem expensæ factæ ab initio tempore citationis; ut est tex. in ca. cum dilecti, ibi expensas, quas aduersarij eius fecerunt à tempore citationis emissæ; extra de dolo & contum. ubi Bal. in colu. 4. notat, & inquit ad hoc esse optimum text. Item non solum reficiendæ sunt expensæ litis; quas fecit actor in aduocatis & procuratoribus & alijs, sed omnia etiam damna rerum suarum, quæ actor in rebus suis passus est, ex quo reus non paruit, ut uoluit glo. not. in l. unica. §. fin. in glo. 1. & ibi sequuntur Bar. Bal. & alij. ff. si quis ius d. cen. non obtempe. per tex. in l. sancimus. in uersi. omnia damna. C. de iud. Nec deducētur expēsæ, quas fecisset domi, sed eas integras habebit, ut inquit Ioā. Andr. in c. statutū. §. insuper. in uerbo moderatas de rescrip. in 6. & refert & sequitur Mat. Affl. in constit. accusa. in 5. not. ubi plura deducit.

Expensis condemnatur contumax etiam in causa, in qua contra absentem procedi potest.

1 II. Ampliatur † hæc ampliatio, ut cōtumax etiā in causa, in qua contra absentē procedi potest, cōdemnetur, ut uoluit Cōpostella. in c. 1. de electio. in 6. & licet Specula. in tit. de expensis. §. iusta. uersic. quid si talis, contrarium tenuerit, ut refert Ioann. Andre. in d. ca. finem litibus, ubi Imol. reassumit num. 9. extra de dolo & contum. & ipse Ioann. Andre. opiniones concordando hūc in modum distinguat; Aut non proceditur in causa, licet possit procedi, & in expensis condemnabitur, facit. c. à Nicolao. extra de appella. & illud, quod notatur in c. ueniens. extra de renunc. Aut uerò in causa proceditur, & tūc non cōdemnabitur statim, & ita procedat opinio Specula. Sed in fine causæ in definitiua sententia, quæ opinio. Imol. in d. c. finem litibus. satis rationabilis uidetur; Attamen Floria. indistinctè Compostella opinionem amplectitur, eamque in iure ueriorem arbitratur, per text. in d. l. sancimus. C. de iudi. cum indistinctè loquatur, ut est quædam additio ad Imol. in d. c. finem litibus. num. 9. in fin. extra de dolo, & contum. uide Lanfra. in tract. de expens. num. 25.

1 *Expensis condemnandus est contumax, etiam si iustā causam litigandi habeat.*

1 III. Ampliatur hæc ampliatio, ut iusta causa contumacem non excuset; Nam siue iustam, siue iniustā causam habuerit; in expensis condemnandus est, ut uoluit Specu. in tit. de expens. §. si antè, num. 5. latè dicitur infra.

1 *Expensis condemnandus est contumax etiam in terminis l. diffamari. C. de ingenu. manu.*

1 IIII. Ampliatur † etiā in iudicio iuxta terminos l. diffamari. C. de ingenu. manu. intētato, ut inquit in ea Bart. Blare. cap. 5. nu. 35.

1 *Expensis contumax condemnatus illas nō repetit, nec ab illis liberatur, licet obtineat in causa principali.*

1 V. Ampliatur, † ut qui ob contumaciam in expēsis condemnatus fuit; illas non repetat; nec ab illis liberetur; quamuis obtineat in causa principali, ut noluerunt Ioan. Andr. Collect. & Panor. in c. calumniā. extra de pœn. & Cynus, & alij in d. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. & Guiliel. Mayner. in l. quod à quoquàm. nu. 2. ubi plura refert, ff. de regul. iur. & Boerius latè in decis. 324. nu. 5. uol. 2.

2 *Expensarum condemnatio in contumace nouam citationem non requirit.*

1 VI. Ampliatur, † ut noua citatio in expensis ratione contumaciæ non requiratur, ut latè tradit Felyn. plures referens in ca. 1. num. 20. extra de iudi. & Abba. in c. 2. nu. 2. ubi est quædam additio, extra de procura. & Inno. in d. c. finem litibus. nu. 10. extra de dolo, & contum. & in c. cum dilecti. eod. tit. & Bald. in l. sancimus. C. de iudi. & Lanfra. in tract. de expēs. nu. 25. de his nonnulla ponit Lanfra. in tract. de expens. num. 25.

1 *Expensis condemnari debet uictus pro rata uictoriæ in capitulis, in quibus succubuit, et si eum plura, & separata proposuerit; in aliquibus absolutus sit. & idem si sit unum, & idem capitulū, uel plura simul coniuncta, quorum partem probauit, partē uerò nō, & quomodo.*

2 *Expensa totius processus ob quas clausulas comprehendantur.*

3 *Clausula illa libelli, offerens se probaturum tantum ea, quæ ad uictoriam sufficiunt reportandam, uel nō se adstringens ad probandum, nisi ea, quæ ad obtinendam uictoriam sufficiunt, quid operentur ad euitandam condemnationem expensarum.*

4 *Clausula libelli alia ad expensarum condemnationē euitandam.*

5 *Appellationis in causa probare unam ex pluribus causis ad obtinendum sufficit.*

1 LXIII. Ampliatur in eo, † qui plura capitula separata, & distincta proposuit; & in aliquibus obtinuit; Nā uictus, licet in aliis absoluatur; inquibus succubuit pro rata uictoriæ in expēsis cōdemnari dēt, ut inquit Boeri. in decis. 74. uol. 1. subdēs idem esse, quando est unū, & idem capitulum; uel plura simul cōiuncta capitula; cuius, uel quorum partem probauit, partem uerò non probauit; Nisi fortasse in petitione huiusmodi clausulam apposuerit. Quare peto condemnari ad dandum talem quantitatem; siue talem summam; aut aliam quantitatem, uel summam; quam probare potero, uel probatum fuerit. Nā tūc
2 † omnes processus contra reum expensæ tam in reali & personali, quàm iniuriarum actione in condēnatione uenient, ut uoluit Mansuerius in sua praxi in titu. de iniur. fol. 29. col. 4. uersi. itē si actor propinat; Qui ad hoc adducit Cynum in l. 2. de proba. qui solum in ult. quæstio. in fin. allegat in argumentū text. in l. 3. §. hęc autem actio. uers. docere quàm actor. ff. ui bono. rapto. Verùm hanc conclusionem sequitur Marian. Socin. in c. 2. colu. 3. in prin. uersi. quartò infertur

fertur ex prædictis, de libel. oblatio. dum ait; & nota,
quòd nos practicamus, quòd quis ipsam æstimatio
nem in specie exprimat; & addatur clausula, & illud
plus, uel minus; quod probatum fuerit; Subdit præ-
terea Boerius eo in loco; Ita de stillo seruari; & illã
clausulam omnes aduocatos, & procuratores appo
nere consueuisse, pro qua facit tex. ubi tradunt Bar.
& Alber. in l. habeat. ff. de instit. actio. & rursus idem
Bart. latius, ubi omnes tradunt, in l. diuus. ff. de re iu
di. ubi inquiunt, illam clausulam in libello inseren-
3 dã esse, † uidelicet. Offert se probaturum tãtum ea,
quæ ad uictoriam sufficiant reportandam. Præterea
idẽ quoque esse existimarunt; si in conclusione libel-
li dicatur; Non se adstringens ad probãdum nisi ea,
quæ ad obtinẽdam uictoriam sufficiunt. c. licet cau-
sam. ubi glo. & Doct. tradunt, & præsertim Fel. ex-
tra de probatio. & Specul. in tit. de libel. conceptio.
§. ult. uersi. pen. Item consueuerunt; quæ quidẽ clau
sula si omittatur, actor in expensis succumbit, si om-
nia non probet; cum simpliciter agens ad proban-
dum omnia, quæ narrauit, se adstringere uideatur.
Verum quando plura sunt facta connexa, uel distin-
cta, & separata cautius esse uidetur, ut nihil in spe-
4 cie petatur; Sed solùm dicatur; † super quibus omni
bus, & singulis peto ius, & iustitiam ministrari simul
diuisim, copulatiuè, alternatiuè, singula singulis con
gruè referendo, & omni alio meliori modo, & for-
ma, quibus fieri poterit; & uestrum nobile officium
benignè imploratum ordinandũ. c. 2. & ibi Anto. à
Butr. Abba. & alij, extra de ordi. cognit. & Bal. in d.
l. 2. de probatio. & Angel. Aret. in §. omnium autem
actionum. col. penult. in fi. uersic. ego autem sum so-
litus, ubi etiam Ias. col. 26. uers. multum autẽ esse uti
le. Instit. de actio. & Alber. Brun. in consi. 83. colu. 1.
uersic. ex quo pat. & Paris de Pute. in tract. de sindi-
ca. in uers. tortura, in fi. & Maria. Soci. in d. c. 2. de te-
stib. fol. 75. antè medium, uers. & hoc maximè pro-
cedat, & est tex. ad hoc cum glo. in ca. 1. ubi tradunt
Doct. extra de rescr. & in c. iam dudum. extra de præ
5 ben. † In causa autẽ appellationis si una ex pluribus
causis probetur, ad obtinẽdam satis est. c. significa-
uit. ubi tradit Abba. in ult. not. & in c. significãte. ubi
etiam, Abba. & Deci. in ult. nota. de appella. post præ
positum Mediolanensem, & Franc. & tradit Bal. in
authen. hodie. §. cautione. num. 6. de appella.

1 *Expensis cõdemnari debet uictus in uno articulo, uel in aliquo emergenti nõ expectata sententia definitiua, scilicet in expensis illius articuli.*

1 LXIIII. Ampliatur, † ut procedat etiam in obtinẽ
te in uno articulo, uel aliquo emergẽti. Nam uictus
in tali articulo non expectata definitiua sententia
condemnari debet, ut uoluit Feli. in c. ad audientiã.
el secondo, colum. 12. uersicu. cogitabam. nu. 34. de
rescri. & ita, ut ipse inquit, uoluit Bal. in l. generali-
ter. §. his de præsentibus. C. de reb. credi. & inquit id
sentire glo. ibi, prout refert Hyppo. Marsi. in l. patre
uel marito. nume. 73. uers. dicit postea. ff. de quæst. &
tradit Nicola. Boeri. in consi. 27. num. 1. uersi. secũ-
do casu, per ea quæ uoluit Specula. in tit. de expens.
§. sin autem. uers. sed numquid deficiens, & si (ut ipse
dicit) Inno. Io. Andre. Anto. à Butrio. & Abba. in c. fi
nem litibus. per illum tex. extra de dolo, & contum.
contrarium tenere uideantur.

Intelligitur autem huiusmodi conclusio solũ quò
ad expẽsas factas circa illũ articulũ, secus uerò quò
ad illas, quæ in alia causa fierent, ut uoluit Francus
in c. primo, §. siquis igitur. num. 1. per illũ tex. de ex-
pens. nu. 6. ubi inquit facere tex. in c. 1. de dolo & con
tu. lib. 6.

1 *Expensis condẽnandus est procurator episcopi, qui partem contra præuentos fecit.*
2 *Expẽsis condemnandi sunt Senescalchi, & iudices curiæ, qui ex officio calumniosè partes uexant, itẽ in damnis & interesse.*
3 *Procurator iniustè quando litem mouisse dicatur.*
4 *Accusans aliquẽ propter necessitatem officii a pœna præsumptæ calumniæ excusatur.*

1 LXV. Ampliatur, † in procuratore episcopi, qui
partem contra præuentos fecit. Nam si litem iniustè
mouisse reperiatur, in expensis condemnandus est,
ut uoluit decidendo Capel. Tolosã. decisio. 6. per ea
quæ notauit Cynus in l. sancimus, C. de iudic. & Col
lect. in d. c. finem litibus. extra de dolo, & contu. & in
cap. 2. in fi. de calum. ubi adducit text. in l. seueriter.
C. de excusatio. tuto. ubi etiam tradit Cynus. Præte-
rea, ut refert additio ibi idem uoluit Io. Fabr. in l. nõ
2 est. C. de administr. tuto. † ubi inquit idem credere
de Seneschalis, & Iudicibus curiæ, qui ex officio ca-
lumniosè partes uexant, Existimat namque eos in
expensis, & damnis condemnandos, & de suo pro-
prio sicut procuratores curiæ soluere debere, ut no-
3 tatur in d. l. seueriter; † Dici autẽ potest, procurato
rem iniustè litem mouisse; quando accusauit, uel par
tem fecit, nulla infamia, uel indicijs præcedentibus,
de quo per Guido. Papæ decisi. 446. & melius decis.
324. Præterea quòd contra eum tunc præsumendũ
est, & ideo (ut diximus) parti in expensis, & damnis
condemnandus est, ut uoluerunt Cynus, & Bald. in
d. l. sancimus. Si uerò de euidenti calumnia nõ appa
ret, ut puta; quia fama, uel indicijs præcedentib. par
tem fecit; & tunc illa conclusione generali, quã po-
nunt Doct. in l. 2. C. qui accus. non poss. ab ipsis ex-
pensis excusatur; per quam legem Legistæ ibi, & Ca
nonistæ in d. c. cum dilecti. in fi. col. fi. tradunt illã re
gulam, † quòd ille, qui propter necessitatem officii
4 aliquem accusat; a pœna præsumptæ calumnia excu
satur, ut inquit Bart. Cœpolla in consil. 74. col. 5. &
tradit glo. & sequitur Bart. in l. Athletas. §. calumnia
tor. ff. de infam. & glo. in c. 1. in fi. de elect. in 6. & la-
tius tradit Fel. in c. 2. glo. 2. col. 3. uers. octauò, extra
de calumnia. & faciunt ea, quæ not. Bar. in l. 2. §. si pu
blico. ff. ad l. Iuliã de adult. Approbata autem calum
nia excusari non debet, ut inquit Bart. in l. iubemus
in princip. C. de probatio. & idem Anto. in loco su
pra relato; subdens, quòd si iudex fama præceden-
te inquisitionem formet, a præsumpta calumnia ex
cusatur, nec expensas in illa inquisitione factas sol-
uere tenetur; Propterea quòd ex necessitate officij

dicitur

dicitur processisse fama præcedēte. Præterea idem inquit Bal.in l.obseruare.§.proficisci.quæst.16.ff.de offic.proconsf.Cynum in d.l.seueriter adducēs. Idē quoque voluit Ange.Aret.in tracta.malef.in uerbo ad denūciationem,colu.14.ubi etiam August. Atimis.in additio.& Io.Faber in dicta l.seueriter, & in l.ea quidem.C.de accusat. ubi etiam Salic. & rursus idem Bal.in d.l.seueriter.& Abba.in d.c.2.extra de calumn.& in d.c.cum dilecti.

1 *Expensas in conducēdis aduocatis, & procuratoribus factas uictus reficere debet.*
2 *Aduocatorum antiquorum auaritia, & salariorum excessus.*
3 *Expensas patrocinij ab aduocato, uel procuratore gratis acceptas, an uictor a uicto consequi possit.*
4 *Expensas, seu salarium sui ipsius, an possit aduocatus qui in sua causa obtinuit, a uicto consequi.*
5 *Obligatio ad antidora repetitionem impedit.*
6 *Expensæ aduocati, & procuratoris in causa iterū propter nullitatem processus mota reficiendæ sunt.*

1 LXVI.Ampliatur † in expēsis pro aduocatis, & procuratoribus factis,ut notat Bart. in l.si procurator.nume.2.per illum tex. ff. rem ratam haberi . ubi etiam Alex.in sua additio.& idem uoluit Egidi Bellamer.in decis.437.ubi etiam in interlocutoria antē sententiam cum cōdemnatione expēsarum lata ; uoluit,ut expensæ pro aduocato , & procuratore taxētur ; quas tamē , inquit, esse arbitrarias . Subdit tamē uni aduocato,nisi ualdē fortasse elaborādum esset,in prima instantia sex aureos sufficere ; in alijs uerò tres; At procuratori in prima quatuor, in reliquis tres; Non ab re erit fortasse hoc loco ; si illud retulerimus;quod scriptum reliquit Cornelius Tacitus lib.11.suorum annalium in principio , dum inquit. Nam cuncta legum, & magistratuum munia in se trahēs princeps , materiam prædādi patefecerat .
2 † nec quicquam publicæ mercis tam uænale fuit, quā aduocatorū perfidia,adeo ut Samius insignis eques Romanus quadringētis nummorum milib. Suillio datis,& cognita præuaricatione; ferro in domo eius incubuerit.Igitur incipiēte C.Silio cōsule designato cuius de potētia , & exitio in tempore memorabo , cōsurgunt patres,legem quām Titiam flagitāt,qua cauetur antiquitus,ne quis ob causam orādam pecuniam donūue accipiat. Deinde obstrepētibus his quibus ea cōtumelia parabatur,discors Suilio Silius acriter incubuit ueterum oratorū exempla referēs; qui famam in posteros præmia eloquētiæ cogitauissent pulcherrima: Alioquin, & bonarum artiū principē sordidis ministerijs fœdari , nec fidem integrā manere,ubi magnitudo quæstuum spectetur, quod si in nullius mercedē negocia tueantur, pauciora fore,nunc inimicitias;accusationes,odia,& iniurias foueri , ut quomodo uis morborum præcia medentibus,sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat, meminissent. T.Galbæ.C.Asinij, & Messalæ, ac recentiorū Aruntii,& Esernini ad summa prouectorum incorrupta uita,& facūdia talia dicēte cōsule designato,cōsentiētibus aliis parabatur sententia, qua lege repetundarum teneretur,cum Suilius , & Cossutianus,& cæteri,qui nō iudicium,quippe in manifestos; Sed pœnam statui uidebant,circumsistūt Cæsarem, ante acta deprecātes,& postquam annuit tacēs incipiūt . Quem illum tāta superbia esse , ut æternitatem famę sibi præsumat usui, & rebus subsidiū præparari,ne quis inopia aduocatorum potētioribus obnoxius sit,neque tamē eloquentiam gratuito contingere , omitti curas familiares,ut quis se alienis negocijs inrendat.Multos militia, quosdam exercēdo agros tollerare uitam.Nihil a quoquam expeti, nisi cuius fructus ante prouiderit.Facile Asiniū,& Messalam inter Antonium,& Augustum bellorum præmijs refertos;aut ditium familiarum hæredes Eserninos,& Aruntios magnum animū induisse, prompta sibi exempla quātis mercedibus P. Clodius aut C.Curio cōcionari soliti sint,se modicos senatores: qui à Rep.nulla nisi pacis emolumenta peterent, cogitare plebem;quā toga enitesceret sublatis studiorum precijs etiam studia peritura; ut minus decora. Hæc ita haud frustra dicta princeps ratus, capiēdis pecunijs posuit modum usque ad dena sestertia, quæ egressi repetūdarum tenerētur. Præterea, quod expensæ aduocatorum , & procuratorum reficiendæ sunt, uoluit Philipp.Franc.in c.1.num. 2.de dolo, & cōtu.in 6.per ca,qua uoluit glo.& sequitur Inno.in c.in nostra.de iureiur.& in l. nō ignorat.C.de fruct. & lit.expen.limitat autem Philip.Franc.in d. c.1.in ult.not.hāc cōclusionem locum nō habere propter cōtumaciam in nō comparēdo,Nam ueniūt solū expensæ quas cōparēs suæ comparitionis,& illius contumaciæ causa facit, ut uoluit glo.in c.in primis.2.q.1.& in c.in summa.4.quæst.5.& in l.sancimus.C. de iud.ubi Cynus,& bal.tradunt.

3 Subijciēte hac conclusione † Quæritur,an ille qui in causa obtinuit,expensas patrocinij ab aduocato, uel procuratore gratis præstiti,petere possit. Hac in re primò,quòd petere nō possit uidet uoluisse Bartol.in l.fin.ad fin.C.de fruct.& lit.expens.ubi clariss. tenet Bald.in fin. & rursus in tractatu protomisios,col.ult.uers.præterea iure.ubi allegat . Barto.in l. stipulatus es opus.ff.de fideiusso.ubi hac de re nihil dicere uidetur,& si de alia non multum dissimili loquatur,
4 † uidelicet,an uictor aduocatus, qui sibi ipsi patrocinatus est,& uicit; possit salarium sui ipsius petere , sed de hoc infra dicemus . Hanc cōclusionem sequitur Tiraquel.in tracta. de utroque retra.in 1.tit.§.29.glo.4.nu.5.uers.& quod præterea in alio . Adhuc hanc eādem opinionem, quòd non possit,sequitur Hipp.Marsi.in d.l.patre,uel marito.nu.68.ff.de quęstio.ubi refert glo.& Doct.in d. l.fi.C.de fruct.& lit.expens. & idē uoluit Ias. in d.l. properādū.§.si autem alterutra,nu.14.C.de iudi.

Contrarium uerò opinionem tenuit Bart.sibi cōtrarius in l.quòd si domus.per illum text.ff.de loca. & cond.& antē eum Iacob. ab Arc. in tract. de expēs.col.penult.uers.sed quid si habent; Mouetur autē ex eo,quòd ad antidora obligatus est.l.sed & si lege.§.cōsuluit.ff.de petit.hæred. & ideo et tātūdē abesse uidetur,l.si quis mandato.ff.de negoci. gest.& l. planè ubi.§.quod si tē.ff.de lega.1.
5 † Hęc enim obligatio ita efficax est; ut indebiti repetitionem impediat,

diat,l.si nō sortem.§.libertus.secundùm unam lectu ram.ff. de condit. indeb.& tradit glo.in l.ex hoc iure. in uerbo obligationes. in fin. ff. de iust. & iur. & utroque in loco multa huius obligationis refert Ias. & multo plura Tiraquel.in l.si unquam.in uerbo donatione largitus,nume.11.cum seque.C.de reuo.donatio. Præterea hanc opinionem sequitur Alberi. in l.properandum.§.fin autē alterutra.col.totius legis 15.uersi.quærit etiam.C.de iudi.& in l.sed & si.§.1. ff.ad exhibē.quos omnes refert Tiraquel.in d.tract. de utroque retract.tit.1.§.29.glo.4. num.6.& ultra relatos ab eo,hanc opinionē sequitur Hyero.Grat. in consi.108.nu.7.& sequen.uolu.1.ubi dicit,uideri de hoc casum in l.diem.§.fin.cum l.sequenti.ubi not. Guili.de Cuneo,& nonnulli alij.ff.mand.ubi Dominus,qui tenetur fideiussori de eo,quod soluit pro eo tenetur etiam in casu,quo non soluit,sed ei donatū fuit eum tamen liberandi gratia.Stante hac opinionum diuersitate,Specula.in tit.de expens.in §.postremò.uersi.quid si uictor,distinguendo ita ait,Aut ad uocatus animo donādi patrocinatus est;& tūc uult, ut uictor à uicto eas expensas repetere non possit. Aut uerò spe remunerationis;& tunc consequi possit,Posterius hoc dictum probant per tex.in l. idemque.§.ult.cum duabus sequentibus legibus.ff.mānda. quæ quidem magis primum dictum , quàm secundum probant;quandoquidem loquitur Specul.cum sit remissio spe remunerationis;& sic futurum respicit.Illæ autem leges,de causa remunerandi,ob præteritam quandam obligationem loquuntur;& ita in hoc casu intelligere uidentur Domini Rotę decis. 534.sed quid si habuit.in antiquis, hodie autem est decis.38.in tit.de senten.& re iud.in antiquis,∫m nouissimas impreßiones,& est repetita decis.5.in antiquis,in tit.de procur.nu.2.Præterea ultra Tiraquel. hanc distinctionem Ioan.Andr.refert,& sequitur,& satis commendat Abba.in d.ca.finem litibus. num. 29.extra de dolo,& contuma.& eum sequi uidetur Ias.in d.l.properandum.§.fin autem alterutra.num. 14.uersi.limita tamen prædicta.C. de iudi. Hæc(nisi fallor)probāt conclusionem supra secundo loco relatam,quòd scilicet repetere posit;propterea,quòd etiam,quòd aduocatus animo donandi uictori operas suas præstasset;remanet tamen illa obligatio ad antidora.

Quæritur præterea stante prædicta conclusione,
6 an † expensę aduocati, & procuratoris in causa iterum propter nullitatem processus mota, reficiendæ sint.Afflic.decis.70.post nume.2.hanc quæstionem ponit;quam in facto accidisse ait;& primò inquit ui deri reficiendas non esse; Quia remanent aduocati; solum autem mutati iudicij longiorisue causa reficiuntur,ergo non aduocatum,uel procuratorū,ut inquit Bart.in l.edita.C.de eden. Verùm prædictis non obstantibus.inquit Afflic.eodem loco pro aduocatorum,& procuratorum labore deinde superueniente,expensas reficiendas esse,ut latius per Afflictum ibi.

1 *Expensas in lite factas à uenditore emptor recuperare potest.*

1 LXVII.Ampliatur † in emptore.Nā expensas in lite factas à uenditore recuperare potest,& si hac de re uariæ sint opiniones,an succumbat,uel obtineat: Planè quando succumbat;ut emptor à uenditore expensas recuperet,alioqnin secus uolnit glo.in l.uenditores.in fin.gl.ff.de uerbo.oblig.& in l.1. ubi Bal. C.de euictio.ad quā Bal.ibi se refert,& rursus idem tenet glo.in l.qui absentem.ff.de procur.& in l.cum testamento,ubi etiam Bal.C.de testa.manu. & in l. si status,& ibi Bal.per illum tex.C.de euict.& Specula.in tit.de emptio.& uendi.§.1.uers. quid instrumēto,ad finem illius uersiculi,& rursus idem tenet Bal. & latius Cuma.in d.l.uenditores; qui Cuma. inquit eam omnes usque ad Guiliel.& Bart.tenuisse;& idē etiam subtiliter tenet Fulgo.in d.l. qui absentem.ff. de procura.

Cōtrariam uerò opinionem,quòd immo indistinctē etiam,quod emptor in causa obtineat;litis expēsas à uenditore recuperare posit;nisi eas ab aduersario;qui succumbit,recuperet,tenet Bart.in d.l.uenditores;asserens semper opinionem illius glo. reprobasse;Id quod sequūtur etiam Angel. Imol.& Aret. & idem Bal. & Angel.post Guiliel.in d.l.qui absentem,& Bart.in d.l.1.C.de euict.& in l.penult.ff.de liber.lega.& Ioan.Andr.in c.fi.extra de emptio. & uēdi.ubi etiam Imol.& Abba.ad fi.& idem tenet Ioā. de Anan.in consi.31.præsupposito quòd pęna;Patet ex prædictis etiam in hoc casu,ut emptor à uenditore expensas recuperet, magis communiter receptū esse.

1 *Expensas non consequitur emptor à uenditore, quādo non petiit eum in expensis condemnari.*

2 *Expensas ædificatiū,quas emptor fecit in re empta, si aduersario exceptionem opponendo consequi potuit, & non est consequutus, aut saltem consequi conatus est à uenditore non potest repetere.*

Primò limitatur hæc conclusio, quando emptor nō petendo aduersarium in expensis cōdemnari in mora esset;Quādoquidem si expensæ nō petātur;Iudex ex officio suo cōdemnare nō poterit, ut tradūt Bar.& alij in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damn. infect.& sic nō poterit à uenditore recuperare , ut
2 est tex.in l.idemque.§.1.ff.de actio.empt.† ubi si emptor expensas ędificiorum,quas fecit in re empta,ab aduersario exceptionem opponendo, consequi potuit;& non ex consequutus,aut saltem consequi conatus est uenditor non tenetur,ut est ibi tex.& notatur in l.super controuersia.C. de euictio. secundum Paul.Alex.& Aret.in d.l. uenditores;& Aret. addit tex.in l.si rem quam.§.1.ff.de euictio.& in l.sumptus ff.de rei uendi.& Ias.in d.l. uenditores.nume. 4. uerùm hæc ad punctum limitationis non pertinent, cum loquantur de tertio non uenditore; Pendet tamen hæc limitatio.à 53.Ampliatione,de quę supra diximus.

1 *Expensas in lite factas emptor à uenditore non consequitur, ubi in instrumento de dupla promissum fit.*

2 *Verbum quolibet in instrumento oppositum aliquid operari debere,quomodo intelligendum sit.*

Limitatur

1 II.Limitatur † suprascripta cōclusio, nisi in instrumēto de dupli promissum esset, ppea q̄ tunc in eo, nō solùm dictę expensæ, sed quodlibet aliud interesse uenit. l. emptorē. §. Cassius. & l. Titius. §. fi. & l. seq. ff. de actio. empt. sm̄ Cuma. & tradit Alex. in d. l. uēditores, & Ang. in d. l. q. absentē, immo illud ēt plus uoluit Cuma. in d. l. uenditores, ut ēt si in instrumēto vēditor promisisset duplā, expēsas & oēs alias brigas, ut communiter in instrumētis notarij dicere solēt. Adhuc emptor expēsas litis cōsequi non possit, si duplum sit cōsequutus; Nam id secūdùm naturam cōtractus promisisse intelligitur. l. si stipulatus. in prin. ff. de usur. & l. 5. §. cōuētionales. ff. de uerb. obli. Ias. aūt in d. l. venditores. hāc decisionē Cuma. non subsistere arbitratur, & mouetur, quia in instrumentis nō solùm clausulæ, sed nec minimū quidem uerbū, ut aliquid nō operetur, adesse debet, ut inquit Bal. in Rub. C. de contrahe n. emptio. quæst. 9 & facit glo. in c. solitæ. uersi. tanq̄, extra de maiori. & obedi. & glo. in l. 1. ff. quod met. caus. & gl. in l. j. §. ait prætor. in uersicu. si familia. ff. de ui & ui arma. Verùm animaduertēdū est. Bal. in d. Rub. q. 9. uoluisse illam
2 regulam, ut † quolibet uerbum in contractu aliqd operari debeat; intelligendā esse, dummodo secundùm naturā rei in contractum deductæ intelligatur ut uoluit Inno. in c. ex his. extra de iure patro. id qđ patet ex ipsa l. si stipulatus. in prin. & idē ēt dicit Bal. in l. à procuratore. C. manda. & tradit Ias. in d. l. uenditores. num. 5. ff. de uerbo. obligat.

1 *Expensas etiam in articulo attentatorum uictus victori ita reficere debet, ut iudex sibi reseruare non possit.*
2 *Expensis si non condemnauerit Iudex in materia attentatorum, poterit adhuc condemnare.*
3 *Expensæ attentatorum antè sententiam in principali negocio ferendam taxari possunt.*
4 *Expensæ qua in materia attentatorum taxentur.*

1 LXVIII. Ampliatur † etiam in articulo attentatorum, in quo ita debet uictus uictori in expensis condemnare, ut Iudex sibi reseruare non possit, sed statim partem, eas reficiendas cogere debeat, in l. generaliter. §. his præsentibus, num. 4. in fi. C. de reb. credi. & Abb. in c. fi. extra de dolo contum. quos refert & sequitur Io. de Amic. in consi. 36. nu. 5. Animaduertendū tñ est, Bal. ibi id simpliciter & expressè in articulo attentatorū non dicere, sed de obtinēte in uno articulo simpliciter loq; Nec Abb. qcq̄ de hoc
2 dicere in d. c. fi. inuenire potui. † Hæc tamē conclusio ita uera est, ut si iudex non cōdēnauerit; possit adhuc deindè condēnare, ut inqt Manfredus lib. 1. Attent. par. 7. num. 33. & 34. ubi allegat Rota in decis. 473. in antiquis, & Marant. in suo Specu. aureo, in 6. parte princ. in tit. de appella. nu. 395. Nec ad principalis negocij, & appellationis decisionem, nisi solutis expensis, deuenitur, & idem Manfredus nu. 72. rursus allegat Rotam decis. 480. & 454. Propterea q̄ expensæ attentatorum ante sententiam in principali negocio ferendam taxari possint, tradit idem Manfredus attenta. lib. 1. parte 8. num. 21. & allegat Rotam in decisi. 99. in nouis, & idem Manfredus lib. 1. cōclus. 90. Itē ut ēt appellatione pendēte taxari possint, tradit idem Manfredus attenta; lib. 1. parte 7. nu. 122. per ea quæ uoluit Marant. in suo speculo aureo in 6. parte, nu. 186. & Lapus in allegatio. 72. incipiente in causa matrimonij. & idem Manfre. attentato. lib. 2. conclus. 119. allegat Guid. Papæ in tracta. de appella. quæst. 116. num. 20. & uide eundem Mā
4 fredum in d. lib. 2. conclus. 223. Taxantur † autem hac in re expensæ procuratorum solicitatorū, & aduocatorum, ut inquit idē Manfredus in 8. parte, nu. 13. per ea, quæ uoluit Mili. in repet. in uerbo attentata, & in uerbo attentatorum sententia, & Rota in decisi. 99. & nouis, & idem Manfr. lib. 2. conclus. 82.

1 *Expensas reficere tenetur malè impendens.*

1 LXIX. Ampliatur † supradicta conclusio, ut in malè impendēte locum habeat, propterea quòd ipse ad impēsas tenetur, & in expensis condemnari debet, ut uoluit Bal. in c. sæpe. nu. 6. de appellat. per illum tex. id quod memorię mandandum est; Quia vitium illud in curiis principum frequētissimum est.

1 *Expensas reficere debet reus, qui actori iusiurandum detulit, si iurauerit.*

1 LXX. Ampliatur: † ut ēt procedat, si iusiurandum iudiciale litis decisorium delatū sit. Nā si reus actori iusiurādū deferat, & ipse iuret, reus deindè in expēsis cōdēnabitur, ut est tex. notabilis in §. studiū. post medium in auth. de trient. & semis. secundùm Guilel. de Cun. Alber. & Ang. in l. cū qui. in princ. ff. de iureiur. & ut inquit Ange. ibi ille tex. ad hoc singularis est, & refert & sequitur Ias. in d. l. properandū. §. sin autem alterutra. nu. 10. uersi. Tu autem aduerte. C. de iud. Licet secus si in iureiurando necessario, ut infra dicemus limit. 14.

1 *Expensis uterque pro rata condemnandus est, quando quilibet pro parte obtinuit, & pro parte succubuit, & an hinc inde compensatio facienda sit.*
2 *Sententia est nulla tanquam incerta, quando uterque & uictor & uictus sit, iudex dixerit, uictum uictori in expensis condemnandus.*

1 LXXI. Ampliatur † etiam in eo, qui in parte obtinuit, & in parte succubuit; Nam cū uterque & uictor uictus sit; quilibet in expensis pro sua rata condemnādus est; ut uoluerunt Bald. & Salic. post Iacob. de Aren. in d. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. Animaduertendum tamē est, glo. in l. generaliter. §. sin autem Iudex. in uerbo prçiuditij, C. de reb. cred. hinc inde compensationem faciēdam esse existimare, ut refert Ias. in d. §. sin autem alterutra. nu. 15. Id subdēs intelligendum esse; cū ad animum quilibet pro dimidia iustā causam habuerit At secus, si ex diuersis partibus, utputa si unus ex tertia uel quarta; prout declarat Imol. in l. qui solidū. in princ. ff. de legat. 2. De quo etiam per Specula. in titu.

tit.de expens.§.penult.in fin.& Canoni. in d.c.finem litibus.& Bal.in l.eos.§.cautione. C.de appella. & in authen.generaliter, col.6. & tradit Ias.in d.§.sin autem alterutra,nu.15.& nu.17. & Lancello. Conrad. in sua pract.lib.1.cap.9.de prætor. §.3. de offic. prætor.in caus.crimi.in tit.de senten.defini. crimi. limit. 15.& Lāfr.in tract.de expens. nu.13. & Salicet. in d. auth.generaliter,nu.11.C.de reb.cred.& Frāc.Marci decis.234.num.4.vol.2.per tex.in c.statutum.§.assessorem,de rescr.in 6.& notat Bart.in l.si postulauit. in prin.ff.de adult.& Bart.& Salic. in l.3. C.de adult. Illud tamen addendū est;quòd in d.casu,quando scilicet actor ex parte obtinet;ex parte verò succūbit,si iudex in sententia dixerit; victum victori in expensis
2 condemnamus,eam sententiam tanquàm incertam nullam esse,cum vterq; & victor & victus sit, vt inqt Bar.in l.legatario. §.fin.per illum tex. ff.de fideicommiss.liber.& tradit etiā Bal.in d. l.terminato, col. penul.ad fin.& Imol. in l.Iudex postquàm. ff. de re iud. & Mathes. in not. 4. quamuis contrarium tenuerit Ludouic.in l.1. ff.de re iudica. & refert Ias. in d. §.sin autem alterutra,num.16. Videas tamen ampliationem 19. vbi super expensis sententiam incertam valere diximus.

1 *Expensas iam factas petere potest, qui in exceptione contra generalitatem libelli opposita obtinuit.*

1 LXXII. Ampliatur † vt procedat etiā in eo, qui in exceptione contra generalitatem libelli opposita obtinuerit; Hic enim expensas iam factas petere potest,vt inquit Fel.in c.ad audientiam,nu.34.versi.cogitabā,extra de rescript.per ea,quæ voluit Specul. in tit.de libell.oblatio.§.nunc ostendamus,versic.sed & si.& in tit.de expens.versic.si antè, nu.30. & refert & sequitur Hippol.in l.patre vel marito,num.73.versi. dicit etiam ꝗ ille.ff.de quæst.

1 *Expensis non excusat iuramentum calumniæ.*

1 LXXIII. Ampliatur † ita vt iuramentū calumniæ ab expensis non excuset,vt inquit Bart. in d. l.properandum.§.sin autem alterutra.C.de iudic.& sequitur ibidem Alexā.cum concordantibus, de quibus ibi p eum;& tradit Salic.in l.qui crimen.in fin. C.qui accusa.non poss.vbi totum mundum inquit hanc conclusionem tenere; Quamuis glo.iuris ciuilis, & canonici contrarium teneant.& plures ex antiquis, quos refert & sequitur Bar.in suo consi.Andrutiolus; quem sequitur Ludo.Roma.in l.3.in prin.in primo nota.ff. de iureiuran.quod tamen consilium impressum non inuenio. Præterea hanc conclusionem sequutus est Bal.in d.l.non ignorat. & Ias. in d. §.sin autem alterutra.vbi ad ea,quæ post Alexā. & alios dixit in d. l.3. de iureiuran. se refert: Adde etiam prædictis illud, quod voluit Bald.in consil.73.nume.2. lib.3. & Lanfran.in c.quoniam contra.in tit.de expensis, cap.11. num.5. vbi est satis longa ad eum additio, quæ plures cumulat,& Iser.super constit.regni,lib.1.in titu. de condem.expens.in vers. lex Diuorum principum. in fin.& nouissimo loco plures cumulat Didac.practi. quæst.cap.27.sub nu.1.versi.secunda eadem forma & ratione, vbi inquit, numquàm hac de re controuersiam moueri vidisse, immo passim victum arbitrio iudicis: etiam si iuramentum calumniæ præstiterit,victori in expensis condemnari. Idem præterea voluit Bal.in consi.472.num.8.in fi.lib.1.

1 *Expensas etiam reficere tenetur ille,qui in iudicio procuratorem minus legitimè constituerit, & obtinuerit,& gesta per procuratorem minus legitimum ratificauerit.*

1 LXXIIII. Ampliatur † etiam si ab actore procurator in iudicio minus legitimè constitutus sit;& obtinuerit, & gesta per procuratorem minus legitimū ratificauerit; Attamen prædictis non obstantibus, actor ad expensas factas ab eo antè ratificationem tenetur,vt voluit Neuizanus in consil.16.num. 3. post Bar.& Ang.in §.oportet,in fi.in auth.de iudic.& Iac. in l.Iulianus,nu.3. ff.qui satisdar. cogan. & in l.licet, num.5.ff.de iudic.

1 *Expensis condemnare potest iudex, antè quàm super causa principali pronunciet.*

1 LXXV. Ampliatur,vt iudex antequàm super causa principali pronunciet,partem in expensis condemnare possit;& ex huiusmodi postpositione contra sententiam vitium nullum oritur,vt voluit Abb. in c.cū olim.il secondo,nu.2.in 2.nota. per illum text. extra de priuile.& si,vt inquit ibi Abba. contrarium seruetur,illud tamen adnotādum est, ꝗ si casus accideret, sententia sustineretur.

1 *Expensæ aduocationis iudicis a quo fieri debeant.*

1 LXXVI. Ampliatur, † vt acta corā iudice à quo causa aduocatur facta expensis procuratoris euocātis,siue fuerit originarius actor,siue nō,siue fuerint literæ aduocationis motu proprio cōcessæ,siue ad petitionē aduocātis produci debēt,vt inquit Guido Papæ in decis. 440. vtrū principes, quē refert & sequitur Rebuf.super constit.regn.Franc.in tracta. de euoca.nu.81. subdens, quòd princeps hoc solet mandare in fine literarum, & tunc sine dubio illud sequi debemus; Quia licet princeps cōcedat motu proprio; Attamen parte instigante facere videtur, vt plenius ibi Rebuf. inquit scripsisse in forma mādati apostol. in glo.motu proprio.

1 *Expensarum augmenti idem, quod de ipsis expensis dicendum est.*

1 LXXVII. Ampliatur,vt † procedat etiam in augmento expensarum; Nam idem debet seruari; & iudicari de augmento expensarum, quod de ipsis expensis,vt inquit Imol.in consi.34.in fin.argum. l. inter socerum.§.cum inter. ff.de pact. dotal. & Nicol. Boer.plura referens in consi.27. nu.9. cum sequen.

1 *Expensis condemnandus est reus, qui interrogatus, quo titulo possideat, titulum exprimere non vult.*

Nam si deindè in fine causæ titulum ad excludendum actorem opponere vult, actor in exp nsis obtinebit.

1 LXXVIII. Ampliatur † quando reus interrogatus, quo titulo possideat, titulum exprimere nõ vult; & ideò ad vlteriora processum est; vnde si deindè in fine causæ titulum ad excludendum actorem opponere vult; quod quidem facere potest; tunc actor in expensis obtinebit, quia reus opponẽs, & si super principali oppositione propter titulũ obtineat, cum ipsa sit exceptio peremptoria. Attamẽ quia causam dolosè protelauit, in expensis condemnandus erit, vt inquit Rober. Marant. in suo Speculo aureo in 6. parte membro 7. num. 2. vbi inquit, esse causam notabilem, in quo victor in expensis condemnatur, vt voluit Bal. in l. cogi. col. penul. C. de petit. hæred.

1 *Expensis condemnandus est victor in prima sententia, quando lata est sententia condemnatoria in centum, & victus appellet, & iudex appellationis illum victum solum in quinquaginta condemnet.*

1 LXXIX. Ampliatur † quãdo lata est sententia cõdemnatoria in centũ, & victus appellet, & iudex appellationis illũ victũm solũ in quinquaginta cõdem net; Tunc enim eius aduersarius, idest victor in prima sententia in expensis condemnandus est; Ratio autem est, q. a ille victor iniq; centũ petiit, cũ solum quinquaginta consequi deberet; Nec tũc mutua cõpensatio locũ habere potest, cũ illud capitulũ indiuiduum sit: vt inquit Inno. in c. finẽ litibus, extra de do lo & contum. & refert Lanfran. ab Oriano in trac. de expẽsis, nu. 14. & casus est in c. vnico, de plus petitio. Verùm si rectè animaduertatur in hac parte, qui fuit victor in prima instantia, in hac secunda appellationis saltem pro ea parte, victus dici debet.

1 *Expensis condemnandus non est, qui habet iustam causam litigandi.*
2 *Causa iusta litigandi, non solùm ab expensis excusat, sed etiam ab omni iuris ciuilis & canonici pœna.*
3 *Iusta causa litigandi etiã a pœna cõpromissi excusat.*
4 *Iusta causa litigandi a pœna in contractu apposita excusat.*
5 *Iustam causam litigandi quem habuisse in dubio credendum est.*
6 *Iustam causam litigandi quis pro rata temporis habere potest, & ideò pro ea absoluendus est, & pro alia condemnandus, prout infra num. 7.*
7 *Iusta causa litigandi ab illorum fructuum condemnatione non excusat, qui officij, uel beneficij sunt.*

EXpeditis ampliationibus ad limitationes descẽdamus.

1 Primò igitur † limitatur regula generalis supra firmata: vt locũ non habeat, qñ quis iustam causam litigãdi habet; Nã in expensis cõdemnandus nõ est. l. q. solidũ. §. etiã. ff. de leg. 2. & in §. oportet. secundũ glo. in auth. de iudi. & Docto. in d. l. properandũ. §. sinaũt
2 alterutra. C. de iudi. † Hæc autẽ iusta causa litigãdi, nõ solũ ab expensis excusat, sed etiã ab omni iuris ciuilis & canonici pœna, vt inquit Io. And. in c. vj. §. si. de elect. in 6. in nouellis, quẽ refert, & sequitur Bal. in d. §. sin antẽ alterutra, col. 1. & in auth. generaliter. in 5. oppositione. C. de episc. & cle. & in c. 1. §. inter pa res, de l. Corrad. & in additio. ad Spec. in tit. de arbit. col. 7. ver. ex forma statuti. & Lud. Rom. in rub. de ar-
3 bit. col. 28. † Itẽ iusta causa litigãdi à pœna & compromissi excusat secundũ Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de arbit. §. fi. ver. itẽ quid si cõpromissũ; & Bal. & Ang. in l. tres fratres. ff. de pact. & Bal. in l. q. cũ tutorib. ff. de trans. & in l. non solùm. ff. de rei vend. & in l. quod te, col. 6. vbi & Lud. Rom. ff. si cer. peta. & in auth. generaliter. col. 3. C. de episc. & cle. & in l. edita, col. 11. oppo. 8. C. de eden. & in l. fi. C. de arbitr. & in l. eos. §. cautione. C. de appell. & Ang. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de ver. obl. & Paul. Cast. in l. Iulianus verum debitorẽ, col. 6. in fi. ff. de cõd. & dein. & Alex. in cõs. 174. oportunè considerato themate, col. 3. in fin. & in consi. 161. titulus quæstionis. lib. 2. Rursus
4 † iusta causa litigãdi à pœna in contractu promissa excusat, vt inquit Bal. in d. l. non solũ, & tradit Ias. in d. §. sin autẽ alterutra, col. j. nu. 3. ver. istã regulã, de hoc autem latè tractatur infra in 1. sublimitatione huius 1. limitationis. Verũ vltra pdicta, q victus victori, vbi subest iusta causa litigãdi, in expẽsis cõdãnandus non sit, sequitur Alba in consi. 5. nu. 5. post Hyppol. Mar. in d. l. patre, vel marito, nu. 17. ff. de quæstio. vltra tex. supra relatos per tex. in l. 3. C. de calumnia. & rursus idem Alba in cons. 9. nu. 42. & Deci. in l. quod te. in vlt. not. ff. si cert. peta. & Didac. qui plura refert prac. quæstio. c. 27. sub nu. 2. versic. sextò condemna-
5 tio. Subdit † autem in dubio victum iustam causam litigandi habuisse pſumendum nõ esse, vt inquit glo. in c. calumniam, de pœn. & in auth. generaliter. C. de episc. & cle. & tenent Bal. & Salic. & Ias. in d. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. & Bald. & Sal. in auth. nouo iure. C. de iudi. & sentit Abb. in c. finem litib. nu. 22. extra de dolo & contu. etsi hac in re glo. ibi variauerit, Abba. tamen in d. ea. calumniam. hanc conclusionem communem esse attestatur, vt refert Didacus Couarru. in d. tract. practi. quæst. cap. 27. versi. sextò condemnatio. Præterea, quòd qui iustam causam litigandi habet in expensis condemnandus non sit, tradit Cagnol. in l. qui in alterius, nu. 19. ff. de regul. iur. & Cremens. in singul. 121. & Alexan. post alios in d. §. sin autem alterutra, num. 3. & Ang. in authen. post iusiurandum, nume. 2. C. de iudi. Vbi inquit, iudicem ex causa victo condemnationem expensarum remittere posse; Idem quoq; voluit Paris. in consi. 7. num. 43. vol. 3. & in consi. 106. nu. 2. volu. 4. dum inquit, absolutionem ab expensis sine causa fieri non posse; Hãc eandem conclusionem sequitur Bellame. in d. c. finem litibus, nume. 31. & sequen. & præsertim, nume. 38. extra de dolo & contum. & Riminal. in consi. 274. nume. 6. & 32. vol. 2. & Cephal. in consi. 16. num. 13. vol. 1. & Abb. in c. auditis, nu.
6 10. extra de procur. vbi inquit, † vt quis pro rata temporis iustam litigandi causam habeat, accidere posse; & ideò eo casu ab eo tempore solùm, quo remere, vel calumniosè litigauit, in expensis condemnandum esse, per tex. not. vbi expressè ... Barto. in l. siquis

si quis inficiatus.ff.de posit. Adhuc hanc eandem cõclusionem tenuit Franciscus Baldi filius in cons.69. num.5.inter consi.Bal.lib.5. & Corne. in cõsi.261. num.13.uol.3.& Angel.in l.destitisse. uume.3. ubi idem quod Abba.de tempore tradit, ut paulò antè diximus; Præterea hanc opinionem firmauit Bart. in l.eum quem temere.sub num.t.in fin.uer. Alij dicunt.ff.de indic.& Michael de Miliar. consi. t8. nu. 14.inter consi.matrim. diuers.& Tota in decisio.7. de dolo & contum.in nouis.Dicunt tamen ibi iustã
7 † causam litigandi ab illorum fructnum condemnatione non excusare, qui officij uel beneficij sunt c. præsente.de offic.ordi.in6.Idem etiam, quod supra firmauimus, tenet Alex.de Neuo in consi. 72. nu.4. qui etiam illud idem de rata tẽporis, quod supra diximus, firmauit; Prædictam conclusionem generalem firmat etiam Guiliel.de Ludo.in singul.157.qđ est ultimum,& Hyppo.Marsi.in singul.207.uictus. & Deci.in consi.74.num.2.& Rapha.Fulgo.in consi.t39.num.tertio,& Aymo Crauet. in consi. t78. nu.10.ubi inquit, idem quoq; in causa criminali dicẽdum esse. Rursus hãc conclusionẽ sequitur Lanc. Conrad.in sua pract.lib.t.c.9.de præto.§.3. de offi. præto.in caus.crim.in tit.de senten.definit.crim. sub nu.6.uer.limitatur primò non procedere, & Franc. Marci decis.585.nu.2.uol.2.

1 *Expensæ quando stipulatione pr m ssæ sunt, etiã quòd quis habeat iustam causam litigandi, attamẽ ad eas debentur, & in eis condemnatio fieri debet.*
2 *Expensas litis in contractibus stipulari perutile est.*
3 *Expensæ generaliter ubi iure actionis debentur, iusta litigandi causa ab eis non excusat.*
4 *Expensæ si necessariò & in iudicio promittantur, ab eis iusta causa litigandi excusat.*

Hæc limitatio pluribus modis sublimitatur.
1 Primò, nisi†tales expẽsæ stipulatione sint promissæ. Nã tunc iusta causa, quin uictus in expensis con-
2 dẽnetur; satis nõ est, & ideò † in contractib.expensas litis stipulari, perutile est, ut inqt glo. magna. in uerbo solo.in fi.in §.oportet.in auth.de iud.quã Bal.& Sal.& cœteri recentiores ad hoc singularem arbitrãtur, in d.l.properandum.§.sin autem alterutra.C.de iudic.ubi etiam sequitur Ang.& rursus Bal.in c.breui, extra de iureiur.& in l.eos.§. cautione. C. de appellat.& in auth.generaliter. col.3. de episco.& cleri.& iterum Bal.& Ang.in l.non solùm.ff.de rei uendic.& Imol.in l.fin.colum.ult.ff.de re iudica.& Anto.à Butrio in dicto c.finem litibus, col.7.uersic.uenio ad tertium.extra de dolo & contum. & Alexan. in consi.37.uiso & opportunè considerato processu circa finem li.2.& in consi.34.consultus aliàs in causa principali, in fin.libr.4.† Immo generalius ubicũ-
3 que expensæ iure actionis debentur, iusta litigandi causa ab eis non excuset, ut inquit glo. in l.tertia, §. si rem.ff.de lega.3.quam Paul.Castren.in d.§. sin autem alterutra.ad hoc singularem censet; & alia omnino similis glo.est in l.non solum.ff. de rei uendi. & sequitur Bal.in d.§.sin autẽ alterutra; & Ang.in statuto Perusino, de quo per eum, in d.§.sin autẽ alter-

utra.& Petrus de Anch.in d.c.finem litibus.& Natta in consi. 108.nu.t0.uol.t. Accedat ẽt, quòd si Iudex uictũ ab expẽsis absoluat ab illis expensis, quæ iure actionis debentur; non absoluisse intelligendũ est, ut inquit Sal.in d.§ sin autem alterutra.col. t. Id aũt, ut per Alex.in d.§.sin aũt alterutra, & ibidem tradit Ias.nu.4.uer.sed fortius intelligendũ est; quando huiusmodi expẽsę ultrò extra iudicium promissę essent; At secus si necessariò & in iudicio ut in forense iuxta anth.generaliter, C.de episco.& cleri.Ratio autem est, q̃a earũ loco succederent, quæ iudicis officio mercenario debentur, ut uoluit Bald. in d.§.sin aũt alterutra.col.1.& in d.auth.generaliter. colu.3. post glo.ibi in uer.iniusta.& in l.eos §.cautione. C. de appellatio.& Ias.in d.§.sin aũt alterutra.col.j.sub nu.3.& 4.uer.istã primam fallentiam. Præterea ꝙ iusta causa litigandi ab expensis promissis non excuset, noluit Io.de Amic.in cõsi.151.nu.25.& Rimin. in consi.274.nu.6.uol.2.& Paul.Castren. in cõs. t6. nu.10.uol.1.& Io.Sadolet.in l.quod te.nu. t23. ubi alios citat, & limitat hanc conclusionem.ff.si cer.peta.et Hyppo.in singu.237.expẽsæ; & in l. patre uel marito.nu.22.ubi plures, ac plures idem firmãtes refert.ff.de quæstio.& Marcus Ant.Natta in cõs. t 3. nu.9.in fi.uol.1.& Crem.in singu.t21.nu.2.& Dec. in consi.74.nu.2.uer.& ad hoc specialiter benefacit, & Cepha.in cõsi.265.nu.2 t.uol.2.post Soc.in Regula 183.falle.1.cum similibus; & Dida.Couar.tract. pract.q.c.27.in 6.cõclusio uers.hęc tũ 6.declaratio.

1 *Expensis, quæ ratione cõtumaciæ fiunt, iusta causa litigandi non excuset.*
2 *Expensis primæ, & secundæ citationis excusatur, si in tertia comparuit, quando quis ad iud.cium tribus ri tationibus unica tamen uoce datis uocatur.*
3 *Expensis excusat iusta causa in iudicium die præstituta non comparendi.*

1 II.Limitatur†in expensis quæ ratione cõtumaciæ debentur; Planè ad has, ẽt, ꝙ iustam causam litigãdi habeat contumax cõdemnandus est l. sancimus. C.de iudi.ut uoluit Sal.in d.l.properãdũ.§. sin aũt alterutra.col.1.C.de iudic.& refert ita ẽt uoluisse Francis.Accur.ea ratione; q̃a tales expensæ iure actionis in factum debentur.l.t.§. penul. ubi glo.ff.si quis ius dicent.nõ obtempe.Sed quãdo debentur iure actionis, iusta causa, ut in præcedenti sublimatione diximus, nõ excusat, ergo. Mouetur aũt Sali. alia rõne, uidelicet, quia cõtumacia sub iusta causa litigãdi cõprehendi nõ põt; Præterea hanc conclusionem seqtur glo.magna in uerbo moderatas expensas, circa prin.in d.c.finẽ litibus.extra de dolo, & contu.& idẽ uoluit Spec.in tit.de expens.in §.fin aũt.uers.hæc aũt & refert, & sequitur Ias.in d.§.sin aũt alterutra num. 7.uersi.tertiò principaliter limita.& Didac.Couarru.in tracta.practi. quæst.cap.27.in sexta conclusione, uersi.idem erit, ubi post Sali.& Ias.in loco supra relato ex eo mouetur, quòd huiusmodi expensæ propter primam citationem debeantur, ut uoluit glo.in c.t.de dolo, & contum.in 6.& in c. in summa.4.quęstio.5.& notat Lanfran.in d.c. quoniam cõtra.in tit.
Dd 2 de

de expensis, nu. 33. & gl. in c. querelam, extra de procura. vbi Abb. & rursus idem Abb. & Fel. nu. 15. in d. c. quoniā contra. & Hyppo. Mars. in d. l. patre, vel marito, nu. 43. ff. de quæst. & Abb. & Fel. in c. 2. de accus.

2 †Quo in loco arbitratur Fel. ad iudicium tribus citationib. vnica tamen voce datis, vocatum, si in tertia cōpareat; ad expensas primæ, vel secundæ dilationis, earumve causa factas non teneri, subdit præterea Didac. in loco supra adducto, existimare; quod licet iusta causa litigandi ab expensis, quæ cōtumaciæ causa debē-

3 tur; nō excuset; ab eis †tamen iustā causam in iudiciū die pstituta non comparendi excusare, arg. glo. in c. 1. de dolo, & contum. in 6. & in l. contumacia, & in l. quæsitum. ff. de re iud. & in c. querelam, de procura.

1 *Expensis an excuset iusta causa litigandi, quando adest statutum disponens, vt victus victori in expensis condemnetur.*

2 *Argumentum à contrario sensu quando in statutis capiatur.*

3 *Argumentum valet à pacto contrahentium ad statutum.*

4 *Expensæ quando conditione ex statuto debeantur.*

5 *Statuta potius debent esse frustatoria, & nihil operari, quam vt quis indebitè damnum patiatur.*

6 *Expensis si iudex non condemnet, de iure communi pro absoluto habetur.*

7 *Expensis, iusta causa litigandi non excusat, quando statutum id expressè disponit.*

8 *Statutum disponens, vt non obstante iusta causa litigandi victus condemnetur in expensis, est iniquum, & infra nu. 9.*

1 III. Limitatur †pdicta limitatio; & est notabilis limitatio: si vera est, vt infra dicemus, vt conclusio nō pcedat, qn adest statutū disponens, vt victus victori in expēsis condēnetur. Nā intelligitur, etiā si victus iustā causam litigādi habuerit, vt voluit Alber. de Rosate in d. l. properandum. §. sin autē alterutra. C. de indi. post Oldr. Laud. in 2. par. statut. q. 191. Quid si statuto caueatur, quod victus victori; vbi inquit se ita ex facto obtinuisse, & idem voluit Ang. in auth. de exhiben. reis, in prin. p ea, quæ voluit glo. ibi in verbo causam; quā ad hoc diligenter notanda arbitratur; & rursus idem voluit Ang. in l. nō solum. ff. de rei vend. Ratio autem est, vt inquit Ias. in d. §. sin aūt alterutra, num. 5. Quia statuta semp ita intelligenda sunt; vt aliquid iuri cōi addāt; alioquin superflua essent, vt voluit Bart. in l. a. ff. de vsuca. & in l. 4. §. Prætor ait. ff. de dam. infect. Cōfirmat codē loco Ias. quia licet in statutis argumentū à contrario sensu locum non habeat, vt voluit idem Ias. & sequuntur alij in l. 1. in princip. ff. de offic. eius;

2 †Attamē qn statutū in sensu directo nihil operatur, ē tn eo, ne statutū sit superfluum, ad correctionē iuris cōis, argumētū a contrario sensu sumitur, & ideò inquit Ias. in statuto Florētino disponente, (de quō Deo dāte suo loco dicemus) vt filijs masculis nō existentib. filiæ patri succedāt; Qm hoc statutum nihil operaretur; argumentū à cōtrario sensu ad iuris cōis correctionē sumitur. s. vt existentib. filijs masculis fœminæ nō succedāt, vt inquit Bal. in l. conuenticulam, col. 1. C. de episc. & cler. & rursus idē Bal. Ang. Imol. & recētiores in l. si cū dotem. in prin. ff. sol. ma. & Panor. in c. cū apostolica. extra de his, quæ fiūt à plat. sine consē. capit. & Paul. Cast. in cōsi. 344. psens casus. Subdit pterea Ias. in d. §. sin aūt alterutra, nu. 5. alias hunc articulum publicè in vrbe Alexandriæ disputasse, & p hac parte duo argumenta satis concludentia fieri;

3 †Primū est à pacto contrahentiū ad statutum arguēdo; quod quidē argumentū in iure validum est, vt inquit glo. quam ibi sequitur Bar. in rubr. C. de decret. decur. lib. 10. & rursus glo. in l. nō impossibile, in gl. magna, ad fi. ff. de pact. & est tex. in l. fin. ad fin. & ibi Bal. C. de fideiuss. Quod quidē argumentum semper affirmatiuè procedit, vt inquit Bar. in l. alia. §. eleganter, ff. sol. mat. Modò stante hac cōclusione arguitur hoc modo, qn expensæ partiū cōuentione debentur, iusta causa litigādi non excusat, vt supra latē diximus in prima sublimitatione; ergo qn ex dispositione statuti debent; idē dicendū est; Nisi fortasse respōdeat, diuersam esse rationē; Propterea quod partes sibi piudicare pñt; Quod qdem statutū voluisse non psumit.

4 Secundum est †argumentū, expēsæ in hoc casu iure actionis debentur, hoc est conditione ex statuto, vt voluit Bar. post gl. ibi in l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. & Cano. in c. ex parte, de rescrip. & Alex. in d. l. properādum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. Sed licet, quod quando expensæ iuris actione debentur, iusta causa litigandi non excusat, vt latē diximus in d. prima sublimitatione, ergo nec in expensis per statutum debitis; & hoc, vt inquit Ias. vbi supra, validum est fundamentum, nisi, inquit ipse, contra Bart. vt in hoc casu conditio ex statuto non oriatur, teneamus, sed potius iudicis officiū; ex quo verba ad iudicem dirigūtur, vt inquit glo. in l. si soror. cum similib. C. de colla. & ita tenet Mathe. in not. 80. Præterea hāc conclusionē, vt stāte statuto, quod victus victori in expensis condemnetur, iusta causa litigandi eum non excuset, voluit Bart. in d. l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. & Abb. in c. vnico, col. 3. de plus petit. & gl. in d. authen. de exhiben. reis. in verbo causam, quā singularē dixerunt Cremē. in singul. 121. & Corse. in singulari, in verbo pœna. i. & hāc opinionem communem esse testantur, quam sequitur etiam Hyppo. in l. patre vel marito, nu. 29. ff. de quæst. & in singul. 207. & Ludo. Gomes. in c. 1. nu. 218. de constit. in 6. & rursus idem Hyppo. Mars. in cōs. 19. nu. 1. vbi plura adducit, & in consil. 37. nu. 9. & in consi. 44. nu. 27. & Barba. in c. sicut Romana, nu. 62. extra de rescr. & in c. causam quæ. nu. 13. eod. tit. vbi inquit, id cū impensæ sunt modicæ intelligendum esse, & idē Barb. in consi. 12. col. 7. versic. Ideo Ang. in l. non solū, col. 1. & in cons. 3. col. 9. in fi. uersi, facit, quod v: luit Ang. vol. 4. & idem voluit Gomes. super regul. Cancell. regula de iure quæsito non tollendo, quest. 1. nu. 20. & idem tenet Paul. Castr. in d. l. terminato, nu. 2. ver. & plus dicit, quod tunc. C. de fruc. & lit. expens. & Iulius Scarlat. in consi. 118. num. 47. inter consilia criminalia diuersorum, vol. 1. & Hypp. Mars. in rub. ff. de fideiusso. nu. 30. & in pract. crimi. §. oportunè, nu. 43.

Contrariam verò opinionem, vt inquit Ias. in d. §. sin autem alterutra, eodem num. 5. in fin. tenuit Bal.

in l.

in l.terminato.col.fin.C.de fruct.& lit.expens. vt la-
tius ibi per eum,& rursus in l.eos.§. cautione.col.2.
in princ.C.de appel.per ea quę voluit glo.in §.tripli.
Instit.de actio.& sequitur Alex.in d.§.sinautē alter-
utra,inquiens hāc opinionem, & æquiorem , & ma-
gis iustā esse . Probatur hæc conclusio vulgatissima
illa iuris ciuilis regula;qua dr̄,licet statuta , vt aliq̃d
iuri communi addāt,intelligenda sint; Id tñ non sim
pliciter verùm est;Sed tunc demum, nisi quis indebi
tè damnum patiatur.Nam est etiam regula , quæ illi
5 aduersatur,qua di imus; † statuta potius esse frusta-
toria, & nihil operari intelligendum esse , q̃ vt quis
indebitè damnū patiatur,vt voluit glo.in l.fi.§.in cō
putatione.in glo.magna,in fi.quā ibi Bar.extollit.C.
de iur.deliber.vbi etiam in specie Castrens. & alij re-
centiores & Imo. & recentiores in l.4.§. Prætor ait.
ff.de damn.infect.& probat tex.in c.cum dilectus,&
in c.ad audientiam,& vbiq; notant Anto. à Butr. &
Imol.de cleri.non resid. Meritò igitur concludendū
est;vt hoc statutum potius nihil operari, q̃ vt ille, q
iustam causam litigandi habet, in expensis condem-
netur;intelligendum sit,& hoc modo satis apertè tol
luntur duo alterius partis fundamenta.Comproba-
tur ; quia tale statutū eisdem verbis vtitur; quib. ius
commune;vnde cum referat ius commune,& ex cō-
sequenti propriè statutum non sit.meritò, vt aliquid
iuri communi addat, intelligendū non est, vt voluit
glo.& sequuntur Doct.in c.1.de constit.in 6.& Bar.
& alij in l.1.in prin.ff.ad l.Falcid. Hanc eandem opi-
nionem tenet Fulgo.in consi.5.incipiēte,præsuppo-
sitis duobus statutis Veronæ. col.fin.quo concludit,
statutum ciuitatis Veronæ disponēs, vt victus victo
ri,etiam si iudex nihil de hoc in snīa dixerit , in expē-
sis condemnatus sit ; Nisi victus iustam causam liti-
gandi habuerit;intelligendum esse. Mouetur autem
ea ratione;quia ex quo hoc statutum , illud vltra ius
cōe induceit;quod licet iudex in expensis condemna-
6 re omiserit; pro condemnato habetur;† Propterea ꝙ
de iure communi ; si iudex in expensis non condem-
net pro absoluto hr̄. l.terminato. C. de fruct. & lit.
expens.meritò,vt q̃ minimū lædat ius cōe,intelligē-
dum est.c.cum dilectus.extra de consuetu. & not. in
l.2.C.de noxali.& sic vt subsistēte iusta causa litigan
di,locum non habeat . Secūdò comprobabat ex eo,
ꝙ statuta s̄m rationabilem intellectum,& ne absur-
ditas sequatur,intelligenda sunt.l.scire oportet. §.il-
lud.ff.de excusat.tuto.Sed sic est; ꝙ huiusmodi statu
tum intelligere,vt victus victori,ēt si iustam causam
litigandi habuerit ; in expensis condēnetur, absurdū
esset ; Quia hoc modo quis ius suum indefensum re-
linquere cogeretur, contra ea , quæ hn̄r in l.illud. in
prin.ff.de petit.hæred.ergo talis interpretatio admit
tenda non est;Subdit propterea Fulg. ꝙ cum huius-
modi casus in ciuitate Placētiæ accidisset; vbi huius-
modi statuta vigent,ita consilijs præstantissimorum
iureconsultorū declaratum & deinde iudicatum vi-
disse. Verùm subdit Ias. in loco p̄dicto , Fulgosium
quatenus pertinet ad statutū Veronense;rectè loqui
existimare. Propterea ꝙ non modicum vltra ius cōe
operatur;At secus de statuto in terminis nostris pro
posito dicendum videri. Præterea hāc secundam opi
nionē,vt.s.statutū , nisi victus habuerit iustā causam
litigādi;intelligendū sit,tenuit Mathesil.in nota.So.
vbi est ampla additio,ad consi.183.Alex. in fi.lib.5.
q̃ inquit ita obseruari,& ita sentire Alex.quia in cōsi.
34.in fin. consulere pro alia opinione ausus nō fuit ;
Præterea idem sensisse vr̄ Alex.in l.fi.§.in cōputatio-
ne.C.de iur.deliber.& Petr.de Ancha.in consi. 182.
& Corn.in consi.275.lib.3 .& Didac. Couar.in trac.
practi.quæstio.cap.27.vers.Sed & in specie; subdens
hāc opinionē veriorem esse;Imò arbitratur,vt si alia
cōtraria opinio Bar.& sequacium vera esset ; quò ad
leges regias admittendam non esse; Cum iuris cōis,
non statutorum,aut municipalium legum , censean-
tur;tunc.n.subdit Didacus, prima opinio procedere
posset; cū statutū aliquid iuri cōi adderet . Id autem
eo exemplo ostēdit;quoties huiusmodi statutum, ꝙ
victus victori in expēsis condēnetur ; verba in ipsum
iudicem non dirigit ; Sed potius quandā ipsius victi
obligationē inducit;aut eā victori tribuit . Præterea
hāc opinionē Mathesilani sequutus est ēt Alex.in l.j.
col.pen.ff.ad l.Falc.& in d. l.properādum. §. sin autē
alterutra.C.de iudi.& Felin.in c.1.de rescr.& in c.si-
gnificauerunt.col.3.extra de except. & ita conclusio
nem hāc definiendā esse inquit Didacus in loco su-
pra adducto;cum opinionē Bar.stantib.tot, qui cō-
trarium tenuerunt;cōem esse nō satis appareat . Pa-
tet igitur ex p̄dictis,satis commodè ad statutum no-
strū inferri posse ; Propterea ꝙ , cum in eo dicatur .
Quilibet iudex , vel officialis cōis Florentiæ in ciuili
causa debeat victum victori condemnare in expēsis,
in snīa definitiua , vel interlocutoria vim definitiuæ
habente; satis apparet,verba ad iudicē dirigi;& ideo
tali statuto nō obstante iusta causa litigandi victum
ab expensis excusare dēt;Verum id in nostro statuto
clarius,& in specie expressum est; cum dixerint in eo
statuētes; Nisi aliqua iusta causa victum excusaret ;
quam exprimere debeat in snīa,& ita semper; & cō-
muniter ab omnibus obseruatur.
7 Animaduertendum tamen est; † opinionem Bar.
& aliorum ,quam supra retulimus; tūc proculdubio
locum habere ; quando statuto expressè caueretur;
vt victus victori;etiam si iustam causam litigandi ha
beat, condemnetur.Planè tūc com statutū id expres-
sè disponat,ab eius verbis recedendum nō est, vulga
8 ribus legibus; † exemplum de hoc in statuto Politia
no poni potest,quo vltra prædicta illud etiam dispo
nitur; quòd etiam si iudex eum absoluat ,ab ipso sta-
tuto condemnatus intelligatur , & si statutum ita in
specie disponens iniqnum appellet Paul. Castren. in
cōsi.16.sub nu.10.vers.dico,ꝙ non ,vol.1 .& ita aliàs
super prędicto statuto Politiano' Florentiæ iudica-
tum fuit.
Præterea,quòd secunda conclusio,vt.s. stante sta-
tuto , vt victus victori in expensis condemnetur , nisi
iustam causam litigandi habuerit, intelligatur ; ma-
gis communiter recepta sit,patet . Nam eam etiam
sequutus est Paul.Castr.in d.l.3.§.si non rem.nu.5.in
fi.ff.de leg.3 . dum vult.stante prædicto statuto con-
demnationē, quādo verba ad iudicem dirigūtur, nō
oriri;secus verò si ad partem dirigantur;vtputa quia
dicatur;victus victori in expēsis cōdemnetur ; Hanc
eandem opinionem magis expressè tequit idem Ca-
9 strens.in consi.16.si ponderentur,nu.9.versic. † Præ-

terea statutum, lib. 1. dũ inquit, statutũ, quod hoc dicit, iniquũ esse; & hanc opinionẽ, & si statutũ diceret, semper optimè procedere ait, & quibusdã cõtrarijs respõdet; Itẽ hãc eandẽ opinionẽ tenet Io. Crot. in l. oẽs populi. nu. 126. uer. hinc est, ꝙ si statutũ. ff. de iustit. & iure, & Hyeron. Buttigel. in l. 1. num. 28. ff. si cert. pet. & Io. de Amic. in consi. 11. nu. 16. & Rolan. à Valle in tracta. de lucro dotis, quæst. 26. num. 17. & Io. Imbert. Rupillanus institutio. forens. Galliæ. lib. 1. fol. 151. in uerbo uidendum est.

1 *Expensis non excusatur quis ob iustam causam, quãdo in aliqua interlocutoria succubuit.*

2 *Expensis an excusetur quis ob iustam causam litigandi, secundùm dispositionem statuti nostri, quando in aliqua interlocutoria succubuit.*

1 IIII. Limitatur† prædicta limitatio, quandoquis in aliqua interlocutoria succubuit; Nam tunc ex eo ꝙ iustã causam litigãdi habuerit, nõ excusat; Qñquidem in cõtinẽti an habeat iustã causam litigandi differentia nõ habita in expensis condemnari debet, ita declarat Ang. in d. l. properandum. §. sin aũt alterutra. C. de iudi. per ea, quæ uoluit Inno. in d. c. finem litibus. extra de dolo, & contu. & refert Bal. ita tenere Specul. in tit. de expẽs. in §. sin autem. uersi. sed numquid deficiens, & in §. nũc de expẽsis. uers. hoc aũt sciat. Id aũt inqt Bal. ex stilo curiæ, non autem de iure procedere, ut refert Ias. in d. §. sin aũt alterutra. num. 7. uer. 4. limitatur. Possẽt fortassè dubitari.
2 † an huiusmodi limitatio ad statutũ nostrũ accõmodari posit, cũ de interlocutoria mẽtionẽ faciat, & nihilominus iustã causã excusare uelit. Nisi statutũ nostrũ de interlocutoria uim definitiuæ habẽte loqui respondeatur.

1 *Expensis sportularum quis condemnari debet, siue iustam causam litigandi habeat, siue non.*

2 *Iustã causam litigandi quando quis habere dicatur.*

3 *Iustam causam, ob quam Iudex absoluit, in sententia exprimere debet, & an non exprimens litem suam faciat.*

4 *Iustã causam litigandi uictum habuisse in dubio præsumendum est.*

1 V. Limitatur† in sportulis, quas, aduersarius restituere; siue iustam causam litigandi habuerit, siue nõ oĩno tenetur, ut uoluit Bal. in l. fi. col. fi. C. de fruct. & lit. expẽs. Id aũt subdit Bal. ex consuetudine quarundã ciuitatũ; nõ aũt de iure locum habere, ut est glo. singularis in §. tripli. in glo. 1. magna. Instit. de action. ut refert Ias. in d. l. properãdũ. §. sin aũt alterutra. sub nu. 7. uers. 5. fallit lex properandũ. C. de iudi.

2 Quoniam hucusque uidimus† quando uictus, qui iustam causam litigandi habuit; ab expensis excusetur; superest, ut qñ quis iustam causam habere dicatur, inspiciamus. Bal. in l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred. & in l. edita. col. 6. C. de edẽd. & in l. 1. C. de aduoca. diuers. iudic. & in auth. generaliter. col. 5. C. de episcop. & cleri. & Anto. à Butrio, & alij in c. finem litibus. extra de dolo, & contum. Id arbitrio iudicis relinquendum existimarũt, qui id ex qualitate facti, & personarum conditione arbitretur. Quę etiã dicatur iusta causa, tradit Alba in consi. 5. nume. 5. & in consi. 9. nume. 42.

Pręterea antequam ad alias principales limitationes accedamus, quatenus ad hanc iustam causam li-
3 tigandi pertinet; sciendum est, quando† Iudex partẽ uictam ob id, quòd iustam causam litigandi habuerit, absoluit, illam causam in sententia exprimere debere, ut est tex. in §. oportet. in authen. de iudi. & Bal. in d. auth. generaliter. citat Spe. in tit. de expẽs. §. nũc uidendũ. uer. quidam, ubi dicit, debuit aũt allegare in §. postremo. circa prin. & in tit. de sentent. prolat. §. qualiter. uer. uerum; & Hostien. Io. Andr. & Abba. nu. 22. & alij in d. c. finem litibus. extra de dolo, & cõtu. & Io. Andr. in c. sicut. extra de re iud. & Bal. in l. præses. C. de senten. & rursus in auth. nouo iure. in 3. not. per illũ tex. C. de iudic. ubi inquit, Iudicẽ, qui expensarum absolutione absolutionis causam nõ inserit, litẽ suã facere, prout refert, & seqtur Ias. in d. l. ꝑperandum. §. sin autem alterutra. nu. 10. uers. ultimo pro perfecto cõplemento. C. de iudi. & Lanfra. in tracta. de expens. num. 10. & ideò optimè in hoc nostro statuto dixerunt statuentes; Nisi aliqua iusta causa excusaret uictum; quę exprimi debeat in sententia; Id tamen in practica non obseruatur; Nam iudices solùm ex iustis causis, & ob probabilia iuris dubia, & consilia excellentissimorum Doctorum uictum ab expensis absoluimus, dicere solent.

4 Illud etiã omittendum nõ est; † uictum in dubio iustam causam litigandi habuisse; præsumẽdum nõ esse; & ideò in dubio in expensis condemnandus est, ut uoluerunt Bal. Ang. Salic. Alex. & Ias. in d. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. & Salic. in d. auth. nouo. iure. C. eo. tit. & est glo. in d. auth. generaliter. in uerbo iniusta. & tradit Io. Andre. in c. 1. §. fin. de elect. in 6. & idem uoluit Marcus Antonius Natta in consi. 198. nu. 5. uol. 1. post Cynum in l. 1. C. de aduoc. diuer. iudi. quem ipse adducit.

1 *Expensis absoluendus est, qui nititur auctoritate alicuius doctoris suam opinionem tenentis.*

1 II. Principaliter† limitatur regula suprascripta in eo, ꝙ auctoritate alicuius Doctoris suam opinionẽ tenẽtis, nititur. Nã is iustã causã litigãdi habere dr̃, & ab expẽsis absoluẽdus est. Rõ aũt est; ꝗa Doctor authoritatẽ glossandi, & interpretandi habet, & eius opiniones ꝓbabiles sunt, c. 1. cũ ibi notatis extra de postulat. prælat. & est glo. in l. 1. C. de leg. & in l. j. C. de professo. ꝗ in urbe Cõstanti. li. 12. & ita in specie tenet Pet. de Anch. post alios in cleme. in Romani. in prin. de de electio. & Cardi. in clem. 2. de magistri. & Bal. in d. auth. generaliter, & Doc. in c. ut debitus. extra de appella. & Panor. in c. calumniã. in fi. extra de pœnis, & refert, & seqtur Ias. in d. l. properandum. §. sin aũt alterutra. nu. 8. uer. tu in hac materia. C. de iudi. & Lanc. Conrad. in sua pract. §. 3. de offi. pręto. in caus. crimi. in tit. de senten. definit. crimi. limitat. 18. ubi inquit, eo magis id uerũ esse, si cõmunẽ opinionem pro sua causa habeat, ut uoluit Soc. in Regul. 139. limita. fi. & idem uoluit etiam Mayner. in l. in

totum.

notorum,num.36.ff.de regul.iur.& Hyppol. Marsil.d. l.patre vel marito.num.35.ff.de quæstio.

1 *Expensis condemnandus non est, qui nonnullorum Doctorum consilia authentica, & sigillata habet, dummodo non sint legum, vel canonum Doctores.*

1 III. Limitatur in eo, † qui nõnullorũ Doctorũ ꝓ sua opinione authentica consilia, & sigillata habet, Nã & hic quoq; iustã causam litigandi habere dr̃, vnde ab expensis excusandus est, vt inquit Bar.in l.in bonorũ.per illũ tex.ff.de bonor.possess.& Salic. in l. iuris ignorantia.C.qui admit.& Salic.& Imol.in l.si cõuenerit.ff.de re iudic.& Paris.in consi.7.nu.43.lib.3. & Hyppo.Mars.in d.l.patre,uel marito.nu.32.in fin. ff.de quæst limitatur autem hæc limitatio.

Primò vt id verum sit, & procedat in ijs, qui iuris periti non sunt. At secus si iuris scientiam profiteantur, vt puta si legum, vel canonum Doctores sint, vt voluit Bar.& sequuntur alij in locis supra relatis.

1 *Expensarum condemnatione excusatur, qui consilia duorum aduocatorum tantum habet, & quid aliorum dicendum sit.*
2 *Aduocato vni, vbi duo testes requirũtur, nõ creditur.*
3 *Aduocatorum causæ consilia quare non excusent ab expensis.*

1 II. Limitatur, † vt procedat, qñ saltem duorũ Doctorum consilia habeat: vt inquit Iaso.in d.§. sin aũt alterutra.nu.8.per illũ tex.& per ea quæ voluit Bald. in l.iuris ignorantia.quæst.2.C.qui admit.& Barto. in procem.ff.in fi.princ.& rursus idẽ Bart.in l.1.§. fi. ff.de verb.oblig. & Ioan. Crot.in l.1.§. eadẽ aũt.nu.
2 32.ff.de verb.oblig. † vbi vni aduocato tantùm, vbi duo testes requiruntur, credendũ non esse, arbitratur, & voluit Lancell. in loco supra relato, limit.19. & Cepolla in l. si quis sit fugitiuus.§. apud Labeonẽ.
3 nu.12.ff.de ædilic. edic.eos tñ † intelligit vt non sint consilia aduocatorũ causæ: propterea ꝙ eorũ consilia, ꝑ affectionẽ, quã habent causam, ab expensis excusare non debent.per ea quæ inquit, notabiliter voluisse Angel.per illũ tex.cum similibus in l. terminato.C.de fruct.& lit.expens. qui voluit, vt inquit ipse Capra, ꝙ assertio suorũ aduocatorũ, ꝑ affectionẽ particularẽ, iustã litigandi causam non præbeat argumento.l.fi.ff.de testib.consilia verò aliorũ doctorũ, qui non sunt aduocati omnino præbere per tex. in d.§.apud Labeonẽ.& per tex.in l.pignus C. de pigno.actio.argumento eorũ.quæ notantur in l. in bonorũ.ff.de bono. possess.& dicit videndũ Mathesila. in notabili 82. & ita ẽt inquit, tenere Specula.in tit. de expensis, in §.nunc videndũ.post princ.vbi Bal.in sua additione. Verùm Bal.ab vtraq; supra relata cõclusione dissentit.in consi.472.nu.8. in fin.vol.1.dũ vult, vt qñ in articulo iuris, iuridicè absq; aliqua exceptione, victus victori in expensis condemnatur, doctorũ opiniones eum non excusent, secundùm solutionẽ moderorũ in l.si auiam.C. de ingen.manu. vbi iuramentũ calumniæ non excusat ab expensis; ne aliquis color litigandi; vbi quis succumbit super articulo iuris.Contrariũ tñ practica obseruat; quia sæpe videmus, ob consilia excellentissimorum aduocatorũ potius benignitatis causa quàm iuris iudices ab expensis absoluere. Conclusio autem supra posita intelligitur, quando solùm consilia doctorum id efficere deberent; quando autem aliæ causæ adessent; id pendet ab alijs limitationibus; & ex his patet opinionem Cepollæ non procedere: dum vult, vt consilia aduocatorum non excusent: Nam si de consilijs aliorum, qui aduocati non essent, intelligendum esset: vtique talis casus rarò, aut nunquàm accideret: & ex consequenti non daretur casus; cum rarò accidat, vt consilium alicuius excellentis doctoris reperiatur; qui ita in terminis in alia causa consuluerit, vt prorsus casui, de quo agitur, conueniat, præterquàm quòd idem etiam dicendum esset, ex quo eadem affectione causam primam, in qua consuluit, prosequutus esset; credo igitur in puncto iuris opinionem Bal. veriorem esse; Attamen in practica aliter obseruatur.

1 *Expensis condemnandus non est victus; quando variæ sunt opiniones & in quibus limitetur.*

1 IIII. Limitatur, † quando in aliquo articulo variæ doctorum opiniones reperiuntur; vt puta, inquit Angel.in casu quem ponit glo. in l. dos à patre. C. solu. matri.vt voluit Ioan.Andre.in c. vt debitus. per glo. ibi in verbo rationabili, de appella.& in c.1.de postula.prælat.in nouellis.& Specula. in tit.de expensis.§. nũc videndũ.col.1.& Bal. in auth.generaliter.col.5. C.de episcop.& cleri.& Angel.in d.l. properandũ.§. sin autem alterutra.C.de iudi. & in l. destitisse. ff. de iudi.& Ias.in d.§. sin autem alterutra, vbi confirmat hanc conclusionem ex ijs, quæ voluit Bal.in auth.nouo iure in 2.not.per illum tex.C.de iudi.dum vult, vt quando res est propter negocij varietatem valdè inuoluta & ambigua, vtraq; pars ab expensis adsoluenda sit.Id quod limitant, quãdo in articulo vario, quęnam sit cõmunis opinio, appareret, vt inquit Anto.à Butrio.in d.c.finẽ litibus.col.10.extra de dolo & contum. Subdit tamẽ Ias. propter secundã limitationẽ supra positã cauendũ esse, qua conclusum est, vt ibi diximus, illũ, qui habet opinionẽ doctoris ꝑ sua opinione, in expensis condemnandũ non esse. & ideò inquit Ias. videndũ esse Imol.in l. qui antè calendas. ff. de verb.obli.& in l.fin.ff.de regul.iur.& tex.in §.oportet.vers.si tamen, in authen.de iudi.in verbo propter negocij varietatẽ, & Lancel. in loco supra adducto; limita.20.vbi inquit, id procedere, nisi appareat de communi opinione, & ita videtur intelligenda secũda limitatio, nam cum sunt communes opiniones claræ, non est ab eis recedendum.

1 *Expensis condemnandus non est, qui semiplenam probationem habet.*

1 V. Limitatur † in eo; qui habet semiplenã probationẽ. Nã is iustã causam litigandi habere dicitur.& in expensis cõdemnandus non est: vt inquiũt Cano. in d.c.finẽ litibus.extra de dolo & contu. & Bal.in l. qui nõ probasse, in princ.C.de calum.& in l.1.vbi limitat.C.de aduoca.diuers.iudi.& in d. auth. genera-

 liter.

liter. in 4. & 6. col. C. de episc. & cleri. & in l. admonẽ di. col. ff. de iureiur. & Alex. in d. l. properãdũ. §. sin aũt alterutra. C. de iudi. & in cons. 108. uiso themate suprascripto, & attestationib. col. fi. li. 4. & Ias. in d. §. sin aũt alterutra, sub nu. 8. uers. quarta cõclusio; & Soc. in Regula 139. lim. 2. & latè tradit Ias. in cõs. 2. nol. 1. & in accusatore, uel instigatore. Vbi & tãtũ modo iudiciũ adsit; ut uoluit etiã Lancell. Cõrad. in sua practi. li. 1. c. 9. de preto. §. 3. de offi. pr̃eto. in caus. crim. in tit. de sentẽ. defin. crimi. limit. 21.

1 *Expensis cõdemnandus nõ est, qui per teste probauit, licet deindè reprobati sint, nisi aliqua cõtra producẽtem suspicio sit.*

1 VI. Limitatur in eo, qui p testes probauit; & si de indè ex defectu personæ, ut puta infames, uel falsarij reprobati sint; nã talis iustã causã litigãdi habuisse dr̃, & ideò in expẽsis condẽnandus nõ est, nisi fortassè aliqua cõtra producẽtẽ suspicio sit, ut uoluit Spe. in tit. de calum. in fi. & refert, & tanq̃ notabile sequitur Bal. in auth. generaliter col. 5. & 6. C. de Episc. & cleri. & in d. l. 1. C. de aduoca. diuers. Iud. & Ias. in d. l. properãdũ. §. sin aũt alterutra. n. 8. uer. 5. cõclusio. C. de iudi. & Lanc. in loco supra sæpe adducto lim. 22.

1 *Expensis condemnandus non est ille, in cuius fauorem testes extraiudicialiter se deposituros iactent, licet deinde exhibiti contrarium deponant.*

1 VII. Limitatur† Qñ testes extraiudicialiter in fauorem alicuius se deposituros iactarent, & si deinde exhibiti cõtrariũ deposuerint. Nã his non obstãtib. exhibens prædictos testes iustã cãm litigãdi habuisse dr̃, & ab expensis absolui debet, ut uoluit Io. And. in c. 1. in fi. de elect. in 6. id qd̃, ut inquit Bal. in l. nõ ignorat. uer. qd si testes. C. de fruct. & liti. expens. ual de notãdũ est, & tradit Ias. i d. §. sin aũt alterutra. nu. 8. uer. sexta cõclusio. & Lanc. in sua pract. li. 1. c. 9. de præto. §. 3. de offi. præto. in caus. crimin. in tit. de senten. definit. crimin. limita. 23. & latè plures deferẽs tradit Iser. super constitut. Regn. in pragma. de expẽsis soluen. per appellat. in comment. uer. scias tamẽ unum singulare uerbum. fol. mihi. 423.

1 *Expensis condẽnandus non est ille, qui adrò egit, quia a uiris fide dignis audiuit.*

2 *Scire certè ille dicitur, qui ab aliquo fide digno certificatus est.*

1 VIII. Limitatur† in eo, qui à uiris fide dignis audiuit. Nã dr̃ iustã causam litigandi habuisse, & in expẽsis condẽnari nõ debet, ut inquit Bar. in l. 1. in prin. col. 1. ff. ad Turpilia. & facit glo. notabilis in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonstrat. quã singularem existimat Bal. in l. indicia. C. de rei uendic. Vnde notat, dicto notabili uiri iustã credulitatem induci, & facit illud, qd̃ uoluit Bar. in l. fi. ff. de hæred. instit. Immo, quod plus est, uoluit Domin. à sancto Gemi

2 nia. in c. de capitulis. per illũ tex. distinctio. 10. † eum certè scire, qui ab aliquo fide digno certificatus est; per tex. & in c. sicut pro certo. de simon. & uoluit Archidi. in c. in domo. de pœnit. distinctio. 1. & Ias. d. l. properandum. sin aũt alterutra. nu. 8. uersi. septima conclusio. C. de iud. & Lanc. Conrad. in d. sua pract. lib. 1. c. 9. de preto. §. 3. de offi. præto. in caus. crim. in tit. de senten. definit. crimi. limita. 24.

1 *Expensis condemnandus non est, qui ob suum pudorẽ defendendum litigat.*

1 IX. Limitatur in eo, qui ob suum pudorem seruandum litigaret. Is enim quamuis succumbat, iustam causam litigandi habere dicitur, ut notat Barto. in l. quæ omnia. §. 1. in 3. not. per illum tex. ff. de procur. & ita inquit Iason in d. §. sin autem alterutra. nu. 9. uersi. octaua conclusio. & Lancel. in loco supra adducto limita. 25.

1 *Expensis uictus condemnari non debet, quando actor plus debito petijt, & quando nõ dicatur plus debito petere, adhuc ut condemnari possit, infra num. 3.*

2 *Totum negari potest, quando plus debito petitur.*

1 X. Limitatur, † quando actor petit plus debito, ut puta si ei centum debeantur, & ipse centum & quinquaginta petat, Reus autem totum negauit & litigauit; Actor uerò in parte sibi debita, scilicet centũ obtinuit, in alijs uerò quinquaginta nõ debitis succubuit. Tunc enim uictus nulla ex parte in expensis condemnari debet, ut inquit Salic. in d. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. Ratio autem est; quia ex quo actor plus petijt, quàm sibi debere-

2 tur reo† totũ negare & super toto litigare licuit, ut uoluit glo. in c. præsentium. in uerbo sigillatim, extra de testibus. Præterea mouetur per textu in l. 1. cũ glo. in uerbo dispendia. C. de plus petit. & Ias. in d. §. sin autem alterutra. nu. 17. addit tex. in d. l. qui solidũ in fi. prin. in uerbo partem a contrario sensu. ff. de legat. 2. ubi etiã Bar. & Imol. notant illum tex. & idem uoluit Lanc. Cõrad. in d. sua practi. lib. 1. c. 9. de præto. §. 3. de offi. prætor. in caus. crimin. in tit. de senten. definit. crimin. limita. 16. & Neuiz. in consi. 94. nu. 12. uer. non obstat & nu. 13. & Guido Papæ in cons. 8. nu. 4. uersi. similiter, & consi. 90. in fi. ubi etiam de petẽte antè tempus idem concludit. Præterea hanc conclusionem sequitur Curt. Iunior in l. ageram Geminiano. num. 8. C. de transactioni. & Lanc. in loco supra sæpe citato, limitatio. 16. & Nicel. concorda. 230. incipiente negari & Ang. in §. si quis agens, colum. 8. Insti. de actio. & Alexan. in d. l. properãdum. §. sin autem alterutra, ubi etiam Iac. numero 18. & Calep. in repet. §. utrum, de rebus dubi. car. 10. & Decius in l. non potest uideri. ff. de regulis iuris, & Galiaul. in l. prima, §. si stipulanti. in fi. ff. de uerborum obligatio. Id autem intelligit Ne

3 uizanus eodem in loco, quando actor † plus simpliciter petit, secus uerò secundùm Barto. et Docto. quando diceret, se esse paratum, partem sibi debitam recipere, ut inquit Angel. in d. §. is qui. colum. fin. Instit. manda. & Purpu. in l. edita num. 298. C. de eden.

Expen-

1 *Expensis condemnandus nō est reus, quando pro actore absente sententia profertur.*
2 *Expensas quando ille, qui succubuit, non solùm non reficit; Sed etiam cum eo, quod debet, & ad quod condemnatus est, compensat.*
3 *Expensis præsentem uictum absenti uictori condemnari uoluit Abba. At de ipsa expensarum condemnatione suas expensas detrahere.*

1 XI. Limitatur † in casu. §. siquidem, in uersic. expensis, iuncta glo. in l. properandum. C. de iudic. ubi licet pro actore absente feratur sententia; Attamen reus, licet succumbat, in expensis non condemna-
2 tur; Immo, quod est plus, expensas, † quas fecit; cum eo quod debet, & ad quod condemnatus est; computare potest. & ratio est; ut inquit ibi text. quia hanc pœnam actori, & meliorem causam habenti, propter solam absentiæ contumaciam, imponunt. Hanc limitationem licet non ita exemplificet, tenet Ias. in d. l. properandum. §. sin autem alterutra. sub numer. 10. uersic. secundò principaliter limitatur; & refert, & sequitur Lancello. Conrad. in sua pract. lib. 1. cap. 9. de præt. §. 3. de offic. præto. in caus. crimin. in tit. de senten. defin. crimi. uersi. secunda limitatio est. At Abba. in c. calumniā. nu. 3. extra de pœnis, aliam esse inquit & magis com
3 munem opinionem; † ut præsens uictus absenti uictori etiam in expensis condemnetur; uerum de hac expensarum condemnatione suas expensas detrahat, & hanc opinionem inquit placere glo. in d. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. & eam opinionem sequi ibi Ioann. Andre. & communiter alios. Nam secundùm primam opinionem, ut Ioannes Andreæ arbitratur inter reum & actorem esset inequalitas; quia si sententia fertur pro reo absente, actor præsens uictus ex condemnatione expensas sua deducere non posset, quia nulla est condemnatio, cum reus tantum absoluitur; Præterea absens puniretur dupliciter, Primò quia expensas non recuperaret; secundò quia de principali condemnatione rei expensæ detraherentur.

1 *Expensis condemnandus est, qui ex industria, & studiosè relicto competenti Iudice alium adiuit.*

1 XII. Limitatur † in casu. §. & iudicare. in princ. in Authen. de defenso. ciuita. ubi habetur, quòd si aliquis studiosè & ex industria, relicto competēte iudice, alium adiuit in expensis condemnatur, etiam q in causa obtinuerit. & hic casus; ut inquit ibi gl. in uerbo, omni litis, ualdè specialis est, & ita licet non exemplificet, tenere uidetur Ias. in d. l. properādum. §. sin autem alterutra. nume. 10. uersi. secundò principaliter. C. de iudic. & Lancello. Conrad. in loco supra relato in 3. limita. Ias.

1 *Expensis condemnandus non est ualdè honestus, & magnæ & spectatæ fidei, ac ualdè religiosus.*

1 XIII. Limitatur † in persona ualdè honesta, & magnæ ac spectatæ fidei, aut ualdè religiosa, Ipse enim & si succumbat, in expensis condemnari non debet. Ratio autem est, quia calūniosè, aut temere litigasse non præsumitur, ut inquit Hostiensis in c. finem litibus. col. fin. ubi Ioan. Andreæ, & alij Canonistæ referūt, & sequuntur, & facit glo. in c. expedit. in uerbo scirent, 12. quæstio. 2. & hac de re Ias. in aut. iubemus. C. de indic. nouem similia cumulauit; & tradit Ias. in d. §. sin autem alterutra. sub numer. 10. uersic. Quartò singulariter limita. Præterea idem tradit Felin. in c. super his. in fin. de accusatio. & Socin. in Regul. 139. fol. 3. quem refert & sequitur Lanccel. in sua pract. lib. 1. c. 9. de præto. §. 3. de offic. præto. in caus. crimin. in tit. de seten. defini. crimin. uersi. 4. limita. & Aymo Crauet. in tracta. de antiqui. tempo. in prima parte, numer. 356. post Iason. in consil. 270. colum. 6. lib. 2. & Rimінal. in consi. 270. nume. 13. lib. 2. & Bartolom. Blarer. in l. diffamari. cap. 5. numer. 41. ubi sublimitat hanc limitationem in casu dictæ. l. diffamari. C. de ingenu. manum. Item hanc conclusionem sequutus est Andre. Barb. in Rubr. extra de fide instrum. colu. 38. in princ. & in consil. 3. clementissimi Dei. colum. 16. post princ. lib. 2. & rursus Ias. in l. admonendi. colum. 74. in fin. & sequen. ff. de iureiuran. & in l. 1. colum. 2. ff. de eo per quem fact. erit.

1 *Expensis condemnari non debet altera pars, quando Iudex semiplenæ probationi iuramentū necessariū defert, & si secus in iuramento iudiciali litis decisorio dicendum sit.*

1 XIIII. Limitatur, † quando iudex semiplenæ probationi iuramentum necessarium defert; Nam tunc altera pars in expensis condemnari non debet, ut inquit Bald. in d. auth. generaliter. col. 6. & Alexan. in d. §. sin autem alterutra. & Iason ibidem sub nu. 10. uersic. quintò fallit; & si secus in iuramento iudiciali litis decisorio dicendum sit, ut diximus supra ampli. 70. & eandem conclusionem tenuit Lancello. Conrad. in loco supra citato; uersic. quintò quando supplementum. & Hyppo. Marsi. in l. patre uel marito. nume. 36. ff. de quæstio. & in singula. 485. memini. & Alexan. in consi. 183. in causa & lite, lib. 6. & Lāfran. in d. tracta. de expensis, colum. 1. uersi. quintò. & rursus Alexan. in consi. 122. in fin. lib. 2. & Curt. in l. admonendi. colum. 96. ff. de iureiurand. Id quod dicit longiori manu signandum esse & Neuizan. in consi. 94. num. 7. & si num. 8. & 9. contrarium tenere uideatur, ut latius ibi per eum.

1 *Expensis condemnari non debet reus, qui ab actore extra iudicium interpellatus, in prima citatione cō paruit, & debitum fassus est.*
2 *Expensis condemnandus non est reus, qui in prima responsione bonam fidem agnouit.*

1 XV. Limitatur, † quando antea actor extra iudicium reum interpellauerit; qui in prima citatione cō paruerit, & debitum fassus sit; Planè tunc expensas, puta libelli citationis, uel aduocati soluere non debet, ut inquit Guilie. de Cune. in l. edita. C. de eden. quem refert & sequitur Angel. in l. debitores. per il-

lum

lum tex.ff.de serui.vrba.prædio. Immo multò largius notat Bal.in auth. contra qui propriam.in fin.
2 per illum text. C.de nō numer.pecu.† quòd si reus in prima responsione bonam fidem agnouerit;in expensis condemnandus non sit, & sequitur Anto. à Butrio in c.1.de libel.obligat.& refert Ias.in d.l.properandum.§.sin autem alterutra.sub nu.10.limit.7. C.de iudic.& Lancell.in loco supra adducto. uersic. septimo,quando actor. Vbi quod primum dictum per ea quæ uoluit Hyppo. de Marsi.in d.l. patre uel marito.num.39.& 43.ff.de quæst.in negante locum non habere arbitratur.Item & quando dies pro creditore interpellat;ut ibidem num.40.

1 *Expensæ restituendæ non sunt,quando missio in possessionem ex aliqua rationabili causa reuocatur.*

1 XVI. Limitatur,† quando missio in possessionem ex aliqua rationabili causa reuocatur; Tunc enim expensæ restituendæ non sunt; ut inquit Inno. in c.si aduersarius,de eo qui mittitur in poss.caus.rei seruan.& sequitur Bal.in sua margar.in uerbo missio,& refert & sequitur Ias.in d.l. properandum. §. sin autem alterutra sub nu.10.uersi.nonò limitatur quando reuocatur.& Lancel. Conrad. in sua pract. lib.1.cap.9.de præto.§.3.de offic.præto.in caus. crimi.in tit.de senten.defini. crimin.uersic. nonò limitatur.

1 *Expensis condemnandus non est,quando quis litigat, ut sibi actionem de euictione paret.*

1 XVII. Limitatur,† quando quis litigat, ut sibi actionem de euictione paret; quæ nisi lata sententia, non competit.l. habere licere. ff. de euictio. Nam hic in expensis condemnandus non est.l.atqui naturam.§.cum me absente.ff.de nego.gest.& notatur in l.antiq; ff.de rei uend.& Ias.in d.§.sin autem alterutra.sub num.10.uersi.Decimò limitatur.& Lancel.in loco supra adducto, uersic. decimò quando quis litigat.

1 *Expensis condemnandus non est quis,quando instrumentum debiti productum non est. Nam solùm à die productionis succumbens in expensis condemnandus est.*

2 *Expensis condemnandus non est uictus,quādo uictor dolo instrumentum,quod litis decisiuum est,ad fatigādum in expensis aduersarium producere distulit. Nam ipse, & si obtineat, in expensis condemnandus.*

1 XVIII. Limitatur† quando instrumentum debiti productum non fuit. Nam solùm à die productionis in expēsis succumbens condemnandus erit;
2 Immo† si quis dolo instrumentum,quod litis decisiuum est,ad fatigandum in expensis aduersarium exhibere distulerit;etiam si obtineat,ipse in expensis condemnandus est, ut latè tradit Ias. in d.l. properandum.§.sin autem alterutra. nume.12.C.de iudi.& Cynus in l. unica. C.ut quæ desunt aduoca.& idem uoluit Felin.in c. uenerabilis.nume.3.extra de iudic.& Deci.& Cagno.in l.qui in alterius. num. 9. ff.de regul.iur.& Hyppo.Marsil.in l.patre uel marito.nu.77.ff.de quæst.& Rober.Marā.in suo Specul. aureo,parte 6.in uerbo interrogatio,n.2.& Lancel. Conrad.in sua pract.lib.1.c.9.de præto.§.3.de offic. præto.in caus.crimi.in tit.de senten.defin.crimi.uersi.12.nu.12.ut nō condēnetur,& in simili tradit Angel.in l.illud quoq; in prin.ff.de pet.hæred.& Bar. in l.prima.in prin.col.4.ff.ad turpilia.& in d.l.qui in alterius.ff.de regul.iur.& in l. destitisse. ff. de iud.& in l.si quis infiacatus.per illū tex.ff.depos.& in l.si rem alienam.§.fi.ff.de pignor.action.& Bal.in l.termina to.in princ.col.fi.C. de fruct.& lit.expens.& Franc. Niconit.in d.c.quoniam contra.in gl.dilationes,nume.103.extra de probatio.& Ingenus.in l. contractus.nu.148.ff.de regul.iur.& Felin. in c. exceptionem,nu.40.uers.& tu scias,extra de exceptio.

1 *Expensis condemnari non debet uictus aduocato vel procuratori,ad illud,quod alioqin ipse alteri dedisset.*

2 *Expensarum condemnatione ratio habetur damnorū ex persona uictoris,quando est talis,qui ex suo artificio lucrari soleat.*

3 *Expensas consequi potest aduocatus,uel procurator, causam suam communem cum alio defendens pro rata alterius.*

1 XIX.Limitatur† in aduocato, siue procuratore in causa propria;Nam causam suam patrocinando,illud idem,quod alioquin alteri aduocato,uel procuratori soluere eadem de causa debuisset,in condemnatione expensarum petere non potest,ut uoluit gl. quam sequuntur Bart.& alij in l.fin.C.de fruct.& li ti.expens.& latius idem Bart. in l. si stipulatus es. ff. de fideiusso.& in l.quod si domus.in fi.per illum tex. ff.locat.& not. Bald.in dicta.l.fin.in ultim.col. & Iason post alios in d.l.properandum.§.sin autem alterutra.nu.14. C.de iudi.& Lancell.Conrad.in loco supra adducto,limit.14.& Rota in decis.5.de procura.in antiqs,& in decis.41.de senten.& re iudi.in antiquis secundū recentiores impressiones. Id quod adeo uerum est,ut etiam si ille,qui in causa propria aduocatus fuit illud tāquam damnum peteret locū habeat,ut puta,quia propter illam litē aliorū aduocationibus incumbere non potuisse dicat;ut noluit Bal.in d.l.fi.col.fin.C.de fruct.& lit.expens.

Verùm contrariam opinionem,licet Bal.mentionem non faciat;tenuit Abb.in d.c.finem litibus.col. 14.ubi nihil allegat, extra de dolo,& contuma. quā sequitur etiam Ias.in d.§.sin autem alterutra.nu.14.
2 uersi.ego teneo.† Mouetur autem ex eo,quòd in cōdemnatione expensarum uictoriæ causa, damnorū ex persona uictoris;quando est talis,qui ex suo artificio lucrari soleat,ratio habeatur,ut uoluit glo. quā sequitur Bart.in l.1.cum similibus,ut infra suo loco dicemus;cum quæ & quales expensæ reficiendæ sint, tractabimus,& tradit Ias.in d.§.sin autem alterutra. nu.13.Item hanc secundam opinionem tenet Ioachin.Minsinger.cētu.1.obserua.2.per ea,quę uoluit Bart.& sequuntur communiter Doct. in d.l. si.& in d.§.

d.§.sin aũt alterutra.item limitatur prædicta conclu
3 sio,† nisi causa sit cõmunis,ut puta quia quis pro se
ac suo cohærede aduocationẽ præstiterit; Tunc ex
pensas pro parte cohæredis tãtũ consequetur,ut in-
quit Boerius deci.210.nu.5.uol.1.ubi per eũ latius.

1 *Expensæ non debentur notario causæ,qui ob reuerentiam partis salarium accipere recusauit.*

1 XX.Limitatur† in notario causæ,qui ob reuerentiã partis,quę obtinuit salarium accipere recusauit. Expensæ enim huic non debentur,ut inquit Ang.in d.l.fi.C.de fruct.& liti.expens.& Ias.in d.l.properandum.§.sin autem alterutra.nu.14.ibi in fine limit.& Lancel.in eod.loco,& dicta limita. 14.

1 *Expẽsarum condemnationem iudex sibi reseruare nõ potest;sed taxationem tantùm.*
2 *Expensarum taxationem si delegatus sibi reseruauit, an eo mortuo delegans taxare possit.*

1 XXI.Limitatur,† quando Iudex in sententia definitiua,sibi expensarum cõdemnationem reseruauit; Expensarum namque condemnationẽ sibi reseruare nõ põt; Sed taxationem tantùm, ut inquit Lanfran. in tracta.de expens.num.9.& Hippo.Marsil. in d.l. patre,uel marito.nu.69.& 70.ff.de quæst. & Lance. Conrad.in sua pract.lib.1.ca.9.de præto.§.3.de offi. præto.in caus.crimin.in tit.de senten. defin.crimi. limit.26.Præterea quòd nõ condẽnationẽ expensarũ, sed taxationem tantum Iudex sibi in sententia definitiua reseruare possit;tenuit Iaco.Mandel. de Alba in consi.5.num.6. ubi hãc magis cõmunem opinionem esse ait; & Ioachi. Minsyng. singula obseruat. centur.j.obserua.45.& centur.3.obseruat.32.ubi id in sententia definitiua locũ habere ait. At secus in sententia interlocutoria,ex quo sententia interlocutoria lata Iudex esse non desinit, & utrobiq; de cõi testatur;Item hanc conclusionem supra firmatã sequutus est Ang.post Iacob.Cynũ, & Iacob. de Arc. in l.terminato.nu.1.C.de fruct.& lit. expẽs.& Inno. Io.Andr.in d.c.finẽ litibus,extra de dolo, & contu. & Ang.ubi supra ita inquit cõmunem totius mundi vsum in practica obseruate, & idẽ voluit Imol.in ca. ad hoc vnxit.nume. 13. extra de sequestr. possess.& fructu.ubi inquit,hanc practicam tutiorẽ,& magis communem esse; Idem quoque uoluit Io. Petr.Ferrari.in sua practi.Papiens.in formu.libell.actio.real. in verbo expensis,nu.15. & Ang.in l.Paulus.nu.2.ff. de re iudic.& Felyn.in c.significauerunt,nu.11.uer. primũ quod licet iudex,extra de exceptiõ. licet Bar. in d.l.terminato.post glo.contrarium uelit, uidelicet,Iudicem etiã condemnationẽ expẽsarum in sentẽtia definitiua sibi reseruare posse; At eius opinio, ut supra uidimus,communiter reprobatur,prout ẽt uoluit Anibal.Troysius Cauensis super Riti.Magnæ curiæ,Ritu.310.ubi inquit, id communiter in Regno obseruari.

Hinc sumpta occasione quærebat Bar.in l.ab exe
cutore.num.12.ff.de appella.& Ang.in l.terminato
2 num.5.C.de fruct.& lit.expensis,si delegatus sibi ta
xationem reseruauit,an delegans mortuo delegato taxare possit,& taxare posse ex opinione Iacob. Butrig.arbitratur,& ratio est, quia delegatus non respectu personæ,sed iurisdictionis reseruauit, sed iurisdictio delegati;& ordinaria iurisdictio est eadem l.1.§.qui mandatã.ff.de offic.eius cui manda. est iurisdi.ergo.At inquit Bar.ut ambiguitates cessent cõsulẽdum in iudicio ordinario esse, ut sibi & successoribus suis huiusmodi taxationem reseruet,in delegato uerò illi,qui ei delegauit.

1 *Expensis non condemnatus absolutus censetur & in quibus hæc conclusio non procedat.*

1 XXII.Limitatur,† Quãdo uictus nõ condemnatur. Nam uictus de iure communi absolutus censetur.d. l.terminato.ubi Doct. C.de fruct.lit.expens. & tradit Lanfra.in d.tract.de expẽs.nu.12.& Ias.in d.l.properandum.§.sin autem alterutra.num. 7. C.de indi. ubi quærit, an hoc procedat; stante statuto, ut uictus uictori,etiam si iudex in sentẽtia nihil dixerit,in expẽsis cõdemnetur, ut ibi per eũ,& diximus supra in 3.limita.ad primam limitationem principalẽ,dũ tractauimus;an iusta causa,stãte statuto,ꝙ uictus uictori cõdemnetur in expẽsis; excuset. Hanc eãdẽ cõclusionem sequitur Lancell.Conrad.in loco supra adducto limi.28. uerum animaduertendũ est, ꝗa hęc cõclusio admittẽda nõ uidetur; ubi aliquod statutum,ut in urbe Montis Politiani, adesset, quo expressè cauetur, quòd uictus uictori in expensis condemnetur,& si iudex uel condemnare omiserit, uel absoluerit; Attamen ex eo statuto pro condemnato habeatur; Tunc enim actio, et condictio oritur ex eo statuto.ut supra diximus in d.3.limitatione ad primam limitationem principalem.

1 *Expensis condemnandus non est uictus in duello, seu pugnando,uel ex contumacia.*
2 *Duellum omni iure prohibitum.*

1 XXIII.Limitatur† in eo,qui in duello, siue pugnã
do,seu ex contumaciæ,quia nõ cõparuit, uictus sit.
Vtroque enim casu uictus in expensis condẽnandus
nõ est,ut inquit Iulius Ferret.in tract.de duello,nu.
50.Mouetur autem ex eo, quòd illa non uera, sed
præsumpta uictoria dicatur,& ideo cũ nõ propria,
sed præsumpta,& ficta confessio sit. Meritò Iudex
in nõ cõdemnãdo in expensis,ex quo ex præsumptio
nibus proceditur,mitior esse debet,ut uoluit Bal. in
auth.generaliter.C.de episcop. & cleric. Huic limi-
tationi repugnare vr̃,quæ supra in 62. Ampliatione
diximus.Ego verò arbitror alia ratione id dicẽdũ es
se,& præsertim cũ Iulius Ferrettus idẽ quoque de
eo,qui pugnando uictus sit,assereret,& si ut ipse in
telligere vr̃,ex ea uictoria,nõ uera; sed ficta quædã
& ꝑsumpta cõfessio,ut ex contumacia oriatur, & iõ
fortassè dici põt,uel ꝙ duellũ nõ est à iure receptũ,
2 & ideo actus iudiciarius dici nõ põt. † Est.n. duellũ
oĩ iure prohibitũ,ut inqt idẽ Iulius Ferret. in cõs. 1.
nu.2.& tradit Bal.in l.ut uim.ff.de insti.& iur.et Ias.
in l.ex hoc iure,eod.tit.& latius idẽ Ferret. in tract.

suo

suo de duello,num.3.& nu.13.cum multis seq. Vel secundò dici potest;quia duellum ad honorē,& exti mationem conseruandam introductum est,ut supra diximus in 9. limitatione de eo, qui pro suo pudore seruando certat;& ita obseruatur; quia nunquam in duello uictus expensas restituere solet.Posset fortasse etiā dici,quòd omnis impēsa in armis uersetur quæ à reo fit, & in eius commodum,& fauorem tendit;& ideo si actor succūbit,meritò ad id cōdemnari non debet,quod reus fauoris sui causa fecit,si uerò reus succūbit,iam ipse expēsas fecit;aliæ uerò impēsæ cū sint uolūtariæ,meritò reficiēdæ nō uidētur.

1 *Expensis condemnari non debet monacus litigant.*

1 XXIIII.Limitatur †in monaco litigante;qui si succumbat,cum nihil habeat in expēsis cōdemnari nō debet.ut inquit Inno.in c.reprehēsibilis, extra de appella.& Bal.in Margarita in uerbo Monacus.l.8.& refert,& sequitur addens quisquis fuerit ad decisio. 88.uersi.si tamen idem,Capel. Tolosa.

1 *Expensis condemnatus non intelligitur,quando Iudex in sua sententia dixit,uictum uictori tantum,omittendo condemno.*
2 *Sententia non ualet,nisi contineat condemnationem, absolutionem,aut æquipollens.*
3 *Verbum & cætera,sententiam sustinet.*

1 XXV. Limitatur, † quando Iudex in sua sententia dixit,uictum uictori in expensis; Nec adiecit condēnationem;Tunc enim cum respectu expensarū sen-
2 tentia non ualeat.†Quia condemnationē,absolutionem,aut æquipollens non continet;Meritò nec expēsæ debentur,ut uoluit Bart. in l.præses. C.de sentē.& Bal.in errore.C.de testam.& Roma. & Nicol. in l.1.ff.de re iudi.& si ut ipsi dicunt,contrarium senserit Bar.in l.1.§.fin autē.ff.de hæred.instituen. quē refert,& sequitur Alex.in consi.126.num.9.uolu.6.
3 cuius opinio sustineri potest,si uerba illa † &c.adiecta essent;quæ quicquid prouenit ex natura contractus includunt,ut uoluit Bart.& sequuntur Doct.in l.Gallus.§.idem credendum.ff.de liber. & posthu.& probatur in l.si duo patroni.§.siquis iurauerit uendidisse.ff.de iureiurand.& tradit Lanfranc.Balb. in decisio.420.

1 *Expensis condemnandus non est,qui non comparendi legitimam causam habuit.*
2 *Præceptum impossibile non ligat.*

1 XXVI. Limitatur† ut non procedat in eo,qui nō comparēdi legitimam causam habuit. Ipse enim ex pensarum condemnationem euitat,ut inquit Abb. in c.1.col.fin.num.14.uersic.Quia dico, extra de dilatio.per tex.in c.querelam.extra de procurat. & in c.finem litibus,extra de dolo,& contum.& in ca.uenerabilibus.§. idem.de senten. excōmu.in 6. Præce-
2 ptum † enim impossibile non ligat,l.fi.ff.quæ sentē. sin appella.rescin.& in c.breui.de iureiuran.

1 *Expensis condemnandus non est uictus;qui litem,quæ ex decisione legis dubia,uel difficilis,uel quæ uarios intellectus,& lecturas habet,inebatur.*

1 XXVII. Limitatur † in uicto,qui litem;quæ ex decisione legis dubiæ uel difficilis; uel quæ uarios intellectus,& lecturas habet;tuebatur,ut uoluit Abb. in c.calumniā.in fin.de pœn.& Barba.in c.1.col. 20. num.138.cum pluribus præcedentibus, & sequentibus,extra de constit.multa hac de re tradit Francis. Niconitius in c.quoniam contra falsam.in glo.3. in uerbo duos uiros.num.22.uersi.non obstat,si dicat. extra de probatio. & tradit etiam Hyppol. Marsil. plura referens in dicta.l.patre,uel marito. num. 35. ff.de quæstion.

1 *Expensis alia pars condemnanda non est,quando alia ex priuilegio expensas non soluit, nec quouis modo cogi non potest.*

1 XXVIII. Limitatur † quando una pars expensas litis ex priuilegio non soluit;uel quouis modo cogi nō potest,tunc enim,ut in iudicio æqualitas seruetur nec etiam altera pars cōdemnari debet,ut inquit Ioan.de Amicis in consi.92.num.5.per tex.qui,ut ipse inquit,cauillari nō potest in l.in sacris.in uersic. quoniam.ubi Lucas de Penna. C.de proxim.sacro.scrin. lib.12.

1 *Expensis uictus condemnari non debet, quādo est probabilis error.*

1 XXIX. Limitatur † quando adest probabilis error;propterea quòd à refectione expēsarū excusat, ut inquit Bal.in consi.217.nu.8.uol.2.

1 *Expensis non est condemnandus,qui ex parte sua scriptura præsumptionem habet.*

1 XXX. Limitatur † quando quis ex parte sua scripturæ præsumptionem habet;tali enim præsumptione ab expensis excusatur, ut uoluit Bald. in consil. 156.in fin.uolu.4.per tex.in l.de ætate.§.ex causa. ff. de interro.actio.

1 *Expensarum condemnatio non fit,quando alicuius sententia definitiua pro possidente executio petitur.*

1 XXXI. Limitatur † quando alicuius sententiæ definitiuæ pro possidente executio petitur,Tunc enim pro tali executione expensarum condemnatio non fit;cū iam possessionem;cuius habendæ causa executio conceditur,habeat;At secus si tales sentētiæ pro non possidente latæ sint, & prædictarum sententiarum executio petatur; Nam tunc dictæ executionis causa expensarum cōdemnatio fiet,& ita seruat Rota,prout attestatur in decis.36.num.1.de sentent.& re iud.in antiqui.secūdūm nouissimas impressiones.

1 *Expensis condemnandus non est absens ex iusta causa:Nam tenutam non refectis expensis recuperat.*
2 *Absente etiam aduersario ex iusta causa immissionē in*

2 *in possessionem ex primo decreto procedi potest.*
3 *Restitutionis in integrum auxilio absens, ex iusta causa tenutam non refectis expensis recuperat.*
4 *Absenti maiori ex iusta causa non permittitur, quod minori non conceditur.*

1 XXXII. Limitatur † in absente ex insta causa, Is enim non refectis expensis tenutam recuperat, ut in quit Alex. in l. de die. §. tutor. post princ. ff. qui satisda. cogã. per ea, quæ uoluit Inno. in c. si aduersarius. 2 de eo, qui mittit. in possess. caus. rei seruan. † dum in quit, quòd licet contra ex iusta, & probabili causa absentem ad immissionẽ ex primo decreto in posses sionem procedi possit. Lignorare. C. de reiit. mili. Attamen tenutam non refectis expẽsis recuperabit. Id quod pro limitatione auth. ei qui. C. de bonis autho. iudi. possed. ualdè notandum arbitratur, subdẽs idem uoluisse Imol. in l. si finita. §. si plures. colu. 16. uers. in eadem glo. ibi, & damna. ff. de damn. infect.
3 † Id autẽ medio restitutionis in integrum intelligendum est; d. l. si finita. §. si fortè, ubi notat Barto. idem in minore existimans, & facit. l. si minor. etiam si qua si contumax secundum unã lectura glo. ibi, de mino
4 ri. Subdit præterea Alex. † id quod minori nõ permittitur, etiam maiori ex iusta, uel necessaria causa absenti permittendum non uideri, ut inquit. glo. ualdè notabilis. in l. nec uiro. §. quod eis. in uerbo prohibeant. ff. ex quib. caus. maior. Præterea hanc conclusionem Alexan. refert, & sequitur Hyppol. Marsi. in l. patre uel marito. num. 74. ff. de quæstio.

1 *Expensarum cõdemnatio post sententiam fieri nõ potest, nisi eadem die fiat.*
2 *Expensarum condemnatio etiam post sententiam fieri potest, si sint debita iure actionis, utputa ex contractu, & statutorum dispositione.*
3 *Expensarum condemnatio post sententiam fieri nõ potest, si sit definitiua, secus si sit interlocutoria.*

1 XXXIII. Limitatur, † ut non procedat post sententiam, Quandoquidem post sententiam; prout expensæ peti non possunt; ita nec earum condemnatio fieri potest. l. terminato. ubi omnes. C. de fruct. & liti. expens. & tradit Nico. Boeri. in consi. 27. num. 27. Id autem uerum esse arbitratur; nisi eadem die talis cõdemnatio fieret. l. Paulus. ubi Ludoui. Bologni. in 2. interpreta. ff. de re iudi. & Abb. in c. finem litibus num. 35. extra de dolo, & contum. & Maranta in tra cta. de ordin. indic. in 2. parte. 6. part. principalis, in 1. actu num. 31. Præterea, quòd huiusmodi expensæ post sententiam peti non possint, tenet Alba in cõsi. 5. nu. 6. & Ias. in d. l. properandum. §. sin autem alter utra. col. fin. num. 3. C. de iudi. ubi eam esse rationẽ arbitratur; quòd expensæ litis officio iudicis mercenario tantum debeantur; quod quidem lata sentẽtia expirat. l. 4. C. deposit. cum similibus, idem etiam uoluit Ioan. Grass. in tracta. de substan. procura. in uerbo taxari faciendum, nu. 5. & Abba. in c. 1. sub num. 35. extra de sequestr. possess. & fruct. & in c. 1. nume. 10. de plus petitio. & Imol. in c. ex parte. 1. nume. 15. extra de rescript. & Alex. in l. 1. §. hoc. iudicium, num. 19. ff. si quis ius dicent. non obtempe. ubi quid sit de expensis contumaciæ tradit. Rursus, quòd expensæ post sententiam peti non possint, tenet Rota decis. 1. ut lite penden. in nouis, & Hyppol. Marsil. in l. patre; uel marito. num. 28. ff. de quæstio. & Socin. in regul. 182. ubi limitat sex modis.

2 Intelligitur igitur a huiusmodi limitatio in expẽsis, in quibus quis officio iudicis condemnari debet; At secus in iis, quę iure actionis debentur; ut puta ex cõtractu, uel ui, & dispositione statuti, ut uoluit Rapha. Fulgo. post Angel. quem ipse refert, in l. non solùm. in princ. ff. de rei uendi. & Hyppo. Marsi. in d. l. patre uel marito. num. 28. ff. de quæstio. ubi de expẽsis loquitur; quæ conditione ex statuto debentur, & plures id tenentes refert, ut ibi latius per eum. Hanc eandem opinionẽ sequitur Corne. post Bald. in d. l. terminato. nu. 9. C. de fruct. & lit. expens. de expẽsis promissis loquutus, & adducit glo. in l. si mulier. §. 1. ubi Bart. & alii. ff. de legat. 3. & in l. non solùm. ff. de rei uendi. & idem uoluit Abba. in c. 1. num. 10. extra de plus petit. & Iacob. Mandel. Albensis in consil. 5. nu. 6. & idem latius tenet Ifern. super constitu. Regn. in tit. de expensa. condemna. non reseruãda, in uerb. temeritatẽ litigantium, in commento col. 1. fo. 412 & Afflic. constit. Diuor. princ. num. 2. ubi alios refert. & Hyppo. Marsil. in consi. 19. num. 3. & Iason. in l. 1. nu. 4. C. de iudi. & latè Ias. in §. actionum. num. 53. ubi etiã ipse plures refert, Instit. de actioni.
3 Secundò † intelligitur huiusmodi limitatio in sententia definitiua; At secus in interlocutoria; Quandoquidem post sententiam interlocutoriam condẽnationem expensarum fieri posse dubium non est, ut inquit Abba. in c. sæpe contingit. in fine, nu. 26. extra de appellat. ubi inquit, hanc ad d. l. terminato optimam limitationem esse. Ratio autem, ut ipse in quit, diuersitatis est; quia definitiua iudicis officium expirat; & ideo mirum non est, si deindè de accessorijs cognitionem habere non potest; Verùm ẽcõtra cum interlocutoria officium Iudicis nõ expiret, meritò accessorium etiam cognitionem non expirare certum est; & ideo expensarum condemnationem facere poterit, ut uoluit etiam Felyn. in Rubric. de senten. & re iudi. nume. 28. per ea quæ uoluit Rota in decis. 1. ut lite penden. in nouis.

Vidimus, quando uictus uictori in expensis condemnandus sit; uideamus modò, quæ nam sint illæ, in quibus condemnandus sit.

1 *Expensis quibus uictus condemnari debeat.*
2 *Expensa necessaria ad causam peragendam qua dicãtur.*
3 *Expensarum appellatione iusta tantum, & moderata comprehenduntur.*
4 *Statutum disponens, ut fideiussor, uel qui pro alio promisit, si soluere compellatur, pecuniam sub usuris accipere possit, de moderatis intelligendum est, etiam si de quibuscunque usuris loquatur.*
5 *Vsuras reficere promittens de moderatis intelligitur.*
6 *Expensas nõ repetit uictor a uicto, quas ultra id quod oportuit, in causa impendit.*
7 *Expensis, quas uictus reficere debet, illud deducendum*

dum est, quod uictor domi expendisset.

8 *Expensæ, quas quis domi fecisset, deducendæ non sunt, ubi contumaciæ causa debentur.*

9 *Expensas, quas quis domi fecisset, quòd imputandæ sint, an intelligatur de artifice, & similibus.*

10 *Expensarum condemnatione, quæ uictoriæ causa fit, illæ tantum comprehenduntur, quæ in lite fieri solēt; nulla aliorum damnorum habita ratione.*

11 *Expensarum factarum causa contumaciæ, uel retardati processus condemnatio si fiat; non solum expensarū in causa factarum ratio habenda est. Sed etiam aliorum damnorum.*

12 *Expensarum uictoriæ, & contumaciæ differentia qua re constituta sit.*

13 *Expensas uictoriæ causa factas ad damna non extendi de quibus damnis intelligatur.*

CAP. III.

1 TErtio igitur† loco quæritur, in quibus expēsis
uictus condemnari debeat? Qua in re Inno.
in dicto c.finem litibus. extra de dolo, & contuma-
cia, dicebat, de expensis ad causam perangendam ne
cessarijs intelligendum esse, secus autem de utilibus.
2 Necessariæ † autem, ut ipse arbitratur, illæ sunt, quæ
in aduocatis; procuratoribus, itinere, & hospitio fiūt
l.non ignorat.C.de fruct.& lit.expens.& tradit Lan-
franc.in tit.de expensis, num.18. At Angel. in l.pro-
perandum.§.& siquidem.post Barto.ibi.num.7.C.
de iudic. illas, magis generaliter loquendo, necessa-
rias expensas esse credidit; quæ iuxta morem iudicio
rum solitum, & consuetum fiunt, per illū tex. & tex.
in d.l.properandum §.sin autem ex gestis.C.de iudi.
& in d.l.non ignorat.C.de fruct.& lit.expēs. Item ꝙ
expensæ necessariæ tantum nō autem utiles debean
tur, tradit Bertran.in consi.269.num.8.lib.3.& Mil
leus in sua pract.crimi.in uerbo subsidiariæ quanti-
tatis in commento, in uerbo prouisionis.num.3.fol.
52.eas expensas necessarias appellat, sine quib. cau-
sa expediri non potest per ea, quæ uoluit glo.in c. ex
parte, de accus.& in c. præterea. de offic. deleg. & in
c.si.de dolo, & in l.filius.ff.de iure delibe.& glo. in l.
fin.C.de Carbo.edict. Verum, quòd expēsæ necessa-
riæ; & utiles, & necessariæ; non autem utiles tantum
debeantur, uoluit Domini. à Sancto Geminiano in
consi.48.nu.10.& Abba.in d. c. finem litibus extra
de dolo, & contu.ubi disputat, quid de expensis uti-
libus, & quomodo uerba quorundam antiquorum
intelligantur, ut ibi per eum latius. Item quòd ex-
pēsæ necessariæ utiles, & moderatæ ueniant, ponit
Iaso.post alios in d.l.properandum.§.sin autem alter
utra, num.13.C.de iudic.
3 Illud tamē animaduertendū est, appellatione† ex-
pensarum iustas tantum, & moderatas comprehen-
di, ut inquit Alex.in consi.76.nu.17.lib.4. post glo.
& Ang.quos ibi refert Alex. & Ias. in l. sed & siquis
§.quæsitum.num.37.ff.siquis cautio.ubi post Ange.
4 infert† ad statutum Perusinum; quo cauetur, ut si ali
quis pro debitore promiserit, & debitor nō soluat,
promissor pecuniam sub usuris, ut creditori satisfa-
ciat, capere possit, & quascunque usuras soluerit à
debitore repetere; Hoc enim statutum; per ea quæ
supra diximus de usuris moderatis, nō autem immo
5 deratis intelligendum est, Facit optimè † quia usuras
reficere promittēs; de moderatis expensis loqui in-
telligitur, ut uoluit glo. in §.opportet. ubi Ange.nu.
11.notat in auth.de iudi.& Bald. in d.c.finem litib.
col.3.de dolo, & contum.& in c.1.in fin. de sequest.
possess.& fruct.& refert, & sequitur Rebuf. in suis
concorda.in Rub.de collat.§.ultimo, in uerbo ultra
expensam. Facit etiam, dum uoluit Iaco.ab Aren.in
6 l.officio.per illum tex. ff. ubi pupil. educa. debe. † ꝙ
si uictor plus in causa, quàm oportuerit, impende-
rit; a uicto non repetat. Planè expensæ nimis delica
tæ attendi non debent, sed mediocres & solitæ. l. si
seruos.in fi.ff.de pigno.actio. & ideò si rusticus, qui
pedester ire solitus est, equum meritorium conduce
ret; ut ad urbem litis procurandæ & solicitandæ cau
sa accederet; utique uictus huiusmodi equi expēsas
ei reficere non teneretur, ut inquit glo.in l.idemque.
§.idem Labeo.in uerbo eum.ff. manda. Inspicienda
enim est patrisfamilias consuetudo. l.uel uniuerso-
rum.ff.de pigno.actio.& tradit Lanfran.in tit.de ex-
pens.num.18.& Angel.in l.exceptione. num. quar-
to, ubi idem sequitur etiam quædam additio.ff. de fi
deiusso. Præterea, quòd expensæ, ut aiunt, delicatæ
non debeantur, tenet Domin. à Sācto Gemin. in d.
consi.48.nu.10.uer.an expēsæ assignatæ, & Bellam.
in c.finem litibus.nu.41.in fin.extra de dolo & con-
tum.& Alberi.in d.l.properandum.ubi plura. C.de
iudi.& Iaco.ab Arena in tracta.de expens.nu. 18. &
Boerius in consi.27.nu.8.ubi plures refert.
7 Illud tamen† animaduertendum est, quòd ex ex-
pensis, quas uictus reficere debet, illud deducendum
est; quod uictor domi expēdisset. l.sed & si lege.§. qđ
autem quis.ff.de petit.hæredi.& in l. sed & si.§.1. ff.
ad exhiben.& tenet Angel.in l.terminato.C.de fruc.
& lit.expens.& in d.§.quod autem.& Lanfran.in tra
cta. de expens.num.8.uersi.est autem in his. Vbi id
uerum esse ait, cum expensæ uictoriæ causa deben-
8 tur, † At ubi contumaciæ causa debeantur; expen-
sas, quas quis domi facturus fuisset, non esse deducē
das, ubi latius exemplificat. Lanfranc. Præterea re-
deundo ad illud, quod dicebamus, expensas, quas do
mi quis fuisset facturus, non esse deducendas, idem
uoluit Bellamer.in d.c.finem litibus.num.41. extra
9 de dolo & contuma. vbi id nobili procedere ait; † q.
domi suis expensis uiueret; At si sit artifex, uel alius
quispiam, qui domi proprijs operis uictum quærat,
id qđ domi impendisset, deducendum non esse, ut
uoluit Alberi.in d.l.properandum.num.29.uersicu.
& uide de expensis quæ per Iacob.de Aren. in dicto
tract.de expens.nu.17. Præterea adhuc quod id; qđ
quis domi impensurus fuisset: deducendum sit uo-
luit Fulg.in l.eum quem temere, num. 2. de iudi. &
Bertrā.in consil.269.numero 8.uolum. 3. & Iason.
in dicta l. properandum. §. sin autem alterutra. sub
num.14.uersic. Nota etiam in hac materia, & latius
plures cumulans Hyppo.Marsi.in d. l. patre uel ma-
rito.num.64.ff.de quæstio.& Ioan.Bapt.Plot. in l. si
quando.num.674.uersic.trigesimonono amplia.C.
unde ui.& Alber.in d.l.item si rem. §. quod autem.
ff.de petit.hęrde.& Affli. super constitut. Regn.sn-

per

per constit.cũ uniuersis.§.pręsenti.nu.2.in fi.fol.85.

Omittendo prætereà pro clariori huius materiæ
10 interpretatióne † nullo modo est, in expensarum condemnatione; quæ uictorię causa fit; eas tantùm expensas comprehendi; quę in lite fieri solent; Aliorum autem damnorum rationem habendam non esse, ut inquit gloss. in l.1.ff. de aliena.iudic. mut.cau. fact. in glo. fin. in uerbo tenebitur; quam Barto. ibi admiratur, & rursus idem uoluit. Bart.in l.eum quẽ temere. ff. de iudic. & Cynus in l. sancimus. in 3. & 7. quæst.ubi etiã Bald.tradit. C.de iud.& Specula.& Ioan.Andr.in tit.de expens.§. fi. uersi.quid si uictor artifex.& Iason hos referens in d.§.sin autem alterutra,num.13.uersi.sed nota diligenter.

11 Si uerò † cõtumaciæ, uel retardati processus causa expensarũ factarum condẽnatio facienda sit; non solũ expensarũ in lite factarũ, sed aliorũ quoq; damnorũ ratio habẽda est.& ideò dixit Angel.in §.omnẽ nu.20.per illũ text.in Auth.de litigio.& per tex.in l. sancimus.C.de iud.cõtumaces ad omnes expẽsas, nõ solũ aduocatorũ & procuratorum, uerũ citationũ,
12 notariorum, itinerisq; teneri. Differentia † autẽ hęc inter expensas uictoriæ & expensas cõtumaciæ ideò constituta est, ut inquit Curt.Iunior.in l.1.§.fi.num. 11.ff.si quis ius dicent.non obtempe. quòd contumacia saltim latè accipiendo, delictum dici potest.& ideò cõtumacem illo grauius, qui ius suum prosequi conatur, puniẽdum esse. uerùm de hoc latius ibi per eum, ad quem me refero.

13 Illud autem † quod diximus, expẽsarum uictoriæ causa factarum condemnationem ad damna non extẽdi. Ias.in d.§.sin autem alterutra.nu.13. uers.sed nota diligenter; ob tex. qui prædictis repugnare uidetur, in §.hæc autẽ.omnia, in uersi.Damnũ & expẽsas, Instit.de pęn.teme. liti.intelligit de damnis circa res alias uictoris contingentib. At secus, si eius personã attingant, ut uoluit glo. & notat Bart.in l.1. ff. de aliena.iudic.muta.caus.fact. & ideò si artifex diu litigare coactus sit, & ob id suo artificio uacare non potuerit, Planè ĩ cõdẽnatione expẽsarũ uictorię causa factarũ, talium dãnorum ratio habenda est; ut uoluerunt Specula. & Ioan. Andre. in tit. de expens.§. fi.uersi.Quid si uictor artifex, & Anto.à Butrio in d. c.finẽ litibus, col.11.extra de dolo & contuma.& Iason in d.§.sin autem alterutra.nu.13.uersi.limita ergo; ubi inquit Bart.ita intelligendum esse; dũ in l.nõ ignorat.circa prin. C.de fruct.& lit.expens.de damnis loquitur; & rursus eodem modo illud intelligendũ esse, quod uoluit idẽ Bar.in l.si procurator. la secunda.ff.rem ratam habe.per gl.quã ibi Castr.ualdè singularẽ arbitratur; & ideò memorię demãdãdã, ac fideliter ꝑpetuò retinẽdã esse. Voluit enim ibi Bart. ut ille, qui sentẽtiã obtinuit; id repetat, quod quia suis negocijs uacare nõ potuit; à se abest; quem ibi sequitur Paul.Castr.& inquit pluries in facto accidisse, Prætereà hoc idẽ & latius tradit idẽ Ias. in l.1.§. hoc iudiciũ.nu.9.& sequen.usq; ad num.17.ff.si quis ius dicẽt.nõ obtempe.Hac de re tradit Curt.Iunior in l.1.§.fi.nu.11.ff.si quis ius dicen.non obtẽpe.post Alex.nu.5.& 6.& Aret.in §.hæc autem omnia. nu.6. Instit.de pæn.temer.litigan. Dum inquit, non solũ expensas, & alia quoq; damnã, quæ uictor ob illam li-

tem passus est, reficienda esse; Quod tamen ea moderatione, de qua supra diximus intelligẽdum uidetur; prout reassumit, & sequitur Io. Bapt.Plotus in d.l.si quando.nu.674.uersi. trigesimonono amplia. C.unde ui, & Boerius in decis.52. nu.6.uersi. uel aliter dici potest.uol.1.

1 *Expensarum appellatione an damna comprehendantur.*
2 *Damna & interesse remittere non dicitur, qui iniuriam & uiolentiam remittit.*
3 *Damnorum appellatione expensæ an ueniant.*
4 *Expensas illas uictus uictori reficere non tenetur; quas culpa propria uictor incurrit.*
5 *Expensæ in litem factæ an duplum rei in controuersiam deductæ excedere possint.*

CAP. IIII.

QVartò, quòniam de damnis mentionem fecimus,
1 satis oportunè, an † appellatione expensarum damna comprehendantur; hoc loco quæri potest. Et breuiter non comprehendi respondendum est, ut uoluit gl.quam Bar. ibi admiratur.in l. in uerbo tenebitur.ff.de alien.iud.muta.caus.fact.& Bald. in l.terminato.col.3. uersi.modò quæro.C.de fruct. & lit.expens.& est tex.ubi declarat glo.quam sequũtur Abba.& Felin.in c.dilecti.extra de foro compet. Quandoquidem iniuriam, & uiolentiam remittens
2 † damna & interesse remittere non uidetur. l.is qui in puteum.§.si pacta. ff. quod ui aut clam, & tradit Bald.in consil.394. quæst. penult.lib.3.& Boeri. in decisio.52.num.5. & 6.uol.1.& quòd appellatione expensarum damna non contineantur, ponit post alios Alexan. in l.1.§. hoc iudicium.num.7.ff. si quis ius dicen.non obtempe.

3 Damnorum rursus † appellatione expensæ non comprehenduntur, ut uoluit Bal. in l.1.C. unde ui, per tex.in d.ca.in nostra.extra de iniur.& dam. dat. ubi damna remittendo, expensas remittere nõ uidetur, ut inquit ibidem Abb.in secundo nota.quem ibi sequitur Ioan.de Anani. Quamuis Anchara.in ca.in primis 2.quæst.1.in iudicijs, in quibus lata interpretatio facienda est.l.si quis intentione.ff.de iudic.contrarium uelit, & conclusionem in contractibus solùm, in quibus stricta sit interpretatio. l. quicquid adstringendæ ff. de uerbor.obliga.locum habere, quem sequi uidetur Ludou. Roma. in singul. 346. numquid appellatione damnorum, & Grat.in cons. 72.num.12.uolum.2.ubi uult, ut appellatione damnorum expensæ comprehendantur, per ea quæ uoluit Alex.in consi.94.in fin.uol.3.quem non inueni. Idem tamen expressius tradit Afflic.super constit. regn.in constitut.in pecuniarijs.num. 55. fol.46.

Verùm primã opinionem Bal.sequitur Boeri. in d.decis.52.num.7. in fin.uolu.1. & Deci. in l. edita. nume.97.C.de eden.& Barba.in ca. quia nonnulli. nume.114. & sequen.extra de rescrip.dum uidetur concordando opiniones, distinguere; an largè, uel strictè accipiatur; Prætereà quòd in iudicijs appellatione damnorum expensæ comprehẽdantur, uoluit,

quisquis

quisquis ille sit, qui fecit illam additionem ad Roma.in d.singul.445.ubi alios refert.

Sciẽdum etiam est pro uera huius materiæ interpretatione; † uictum uictori ad illas expensas non teneri, in quas culpa propria uictor incurrit, ut in quit Carauit.super Rit.mag.cur.Rit.t 18.nu.3.per tex.in l.quod quis.ff.de regul.iur.& in c.dãnũ,de regul.iur.in 6.& uoluit Affli. decis.177.& Imol.in d. c.finem litibus, nu.13. extra de dolo & contum.& Io.Bapt.Boui.de statuta.uerb. præscript.gl.j.nu.13.

5 Expensæ † autem in litem factæ an duplum rei in controuersiam deductæ excedere possint; uide Beringarium Paulachum in l.unica, nu.240.& sequen. C.de senten.quæ pro eo quod inter.profer.ubi quod duplum non excedant, concludere uidetur, ut ibi latius per eum, ad quem me breuitatis causa refero.

1 *Expensarum compensatio quando fiat, & quomodo.*
2 *Expensarum compensatio an facienda sit, cum unus in prima, alius in secunda sententia obtinet.*
3 *Expensis neutrum condemnatum esse, intelligi debere, si in eadem causa uterq; & uictor & uictus est, & Iudex simpliciter in sua sententia uictum uictori in expensis condemnet.*

C A P. V.

Quintò postquàm uidimus, quæ nam expensæ uicto resarciantur; Quando inuicem compen 1 sentur, ponendum satis commodè uidetur; † Compensantur igitur, cum uterq; & uictor & uictus est, ut not.Inno.in c. finem litibus. sub nu.4.uersi.Item not. quòd si in sententia. extra de dolo & contum. & Specul.in tit.de expensis.§.fin.in fin. & Bartol. in auth.sed nouo iure.in fin.C.de iudi.& Bald.in l.eos. §.cautione.num.5.C.de appella.& in auth.generaliter.C.de episco.& cler. & Bald.Ang.& alij in l. properandum.§.sin autem alternera.C.de iudi.& Alex. in consi.212.nume.5.uolum.7.& Ias.in d.§.sin autẽ alterutra, Quod uerum esse arbitratur; cum quilibet pariter & ad amussim ex dimidia uictor & uictus extiterit; At secus si ex disparibus partibus, ut puta tertia, uel quarta parte; Quemadmodum declarat etiam Imol.in l.qui solidum in principio. ff.de lega. 2.Planè tunc compensatio solum pro rata uictoriæ facienda est, ut ibi declarat Imol. Quandoquidem, nisi hinc inde debitum sit; compensationem fieri nõ posse dicendum uidetur. l. 1. & 2. ff.de compensa. Præterea quòd expensæ inuicem compensandæ sint; tenet etiam Bertran.in consi.20.nume.1. uolum. 1. ubi de eo loqtur, qui plus re negat, & rursus re plus petit, argumento. c.penul.& fin. extra de adult. Vnde oritur illa uulgatissima regula, quòd paria delicta mutua compensatione tolluntur. Hanc eandem opinionem in æqualibus portionibus sequitur Lanfrãc. in tit.de expensis.num.12.uersi. quæro ulterius. Iudex.dicit, ubi Celsi additio plures refert, & Ias. in §. iu bonæfidei.in quinto membro, Insti.de actioni.vbi dummodo qualitas sit similis, expensarum compẽsationem, etiam si una pars plus alia impenderit, faciendam esse arbitratur. Accidit enim quotidie, ut una pars plus, quàm alia impẽdat; Verùm quia utraque pars iustam causam litigãdi habuit; huiusmodi qualitas, idest iusta litigandi causa expensarum compensationem inducit; Planè, ut inquit eodem in loco Iason, nisi qualitas illa æqualis esset; numquàm expẽsarum compensatio induci posse; Numquàm enim, aut rarissimè accidit, ut sumptus ab utraque parte in causa facti æquales sint; ut igitur illa æquali litigandi iusta causa, huiusmodi expensarum condemnatio inducatur, dicendum est; Præterea prædictam conclusionem sequitur Ioachi. Mynsig.in d.§.in bonæfidei.nu.32.& 33.Vbi quare in iudicijs expensarũ compensatio introducta sit, latius declarat, & Alex. qui plura refert in l.qui Romæ.§.duo fratres. nu. 35. ff.de uerbo.obligat. De hoc uide amplissimam additionem ad tertium notabile Mathesilani.

Illud præterea animaduertendũ est, quod inquit Gomes.super Regul. Cãcella.in Regul.de anna.pos2 sess.quæst.1.nume.7. Dum inquit † expensarum compensationem, etiam tunc, cum unus in prima, alius in secunda sententia obtinet, faciendam esse. Mouetur autẽ, quia ea sententia quodammodo suspicio calumniæ tolli uidetur; Id autem uerum arbitratur, nisi illa prima sententia ex eisdem actis reuocaretur; etenim tunc compensationem faciendam non esse existimat; sed si ex nouis productis reuocetur, quo casu calumniæ præsumptio cessat idẽ, quod Gomes. Angel. antea uoluisse uidetur in l.generaliter.§.sed iuramento.num.7.C.de rebus cred. Dum inquit eũ qui in causa principali uicit; in causa appellationis succumbat; in expensis condemnandum non esse; sed inuicem ipsarum expensarum compensationem fieri; cum unusquisq; iustam causam litigandi habuerit; Id quod prout etiam dixit Gomes. id tunc uerum esse arbitratur; cum ex nouiter deductis sententia impugnat; secus si ex ueteribus, ut latius ibi per eũ, & diximus supra in ampl.6.dum de expensis causæ appellationis tractauimus; Præterea hoc idem uoluit Paulus Castren.in singul.primo, per text.in l.generaliter C.de iureiuran.

Limitatur tamẽ prædicta conclusio, quãdo actor in sententia definitiua obtinuerit; Reus uerò in sententia interlocutoria; Tunc enim litis expensæ compensandę non sunt, ut notat Angel. post Iacob.de Arena.in l. damni, la seconda.§.cum parietem. nume.2.ff.de damn.infect.

3 Illud etiam non omiserim, † quòd si in eadem causa uterque & uictor & uictus sit, atputa quia quis in uno capitulo causæ succubuit, in alio uerò obtinuit; Tunc si iudex simpliciter in sua sententia aliter non declarando; Victum uictori in expensis condemnet, neutrum condemnatum intelligẽdum esse, ut inquit Bart.in l. si legatario.§.fin. ff.de fideicõmis.liber, & sequitur Imol. in l. Iudex postquam. colum.2.uersic.sed hic insurgit dubium. ff.de re iudic.& Ludou.in l.1.ff.eod.tit.& Bald.in c.1.de plus petit.& Salic.in l.1.quæst. ult. C. de plus petitio. & Mathesila.in nota.3.ubi est amplissima additio, & Iason.in l. errore.nume.6. uersi. quod autem esset C.de transactio.

1 *Expensarum taxatio quomodo à Iudice fiat.*
2 *Expensarum taxatio alteri à iudice committi potest.*

Iuramentum

3 *Iuramentum affectionis iudicis taxatio procedere & sequi potest.*
4 *Expensarum condemnatio an ualeat non praecedente taxatione.*

CAP. VI.

SExto loco succedere uidetur expensarum taxatio, meritò, ut nihil omittatur, ad eã accedamus. Sciendũ igitur est expensarum taxationẽ eo tñ ordi-
1 ne, de quo infra, ad Iudicem spectare. † Primò enim Iudex expensas taxat. II. uictor eas fecisse iureiurando asserit. III. delato huiusmodi iureiurando eas Iudex sua sententia declarat, ut de his tribus est text. in auth. post iusiurandum. C. de iudic. Vbi idem tenet Bal. Ita enim praedicta forma obseruanda est; ut si prius uictor, quas expensas fecerit, iuret, & deindè iudex eas taxet; nihil actum sit; ut expresse inquit tex. in dicta Auth. post iusiurandum. & sequitur Doctores ibi. Ratio autem est; quia si eo modo fieret; iurantis periurium, quod fieri non debet, detegretur, ut inquit Lanfran. in tracta. de expens. nu. septimo. Praeterea quòd Iudex ex suo arbitrio expẽsas taxare debeat, tradit Afflic. super trib. lib. feud. ex quib. caus. feud. amitta. n. 160. fol. 4 & Io. à Graff. in tract. de substan. procura. in uerbo taxari, nu. 5. in fi. & Corne. in consi. 181. nu. 61. lib. 2. qui inquit, taxationem ad ipsum iudicem pertinere, qui cõmuni aestimationi adherere debet; Alioqn indiscretus esset, & Carauit. super Rit. mag. curi. Rit. 298. n. 4. ubi inqt in regno; ut taxatio à Iudice fiat, obseruari, & ita ẽt in Gallia seruari refert Rebuff. in tract. de expens. art. 5. gl. uni. nu. 1. & 3. uol. 3. & sibi antiquius, p ut olim in Regno ab actuario fieri consueuisse referat; Ratio antem, quare à Iudice potius, q̃ ab actuario fieri debeat; ea (ut ipse existimat (esse potest; quia expensarum taxatio iurisdictionis est; ut notãt Doct. in l. imperium. ff. de iurisd. omni. iudi. quae qui dem iurisdictio apud actuarium non est; illud autẽ
2 animaduertendum est; † expensarum taxationem à iudice alteri comitti posse, ut uoluit Bald. in l. properandum. §. fin autem reus. C. de iudic. & Ioann. de Amicis eum referens in consil. 55. numer. t 2. Florentiae autem expensae à iudice, prout ex actis apparet taxari solent; ita ut Iudex nudo quodammodo nomine interuenire uideatur. Nam actuarius, seu camerarius Procõsulis artis iudicum & notariorum expensas taxat.

Verùm ad rem nostram quatenus ad ius cõmune spectat, redeundo; Vidimus supra Iudicem prius expensas taxare debere; & deindè uictorem iurare, & ultimo loco Iudicem sententiam declaratoriam proferre. Hanc conclusionem ultra relatos tenet Ias. in d. auth. post iusiurandum, & Hiero. Grat. in consi. 72. num. 5. uol. 2. & Rober. Marant. in tracta. Specul. aurei & lumi. aduocat. in 2. parte 6. part. princ. actu 9. nume. 12. & Domi. à Sancto Geminiano post glo. in c. 1. §. adijcientes. nume. 3. de electio. in 6. & Abba. in c. fin. nume. 3. de his quae ui met. ue causa. Vbi melius huius conclusionis rationem declarando. Id ideò tactum esse inquit; quia cum illud ueritatis iuramentum sit; si deindè iudex minus taxaret; illum, qui iurasset; de periurio augeret; quod quidem fieri non debet d. auth post iusiurandum;
3 At secus est, † ut inquit Abba. in iuramento affectionis. Nam tunc iudicis taxatio praecedere & sequi potest. l. uidemns. §. iurare. ff. de in lit. iurand. Hoc enim casu iurans de periurio non conuincitur; sed de propensiori, quam erga rem suam habet, affectione; ut notat gl. & sequitur Bart. in d. auth. post iusiurandum. & in d. l. uideamus. Praeterea, quod Iudicis taxatio praecedere debeat, & subsequi iuramẽtum, firmat Ias. plura adducens in d. l. properandũ. §. sin antem alterutra. nu. 25. uersi. secundò nota ex hoc tex. C. de iud. & Bal. in consi. 345. proponitur, quòd quoddam debitum, nu. 2. uol. 2. & Soc. licet in alijs terminis loquatur, in tit. de citat. Art. 34. nu. 30. & Angel. in l. uideamus. §. deferre autem nu. 7. ff. de in lit. iuran. & Did. qui plures alios refert, practi. q̃st. ca. 27. nu. 6. uersi. octauò est omnino in hac re obseruandum, col. fi. & Bart. Angel. & alij in §. oportet. p illum text. unde sumpta est auth. post iusiurandum. in Auth. de iudicib. & Abba. in c. cum uenisset. num. 7. extra de eo qui mitt. in possess. caus. rei seruan. & idem Abbas in c. constitutis. nu. 8. post glo. penulti. extra de procura. Vbi etiam quaerit; Quid dicendum sit, si Iudex condemnat non praecedente taxa-
4 tione, † an condemnatio ualeat, ut ibi per eum. & Speculato. §. fin. numer. 1. de expens. & habetur in l. terminato. numc. 13. C. de fruct. & lit. expens. Praeterea idem tradit Abba. in c. 1. num. 29. extra de sequestra. possess. & fruct. Vbi firmare uidetur; ut si prius iuramentum praecedat; & deindè taxatio subsequatur, & ultimo loco condemnatio, seu declaratio sententia substat.

1 *Expensarum taxationem, quam fecit, & iusiurandũ à uictore praestitum Iudex an reuocare possit.*
2 *Sententiam suam interlocutoriam iudex reuocare & tollere potest.*
3 *Iuramentũ praestitũ Iudex quando reuocare nõ possit.*
4 *Iudex lege mitior esse non debet.*
5 *§. oportet Auth. de indic. & auth. post iusiurãdum. C. de indic. declarantur.*

CAP. VII.

1 SEptimò praeterea quaeritur † an Iudex, antequàm condemnet, taxationem, quam fecit, & iusiurandũ à uictore praestitum reuocare possit. Et breuiter posse concludendum est, ut inquit Inno. in c. fin. extra de his, quae ui metusue caus. ubi inquit, Iudicẽ taxationem, quam fecit, reuocare posse; Propterea quòd illa iudicis taxatio sentẽtia interlocutoria exi-
2 stimatur, de qua infra dicendum erit; Sed Index † sententiã suã interlocutoriã reuocare & tollere potest. l. quod iussit. ff. de re iud. & c. cum cessante, extra de appella. meritò huiusmodi taxationem, & ex consequenti iuramentum reuocare poterit; Verùm si forsassè obijciatur, Innocen. conclusionem procedere
3 non posse, cum repugnet † tex. in §. oportet. in Auth.
4 de iud. & in auth. post iusiurandum. C. de iudi. † ubi iuramentum praestitum reuocare non posse uide-
5 tur; † Cum Iudex lege mitior esse non debeat. Ad

hoc ipsemet Inno. respondet; ea intra tunc procedere, cum Iudex sua taxatione subsistente iuramentum uictoris reuocare uellet; At si ēt suam taxationē reuocare uelit, id omnino facere posse. Rursus etiā si dicatur, prædictā decisionem pugnare cum tex. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. iterū respondet idē Inno. illam regulam, in iuramento volūtario, qđ à parte parti defertur, locum habere; ex quo deindè in factū actio oritur; Tūc enim iudex illud amplius reuocare non potest, Verùm cū nos de iuramēto necessitatis loquamur; quod in locū probationis succedit, ꝙ illud per regulam. l. proprietatis. C. de probatio. reuocare possit, mirandū nō est; ut inquit Ias. in l. si quādo. nu. 26. C. unde ui. subdens hanc Inno. opinionē sequi Io. And. in d. c. fi. ubi Aut. à Butrio in princ. col. pen. declarat, & Imo. in l. quod iussit, col. 3. ff. de re iud. & in l. ait prætor. §. t. circa finē. ff. und. ui. Quā etiam simplicitur sequitur Alex. in l. qui bona. §. qui damni. col. pen. ff. de damno infect. & Ias. in loco supra relato. nu. 27. in fi. ubi ad hanc opinionem confirmādā plura similia affert. Verùm ultra prædictos hanc opinionē sequuntur Io. And. Anch. & Abb. in d. c. fi. extra quod met. cau. ut refert, & sequtur Nico. Boeri. in decis. 55. nu. 3. uer. Tamen si iudici antè cōdemnationem, uol. 1. & Ang. in d. l. terminato. nu. 2. uers. & dicit, in c. super eo. C. de fruct. & lit. expens. & Ias. in d. §. sin autem alterutra. nu. 26. uer. adde etiam quòd taxatio, post Bal. in l. eleganter. §. si quis post. col. pen. ff. de condit. indebi. & Hyppo. Mars. in prac. crimin. in §. superest. nume. 43. uer. scias quòd Iudex. col. fi. ubi alios refert; & rursus idem Ias. in l. 1. nu. 8. uersic. & circa istud. C. de iudic. & in l. quod iussit. numero 6. uers. septimò amplia. ff. de re iudi. & Ioan. Petrus Ferrarius in sua pract. in titul. de form. libell. actio. real. in uerbo & expensis, num. 19. in fi. Iniquitas autem, qua iudex ad reuocandam suam taxationem, & iuramentum uictoris moueri potest, ex ipso processu colligitur, ut inquit Io. de Amicis in consil. 147. nume. 8. post Barto. in l. ab executore. in ulti. uerbis. ff. de appella.

1 *Expensarum taxationi an pars aduersa citanda sit.*
2 *Instantia alia, & distincta est in taxatione expensarum.*
3 *Appellari potest ab expensarum taxatione, si causa excessus in appellatione exprimatur.*
4 *Continuo, & quodāmodo statim, quando quid fieri dicatur.*

CAP. VIII.

1 Ctauò rursus quæritur, †an in huiusmodi taxatione pars aduersa citanda sit, & citādam nō esse, concludit Inno. in c. fin. extra qđ met. cau. & Bal. in l. 2. C. quomodo, & quād. iude. & in l. terminato. col. 2. nu. 8. C. de fruct. & lit. expēs. & Ias. in l. nec quā. §. ubi decretū. fal. 17. ff. de offi. proconsu. & legati. & facit, quod uoluit idem Inno. in c. 2. in fi. ibi, uel dic, ꝙ interlocutoria, extra de procura. & Bal. in l. sā cimus, q. 10. C. de iud. & Tiraque. in tract. Res inter alios acta, limit. 17. subdēs aliter in practica obseruari; & tradit Soc. in tract. de citatio. art. 7. nu. 34.

Circa hanc conclusionem Tiraquelli animaduertendū est. Nā licet Tiraquellus prædictos oēs ad suā conclusionē, ꝙ pars aduersa citāda nō sit, comprobādā afferat, Attamē si accuratius res pertractetur, Inno. in d. c. fi. extra de eo quod met. caus. hac de re, ut mihi uidetur, nō loqtur. Nec etiā Bal. in d. l. 2. C. quomod. & qñ iud. licet in utroque loco diligenter perquisierim. Bal. aūt in d. l. terminato, col. 2. nu. 8. uer. sed numqđ ista taxatio. C. de fruct. & lit. expens. simpliciter, & absolutè non dicit, ꝙ in taxatione expensarū citati partis non requiratur; Sed hac de re quærens inquit prima facie requiri dicendum apparere, cū taxatio mera executio sit, ut notatur in l. si cū exceptionem. §. hæc autem actio. ff. de eo qđ met. caus. & tenent Ang. & Imo. in l. Paulus. §. ff. de re iud. & Frāch. in c. sæpe. nu. 60. extra de appel. & Bertr. in cōs. 269. nu. 3. uol. 3. & Rota decis. 1. ut lit. pende. in nou. Praeterea ultra Bal. q nihil allegat, dum inqt, expensarū taxationem merā executionem esse, & in mera executione reum citādum non esse, ut not. Inno. in c. ex rōne. extra de appella. Subdit, tñ, qdam esse, quæ licet ius tribuant, sine citatione fieri possunt, dummō alterius ius nō tollāt, ut not. in l. 3. §. si causa cognita. Vnde pro solutione subdit, ꝙ si eadem die, qua quis in expensis condemnatur ēt taxatio fit, & tunc noua citatio necessaria non fit; ppea ꝙ illud, qđ incontinenti fit, inesse vr; At secus si ex interuallo altera, ut puta, die fiat; Vel subdit Bal. ꝙ cum huiusmodi declaratio actus iudiciarius sit, absens citādus, est uulgata regula. l. de uno quoque. ff. de re iud. & tunc ut hęc mera executio non fit, necessariò dicendum est; ppea ꝙ aliqd primę snię adijcitur. Vel dic subtilius, subdit Bal. Aut reus comparuit, aut fuit contumax; Primo casu noua citatione opus fit; cum prima expirauerit; secundo uerò casu; Aut ad aliquam horam uel aliqnem, & determinatum diem citatus fuit, si ad horā, & noua citatio necessaria fit, si uerò ad diē, & tunc, quia cum suis accessorij citatus uidetū, cum citatio plenè interpretanda sit. l. fin. C. de anna. exceptio. meritò noua citatione opus non erit. Cum igitur Bal. ita loquatur, ut simpliciter, & absolutè in taxatione expensarum citatio necessaria non sit dicere non uidetur, & Ias. in d. §. ubi decretum. limit. 17. simpliciter refert Inno. & Bal. in locis supra uidimus relatis. Præterea prædictis addendus est Boerius, dum in d. decis. 285. num. 6. uol. 2. primum membrum primę distinctionis sequi uidetur, ex quo inquit, in taxa-
2 tione expensarum ex eo, †quod alia, & distincta instātia sit, partis citationem requiri. Aliam enim instantiam ex eo esse apparet, quòd post tempus primæ instantiæ super facto principali statutæ fit. Quod quidem si eadē causa esset, nullo modo fieri posset. Quasi innuat Boerius, quòd si eadem die, qua sentētia super principali causa fertur, & ex cōsequenti durante causa principali, expensarum taxatio fiat, noua citatione opus nō sit, per ea, quę uoluit Castre. in consi. 12. Tota disputatio istius processus, col. 1. uersi. primò quia causa ista, uol. 1. & in cons. 16. si ponderentur. in princ. eo. uol. Frācus uerò in d. c. sæpe. nnm. 61. extra de appella. ea quæ dicit Bald. in d. l. terminato. referens, simpliciter sequitur, Præterea, ut oēs per cur ramus, Marāta in loco supra relato hāc quæstionē ponens

ponẽs Bal. & Ias. refert, sed Bald. prò parte negatiua simpliciter nõ tenet, sed, vt vidimus, distinguit, cuius distinctionem etiã Maranta in eo sequi vr̃, q̃ qñ taxatio expensarum eodem die fit, qua condẽnatio emanauit, partis citatio necessaria non sit; At si alio die, sequiratur; & ideo ad rem nostrã inferendo, inquit Maranta, cum hodie taxatio expensarum nunq̃ eodem die fiat, sed iudex ipsam expensarum, vt supra latius diximus, taxationem sibi reseruet, pars semper citanda erit. Comprobatur pterea id, inquit, Maran-
3 ta, † q̃a ab ipsa taxatione appellari potest, vtputa si iudex taxando modum excesserit, vt inquit Bar. in l. ab executore, col. fi. ff. de appel. prout est tex. in l. fin. vbi tradit Bar. C. qñ prouo. non est neces. & Ias. in d. l. properandũ. §. sin autem alterutra, col. penul. C. de & Philip. Franc. in d. c. sæpe, in d. quæst. 12. vbi optimè declarat, causam excessus in appellatione necessariò exprimendam esse; Alioquin appellationem non procedere; Item August. Beroius in c. 1. nu. 222. extra de iudi. post Domin. à S. Gemin. in loco per eum adducto, citationem requiri arbitratur, quod etiam voluit Guido Papæ in consi. 19. versi. ad secundum dubium. Lanfran. autem in d. tract. de expens. nu. 8. refert, & sequitur dicta Bal. in d. l. terminato, & idem tenet Prosper Carauit. super rit. mag. cur. rit. 310. nu. 7. fol. 341. & Hippol. Marti. in l. patre vel marito, nu. 82. ff. de quæst. Ex his igitur omnibus distinctionem Bal. in d. l. terminato, magis communem esse apparet. Verùm aduersus hãc opinionem facere vr̃ id, qđ refert Marcus Antoni Bardus in suo tract. de tempo.
4 vtil. & conti. c. 11. nu. 9. dum vult, vt illud † continuò, & quasi statim fieri dicatur, si à principio fiat, aut fieri consueuerit, vtputa in sententia expensarum, quæ simul cum sententia principalis negocij profertur; At talis, q̃ quò ad expensarum quantitatem incerta est, cum iudex dicat, & in expensis condemnamus; quarum taxationem nobis, seu in officio successori reseruamus, vt tradit Barto. in d. l. ab executore. ff. de appell. Taxatio. n. quando deinde fit, ad tempus sñiæ sam super negocio principali latæ, retrotrahitur. Vnde p̃sumptiuè continuò post ipsam sñiam, vel simul, aut quasi cum ipsa sñia fieri dr̃, & si quandoq; multo tempore interiecto fiat, vt notatur in d. l. ab executore, & in simili etiam notatur in l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. de eo, quod met. cau. & in l. item veniũt. §. & cum p̃diximus. ff. de peti. hæred. & Petr. de Anc. in cons. 7. in quæstione agitata, nu. 4. Si igitur simul cum ipsa sñia negocij principalis lata vr̃; ergo per ea, quæ supra diximus ex doctrina Bald. citatio necessaria non vr̃. Verùm quicquid sit, his non obstantibus, ab illa distinctione Bald. recedendum non arbitror; propterea q̃ licet eodem tempore condemnatus in expensis intelligatur; attamen actus ipse taxandi, q̃a separatus sit, negari non potest, & ideo citatio necessaria vr̃. At in regno, vt inquit Carauit. sententia in causa principali lata, & reo, vel actore in expẽsis condemnato; damnatus vlterius ad ipsam taxationem videndam non citatur; sed eo absente taxantur, & post dies 10. executio fit, omni appellatione remota, vt inquit Iser. super constit. reg. h. t. in tit. de capt. redi. in glo. magna. in verbo, in quibus dux. fol. 135. linea 50. col. 2.

+ idem dr in cap. 10. supra.

1 *Expensarum taxatione an fideiussor de soluendo iudicatum citari debeat.*
2 *Fideiussionis de soluendo iudicatum natura, vt fideiussores etiam non citatos afficiat.*

CAP. IX.

1 NOnò adhuc quæritur, † an in taxatione expensarum fideiussor de soluendo iudicatum citari debeat; Bal. in consi. 46. nu. 3. li. 7. mouet huiusmodi dubitationem, & licet primo ingressu citandus, vt ipse inquit, videatur; Attamen in contrarium facere existimat, q̃ iudicium cũ principali agitatũ eum secundariò non principaliter afficit; & ideo multo magis idem in apendicib. necessarijs dicendum est; Alioquin p̃ vno plures q̃s aduersarios hr̃e cogeretur; id
2 qđ dicendum non vr̃. Accedat, † q̃ ea huius fideiussionis natura est; q̃ fideiussores etiam non citatos afficiat. l. fi. in fi. C. de vsur. rei iudi. & l. 1. iudi. solui. & l. cum filiusfamilias. §. in hac. ff. de verb. obl. & l. si filio, ff. sol. matr. subdit tñ cum citare cautius esse l. 2. C. si propter publ. ensit. & l. cum miles. §. 1. ff. ex quib. cau. maior. Hanç decisionem Bald. refert, & sequitur Aymon Crauet. in consi. 272. nu. 8.

1 *Expensarum taxatio à iudice post condemnationem expensarum facta an scripturam requirat.*

CAP. X.

1 DEcimò vltra p̃dicta q̃ritur, † an huiusmodi expensarum taxatio à iudice post condemnationem expensarum facta scripturã requirat. Bal. d. l. terminato. col. 3. nu. 12. C. de fruct. & lit. expen. non exigere existimauit, per tex. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testam. Ratio autem est, quia declaratio eam solẽnitatem, quam sñiã, non requirit, & de hoc vide Roma. in consi. 45. super eo, qui hanc opinionẽ Bal. refert, & sequitur Alex. in l. patris, & filij, nu. 6. ff. de vulg. & pup. Præterea q̃ expẽsarũ taxatio sine scriptis fieri possit, tenet Io. de Ami. in cõs. 55. nu. 12. & nõ modicũ facit ad hoc, licet in alijs terminis, & ad aliud p̃positũ loquat̃, illud, qđ tradit Lapus in alleg. 82. in cã m̃rimoniali, n. 7. in nouissima impressione.

1 *Expensas futuras an iudex taxare possit.*
2 *Expensas ad futuras an iudex condemnare possit.*

CAP. XI.

1 VNdecimò iterum quæritur, † an iudex futuras expensas taxare possit. Et breuiter non posse voluerunt Inno. in c. cum venissent. in prin. de eo qui mitt. in possess. caus. rei serua. & Specu. in tit. de expen. §. fi. col. 5. vers. item scias, q̃ iudex; & Ang. in l. terminato, col. 1. C. de fruct. & lit. expens. & Lanfr. in tract. de expens. col. pen. in versic. attendite etiam, q̃ iudex, & Nicol. Boerius, qui prædictos refert in consil. 27.
2 nume. 20. cum similibus † an verò ad expensas futuras iudex condemnare possit, vide quæ diximus supra ampliatione 19.

terea ſtatutum, lib. 1. dũ inquit, ſtatutũ, quod hoc dicit, iniquũ eſſe; & hanc opinionẽ, ẽt ſi ſtatutũ diceret, ſemper optimè procedere ait, & quibuſdã cõtrarijs reſpõdet; Itẽ hãc eandẽ opinionẽ tenet Io. Crot. in l. oẽs populi. nu. 126. uer. hinc eſt, ꝙ ſi ſtatutũ. ff. de iuſtit. & iure, & Hyeron. Buttigel. in l. 1. num. 28. ff. ſi cert. pet. & Io. de Amic. in conſi. 11. nu. 16. & Rolan. à Valle in tracta. de lucro dotis, quæſt. 26. num. 17. & Io. Imbert. Rupillanus inſtitutio. forens. Galliæ. lib. 1. fol. 151. in uerbo uidendum eſt.

1 *Expenſis non excuſatur quis ob iuſtam cauſam, quã do in aliqua interlocutoria ſuccubuit.*

2 *Expenſis an excuſetur quis ob iuſtam cauſam litigandi, ſecundùm diſpoſitionem ſtatuti noſtri, quando in aliqua interlocutoria ſuccubuit.*

1 IIII. Limitatur† prædicta limitatio, quandoquia in aliqua interlocutoria ſuccubuit; Nam tunc ex eo ꝙ iuſtã cauſam litigãdi habuerit, nõ excuſat; Quãquidem in cõtinẽti an habeat iuſtã cauſam litigandi differentia nõ habita in expenſis condemnari debet, ita declarat Ang. in d. l. properandum. §. ſin aũt alterutra. C. de iudi. per ea, quæ uoluit Inno. in d. c. finem litibus. extra de dolo, & contu. & refert Bal. ita tenere Specul. in tit. de expẽſ. in §. ſin autem. uerſi. ſed numquid deficiens, & in §. nũc de expẽſis. uerſ. hoc aũt ſciat. Id aũt inqt Bal. ex ſtilo curiæ, non autem de iure procedere, ut refert Iaſ. in d. §. ſin aũt alterutra. num. 7. uer. 4. limitatur. Poſſẽt fortaſsè dubitari.
2 † an huiuſmodi limitatio ad ſtatutũ noſtrũ accõmodari poſſit, cũ de interlocutoria mẽtionẽ faciat, & nihilominus iuſtã cauſã excuſare uelit. Niſi ſtatutũ noſtrũ de interlocutoria uim definitiuæ habẽte loqui reſpondeatur.

1 *Expenſis ſportularum quis condemnari debet, ſiue iuſtam cauſam litigandi habeat, ſiue non.*

2 *Iuſtã cauſam litigandi quando quis habere dicatur.*

3 *Iuſtam cauſam, ob quam Iudex abſoluit, in ſententia exprimere debet, & an non exprimens litem ſuam faciat.*

4 *Iuſtã cauſam litigandi uictum habuiſſe in dubio præſumendum eſt.*

1 V. Limitatur† in ſportulis, quas, aduerſarius reſtituere; ſiue iuſtam cauſam litigandi habuerit, ſiue nõ oĩno tenetur, ut uoluit Bal. in l. fi. col. fi. C. de fruct. & lit. expẽſ. Id aũt ſubdit Bal. ex conſuetudine quarundã ciuitatũ; nõ aũt de iure locum habere, ut eſt glo. ſingularis in §. tripli. in glo. 1. magna. Inſtit. de action. ut refert Iaſ. in d. l. properãdũ. §. ſin aũt alterutra. ſub nu. 7. uerſ. 5. fallit lex properandũ. C. de iudi.
2 Quoniam hucuſque uidimus† quando uictus, qui iuſtam cauſam litigandi habuit; ab expenſis excuſetur; ſupereſt, ut qñ quis iuſtam cauſam habere dicatur, inſpiciamus. Bal. in l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred. & in l. edita. col. 6. C. de edẽd. & in l. 1. C. de aduoca. diuerſ. iudic. & in auth. generaliter. col. 5. C. de epiſcop. & cleri. & Anto. à Butrio, & alij in c. finem litibus. extra de dolo, & contum. Id arbitrio iudicis relinquendum exiſtimarũt, qui id ex qualitate facti, & perſonarum conditione arbitretur. Quę etiã dicatur iuſta cauſa, tradit Alba in conſi. 5. nume. 5. & in conſ. 9. nume. 42.

Pręterea antequam ad alias principales limitationes accedamus, quatenus ad hanc iuſtam cauſam li-
3 tigandi pertinet; ſciendum eſt, quando† Iudex partẽ uictam ob id, quòd iuſtam cauſam litigandi habuerit, abſoluit, illam cauſam in ſententia exprimere debere, ut eſt tex. in §. oportet. in authen. de iudi. & Bal. in d. auth. generaliter. citat Spe. in tit. de expẽſ. §. nũc uidendũ. uer. quidam, ubi dicit, debuit aũt allegare in §. poſtremo. circa prin. & in tit. de ſentent. prolat. §. qualiter. uer. uerum; & Hoſtien. Io. Andr. & Abba. nu. 22. & alij in d. c. finem litibus. extra de dolo, & cõtu. & Io. Andr. in c. ſicut. extra de re iud. & Bal. in l. præſes. C. de ſenten. & rurſus in auth. nouo iure. in 3. not. per illũ tex. C. de iudic. ubi inquit, Iudicẽ, qui expenſarum abſolutione abſolutionis cauſam nõ inſerit, litẽ ſuã facere, prout refert, & ſeqtur Iaſ. in d. l. ꝓperandum. §. ſin autem alterutra. nu. 10. uerſ. ultimo pro perfecto cõplemento. C. de iudi. & Lanfra. in tracta. de expenſ. num. 10. & ideò optimè in hoc noſtro ſtatuto dixerunt ſtatuentes; Niſi aliqua iuſta cauſa excuſaret uictum; quę exprimi debeat in ſententia; Id tamen in practica non obſeruatur; Nam iudicea ſolùm ex iuſtis cauſis, & ob probabilia iuris dubia, & conſilia excellentiſſimorum Doctorum uictum ab expenſis abſoluimus, dicere ſolent.
4 Illud etiã omittendum nõ eſt; † uictum in dubio iuſtam cauſam litigandi habuiſſe; præſumẽdum nõ eſſe; & ideò in dubio in expenſis condemnandus eſt, ut uoluerunt Bal. Ang. Salic. Alex. & Iaſ. in d. l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudic. & Salic. in d. auth. nouo. iure. C. eo. tit. & eſt glo. in d. auth. generaliter. in uerbo *iniuſta*. & tradit Io. Andre. in c. 1. §. fin. de elect. in 6. & idem uoluit Marcus Antonius Natta in conſi. 198. nu. 5. uol. 1. poſt Cynum in l. 1. C. de aduoc. diuer. iudi. quem ipſe adducit.

1 *Expenſis abſoluendus eſt, qui nititur auctoritate alicuius doctoris ſuam opinionem tenentis.*

1 II. Principaliter† limitatur regula ſupraſcripta in eo, ꝙ auctoritate alicuius Doctoris ſuam opinionẽ tenẽtis, nititur. Nã is iuſtã cauſã litigãdi habere dr̃, & ab expẽſis abſoluẽdus eſt. Rõ aũt eſt; qa Doctor authoritatẽ gloſſandi, & interpretandi habet, & eius opiniones ꝓbabiles ſunt, c. 1. cũ ibi notatis extra de poſtulat. pręlat. & eſt glo. in l. 1. C. de leg. & in l. j. C. de profeſſo. q in urbe Cõſtanti. li. 12. & ita in ſpecie tenet Pet. de Anch. poſt alios in cleme. in Romani. in prin. de de electio. & Cardi. in clem. 2. de magiſtri. & Bal. in d. auth. generaliter, & Doc. in c. ut debitus. extra de appella. & Panor. in c. calumniã. in fi. extra de pœnis, & refert, & ſeqtur Iaſ. in d. l. properandum. §. ſin aũt alterutra. nu. 8. uer. tu in hac materia. C. de iudi. & Lanc. Conrad. in ſua pract. §. 3. de offi. pręto. in cauſ. crimi. in tit. de ſenten. definit. crimi. limitat. 18. ubi inquit, eo magis id uerũ eſſe, ſi cõmunẽ opinionem pro ſua cauſa habeat, ut uoluit Soc. in Regul. 139. limita. fi. & idem uoluit etiam Mayner. in l. in totum.

totum,num.36.ff.de regul.iur.& Hyppol. Marsil.d. l.patre vel marito.num.35.ff.de quæstio.

1 *Expensis condemnandus non est, qui nonnullorum Doctorum consilia authentica, & sigillata habet, dummodo non sint legum, vel canonum Doctores.*

1 III. Limitatur in eo,† qui nonnullorũ Doctorũ ꝓ sua opinione authentica consilia, & sigillata habet, Nã & hic quoq; iustã causam litigandi habere dr̃, vnde ab expensis excusandus est, vt inquit Bar.in l.in bonorũ.per illũ tex.ff.de bonor.possess.& Salic. in l. iuris ignorantia.C.qui admit.& Salic.& Imol.in l.si cõuenerit.ff.de re iudic.& Paris.in consi.7.nu.43.lib.3. & Hyppo.Mars.in d.l.patre,uel marito.nu.32.in fin. ff.de quæst limitatur autem hæc limitatio.

Primò vt id verum sit,& procedat in ijs, qui iuris periti non sunt. At secus si iuris scientiam profiteantur,vt puta si legum,vel canonum Doctores sint, vt voluit Bar.& sequuntur alij in locis supra relatis.

1 *Expensarum condemnatione excusatur, qui consilia duorum aduocatorum tantum habet, & quid aliorum dicendum sit.*

2 *Aduocato vni, vbi duo testes requirũtur,nõ creditur.*

3 *Aduocatorum causæ consilia quare non excusent ab expensis.*

1 II. Limitatur,†vt procedat,qñ saltem duorũ Doctorum consilia habeat:vt inquit Iaso.in d.§. sin aũt alterutra.nu.8.per illũ tex.& per ea quæ voluit Bald. in l.iuris ignorantia.quæst.2.C.qui admit.& Barto. in proœm.ff.in fi.princ.& rursus idẽ Bart.in l.1.§. si. ff.de verb.oblig. & Ioan. Crot.in l.1.§. eadẽ aũt.nu.

2 32.ff.de verb.oblig. † vbi vni aduocato tantùm, vbi duo testes requiruntur, credendũ non esse, arbitratur, & voluit Lancell. in loco supra relato, limit.19. & Cepolla in l. si quis sit fugitiuus.§. apud Labeonẽ.

3 nu.12.ff.de ædilic. edic.eos tñ † intelligit vt non sint consilia aduocatorũ causæ: propterea ꝙ eorũ consilia,ꝓ affectionẽ,quã habent causam,ab expensis excusare non debent.per ea quæ inquit, notabiliter voluisse Angel.per illũ tex.cum similibus in l. termina 20.C.de fruct.& lit.expens. qui voluit, vt inquit ipse Capra, ꝙ assertiõ suorũ aduocatorũ, ꝓ affectionẽ particularẽ, iustã litigandi causam non præbeat argumento.l.si.ff.de testib.consilia verò aliorũ doctorũ, qui non sunt aduocati omnino præbere per tex. in d.§.apud Labeonẽ.& per tex.in l.pignus C. de pigno.actio.argumento eorũ.quæ notantur in l. in bonorũ.ff.de bono. possess.& dicit videndũ Mathesila. in notabili 82. & ita ẽt inquit, tenere Specula.in tit. de expensis, in §.nunc videndũ.post princ.vbi Bal.in sua additione. Verùm Bal.ab vtraq; supra relata cõclusione dissentit.in consi.472.nu.8. in fin.vol.1. dũ vult,vt qñ in articulo iuris,iuridicè absq; aliqua exceptione, victus victori in expensis condemnatur, doctorũ opiniones eum non excusent, secundùm solutionẽ moderorũ in l.si auiam.C. de ingen.manu. vbi iuramentũ calumniæ non excusat ab expensis; ne alii quis color litigandi,vbi quis succumbit super articulo iuris.Contrariũ tñ practica obseruat;quia sæpe vi demus,ob consilia excellentissimorum aduocatorũ potius benignitatis causa quàm iuris iudices ab expensis absoluere. Conclusio autem supra posita intelligitur,quando solùm consilia doctorum id efficere deberent; quando autem aliæ causæ adessent; id pendet ab alijs limitationibus;& ex his patet opinionem Cepollæ non procedere:dum vult, vt consilia aduocatorum non excusent: Nam si de consilijs aliorum, qui aduocati non essent, intelligendum esse: vtique talis casus rarò, aut nunquàm accideret: & ex consequenti non daretur casus;cum rarò accidat, vt consilium alicuius excellentis doctoris reperiatur;qui ita in terminis in alia causa consuluerit, vt pror us casui,de quo agitur,conueniat,præterquàm quòd idem etiam dicendum esset, ex quo eadem affectione causam primam, in qua consuluit, prosequutus esset; credo igitur in puncto iuris opinionem Bal. veriorem esse; Attamen in practica aliter obseruatur.

1 *Expensis condemnandus non est victus; quando variæ sunt opiniones & in quibus limitetur.*

1 IIII. Limitatur,†quando in aliquo articulo variæ doctorum opiniones reperiuntur;vt puta,inquit Angel.in casu quem ponit glo. in l. dos à patre. C. solu. matri.vt voluit Ioan.Andre. in c. vt debitus. per glo. ibi in verbo rationabili,de appella.& in c.1.depositi la.prælat.in nonellis.& Specula. in tit.de expensis.§. nũc videndũ.col.1.& Bal. in auth.generaliter.col.5. C.de episcop.& cleri.& Angel.in d.l. properandũ.§. sin autem alterutra.C.de iudi.& in l. destitisse. ff. de iudi.& Ias.in d.§. sin autem alterutra, vbi confirmat hanc conclusionem ex ijs,quæ voluit Bal.in auth.nouo iure in 2.not.per illum tex.C.de iudi.dum vult,vt quando res est propter negocij varietatem valdè inuoluta & ambigua,vtraq; pars ab expensis absoluenda sit.Id quod limitant,quãdo in articulo vario,quę nam sit cõmunis opinio, appareret, vt inquit Anto.à Butrio.in d.c.finẽ litibus.col.10.extra de dolo & cõtum. Subdit tamẽ Ias. propter secundã limitationẽ supra positã cauendũ esse,qua conclusum est, vt ibi diximus,illũ, qui habet opinionẽ doctoris,ꝓ sua opinione,in expensis condemnandũ non esse. & ideò in quit Ias. videndũ esse Imol.in l. qui antè calendas. ff. de verb.obli.& in l.fin.ff.de regul.iur.& tex.in §.oportet.vers.si tamen,in authen.de indi.in verbo propter negocij varietatẽ,& Lancel. in loco supra adducto; limita.20.vbi inquit, id procedere, nisi appareat de communi opinione,& ita videtur intelligenda secũda limitatio, nam cum sint communes opiniones claræ,non est ab eis recedendum.

1 *Expensis condemnandus non est, qui semiplenam probationem habet.*

1 V. Limitatur † in eo;qui habet semiplenã probationẽ. Nã is iustã causam litigandi habere dicitur.& in expensis cõdemnandus non est: vt inquiũt Cano. in d.c.finẽ litibus.extra de dolo & contu. & Bal.in l. qui nõ probasse,in princ.C.de calum.& in l.1.vbi limitat.C.de aduoca.diuers.iudi.& in d. auth. genera-

liter.

liter.in 4.& 6.col.C.de episc.& cleri.& in l.admonē
di.col.fi.ff.de iureiur. & Alex.in d.l.properádū.§.sin
aút alterutra.C.de iudi.& in cons. 108. uiso thema-
te suprascripto,& attestationib.col.fi.li. 4. & Ias.in
d.§.sin aút alterutra,sub nu.8. uers. quarta cóclusio;
& Soc.in Regula 139.lim. 2.& latè tradit Ias.in cōs.
2.nol.1.ēt in accusatore,uel instigatore. Vbi ēt tátū
modo iudiciū adsit;ut uoluit etiā Lancell. Cōrad.in
sua practi.li.j.c.9.de preto.§.3.de offi.preto.in caus.
crim.in tit.de sentē.defin.crimi.limit.21.

1 *Expensis cōdemnandus nō est,qui per teste probauit, lìcet deindè reprobati sint,nisi aliqua cōtra producē tem suspicio sit.*

1 VI.Limitatur in eo,qui p testes probauit;& si de
indè ex defectu personæ,ut puta infames,uel falsarij
reprobati sint; ná talis iustā causā litigādi habuisse
dr̄,& ideò in expēsis condēnandus nō est, nisi fortas-
sè aliqua cōtra producētē suspicio sit,ut uoluit Spe.
in tit.de calum.in fi.& refert,& tanq̄ notabile sequi-
tur Bal.in auth.generaliter col.5.& 6.C.de Episc.&
cleri.& in d.l.1.C.de aduoca.diuers.Iud.& Ias.in d.l.
properádū.§.sin aút alterutra.n.8.uer.5.cóclusio.C.
de iudi.& Lanc.in loco supra sæpe adducto lim. 22.

1 *Expensis condemnandus non est ille,in cuius fauorem testes extraiudicialiter se deposituros iactent, licet deinde exhibiti contrarium deponant.*

1 VII.Limitatur;†Qñ testes extraiudicialiter in fa-
uorem alicuius se deposituros iactarent,& si deinde
exhibiti cōtrariū deposuerint. Ná his non obstātib.
exhibens prædictos testes iustá cām litigādi habuis-
se dr̄,& ab expensis absolui debet,ut uoluit Io.And.
in c.1.in fi.de elect.in 6.Id qđ , ut inquit Bal. in l.nō
ignorat.uer.qd si testes.C.de fruct.& liti.expens.ual
dè notádū est,& tradit Ias.ī d.§.sin aút alterutra.nu.
8.uer.sexta cóclusio.& Lanc.in sua pract.li.1.c.9.de
præto.§.3.de offi.præto.in caus.crimin.in tit.de sen-
ten.definit.crimin.limitat.23.& latè plures deferēs
tradit Iser.super constitut.Regn.in pragma.de expé
sis soluen.per appellat.in comment.uer. scias tamé
unum singulare uerbum.fol.mihi.423.

1 *Expensis condēnandus non est ille,qui adeò egit, quia à uiris fide dignis audiuit.*
2 *Scire certè ille dicitur,qui ab aliquo fide digno certifi catus est.*

1 VIII.Limitatur†in eo,qui à uiris fide dignis audi
uit.Ná dr̄ iustā causam litigandi habuisse,& in expē
sis condēnari nō debet,ut inquit Bar.in l. 1. in prin.
col. 1.ff.ad Turpilia.& facit glo. notabilis in l. Titio
fundus.ff.de condit. & demonstrat. quá singularem
existimat Bal.in l.indicia.C.de rei uendic. Vnde no-
tat,dicto notabilis uiri iustá credulitatem induci,&
facit illud,qđ uoluit Bar.in l.fi.ff.de hæred. institut.
Immo,quod plus est,uoluit Domin. à sancto Gemi
2 nia.in c.de capitulis.per illū tex.distinctio. 10.†eum
certè scire,qui ab aliquo fide digno certificatus est;
per tex.ēt in c.sicut pro certo.de simon. & noluit Ar
chidi.in c.in domo.de pœnit.distinctio.1.& Ias.d.l.
properandum.sin aút alterutra.nu.8. uersi. septima
conclusio.C.de iud.& Lanc.Conrad. in d. sua pract.
lib.1.c.9.de preto.§.3.de offi.præto.in caus. crim.in
tit.de senten.definit.crimi.limita.24.

1 *Expensis condemnandus non est,qui ob suum pudorē defendendum litigat.*

1 IX. Limitatur in eo,qui ob suum pudorem seruan
dum litigaret. Is enim quamuis succumbat , iustam
causam litigandi habere dicitur,ut notat Barto.in l.
quæ omnia.§.1.in 3.not.per illum tex. ff. de procur,
& ita inquit Iason in d.§.sin autem alterutra . nu. 9.
uersi.octaua conclusio.& Lancel.in loco supra addu
cto limita.25.

1 *Expensis uictus condemnari non debet, quando actor plus debito petijt,& quando nō dicatur plus debito petere, adhoc ut condemnari possit, infra num.3.*
2 *Totum negari potest, quando plus debito petitur.*

1 X.Limitatur,†quando actor petit plus debito,ut
puta si ei centum debeantur,& ipse centum & quin
quaginta petat, Reus autem totum negauit & liti-
ganit ; Actor uerò in parte sibi debita,scilicet centū
obtinuit, in alijs uerò quinquaginta nō debitis suc-
cubuit. Tunc enim uictus nulla ex parte in expensis
condemnari debet,ut inquit Salic. in d. l. properan-
dum.§.sin autem alterutra.C.de iudic. Ratio autem
est;quia ex quo actor plus petijt, quàm sibi debere-
2 tur reo† totū negare & super toto litigare licuit , ut
uoluit glo.in c.præsentium . in uerbo sigillatim , ex
tra de testibus.Præterea mouetur per text.in l. 1.cū
glo.in uerbo dispendia.C.de plus petit.& Ias. in d.§.
sin autem alterutra.nu.17.addit tex.in d.l. qui solidū
in fi.prin.in uerbo partem a contrario sensu. ff.de le
gat.2.ubi etiā Bar.& Imol.notant illum tex. & idem
uoluit Lanc. Cōrad.in d.sua practi.lib.1. c.9.de præ
to.§.3.de offi.prætor.in caus.crimin.in tit.de senten.
definit.crimin.limita. 16. & Neuiz. in consi.94. nu.
12.uer.non obstat & nu. 13.& Guido Papæ in cons.
8.nu.4.uersi.similiter, & consi.90.in fi.ubi etiam de
petēte antè tempus idem concludit . Præterea hanc
conclusionem sequitur Curt.Iunior in l.age cum Ge
miniano.num.8.C.de transactioni. & Lanc.in loco
supra sæpe citato,limitatio . 16.& Nicel.concorda.
230.incipiente negari & Ang.in §.si quis agens , co-
lum.8.Insti.de actio. & Alexan.in d.l.properádum.
§.sin autem alterutra , ubi etiam Iac.numero 18.
& Calep. in repet. §. utrum. de rebus dubi. car.
10. & Decius in l.non potest uideri . ff. de regu-
lis iuris , & Galiaul.in l.prima,§.si stipulanti . in fi.
ff.de uerborum obligatio. Id autem intelligit Ne
3 uizanus eodem in loco , quando actor. † plus sim-
pliciter petit, secus uerò secundùm Barto.et Do
cto.quando diceret , se esse paratum, partem sibi
debitam recipere , ut inquit Angel.in d.§.is qui.co
lum.fin.Instit.manda.& Purpu.in l.edita num.298.
C.de eden.

Expen-

1 *Expensis condemnandus nõ est reus, quando pro actore absente sententia profertur.*

2 *Expensas quando ille, qui succubuit, non solùm non reficit; Sed etiam cum eo, quod debet, & ad quod condemnatus est, compensat.*

3 *Expensis præsentem uictum absenti uictori condemnari uoluit Abba. At de ipsa expensarum condemnotione suas expensas detrahere.*

1 XI. Limitatur † in casu. §. siquidem, in uersic. ex-
pensis, iuncta glo. in l. properandum. C. de iudic. ubi
licet pro actore absente feratur sententia; Attamen
reus, licet succumbat, in expensis non condemna-
2 tur; Immo, quod est plus, expensas, † quas fecit;
cum eo quod debet, & ad quod condemnatus est;
computare potest. & ratio est; ut inquit ibi text.
quia hanc pœnam actori, & meliorem causam
habenti, propter solam absentiæ contumaciam,
imponunt. Hanc limitationem licet non ita exem-
plificet, tenet Ias. in d. l. properandum. §. sin autem
alterutra. sub numer. 10. uersic. secundò principa-
liter limitatur; & refert, & sequitur Lancello. Con-
rad. in sua pract. lib. 1. cap. 9. de præt. §. 3. de offic.
præto. in caus. crimin. in tit. de senten. defin. crimi.
uersi. secunda limitatio est. At Abba. in c. calumniã.
nu. 3. extra de pœnis, aliam esse inquit & magis com
3 munem opinionem; † ut præsens uictus absenti
uictori etiam in expensis condemnetur; uerum de
hac expensarum condemnatione suas expensas de-
trahat, & hanc opinionem inquit placere glo. in d.
l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. & eam
opinionem sequi ibi Ioann. Andre. & communiter
alios. Nam secundùm primam opinionem, ut Ioan-
nes Andreæ arbitratur inter reum & actorem esset
inequalitas; quia si sententia fertur pro reo absente,
actor præsens uictus ex condemnatione expensas
sua deducere non posset, quia nulla est condemna-
tio, cum reus tantum absoluitur; Præterea absens pu
niretur dupliciter, Primò quia expensas non recu-
peraret; secundò quia de principali condemnatione
rei expensæ detraherentur.

1 *Expensis condemnandus est, qui ex industria, & studiosè relicto competent iud ce alium adiuit.*

1 XII. Limitatur † in casu. §. & iudicare. in princ. in Authen. de defenso. ciuita. ubi habetur, quòd si aliquis studiosè & ex industria, relicto competẽte iudice, alium adiuit in expensis condemnatur, etiam qp in causa obtinuerit. & hic casus; ut inquit ibi gl. in uerbo, omni litis, ualdè specialis est, & ita licet non exemplificet, tenere uidetur Ias. in d. l. properãdum. §. sin autem alterutra. nume. 10. uersi. secundò pincipaliter. C. de iudic. & Lancello. Conrad. in loco supra relato in 3. limita. Ias.

1 *Expensis condemnandus non est ualdè honestus, & magnæ & spectata fidei, ac ualdè religiosus.*

1 XIII. Limitatur † in persona ualdè honesta, & magnæ ac spectatæ fidei, aut ualdè religiosa, Ipsa enim & si succumbat, in expensis condemnari non debet. Ratio autem est, quia calũniosè, aut temere litigasse non præsumitur, ut inquit Hostiensis in c. finem litibus. col. fin. ubi Ioan. Andreæ, & alij Canonistæ referũt, & sequuntur, & facit glo. in c. expedit. in uerbo scirent, 12. quæstio. 2. & hac de re Ias. in aut. iubemus. C. de iudic. nouem similia cumulauit; & tradit Ias. in d. §. sin autem alterutra. sub numer. 10. uersic. Quartò singulariter limita. Præterea idem tradit Felin. in c. super his. in fin. de accusatio. & Socin. in Regul. 139. fol. 3. quem refert & sequitur Lancel. in sua pract. lib. 1. c. 9. de præto. §. 3. de offic. præto. in caus. crimin. in tit. de seten. defini. crimin. uersi. 4. limita. & Aymo Crauet. in tracta. de antiqui. tempo. in prima parte, numer. 256. post Iason. in consil. 270. colum. 6. lib. 2. & Riminal. in consi. 270. nume. 13. lib. 2. & Bartolom. Blarer. in l. diffamari. cap. 5. numer. 41. ubi sublimitat hanc limitationem in casu dictæ. l. diffamari. C. de ingenu. manum. Item hanc conclusionem sequutus est Andre. Barb. in Rubr. extra de fide instrum. colu. 38. in princ. & in consil. 3. clementissimi Dei. colum. 16. post princ. lib. 2. & rursus Ias. in l. admonendi. colum. 74. in fin. & sequen. ff. de iureiuran. & in l. 1. colum. 2. ff. de eo per quem fact. erit.

1 *Expensis condemnari non debet altera pars, quando Iudex semiplenæ probationi iuramentũ necessariũ defert, & si secus in iuramento iudiciali litis deciso rio dicendum sit.*

1 XIIII. Limitatur, † quando iudex semiplenæ probationi iuramentum necessarium defert; Nam tunc altera pars in expensis condemnari non debet, ut inquit Bald. in d. auth. generaliter. col. 6. & Alexan. in d. §. sin autem alterutra. & Iason ibidem sub nu. 10. uersic. quintò fallit; & si secus in iuramento iudiciali litis decisorio dicendum sit, ut diximus supra ampli. 70. & eandem conclusionem tennit Lancello, Conrad. in loco supra citato; uersic. quintò quando supplementum. & Hyppo. Marsi. in l. patre uel marito. nume. 36. ff. de quæstio. & in singula. 485. memini. & Alexan. in consi. 183. in causa & lite, lib. 6. & Lãfran. in d. tracta. de expensis, colum. 1. uersi. quintò. & rursus Alexan. in consi. 122. in fin. lib. 2. & Curt. in l. admonendi. colum. 96. ff. de iureiurand. Id quod dicit longiori manu signandum esse & Neuizan. in consi. 94. num. 7. & si num. 8. & 9. contrarium tenere uideatur, ut latius ibi per eum.

1 *Expensis condemnari non debet reus, qui ab actore extra iudicium interpellatus, in prima citatione cõparuit, & debitum fassus est.*

2 *Expensis condemnandus non est reus, qui in prima responsione bonam fidem agnouit.*

1 XV. Limitatur, † quando antea actor extra iudicium reum interpellauerit; qui in prima citatione cõparuerit, & debitum fassus sit; Planè tunc expensas, puta libelli citationis, uel aduocati soluere non debet, ut inquit Guilie. de Cune. in l. edita. C. de eden. quem refert & sequitur Angel. in l. debitores. per il-

lum

lum tex.ff.de serui.vrba.prædio. Immo multò largius notat Bal.in auth. contra qui propriam.in fin.
2 per illum text. C.de nō numer.pecun.† quòd si reus in prima responsione bonam fidem agnouerit;in expensis condemnandus non sit, & sequitur Anto. à Butrio in c.1.de hbel.obligat.& refert Ias.in d.l.properandum.§.sin autem alterutra.sub nu.10.limit.7. C.de iudic.& Lancell.in loco supra adducto. uersic. septimo,quando actor. Vbi quod primum dictum per ea quæ uoluit Hyppo. de Marsi.in d.l.patre uel marito.num.39.& 43.ff.de quæst.in uegante locum non habere arbitratur.Item & quando dies pro creditore interpellat;ut ibidem num.40.

1 *Expensæ restituendæ non sunt,quando missio in possessionem ex aliqua rationabili causa reuocatur.*

1 XVI. Limitatur,† quando missio in possessionem ex aliqua rationabili causa reuocatur; Tunc enim expensæ restituendæ non sunt; ut inquit Inno. in c.si aduersarius,de eo qui mittitur in poss.caus.rei seruan.& sequitur Bal.in sua margar.in uerbo missio,& refert & sequitur Ias.in d.l. properandum. §. sin autem alterutra sub nu.10.uersi.nonò limitatur quando reuocatur.& Lancel. Conrad. in sua pract. lib.1.cap.9.de præto.§.3.de offic.præto.in caus. crimi.in tit.de senten.defini. crimin.uersic. nonò limitatur.

1 *Expensis condemnandus non est,quando quis litigat, ut sibi actionem de euictione paret.*

1 XVII. Limitatur,† quando quis litigat, ut sibi actionem de euictione paret; quæ nisi lata sententia, non competit.l. habere licere. ff. de euictio. Nam hic in expensis condemnandus non est.l.atqui naturam.§.cum me absente.ff.de nego.gest.& notatur in l.utiq; ff.de rei uend.& Ias.in d.§.sinautem alterutra.sub num.10.uersi.Decimò limitatur.& Lancel.in loco supra adducto ,uersic. decimò quando quis litigat.

1 *Expensis condemnandus non est quis,quando instrumentum debiti productum non est. Nam solùm à die productionis succumbent in expensis condemnandus est.*

2 *Expensis condemnandus non est uictus,quãdo uictor dolo instrumentum,quod litis decisiuum est,ad fatigãdum in expensis aduersarium producere distulit. Nam ipse, & si obtineat, in expensis condemnandus.*

1 XVIII. Limitatur† quando instrumentum debiti productum non fuit. Nam solùm à die productionis in expẽsis succumbens condemnandus erit;
2 Immo † si quis dolo instrumentum,quod litis decisiuum est ,ad fatigandum in expensis aduersarium exhibere distulerit;etiam si obtineat,ipse in expensis condemnandus est, ut latè tradit Ias. in d.l. properandum.§.sin autem alterutra. nume.12. C.de indi.& Cynus in l. unica. C.ut quæ desunt aduoca.& idem uoluit Felin.in c. uenerabilis.nume.3.extra de iudic.& Deci.& Cagno.in l.qui in alterius. num. 9. ff.de regul.iur.& Hyppo.Marsil.in l.patre uel marito.nu.77.ff.de quæst.& Rober.Marã.in suo Specul. aureo,parte 6.in uerbo interrogatio,n.2.& Laucel. Conrad.in sua pract.lib.1.c.9.de præto.§.3.de offic. præto.in caus.crimi.in tit.de senten.defin.crimi.uersi.12.nu.12.ut nõ condẽnetur,& in simili tradit Angel.in l.illud quoq; in prin.ff.de pet.hæred.& Bar.in l.prima.in prin.col.4.ff.ad turpilia.& in d.l.qui in alterius.ff.de regul.iur.& in l. destitisse. ff. de iud.& in l.si quis infieiatus.per illũ tex.ff.depos.& in l.si rem alienam.§.fi.ff.de pignor.action.& Bal.in l.termina to.in princ.col.fi.C. de fruct.& lit.expens.& Franc. Niconit.in d.c.quoniam contra.in gl.dilationes,nume.103.extra de probatio.& Ingenus.in l. contractus.nu.148.ff.de regul.iur.& Felin. in c.exceptionem,nu.40.uers.& tu scias,extra de exceptio.

1 *Expensis condemnari non debet uictus aduocato vel procuratori,ad illud,quod alioquin ipse alteri dedisset.*

2 *Expensarum condemnatione ratio habetur damnorũ ex persona uictoris,quando est talis,qui ex suo artificio lucrari soleat.*

3 *Expensas consequi potest aduocatus,uel procurator, causam suam communem cum alio defendens pro rata alterius.*

1 XIX.Limitatur† in aduocato, siue procuratore in causa propria; Nam causam suam patrocinando, illud idem,quod alioquin alteri aduocato,uel procuratori soluere eadem de causa debuisset,in cõdemnatione expensarum petere non potest,ut uoluit gl. quam sequuntur Bart.& alij in l.fin.C.de fruct.& lit.expens.& latius idem Bart. in l. si stipulatus es. ff. de fideiusso.& in l.quod si domus.in fi.per illum tex. ff.locat.& not. Bald.in dicta.l.fin.in ultim.col. & Iason post alios in d.l.properandum.§.sin autem alterutra.nu.14. C.de iudi.& Lancell.Conrad.in loco supra adducto,limit.14.& Rota in decis.5.de procura.in antiqs,& in decis.41.de senten.& re iudi.in antiquis secundũ recentiores impressiones. Id quod adeo uerum est,ut etiam si ille,qui in causa propria aduocatus fuit illud tãquam damnum peteret locũ habeat,ut puta,quia propter illam litẽ aliorũ aduocationibus incumbere non potuisse dicat; ut uoluit Bal.in d.l.fi.col.fin.C.de fruct.& lit.expens.

Verùm contrariam opinionem,licet Bal.mentionem non faciat;tenuit Abb.in d.c.finem litibus.col. 14.ubi nihil allegat, extra de dolo,& contuma. quã sequitur etiam Ias.in d.§.sin autem alterutra.nu.14.
2 uersi.ego teneo.† Mouetur autem ex eo,quòd in cõdemnatione expensarum uictoriæ causæ, damnorũ ex persona uictoris;quando est talis,qui ex suo artificio lucrari soleat,ratio habeatur,ut uoluit glo. quã sequitur Bart.in l.1.cum similibus,ut infra suo loco dicemus;cum quæ & quales expensę reficiendę sint, tractabimus,& tradit Ias.in d.§.sin autem alterutra. nu.13.Item hanc secundam opinionem tenet Ioachin.Minsinger.cẽtu.1.obserua.2.per ea,quę uoluit Bart.& sequuntur communiter Doct. in d.l. fi.& in d.§.

d.§.fin aũt alterutra.item limitatur prædicta conclu
3 sio,† nisi causa sit cõmunis,ut puta quia quis pro se ac suo cohærede aduocationẽ præstiterit; Tunc ex pensas pro parte cohæredis tãtũ consequetur,ut inquit Boerius deci.210.nu.5.uol.1.ubi pet eũ latius.

1 *Expensa non debentur notario causæ,qui ob reuerentiam partis salarium accipere recusauit.*

1 XX.Limitatur†in notario causæ,qui ob reuerentiã partis,quę obtinuit salariũ accipere recusauit. Expensæ enim huic non debentur,ut inquit Ang.in d.l.fi.C.de fruct.& liti.expens.& Iaſ.in d.l.properandum.§.fin autem alterutra.nu.14.ibi in fine limit.& Lancel.in eod.loco,& dicta limita. 14.

1 *Expẽsarum condemnationem iudex sibi reseruare nõ potest;sed taxationem tantum.*

2 *Expensarum taxationem si delegatus sibi reseruauit, an eo mortuo delegans taxare possit.*

1 XXI.Limitatur,† quando Iudex in sententia definitiua,sibi expensarum cõdemnationem reseruauit; Expensarum namque condemnationẽ sibi reseruare nõ põt; Sed taxationem tantùm, ut inquit Lanfran. in tracta.de expens.num.9.& Hyppo. Marsil. in d.l. patre,uel marito.nu.69.& 70.ff.de quæst. & Lance. Conrad.in sua pract.lib.1.ca.9.de præto.§.3.de offi. præto.in caus.crimin.in tit.de senten. defin.crimi. limit.26.Præterea quòd nõ condẽnationẽ expensarũ, sed taxationem tantum Iudex sibi in sententia definitiua reseruare possit;tenuit Iaco.Mandel. de Alba in consi.5.num.6. ubi hãc magis cõmunem opinionem esse ait; & Ioachi. Minsyng. singula obseruat. centur.j.obserua.45.& centur.3.obseruat.32.ubi id in sententi a definitiua locũ habere ait. At secus in sententia interlocutoria,ex quo sententia interlocutoria lata Iudex esse non desinit, & utrobiq; de cõi testatur;Item hanc conclusionem supra firmatã sequutus est Ang.post Iacob.Cynũ,& Iacob. de Are. in l.terminato.nu.1.C.de fruct.& lit. expẽs.& Inno. Io.Andr.in d.c.finẽ litibus,extra de dolo , & contu. & Ang.ubi supra ita inquit cõmunem totius mundi vsum in practica obseruare, & idẽ voluit Imol.in ca. ad hoc vnxit.nume. 13. extra de sequestr. possess.& fructu.ubi inquit,hanc practicam tutiorẽ,& magis communem esse; Idem quoque uoluit Io. Petr.Ferrari.in sua practi.Papiens.in formu.libell.actio.real. in verbo expensis,nu.15.& Ang.in l.Paulus.nu.2.ff. de re iudic.& Felyn.in c.significauerunt,nu. 11. uerũ primũ quod licet iudex,extra de exceptiõ. licet Bar. in d.l.terminato.post glo.contrarium uelit, uidelicet,Iudicem etiã condemnationẽ expẽsarum in sententia definitiua sibi reseruare posse; At eius opinio, ut supra uidimus,communiter reprobatur,prout et uoluit Anibal.Troysius Canensis super Riti. Magnæ curiæ,Ritu. 310. ubi inquit, id communiter in Regno obseruari.

Hinc sumpta occasione quærebat Bar.in l.ab executore.num.12.ff.de appella.& Ang.in l.terminato
2 num.5.C.de fruct.& lit.expensis,si delegatus sibi taxationem reseruauit,an delegans mortuo delegato taxare possit,& taxare posse ex opinione Iacob. Butrig.arbitratur,& ratio est, quia delegatus non respectu personæ,sed iurisdictionis reseruauit, sed iurisdictio delegati;& ordinaria iurisdictio est eadem l.1.§.qui mandatã.ff.de offic.eius cui manda. est iurisdi.ergo.At inquit Bar.ut ambiguitates cessent cõsulẽdum in iudicio ordinario esse, ut sibi & successoribus suis huiusmodi taxationem reseruet,in delegato uerò illi,qui ei delegauit.

1 *Expensis non condemnatus absolutus censetur & in quibus hac conclusio non procedat.*

1 XXII.Limitatur,†Quãdo uictus nõ condemnatur. Nam uictus de iure communi absolutus censetur.d. l.terminato.ubi Doct. C.de fruct.lit.expens. & tradit Lanfra.in d.tract.de expẽs.nu.12.& Iaſ.in d.l.properandum.§.fin autem alterutra.num. 7. C.de iudi. ubi quærit , an hoc procedat; stante statuto , ut uictus uictori ,etiam si iudex in sentẽtia nihil dixerit,in expẽsis cõdemnetur , ut ibi per eũ,& diximus supra in 3.limita.ad primam limitationem principalẽ,dũ tractauimus,an iusta causa,stãte statuto,ꝗ uictus uictori cõdemnetur in expẽsis; excuset. Hanc eãdẽ cõclusionem sequitur Lancell.Conrad.in loco supra adducto limi.28. uerum animaduertendũ est, quia hæc cõclusio admittẽda nõ uidetur; ubi aliquod statutum,ut in urbe Montis Politiani , adesset, quo expressè cauetur, quòd uictus uictori in expensis condemnetur,& si iudex uel condemnare omiserit , uel absoluerit; Attamen ex eo statuto pro condemnato habeatur; Tunc enim actio, et condictio oritur ex eo statuto.ut supra diximus in d. 3.limitatione ad primam limitationem principalem.

1 *Expensis condemnandus non est uictus in duello , seu pugnando,uel ex contumacia.*

2 *Duellum omni iure prohibitum.*

1 XXIII.Limitatur†in eo,qui in duello, siue pugnãdo,seu ex contumaciæ,qui a nõ cõparuit, uictus sit. Vtroque enim casu uictus in expensis condẽnandus nõ est,ut inquit Iulius Ferret.in tract.de duello,nu. 50.Mouetur autem ex eo, quòd illa non uera, sed præsumpta uictoria dicatur,& ideo cũ nõ propria, sed præsumpta,& ficta confessio sit . Meritò Iudex in nõ cõdemnãdo in expensis,ex quo ex præsumptionibus proceditur,mitior esse debet,ut uoluit Bal. in auth.generaliter.C.de episcop. & cleric. Huic limitationi repugnare vr̃,quæ supra in 62. Ampliatione diximus.Ego verò arbitror alia ratione id dicẽdũ esse,& præsertim cũ Iulius Ferrettus idẽ quoque de eo,qui pugnando uictus sit,asseueret,& si ut ipse intelligere vr̃,ex ea uictoria,nõ uera , sed ficta quædã & psumpta cõfessio,ut ex contumacia oriatur, & iõ fortassè dici põt,uel ꝗ duellũ nõ est à iure receptũ,
2 & ideo actus iudiciarius dici nõ põt. † Est.n. duellũ oĩ iure prohibitũ,ut inqt idẽ Iulius Ferret. in cõs. 1. nu.2.& tradit Bal.in l.ut uim.ff.de insti.& iur.et Iaſ. in l.ex hoc iure,eod.tit.& latius idẽ Ferret. in tract. suo

suo de duello, num. 3. & nu. 13. cum multis seq. Vel secundò dici potest; quia duellum ad honorē, & existimationem conseruandam introductum est, ut supra diximus in 9. limitatione de eo, qui pro suo pudore seruando certat; & ita obseruatur; quia nunquam in duello uictus expensas restituere solet. Posset fortassè etiā dici, quòd omnis impēsa in armis uersetur quæ à reo fit, & in eius commodum, & fauorem tendit; & ideo si actor succūbit, meritò ad id cōdemnari non debet, quod reus fauoris sui causa fecit, si uerò reus succūbit, iam ipse expēsas fecit; aliæ uerò impēsæ cū sint uolūtariæ, meritò reficiēdæ nō uidētur.

1 *Expensis condemnari non debet monacus litigant.*

1 XXIIII. Limitatur † in monaco litigante; qui si succumbat, cum nihil habeat in expēsis cōdemnari nō debet. ut inquit Inno. in c. reprehēsibilis, extra de appella. & Bal. in Margarita in uerbo Monacus. l. 8. & refert, & sequitur addens quisquis fuerit ad decisio. 88. uersi. si tamen idem, Capel. Tolosa.

1 *Expensis condemnatus non intelligitur, quando Iudex in sua sententia dixit, uictum uictori tantum, omittendo condemno.*

2 *Sententia non ualet, nisi contineat condemnationem, absolutionem, aut æquipollens.*

3 *Verbum & cætera, sententiam substinet.*

1 XXV. Limitatur, † quando Iudex in sua sententia dixit, uictum uictori in expensis; Nec adiecit condē nationem; Tunc enim cum respectu expensarū sen-
2 tentia non ualeat. † Quia condemnationē, absolutionem, aut æquipollens non continet; Meritò nec expēsæ debentur, ut uoluit Bart. in l. præses. C. de sentē. & Bal. in errore. C. de testam. & Roma. & Nicol. in l. 1. ff. de re indi. & si ut ipsi dicunt, contrarium sen serit Bar. in l. 1. §. fin autē. ff. de hæred. instituen. quē refert, & sequitur Alex. in consi. 126. num. 9. uolu. 6.
3 cuius opinio sustineri potest, si uerba illa † & c. adiecta essent; quæ quicquid prouenit ex natura contractus includunt, ut uoluit Bart. & sequuntur Doct. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthu. & probatur in l. si duo patroni. §. siquis iurauerit nendidisse. ff. de iureiurand. & tradit Lranfranc. Balb. in decisio. 420.

1 *Expensis condemnandus non est, qui non comparendi legitimam causam habuit.*

2 *Præceptum impossibile non ligat.*

1 XXVI. Limitatur † ut non procedat in eo, qui nō comparēdi legitimam causam habuit. Ipse enim expensarum condemnationem euitat, ut inquit Abb. in c. 1. col. fin. num. 14. uersic. Quia dico, extra de dilatio. per tex. in c. querelam. extra de procurat. & in c. finem litibus, extra de dolo, & contum. & in ca. uenerabilibus. §. idem. de senten. excōmu. in 6. Præce-
2 ptum † enim impossibile non ligat, l. fi. ff. quæ sentē. sin appella. rescin. & in c. breui. de iureiuran.

1 *Expensis condemnandus non est uictus; qui litem, quæ ex decisione legis dubiæ, uel difficilis, uel quæ uarios intellectus, & lecturas habet, tuebatur.*

1 XXVII. Limitatur † in uicto, qui litem; quæ ex decisione legis dubiæ uel difficilis; uel quæ uarios intellectus, & lecturas habet; tuebatur, ut uoluit Abb. in c. calumniā. in fin. de pœn. & Barba. in c. 1. col. 20. num. 138, cum pluribus præcedentibus, & sequentibus, extra de constit. mn Ita hac de re tradit Francis. Niconitius in c. quoniam contra falsam. in glo. 3. in uerbo duos uiros. num. 22. uersi. non obstat, si dicat. extra de probatio. & tradit etiam Hyppol. Marsil. plura referens in dicta. l. patre, uel marito. num. 35. ff. de quæstion.

1 *Expensis alia pars condemnanda non est, quando alia ex priuilegio expensas non soluit, uel quouis modo cogi non potest.*

1 XXVIII. Limitatur † quando una pars expensas litis ex priuilegio non soluit; uel quouis modo cogi nō potest, tunc enim, ut in iudicio æqualitas seruetur nec etiam altera pars cōdemnari debet, ut inquit Io an. de Amicis in consi. 92. num. 5. per tex. qui, ut ipse inquit, cauillari nō potest in l. in sacris. in uersic. quoniam. ubi Lucas de Penna. C. de proxim. sacro. scrin. lib. 12.

1 *Expensis uictus condemnari non debet, quādo est probabilis error.*

1 XXIX. Limitatur † quando adest probabilis error; propterea quòd à refectione expēsarū excusat, ut inquit Bal. in consi. 217. nu. 8. uol. 2.

1 *Expensis non est condemnandus, qui ex parte sua scripturæ præsumptionem habet.*

1 XXX. Limitatur † quando quis ex parte sua scripturæ præsumptionem habet; tali enim præsumptione ab expensis excusatur, ut uoluit Bald. in consil. 156. in fin. uolu. 4. per tex. in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interro. actio.

1 *Expensarum condemnatio non fit, quando alicuius sententiæ definitiuæ pro possidente executio petitur.*

1 XXXI. Limitatur † quando alicuius sententiæ definitiuæ pro posidente executio petitur, Tunc enim pro tali executione expensarum condemnatio non fit; cū iam possessionem; cuius habendæ causa executio conceditur, habeat; At secus si tales sentētiæ pro non posidente latæ sint, & prædictarum sententiarum executio petatur; Nam tunc dictæ executionis causa expensarum cōdemnatio fiet, & ita seruat Rota, prout attestatur in decis. 36. num. 1. de sentent. & re iud. in antiqui. secūdùm nouissimas impressiones.

1 *Expensis condemnandus non est absens ex iusta causa: Nam tenutam non refectis expensis recuperat.*

2 *Absente etiam aduersario ex iusta causa immissionē*

2 *in possessionem ex primo decreto procedi potest.*
3 *Restitutionis in integrum auxilio absens, ex iusta causa tenutam non refectis expensis recuperat.*
4 *Absenti maiori ex iusta causa non permittitur, quod minori non conceditur.*

1 XXXII. Limitatur † in absente ex iusta causa, Is enim non refectis expensis tenutam recuperat, ut in quit Alex. in l. de die. §. tutor. post princ. ff. qui satisda. cogā. per ea, quæ uoluit Inno. in c. si aduersarius. 2 de eo, qui mittit. in possess. caus. rei seruan. † dum in qnit, quòd licet contra ex iusta, & probabili causa absentem ad immissionē ex primo decreto in possessionem procedi possit. l. ignorare. C. de restit. mili. Attamen tenutam non refectis expēsis recuperabit. Id quod pro limitatione auth. ei qui. C. de bonis autho. iudi. possed. ualdè notandum arbitratur, subdēs idem uoluisse Imol. in l. si finita. §. si plures. colu. 16. uers. in eadem glo. ibi, & damna. ff. de damn. infect. 3 † Id autē medio restitutionis in integrum intelligendum est; d. l. si finita. §. si fortè, ubi notat Barto. idem in minore existimans, & facit. l. si minor. etiam si quasi contumax secundum unā lectura glo. ibi, de mino 4 ri. Subdit præterea Alex. † id quod minori nō permittitur, etiam maiori ex iusta, uel necessaria causa absenti permittendum non uideri, ut inquit. glo. ualdè notabilis. in l. nec uiro. §. quod eis. in uerbo prohibeant. ff. ex quib. cauf. maior. Præterea hanc conclusionem Alexan. refert, & sequitur Hyppol. Marsi. in l. patre uel marito. num. 74. ff. de quæstio.

1 *Expensarum cōdemnatio post sententiam fieri nō potest, nisi eadem die fiat.*
2 *Expensarum condemnatio etiam post sententiam fieri potest, si sint debitæ iure actionis, utputa ex contractu, & statutorum dispositione.*
3 *Expensarum condemnatio post sententiam fieri nō potest, si sit definitiua, secus si sit interlocutoria.*

1 XXXIII. Limitatur, † ut non procedat post sententiam, Quandoquidem post sententiam; prout expensæ peti non possunt; ita nec earum condemnatio fieri potest. l. terminato. ubi omnes. C. de fruct. & liti. expens. & tradit Nico. Boeri. in consi. 27. num. 27. Id autem uerum esse arbitratur; nisi eadem die talis cōdemnatio fieret. l. Paulus. ubi Ludoui. Bologni. in 2. interpreta. ff. de re iudi. & Abb. in c. finem litibus num. 35. extra de dolo, & contum. & Maranta in tracta. de ordin. iudic. in 2. parte. 6. part. principalis, in 1. actu num. 31. Præterea, quòd huiusmodi expensæ post sententiam peti non possint, tenet Alba in cōsi. 5. nu. 6. & Ias. in d. l. properandum. §. sin autem alterutra. col. fin. num. 3. C. de iudi. ubi eam esse rationē arbitratur; quòd expensæ litis officio iudicis mercenario tantum debeantur; quod quidem lata sentētia expirat. l. 4. C. depo sit. cum similibus, idem etiam uoluit Ioan. Graff. in tracta. de subst an. procura. in uerbo taxari faciendum, nu. 5. & Abba. in c. 1. sub num. 25. extra de sequestr. possess. & fruct. & in c. 1. nume. 10. de plus petitio. & Imol. in c. ex parte. 1. nume. 15. extra de rescript. & Alex. in l. 1. §. hoc. iudicium. num. 19. ff. si quis ius dicent. non obtempe. ubi quid sit de expensis contumaciæ tradit. Rursus, quòd expensæ post sententiam peti non possint, tenet Rota decis. 1. ut lite penden. in nouis, & Hyppol. Marsil. in l. patre; uel marito. num. 28. ff. de quæstio. & Socin. in te gul. 182. ubi limitat sex modis.

2 Intelligitur igitur a huiusmodi limitatio in expēsis, in quibus quis officio iudicis condemnari debet; At secus in iis, quę iure actionis debentur; ut puta ex cōtractu, uel ui, & dispositione statuti, ut uoluit Rapha. Fulgo. post Angel. quem ipse refert, in l. non solùm. in princ. ff. de rei uendi. & Hyppo. Marsi. in d. l. patre uel marito. num. 28. ff. de quæstio. ubi de expēsis loquitur; quæ conditione ex statuto debentur, & plures id tenentes refert, ut ibi latius per eum. Hanc eandem opinionē sequitur Corne. post Bald. in d. l. terminato. nu. 9. C. de fruct. & lit. expens. de expēsis promissis loqnutus, & adducit glo. in l. si mulier. §. 1. ubi Bart. & alii. ff. de legat. 3. & in l. non solùm. ff. de rei uendi. & idem uoluit Abba. in c. 1. num. 10. extra de plus petit. & Iacob. Mandel. Albensis in consil. 5. nu. 6. & idem latius tenet Isern. super constitu. Regn. in tit. de expensa. condemna. non reseruāda, in uerb. temeritatē litigantium, in commento col. 1. fo. 422 & Afflic. constit. Diuor. princ. num. 2. ubi alios refert. & Hyppo. Marsil. in consi. 19. num. 3. & Iason. in l. 1. nu. 4. C. de iudi. & latè Ias. in §. actionum. num. 53. ubi etiā ipse plures refert, Instit. de action.

3 Secundò. † intelligitur huiusmodi limitatio in sententia definitiua; At secus in interlocutoria; Quandoquidem post sententiam interlocutoriam condēnationem expensarum fieri posse dubium non est, ut inquit Abba. in c. sæpe contingit. in fine, nu. 26. extra de appellat. ubi inquit, hanc ad d. l. terminato optimam limitationem esse. Ratio autem, ut ipse in quit, diuersitatis est; quia definitiua iudicis officium expirat; & ideo mirum non est, si deindè de accessorijs cognitionem habere non potest; Verùm ècōtra cum interlocutoria officium iudicis nō expiret, meritò accessorium etiam cognitionem non expirare certum est; & ideo expensarum condemnationem facere poterit, ut uoluit etiam Felyn. in Rubric. de senten. & re iudi. nume. 28. per ea quæ uoluit Rota in decis. 1. ut lite penden. in nouis.

Vidimus, quando uictus uictori in expensis condemnandus sit; uideamus modò, quæ nam sint illæ, in quibus condemnandus sit.

1 *Expensis quibus uictus condemnari debeat.*
2 *Expensa necessaria ad causam peragendam quæ dicātur.*
3 *Expensarum appellatione iustæ tantum, & moderatæ comprehenduntur.*
4 *Statutum disponens, ut fideiussor, uel qui pro alio promisit, si soluere compellatur, pecuniam sub usuris accipere possit, de moderatis intelligendum est, etiam si de quibuscunque usuris loquatur.*
5 *Vsuras reficere promittens de moderatis intelligitur.*
6 *Expensas nō repetis uictor a uicto, quas ultra id quod oportuit, in causa impendit.*
7 *Expensis, quas uictus reficere debet, illud deducendum*

dum est, quod uictor domi expendisset.

8 *Expensa, quas quis domi fec'isset, deducendæ non sunt, ubi contumacia causa debentur.*

9 *Expensas, quas quis domi fecisset, quòd imputandæ sint, an intelligatur de artifice, & similibus.*

10 *Expensarum condemnatione, quæ uictoriæ causa fit, illa tantum comprehẽduntur, quæ in lite fieri solẽt; nulla aliorum damnorum habita ratione.*

11 *Expensarum factarum causa contumaciæ, uel retardati processus condemnatio si fiat; non solum expensarũ in causa factarum ratio habenda est. Sed etiam aliorum damnorum.*

12 *Expensarum uictoriæ, & contumaciæ differentia qua re constituta sit.*

13 *Expensas uictoriæ causa factas ad damna non extendi de quibus damnis intelligatur.*

CAP. III.

1. TErtio igitur † loco quæritur, in quibus expẽsis
uictus condemnari debeat? Qua in re Inno.
in dicto c. finem litibus. extra de dolo, & contuma-
cia, dicebat, de expensis ad causam perangendam ne
cessarijs intelligendum esse, secus autem de utilibus.
2 Necessariæ † autem, ut ipse arbitratur, illæ sunt, quæ
in aduocatis; procuratoribus, itinere, & hospitio fiũt
l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. & tradit Lan-
franc. in tit. de expensis, num. 18. At Angel. in l. pro-
perandum. §. & siquidem. post Barto. ibi. num. 7. C.
de iudic. illas, magis generaliter loquendo, necessa-
rias expensas esse credidit; quæ iuxta morem iudicio
rum solitum, & consuetum fiunt, per illũ tex. & tex.
in d. l. properandum §. sin autem ex gestis. C. de iudi.
& in d. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expẽs. Item quod
expensæ necessariæ tantum nõ autem utiles debean
tur, tradit Bertran. in consi. 269. num. 8. lib. 3. & Mil
leus in sua pract. crimi. in uerbo subsidiariæ quanti-
tatis in commento, in uerbo prouisionis. num. 3. fol.
52. eas expensas necessarias appellat, sine quib. cau-
sa expediri non potest per ea, quæ uoluit glo. in c. ex
parte, de accus. & in c. præterea. de offic. deleg. & in
c. fi. de dolo, & in l. filius. ff. de iure delibe. & glo. in l.
fin. C. de Carbo. edict. Verum, quòd expẽsæ necessa-
riæ; & utiles, & necessariæ; non autem utiles tantum
debeantur, uoluit Domini. à Sancto Geminiano in
consi. 48. nu. 10. & Abba. in d. c. finem litibus extra
de dolo, & contu. ubi disputat, quid de expensis uti-
libus, & quomodo uerba quorundam antiquorum
intelligantur, ut ibi per eum latius. Item quòd ex-
pẽsæ necessariȩ utiles, & moderatæ ueniant, ponit
Iaso. post alios in d. l. properandum. §. sin autem alter
utra, num. 13. C. de iudic.
3 Illud tamẽ animaduertendũ est, appellatione † ex-
pensarum iustas tantum, & moderatas comprehen-
di, ut inquit Alex. in consi. 76. nu. 17. lib. 4. post glo.
& Ang. quos ibi refert Alex. & Ias. in l. sed & siquis
§. quȩsitum. num. 37. ff. si quis cautio. ubi post Ange.
4 infert † ad statutum Perusinum; quo cauetur, ut si ali
quis pro debitore promiserit, & debitor nõ soluat,
promissor pecuniam sub usuris, ut creditori satisfa-
ciat, capere possit, & quascunque usuras soluerit à
debitore repetere; Hoc enim statutum; per ea quæ
supra diximus de usuris moderatis, nõ autem immo
5 deratis intelligendum est, Facit optimè † quia usuras
reficere promittẽs; de modeeatis expensis loqui in-
telligitur, ut uoluit glo. in §. opportet. ubi Ange. nu.
11. notat in auth. de iudi. & Bald. in d. c. finem litib.
col. 3. de dolo, & contum. & in c. 1. in fin. de sequest.
possess. & fruct. & refert, & sequitur Rebuf. in suis
concorda. in Rub. de collat. §. ultimo, in uerbo ultra
expensam. Facit etiam, dum uoluit Iaco. ab Aren. in
6 l. officio. per illum tex. ff. ubi pupil. educa. debe. † quod
si uictor plus in causa, quàm oportuerit, impendo-
cit; a uicto non repetat. Planè expensæ nimis delica
tæ attendi non debent, sed mediocres & solitæ. l. si
seruos. in fi. ff. de pigno. actio. & ideò si rusticus, qui
pedester ire solitus est, equum meritorium conduce
ret; ut ad urbem litis procurandæ & solicitandæ cau
sa accederet; utique uictus huiusmodi equi expẽsas
ei reficere non teneretur, ut inquit glo. in l. idemque.
§. idem Labeo. in uerbo eum. ff. manda. Inspicienda
enim est patrisfamilias consuetudo. l. uel uniuerso-
rum. ff. de pigno. actio. & tradit Lanfran. in tit. de ex-
pens. num. 18. & Angel. in l. exceptione. num. quar-
to, ubi idem sequitur etiam quædam additio. ff. de fi
deiusso. Præterea, quòd expensæ, ut aiunt, dcleatæ
non debeantur, tenet Domin. à Sãcto Gemin. in d.
consi. 48. nu. 10. uer. an expẽsæ assignatæ, & Bellam.
in c. finem litibus. nu. 41. in fin. extra de dolo & con-
tum. & Alberi. in d. l. properandum. ubi plura. C. de
iudi. & Iaco. ab Arena in tracta. de expens. nu. 18. &
Boerius in consi. 27. nu. 8. ubi plures refert.
7 Illud tamen † animaduertendum est, quòd ex ex-
pensis, quas uictus reficere debet, illud deducendum
est; quod uictor domi expẽdisset. l. sed & si lege. §. quod
autem quis. ff. de petit. hæredi. & in l. sed & si. §. 1. ff.
ad exhiben. & tenet Angel. in l. terminato. C. de fruc.
& lit. expens. & in d. §. quod autem. & Lanfran. in tra
cta. de expens. num. 8. uersi. est autem in his. Vbi id
uerum esse ait, cum expensæ uictoriȩ causa deben-
8 tur, † At ubi contumaciȩ causa debeantur; expen-
sas, quas quis domi facturus fuisset, non esse deducẽ
das, ubi latius exemplificat. Lanfranc. Præterea re-
deundo ad illud, quod dicebamus, expensas, quas do
mi quis fuisset facturus, non esse deducendas, idem
uoluit Bellamer. in d. c. finem litibus. num. 41. extra
de dolo & contuma. vbi id nobili procedere ait; † q.
9 domi suis expensis uiueret; At si sit artifex, uel alius
quispiam, qui domi proprijs operis uictum quærat,
id quod domi impendisset, deducendum non esse, ut
uoluit Alberi. in d. l. properandum. num. 29. uersicu.
& uide de expensis quæ per Iacob. de Aren. in dicto
tract. de expens. nu. 17. Præterea adhuc quòd id; quod
quis domi impensurus fuisset: deducendum sit uo-
luit Fulg. in l. eum quem temere, num. 2. de iudi. &
Bertrá. in consil. 269. numero 8. uolum. 3. & Iason.
in dicta l. properandum. §. sin autem alterutra. sub
num. 14. uersic. Nota etiam in hac materia, & latius
plures cumulans Hyppo. Marsi. in d. l. patre uel ma-
rito. num. 64. ff. de quæstio. & Ioan. Bapt. Ploti. in l. si
quando. num. 674. uersic. trigesimonono amplia. C.
unde ui. & Alber. in d. l. item si rem. §. quod autem.
ff. de petit. hærde. & Affli. super constitut. Regn. sn-
per

per constit.cũ uniuersis.§.pręsenti.nu.2.in fi.fol.85.

Omittendo prætere a pro clariori huius materiæ
10 interpretatione † nullo modo est, in expensarum
condemnatione; quæ uictorię causa fit; eas tantùm
expensas comprehendi; quę in lite fieri solent; Alio-
rum antem damnorum rationem habendam non es-
se, ut inquit gloss. in l.1.ff. de aliena.iudic. mut.cau.
fact. in glo. fin. in uerbo tenebitur; quam Barto. ibi
admittatur, & rursus idem noluit. Bart.in l.eum quē
temere. ff. de iudic. & Cynus in l. sancimus. in 3. &
7.quæst.ubi etiã Bald.tradit. C.de iud.& Specula.&
Ioan.Andr.in tit.de expens.§. fi. uersi.quid si uictor
artifex.& Iason bns referens in d.§.sin autem alteru-
tra,num.13.uersi.sed nota diligenter.

11 Si uerò † cõtumaciæ, uel retardati processus cau-
sa expensarũ factarum condẽnatio facienda fit; non
solũ expensarũ in lite factarũ, sed aliorũ quoq; dam
norũ ratio habẽda est.& ideò dixit Angel.in §.omnē
nu.20.per illũ text.in Auth.de litigio.& per tex.in l.
sancimus.C.de iud.cõtumaces ad omnes expẽsas, nõ
solũ aduocatorũ & procuratorum, uerũ citationũ,
12 notariorum, itinerisq; teneri. Differentia † autē hęc
inter expensas uictoriæ & expensas cõtumaciæ ideò
constituta est, ut inquit Curt.Iunior.in l.1.§.fi.num.
11.ff.siquis ius dicent.non obtempe.quòd contuma
cia saltim latè accipiendo, delictum dici potest.&
ideò cõtumacem illo grauius, qui ius suum prosequi
conatur, puniẽdum esse. uerùm de hoc latius ibi per
eum, ad quem me refero.

13 Illud autem † quod diximus, expẽsarum uictoriæ
causa factarum condemnationem ad damna non
extẽdi.Ias.in d.§.sin autem alterutra.nu.13.uers.sed
nota diligenter; ob tex. qui prædictis repugnare ui-
detur, in §. hæc autē.omnia, in uersi. Damnũ & expē
sas, Instit.de pęn.teme. liti.intelligit de damnis circa
res alias victoris contingentib. At secus, si eius per-
sonã attingant, ut uoluit glo. & notat Barr.in l.1. ff.
de aliena.iudic.muta.caus.fact. & ideò si artifex diu
litigare coactus sit, & ob id suo artificio uacare non
potuerit, Planè ĩ cõdẽnatione expẽsarũ uictorię cau
sa factarũ, talium dãnorum ratio habenda est; ut no
luerunt Specula. & Ioan. Andre. in tit. de expens.§.
fi.uersi.Quid si uictor artifex, & Anto.à Butrio in d.
c.finē litibus, col.11.extra de dolo & contuma.& Ia
son in d.§.sin autem alterutra.nu.13.uersi.limita er-
go; ubi inquit Bart.ita intelligendum esse; dũ in l.nõ
ignorat.circa prin. C.de fruct.& lit.expens.de dam-
nis loquitur; & rursus eodem modo illud intelligen-
dũ esse, quod uoluit idē Bar.in l.si procurator. la se-
conda.ff.rem ratam habe.per gl.quã ibi Castr.ualdè
singularē arbitratur; & ideò memorię demãdãdã, ac
fideliter ꝑpetuò retinẽdã esse. Voluit enim ibi Bart.
ut ille, qui sentẽtiã obtinuit; id repetat, quod quia
suis negocijs uacare nõ potuit; à se abest; quem ibi se
quitur Paul.Castr.& inquit pluries in facto accidis-
se, Præterea hoc idē & latius tradit idē Ias. in l.1.§.
hoc iudiciũ.nu.9.& sequen.usq; ad num.17.ff.siquis
ius dicẽt.nõ obtempe.Hac de re tradit Curt.Iunior
in l.1.§.fi.nu.11.ff.siquis ius dicen.non obtẽpe.post
Alex.nu.5.& 6.& Aret.in §.hæc autem omnia. nu.6.
Instit.de pæn.temer.litigan. Dum inquit, non solũ
expensas, & alia quoq; damnã, quæ uictor ob illam li-

tem passus est, reficienda esse; Quod tamen ea mo-
deratione, de qua supra diximus intelligẽdum uide-
tur; prout reassumit, & sequitur Io. Bapt.Plotus in
d.l.siquando.nu.674.uersi. trigesimonono amplia.
C.unde ui, & Boerius in decis.52.nu.6.uersi. uel ali
ter dici potest.uol.1.

1 *Expensarum appellatione an damna comprehendan tur.*
2 *Damna & interesse remittere non dicitur, qui iniuriam & uiolentiam remittit.*
3 *Damnorum appellatione expensæ an ueniant.*
4 *Expensas illas uictus uictori reficere non tenetur; quas culpa propria uictor incurrit.*
5 *Expensæ in litem factæ an duplum rei in controuersiam deductæ excedere possint.*

CAP. IIII.

QVartò, quòniam de damnis mentionem feci-
1 mus, satis oportunè, an † appellatione expensa
rum damna comprehendantur; hoc loco quæri po-
test. Et breuiter non comprehendi respondendum
est, ut voluit gl.quam Bar. ibi admiratur.in l. in uer
bo tenebitur.ff.de alien.iud, muta.caus.fact.& Bald.
in l.terminato.col.3. uersi.modò quæro.C.de fruct.
& lit.expens.& est tex.ubi declarat glo.quam sequũ
tur Abba.& Felin.in c.dilecti.extra de foro compet.
Quandoquidem iniuriam, & uiolentiam remittens
2 † damna & interesse remittere non uidetur. l.is qui
in puteum.§.si pacta. ff. quod ui aut clam, & tradit
Bald.in consil.394. quæst. penult.lib.3.& Boeri. in
decisio.52.num.5. & 6.uol.1.& quòd appellatione
expensarum damna non contineantur, ponit post
alios Alexan. in l.1.§. hoc iudicium.num.7.ff. siquis
ius dicen.non obtempe.

3 Damnorum rursus † appellatione expensæ non
comprehenduntur, ut noluit Bal. in l.1.C. unde ui,
per tex.in d.ca.in nostra.extra de iniur.& dam. dat.
ubi damna.remittendo, expensas remittere nõ uide-
tur, ut inquit ibidem Abb.in secundo nota.quem ibi
sequitur Ioan.de Anani.Quamuis Anchara.in ca.in
primis 2.quæst.1.in iudicijs, in quibus lata interpre-
tatio facienda est.l.siquis intentione.ff.de iudic.con-
trarium uelit, & conclusionem in contractibus so-
lùm, in quibus stricta fit interpretatio. l. quicquid
adstringendæ ff. de uerbor.obliga.locum habere,
quem sequi uidetur Ludou. Roma. in singul. 346.
numquid appellatione damnorum, & Grat.in cons.
72.num.12.uolum.2.ubi uult, ut appellatione dam
norum expensæ comprehendantur, per ea quæ uo-
luit Alex.in consi.94.in fin.uol.3.quem non inueni.
Idem tamen expressius tradit Afflic.super constit.
regn.in constitut.in pecuniarijs.num. 55. fol.46.

Verùm primã opinionem Bal.sequitur Boeri. in
d.decis.52.num.7. in fin.uolu.1.& Deci. in l. edita.
nume.97.C.de eden.& Barba.in ca. quia nonnulli.
nume.114. & sequen.extra de rescrip.dum uidetur
concordando opiniones, distinguere; an largè, uel
strictè accipiatur; Præterea quòd in iudicijs appella
tione damnorum expensæ comprehẽdantur, uoluit,

quisquis

quisquis ille sit, qui fecit illam additionem ad Roma. in d. singul. 445. ubi alios refert.

Sciendum etiam est pro uera huius materiæ interpretatione; † uictum uictori ad illas expensas non
4 teneri, in quas culpa propria uictor incurrit, ut in quit Carauit. super Rit. mag. curi. Rit. 118. nu. 3. per tex. in l. quod quis. ff. de regul. iur. & in c. dãnũ, de regul. iur. in 6. & uoluit Affli. decis. 177. & Imol. in d. c. finem litibus, nu. 13. extra de dolo & contum. & Io. Bapt. Boui. de statuta. uerb. præscript. gl. j. nu. 13.
5 Expensæ † autem in litem factæ an duplum rei in controuersiam deductæ excedere possint; uide Beringarium Paulachum in Lunica, nu. 240. & sequen. C. de senten. quæ pro eo quod inter. profer. ubi quod duplum non excedant, concludere uidetur, ut ibi latius per eum, ad quem me breuitatis causa refero.

1 *Expensarum compensatio quando fiat, & quomodo.*
2 *Expensarum compensatio an facienda sit, cum unus in prima, alius in secunda sententia obtinet.*
3 *Expensis neutrum condemnatum esse, intelligi debere, si in eadem causa uterque & uictor & uictus est, & Iudex simpliciter in sua sententia uictum uictori in expensis condemnet.*

CAP. V.

Quintò postquàm uidimus, quæ nam expensæ à uicto resarciantur; Quando inuicem compen
1 sentur, ponendum satis commodè uidetur; † Compensantur igitur, cum uterque & uictor & uictus est, ut not. Inno. in c. finem litibus. sub nu. 4. uersi. Item not. quòd si in sententia. extra de dolo & contum. & Specul. in tit. de expensis. §. fin. in fin. & Bartol. in auth. sed nouo iure. in fin. C. de indi. & Bald. in l. eos. §. cautione. num. 5. C. de appella. & in auth. generaliter. C. de episco. & cler. & Bald. Ang. & alij in l. properandum. §. sin autem alteruera. C. de iudi. & Alex. in consi. 212. nume. 5. uolum. 7. & Ias. in d. §. sin autẽ alterutra, Qui id uerum esse arbitratur; cum quilibet pariter & adamussim ex dimidia uictor & uictus extiterit; At secus si ex disparibus partibus, ut puta tertia, uel quarta parte; Quemadmodum declarat etiam Imol. in l. qui solidum in principio. ff. de lega. 2. Planè tunc compensatio solum pro rata uictoriæ facienda est, ut ibi declarat Imol. Quandoquidem, nisi hinc inde debitum sit; compensationem fieri nõ posse dicendum uidetur. l. 1. & 2. ff. de compensa. Præterea quòd expensæ inuicem compensandæ sint; tenet etiam Bertran. in consi. 20. nume. 1. uolum. 1. ubi de eo loqtur, qui plus re negat, & rursus re plus petit, argumento. c. penul. & fin. extra de adult. Vnde oritur illa uulgatissima regula, quòd paria delicta mutua compensatione tolluntur. Hanc eandem opinionem in æqualibus portionibus sequitur Lanfrãc. in tit. de expensis. num. 12. uersi. quæro ulterius. Iudex. dicit, ubi Celsi additio plures refert, & Ias. in §. in bonæfidei. in quinto membro, Insti. de actioni. vbi dummodo qualitas sit similis, expensarum compẽsationem, etiam si una pars plus alia impenderit, faciendam esse arbitratur. Accidit enim quotidie, ut una pars plus, quàm alia impẽdat; Verùm quia utra que pars iustam causam litigãdi habuit; huiusmodi qualitas, idest iusta litigandi causa expensarum compensationem inducit; Planè, ut inquit eodem in loco Iason, nisi qualitas illa æqualis esset; numquàm expẽsarum compensatio induci posse; Numquàm enim, aut rarissimè accidit, ut sumptus ab utraque parte in causa facti æquales sint; ut igitur illa æquali litigandi iusta causa, huiusmodi expensarum condemnatio inducatur, dicendum est; Præterea prædictam conclusionem sequitur Ioachi. Mynsig. in d. §. in bonæfidei. nu. 32. & 33. Vbi quare in iudicijs expensarũ compensatio introducta sit, latius declarat, & Alex. qui plura refert in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 25. ff. de uerbo. obligat. De hoc uide amplissimam additionem ad tertium notabile Mathesilani.

Illud præterea animaduertendũ est, quod inquit Gomes. super Regul. Cãcella. in Regul. de anna. pos-
2 ses. quæst. 1. nume. 7. Dum inquit † expensarum compensationem, etiam tunc, cum unus in prima, alius in secunda sententia obtinet, faciendam esse. Mouetur autẽ, quia ea sententia quodammodo suspicio calumniæ tolli uidetur; Id autem uerum arbitratur, nisi illa prima sententia ex eisdem actis reuocaretur; etenim tunc compensationem faciendam non esse existimat; sed si ex nouis productis reuocetur, quo casu calumniæ præsumptio cessat idẽ, quod Gomes. Angel. antea uoluisse uidetur in l. generaliter. §. sed iuramento. num. 7. C. de rebus cred. Dum inquit eũ qui in causa principali uicit; in causa appellationis succumbat; in expensis condemnandum non esse; sed inuicem ipsarum expensarum compensationem fieri; cum unusquisque iustam causam litigandi habuerit; Id quod prout etiam dixit Gomes. id tunc uera esse arbitratur; cum ex nouiter deductis sententia impugnat; secus si ex ueterib. ut latius ibi per eũ, & dximus supra in ampl. 6. dum de expensis causæ appellationis tractauimus; Præterea hoc idem uoluit Paulus Castren. in singul. primo, per text. in l. generaliter C. de iureiuran.

Limitatur tamẽ prædicta conclusio, quãdo actor in sententia definitiua obtinuerit; Reus uerò in sententia interlocutoria; Tunc enim hæ expensæ compensandæ non sunt, ut notat Angel. post Iacob. de Arena. in l. damni, la seconda. §. cum parietem. nume. 2. ff. de damn. infect.

3 Illud etiam non omiserim, † quòd si in eadem causa uterque & uictor & uictus sit, utputa quia quis in uno capitulo causæ succubuit, in alio uerò obtinuit; Tunc si iudex simpliciter in sua sententia aliter non declarando; Victum uictori in expensis condemnet, neutrum condemnatum intelligẽdum esse, ut inquit Bart. in l. si legatario. §. fin. ff. de fideicõmis. liber. & sequitur Imol. in l. Iudex postquam. colum. 2. uersic. sed hic insurgit dubium. ff. de re iudic. & Ludou. in l. 1. ff. eod. tit. & Bald. in c. 1. de plus petit. & Salic. in l. 1. quæst. ult. C. de plus petitio. & Mathesila. in nota. 3. ubi est amplissima additio, & Iason. in l. errore. nume. 6. uersi. quod autem esset C. de transactio.

1 *Expensarum taxatio quomodo à Iudice fiat.*
2 *Expensarum taxatio alteri à iudice committi potest.*

Iuramentum

3 *Iuramentum affectionis iudicis taxatio procedere & sequi potest.*
4 *Expensarum condemnatio an ualeat non praecedente taxatione.*

CAP. VI.

SExto loco succedere uidetur expensarum taxa-
1 tio, meritò, ut nihil omittatur, ad eã accedamus;
Sciendũ igitur est expensarum taxationẽ eo tñ ordi-
2 ne, de quo infra, ad Iudicem spectare. † Primò enim
Iudex expensas taxat. II. uictor eas fecisse iureiuran-
do asserit. III. delato huiusmodi iureiurando
eas Iudex sua sententia declarat, ut de his tribus
est text. in auth. post iusiurandum. C. de iudic. Vbi
idem tenet Bal. Ita enim prædicta forma obseruan-
da est; ut si prius uictor, quas expensas fecerit, iuret,
& deindè iudex eas taxet; nihil actum sit; ut expresse
inquit tex. in dicta Auth. post iusiurandum. & sequũ
tur Doctores ibi. Ratio autem est; quia si eo modo
fieret; iurantis periurium, quod fieri non debet, de-
tegretur, ut inquit Lanfran. in tracta. de expens. nu.
septimo. Præterea quòd Iudex ex suo arbitrio ex-
pẽsas taxare debeat, tradit Afflic. super trib. lib. feud.
ex quib. caus. feud. amitta. n. 160. fol. 4 & Io. à Grass.
in tract. de substan. procura. in uerbo taxari, nu. 5. in
fi. & Corne. in consi. 181. nu. 61. lib. 2. qui inquit, ta-
xationem ad ipsum iudicem pertinere, qui cõmuni
æxtimationi adherere debet; Alioqn indiscretus es-
set, & Carauit. super Rit. mag. curi. Rit. 298. n. 4. ubi
inquit in regno; ut taxatio à Iudice fiat, obseruari, &
ita ẽt in Gallia seruari refert Rebuff. in tract. de ex-
pens. art. 5. gl. uni. nu. 1. & 3. uol. 3. & sibi antiquius, p
ut olim in Regno ab actuario fieri consueuisse refe-
rat; Ratio autem, quare à Iudice potius, q̃ ab actua-
rio fieri debeat; ea (ut ipse existimat) esse potest;
quia expensarum taxatio iurisdictionis est; ut notãt
Doct. in l. imperium. ff. de iurisd. omni. iudi. quæ qui
dem iurisdictio apud actuarium non est; illud autẽ
3 animaduertendum est; † expensarum taxationem à
iudice alteri committi posse, ut uoluit Bald. in l. pro-
perandum. §. sin autem reus. C. de iudic. & Ioann. de
Amicis cum referens in consil. 55. numer. 12. Floren
tiæ autem expensæ à iudice, prout ex actis apparet
taxari solent; ita ut Iudex nudo quodammodo no-
mine interuenire uideatur. Nam actuarius, seu ca-
merarius Procõsulis artis iudicum & notariorum
expensas taxat.

Verùm ad rem nostram quatenus ad ius cõmune spectat, redeundo; Vidimus supra Iudicem prius expensas taxare debere; & deindè uictorem iurare, & ultimo loco Iudicem sententiam declaratoriam proferre. Hanc conclusionem ultra relatos tenet Ias. in d. auth. post iusiurandum, & Hiero. Grat. in consi. 72. num. 5. uol. 2. & Rober. Marant. in tracta. Specul. aurei & lumi. aduocat. in 2. parte 6. part. princ. actu 9. nume. 12. & Domi. à Sancto Geminiano post glo. in c. 1. §. adijcientes. nume. 3. de electio. in 6. & Abba. in c. fin. nume. 3. de his quæ ui met. ue causa. Vbi melius huius conclusionis rationem declarando. Id ideò factum esse inquit; quia cum illud ueritatis iuramentum sit; si deindè iudex minus taxaret; illum, qui iurasset; de periurio augeret; quod quidem fieri non debet d. auth post iusiurandum;
3 At secus est, † ut inquit Abba. in iuramento affe-
ctionis. Nam tunc iudicis taxatio præcedere & se-
qui potest. l. uideamus. §. iurare. ff. de in lit. iurand.
Hoc enim casu iurans de periurio non conuincitur;
sed de propensiori, quam erga rem suam habet, af-
fectione; ut notat gl. & sequitur Bart. in d. auth. post
iusiurandum. & in d. l. uideamus. Præterea, quod Iu-
dicis taxatio præcedere debeat, & subsequi iuramẽ-
tum, firmat Ias. plura adducens in d. l. properandũ.
§. sin autem alterutra. nu. 25. uersi. secundò nota ex
hoc tex. C. de iud. & Bal. in consi. 345. proponitur,
quòd quoddam debitum, nu. 2. uol. 2. & Soc. licet in
alijs terminis loquatur, in tit. de citat. Art. 34. nu. 30.
& Angel. in l. uideamus. §. deferre autem nu. 7. ff. de
in lit. iuran. & Did. qui plures alios refert, practi. q̃st.
ca. 27. nu. 6. uersi. octauò est omnino in hac re obser
uandum, col. fi. & Bart. Angel. & alij in §. oportet. p
illum text. unde sumpta est auth. post iusiurandum.
in Auth. de iudicib. & Abba. in c. cum uenisset. num.
7. extra de eo qui mitt. in possess. caus. rei seruan. &
idem Abbas in c. constitutis. nu. 8. post glo. penulti.
extra de procura. Vbi etiam quærit; Quid dicen-
dum sit, si Iudex condemnat non præcedente taxa-
4 tione, † an condemnatio ualeat, ut ibi per eum. &
Speculato. §. fin. numer. 1. de expens. & habetur in l.
terminato. nume. 13. C. de fruct. & lit. expens. Præ-
terea idem tradit Abba. in c. 1. num. 29. extra de se-
questra. possess. & fruct.. Vbi firmare uidetur; ut si
prius iuramentum præcedat; & deindè taxatio sub-
sequatur, & ultimo loco condemnatio, seu declara-
tio sententia substat.

1 *Expensarum taxationem, quam fecit, & iusiurandũ à uictore præstitum Iudex an reuocare possit.*
2 *Sententiam suam interlocutoriam iudex reuocare & tollere potest.*
3 *Iuramentũ præstitũ Iudex quando reuocare nõ possit.*
4 *Iudex lege mitior esse non debet.*
5 *§. Oportet Auth. de indic. & auth. post iusiurãdum. C. de indic. declarantur.*

CAP. VII.

1 SEptimò præterea quæritur † an Iudex, antequàm
condemnet, taxationem, quam fecit, & iusiuran-
dum à uictore præstitum reuocare possit. Et breui-
ter posse concludendum est, ut inquit Inno. in c. fin.
extra de his, quæ ui metu sua caus. ubi inquit, Iudicẽ
taxationem, quam fecit, reuocare posse; Propterea
quòd illa iudicis taxatio sentẽtia interlocutoria exi-
2 stimatur, de qua infra dicendum erit; Sed Iudex † sen
tẽtiã suã interlocutoriã reuocare & tollere potest.
l. quod iussit. ff. de re iud. & c. cum cessante, extra de
appella. meritò huiusmodi taxationem, & ex conse-
quenti iuramentum reuocate poterit; Verùm si for
tassè obijciatur, Innocen. conclusionem procedere
3 non posse, cum repugnet † tex. in §. oportet. in Auth.
4 de iud. & in auth. post iusiurandum. C. de iudi. † ubi
iuramentum præstitum reuocare non posse uide-
5 tur; † Cum Iudex lege mitior esse non debeat. Ad

hoc ipsemet Inno. respondet; ea iura tunc procedere, cum Iudex sua taxatione subsistente iuramentum uictoris reuocare uellet; At si ét suam taxationẽ reuocare uelit, id omnino facere posse. Rursus etiá si dicatur, prædictá decisionem pugnare cum tex. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. iterú respondet idẽ Inno. illam regulam, in iuramento volútario, qđ à parte parti defertur, locum habere; ex quo deinde in factú actio oritur; Túc enim iudex illud amplius reuocare non potest, Verùm cú nos de iuraméto necessitatis loquamur; quod in locú probationis succedit, ꝙ illud per regulam. l. proprietatis. C. de probatio. reuocare possit, mirandú nó est; ut inquit Ias. in l. si quádo. nu. 26. C. unde ui. subdens hanc Inno. opinionẽ sequi Io. And. in d. c. fi. ubi Aut. à Butrio in princ. col. pen. declarat, & Imo. in l. quod iussit, col. 3. ff. de re iud. & in l. ait prætor. §. 1. circa finẽ. ff. und. ui. Quá etiam simpliciter sequitur Alex. in l. qui bona. §. qui damni. col. pen. ff. de damno infect. & Ias. in loco supra relato. nu. 27. in fi. ubi ad hanc opinionem confirmádá plura similia affert. Verùm ultra prædictos hanc opinionẽ sequuntur Io. And. Anch. & Abb. in d. c. fi. extra quod met. caus. ut refert, & seqtur Nico. Boeri. in decis. 55. nu. 3. uer. Tamen si iudici antè cõdemnationem, uol. 1. & Ang. in d. l. terminato. nu. 2. uers. & dicit, in c. super eo. C. de fruct. & lit. expens. & Ias. in d. §. sin autem alterutra. nu. 26. uer. adde etiam quòd taxatio, post Bal. in l. eleganter. §. si quis post. col. pen. ff. de condit. indebi. & Hyppo. Mars. in prac. crimin. in §. superest. nume. 23. uer. scias quòd Iudex. col. fi. ubi alios refert; & rursus idem Ias. in l. 1. nu. 8. uersic. & circa istud. C. de iudic. & in l. quod iussit. numero 6. uersi. septimò amplia. ff. de re iudi. & Ioan. Petrus Ferrarius in sua pract. in titul. de form. libell. actio. real. in uerbo & expensis, num. 19. in fi. Iniquitas antem, qua iudex ad reuocandam suam taxationem, & iuramentum uictoris moueri potest, ex ipso processu colligitur, ut inquit Io. de Amicis in consil. 147. nume. 8. post Barto. in l. ab executore. in ulti. uerbis. ff. de appella.

1 *Expensarum taxationi an pars aduersa citanda sit.*
2 *Instantia alia, & distincta est in taxatione expensarum.*
3 *Appellari potest ab expensarum taxatione, si causa excessus in appellatione exprimatur.*
4 *Continuo, & quodãmodo statim, quando quid fieri dicatur.*

C A P. VIII.

1 OCtauò rursus quæritur, † an in huiusmodi taxatione pars aduersa citanda sit, & citádam nó esse, concludit Inno. in c. fin. extra qđ met. cau. & Bal. in l. 2. C. quomodo, & quád. iude. & in l. terminato. col. 2. nu. 8. C. de fruct. & lit. expẽs. & Ias. in l. neq. quá. §. ubi decretú. fal. 17. ff. de offi. proconsu. & legati. & facit, quod uoluit idem Inno. in c. 2. in fi. ibi, uel dic, ꝙ interlocutoria, extra de procura. & Bal. in l. sácimus, q. 10. C. de iud. & Tiraque. in tract. Res inter alios acta, limit. 17. subdés aliter in practica obseruari; & tradit Soc. in tract. de citatio. art. 7. nu. 34.

Circa hanc conclusionem Tiraquelli animaduertendú est. Ná licet Tiraquellus prædictos oés ad suá conclusioné, ꝙ pars aduersa citáda nó sit, comprobádá afferat, Attamẽ si accuratius res pertractetur, Inno. in d. c. fi. extra de eo quod met. caus. hac de re, ut mihi uidetur, nó loqtur. Nec etiá Bal. in d. l. 2. C. quomod. & qñ iud. licet in utroque loco diligenter perquirerim. Bal. aút in d. l. terminato, col. 2. nu. 8. uer. sed numqd ista taxatio. C. de fruct. & lit. expens. simpliciter, & absolutè non dicit, ꝙ in taxatione expensarú citationẽ partis non requiratur; Sed hac de re quærens inquit prima facie requiri dicendum apparere, cú taxatio mera executio sit, ut notatur in l. si cú exceptionem. §. hæc autem actio. ff. de eo qđ met. caus. & tenent Ang. & Imo. in l. Paulus. j. ff. de re iud. & Fránch. in c. sæpe. nu. 60. extra de appel. & Bertr. in cõs. 269. nu. 3. uol. 3. & Rota decis. 1. ut lit. pende. in nou. Præterea ultra Bal. q nihil allegat, dum inqt, expensarú taxationem merá executionem esse, & in mera executione reum citádum non esse, ut not. Inno. in c. ex rõne. extra de appella. Subdit, tñ, q̃dam esse, quæ licet ius tribuant, sine citatione fieri possunt, dummõ alterius ius nó tollát, ut not. in l. 3. §. si causa cognita. Vnde pro solutione subdit, ꝙ si eadem die, qua quis in expensis condemnatur ét taxatio fit, & tunc noua citatio necessaria non sit; ppea ꝙ illud, qđ incontinenti fit, inesse vr; At secus si ex interuallo altera, ut puta, die fiat; Vel subdit Bal. ꝙ cum huiusmodi declaratio actus iudiciarius sit, absens citádus, est uulgata regula. l. de uno quoque. ff. de re iud. & tunc ut hęc mera executio non sit, necessariò dicendum est; ppea ꝙ aliqd primę snię adijcitur. Vel dic subtilius, subdit Bal. Aut reus comparuit, aut fuit contumax; Primo casu noua citatione opus sit; cum prima expirauerit; secundo uerò casu; Aut ad aliquam horam uel aliquem, & determinatum diem citatus fuit, si ad horá, & noua citatio necessaria sit, si uerò ad diẽ, & tunc, quia cum suis accessorij citatus uidetᷣ, cum citatio plenè interpretanda sit. l. fin. C. de anna. exceptio. meritò noua citatione opus non erit. Cum igitur Bal. ita loquatur, ut simpliciter, & absolutè in taxatione expensarum citatio necessaria non sit dicere non uidetur, & Ias. in d. §. ubi decretum. limit. 17. simpliciter refert Inno. & Bal. in locis supra uidimus relatis. Præterea prædictis addendus est Boerius, dum in d. decis. 285. num. 6. uol. 2. primum membrum primę distinctionis sequi uidetur, ex quo inquit, in taxa-
2 tione expensarum ex eo, † quod alia, & distincta instátia sit, partis citationem requiri. Aliam enim instantiam ex eo esse apparet, quòd post tempus primæ instantiæ super facto principali statutæ sit. Quod quidem si eadẽ causa esset, nullo modo fieri posset. Quasi innuat Boerius, quòd si eadem die, quo sentétia super principali causa fertur, & ex cõsequenti durante causa principali, expensarum taxatio fiat, noua citatione opus nó sit, per ea, quę uoluit Castre. in consi. 12. Tota disputatio istius processus, col. 1. uersi. primò quia causa ista, uol. 1. & in cons. 16. si ponderent. in princ. eo. uol. Frácus uerò in d. c. sæpe. num. 61. extra de appella. ea quæ dicit Bald. in d. l. terminato. referens, simpliciter sequitur, Præterea, ut oés per curramus, Maráta in loco supra relato hác quæstioné

ponens

pones Bal. & Ias. refert, sed Bald. pro parte negatiua
simpliciter nō tenet, sed, vt vidimus, distinguit; cuius
distinctionem etiā Maranta in eo sequi vr̄, ꝙ qñ taxa
tio expensarum eodem die fit, qua condēnatio ema-
nauit, partis citatio necessaria non sit; At si alio die,
requiratur; & ideo ad rem nostrā inferendo, inquit
Maranta, cum hodie taxatio expensarum nunq̃ eo-
dem die fiat, sed iudex ipsam expensarum, vt supra la
tius diximus, taxationem sibi reseruet, pars semper
citanda erit. Comprobatur pterea id, inquit, Maran-
3 ta, † qa ab ipsa taxatione appellari potest, vt puta si
iudex taxando modum excesserit, vt inquit Bar. in l.
ab executore, col. fi. ff. de appel. prout est tex. in l. fin.
vbi tradit Bar. C. qñ prouo. non est necess. & Ias. in d.
l. properandū. §. sin autem alterutra, col. penul. C. de
& Philip. Franc. in d. c. sæpe, in d. quæst. 12. vbi opti-
mè declarat, causam excessus in appellatione necessa
riò exprimendam esse; Alioquin appellationem non
procedere; Item August. Beroius in c. 1. nu. 222. ex-
tra de iudi. post Domin. à S. Gemin. in loco per eum
adducto, citationem requiri arbitratur, quod etiam
voluit Guido Papæ in consi. 119. versi. ad secundum
dubium. Lanfran. autem in d. tract. de expens. nu. 6.
refert, & sequitur dicta Bal. in d. l. terminato, & idem
tenet Prosper Carauit. super rit. mag. cur. rit. 310. nu.
7. fol. 341. & Hippol. Marti. in l. patre vel marito, nu.
82. ff. de quæst. Ex his igitur omnibus distinctionem
Bal. in d. l. terminato, magis communem esse appa-
ret. Verùm aduersus hāc opinionem facere vr̄ id, qđ
refert Marcus Antoni Bardus in suo tract. de tempo.
4 vtil. & conti. c. 13. nu. 9. dum vult, vt illud † continuò,
& quasi statim fieri dicatur, si à principio fiat, aut fie
ri consueuerit, vt puta in sententia expensarum, quæ
simul cum sententia principalis negocij profertur;
At talis, ꝙ quò ad expensarum quantitatem incerta
est, cum iudex dicat, & in expensis condemnamus;
quarum taxationem nobis, seu in officio successori
reseruamus, vt tradit Barto. in d. l. ab executore. ff. de
appell. Taxatio. n. quando deinde fit, ad tempus sniæ
iam super negocio principali latæ, retrotrahitur. Vn
de p̄sumptiuè continuò post ipsam sniam, vel simul,
aut quasi cum ipsa snia fieri dr̄, & si quandoq; multo
tempore interiecto fiat, vt notatur in d. l. ab executo-
re, & in simili etiam notatur in l. si cum exceptione. §.
quatenus. ff. de eo, quod met. cau. & in l. item veniūt.
§. & cum pdiximus. ff. de peti. hæred. & Petr. de Anc.
in consi. 7. in quæstione agitata, nu. 4. Si igitur simul
cum ipsa sniā negocij principalis lata vr̄; ergò per ea,
quæ supra diximus ex doctrina Bald. citatio necessa-
ria non vr̄. Verùm quicquid sit, his non obstantibus,
ab illa distinctione Bald. recedendum non arbitror;
propterea ꝙ licet eodem tempore condemnatus in
expensis intelligatur; attamen actus ipse taxandi, qa
separatus sit, negari non potest, & ideo citatio neces-
saria vr̄. At in regno, vt inquit Carauit. sententia in
causa principali lata, & reo, vel actore in expēsis con-
demnato; damnatus vlterius ad ipsam taxationem
videndam non citatur; sed eo absente taxantur, &
post dies 10. executio fit, omni appellatione remo-
ta, vt inquit Iser. super constit. reg. li. 2. in tit. de capt.
redi. in glo. magna. in verbo, in quibus dux. fol. 135.
linea 50. col. 2.

1 *Expensarum taxatione an fideiussor de soluendo iudi-catum citari debeat.*
2 *Fideiussionis de soluendo iudicatum natura, vt fide-iussores etiam non citatos afficiat.*

CAP. IX.

1 NOnò adhuc quæritur, † an in taxatione expensarum fideiussor de soluendo iudicatum citari debeat; Bal. in consi. 46. nu. 3. li. 7. mouet huiusmodi dubitationem, & licet primo ingressu citandus, vt ipse inquit, videatur; Attamen in contrarium facere existimat, ꝙ iudicium cū principali agitatū eum secundariò non principaliter afficit; & ideo multo magis idem in apendicib. necessarijs dicendum est; Alioquin p vno plures qs aduersarios hr̄e cogeretur; id
2 qđ dicendum non vr̄. Accedat, † ꝙ ea huius fideiussionis natura est; ꝙ fideiussores etiam non citatos afficiat. l. fi. in fi. C. de vsur. rei iudi. & l. 1. iudi. solu. & l. cum filiusfamilias. §. In hac. ff. de verb. obl. & l. si filio, ff. sol. matr. subdit tñ cum citare cautius esse l. 3. C. si propter publ. ensit. & l. cum miles. §. 1. ff. ex quib. cau. maior. Hanc decisionem Bald. refert, & sequitur Aymon Crauet. in consi. 272. nu. 8.

1 *Expensarum taxatio à iudice post condemnationem expensarum facta an scripturam requirat.*

CAP. X.

1 DEcimò vltra pdicta q̃ritur, † an huiusmodi expensarum taxatio à iudice post condemnationem expensarum facta scripturā requirat. Bal. d. l. terminato. col. 3. nu. 12. C. de fruct. & lit. expen. non exigere existimauit, per tex. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testam. Ratio autem est, quia declaratio eam solēnitatem, quam snia, non requirit, & de hoc vide Roma. in consi. 45. super eo, qui hanc opinionē Bal. refert, & sequitur Alex. in l. patris, & filij, nu. 6. ff. de vulg. & pup. Præterea ꝙ expēsarū taxatio sine scriptis fieri possit, tenet Io. de Ami. in cōs. 55. nu. 12. & nō modicū facit ad hoc, licet in alijs terminis, & ad aliud ppositū loquat̃, illud, qđ tradit Lapus in alleg. 82. in cā mr̄imoniali, n. 7. in nouissima impressione.

1 *Expensas futuras an iudex taxare possit.*
2 *Expensas ad futuras an iudex condemnare possit.*

CAP. XI.

1 VNdecimò iterum quæritur, † an iudex futuras expensas taxare possit. Et breuiter non posse voluerunt Inno. in c. cum venissent. in prin. de eo qui mitt. in possess. caus. rei serua. & Spec. in tit. de expen. §. fi. col. 5. versi. item scias, ꝙ iudex; & Ang. in l. terminato, col. 1. C. de fruct. & lit. expens. & Lanfr. in tract. de expens. col. pen. in versic. attendite etiam, ꝙ iudex, & Nicol. Boerius, qui prædictos refert in consil. 27.
2 nume. 20. cum similibus † an verò ad expensas futuras iudex condemnare possit, vide quæ diximus supra ampliatione 19.

1 *Expensarum taxatio an pendente appellatione fieri possit.*
2 *Taxatio est quadam condemnationis praecedentis declaratio.*
3 *Excommunicationis sententia appellatione non suspenditur.*
4 *Expensas super sententia, à qua appellatur, iudex taxare potest.*
5 *Expensarum taxationem fieri non posse, donec causa per tres iudices finita fuerit; si à sententia, qua quis in expensis condemnatus fuerit, appellatum sit.*
6 *Expensas taxandas nõ esse, donec causa appellationis finita fuerit, ubi si succumbens in expensis condemnatus post appellationem moriatur.*

CAP. XII.

1 Duodecimò quaeritur, an † pendente appellatione expensarum taxatio fieri possit. Decius in c. pastoralis. §. uerũ. nu. 14. extra de appellatio. sumpta occasione ab illo tex. dum in eo dicitur, q̃ appellatione ab executione pẽdẽte denunciatio fieri põt, hãc quaestionẽ disputat; Vnde secundũ Doct. infert; expensarũ, in q̃bus quis cõdẽnatus fuerit, taxationẽ,
2 ẽt pẽdẽte appellatione fieri posse; cũ taxatio q̃dã cõdẽnationis p̃cedẽtis declaratio sit, ut noluit Lapus in d. allega. 82. & Rota. in tit. de re iudi. decisi. 16. no. q̃ licet, in antiquis, & si Antonius à Butrio ibi contrariũ ex eo, q̃ ex eo tex. ad taxationẽ expẽsarũ nõ benẽ arguat, p̃bare conet, loquit̃ nãque, ut ipse inq̃t,
3 ille tex. de † excommunicationis sentẽtia; q̃ appellatione nõ suspẽdit; & ideo si denũciatio fieri põt, mirũ nõ est; eadẽ igit̃ ratione in expẽsarũ condẽnatione; quę appellatione suspendit, contrariũ dicendũ videtur. Verũ, q̃cquid dicat Auto. à Butrio, Decius in loco supra relato Lapũ ab huiusmodi impugnatione tenet, Nã (ut ipse inquit) licet ille tex. de sentẽtia excõmunicationis loquat̃; duę tñ afferũtur rationes; quibus denũciationẽ pẽdẽte appellatione fieri posse ostẽditur. Prima quia excõmunicatio secũ trahit executionẽ, ut declarat Decius, & haec specialiter sententiã excõmunicationis respicit. Secunda, quia denunciatio nõ ligat; Sed, quę nihil non tribuit, declaratio est; Haec aũtẽ secunda ratio, tam in alijs, quã in sententia excõmunicationis procedere uidetur. Praeterea subdit. Lapũ illum tex. non allegare; sed simpliciter taxationẽ expensarum declarationem esse dicere. Verũ decisionẽ Lapi alia ratione impugnari posse arbitratur; Nã (ut ipse inquit) expensarũ taxatio simplex declaratio nõ uidet; cũ in tali taxatione pars, si modus excedatur, grauari possit; Quo fit, ut appellatio cõcedat̃; ut uoluit Bar. in l. ab executore. col. fi. ff. eo. & Inno. quẽ sequũtur alij, in c. sępe. extra de appella. & Bal. in l. sancimus. circa finẽ. C. de iud. & in l. terminato. col. 2. uers. nũc q̃ro. C. de fruct. & lit. expẽs. cũ similibus, & nos loco suo dicemus; & in tali executione citatio req̃rit, ut inq̃t Bal. in d. l. terminato. uers. Sed nũquid. & licet expensarũ taxatio executio dicatur, ut notatur in l. si cũ exceptionẽ. §. hoc autẽ. ubi Bar. & Bal. ff. eo quod met. caus. & Bal. in d. l. terminato. & in d. l. sancimus. Attñ pẽdente appellatione executio fieri nõ potest. l. 1. ff. nil noua. appella. pẽd. tex. autẽ. in d. §. uerũ. in simplici; q̃ nil noui tribuit, de nunciatione loquitur; Vnde dicendũ uidetur, ut pẽdente appellatione taxatio fieri nõ possit.

Praedictis tñ nõ obstãtibus; illã allegatione Lapi simpliciter refert, & sequit̃ Marãt. in d. suo tracta. de ordin. iud. in 2. actn prin. ultimae partis iudicij, num. 153. Quã ẽt seq. ur̃ Fely. in cons. 13. scilicet, q̃ pendẽte appellatione expẽsarũ taxatio fieri possit. primò p ea, q̃ uoluit Rota in decis. 3. in antiq̃s; ubi ipse in-
4 quit, habetur; † Iudicẽ expensas sup sententia; à qua appellatur, taxare posse, & facit gl. magna in c. si à Iudice. extra de appella. Nã cõtra ius facere nõ uidetur qui actũ nõ cõtrarium appellationi, licet sit suspẽsa; gerit. Itẽ, ut inquit Felyn. ibidem, facit decis. Rotae 100. in nouis, & illud, quod uoluit Inno. in c. pastoralis. in princ. col. 3. extra de offic. delega. dũ inquit, quòd actus non contrarius appellationi coram iudice à quo intentari potest.

Verùm, si rectè intueamur, contraria opinio probabilior uidetur; tũ ex ijs, quae supra ex Decio retulimus; tum etiam ex ijs, quae uoluit Rota in decis. 46. in tit. de sent. & re iudi. in antiq. secũdùm nouas impressiones; ubi expressè uoluerunt, quòd si sentẽtia, in qua pars in expẽsis condẽnetur, feratur, fueritque
5 appellatum; † expẽsas nũquam; donec causa per tres iudices finita fuerit, taxandas esse; & quod plus est, si fiat taxatio à Iudice ad quem, per uiam attentati reuocandã esse, & licet gl. nil allegat, magna tamen uidetur eius authoritas. Facit etiã pro hac opinione
6 illud, quod uoluit Bella. in decis. 382. ubi uoluit, † ut si succumbens in expẽsis condemnatus, post appellationẽ à suo procuratore interpositam moriatur, & detur subrogatus, qui uenit ad causam, expẽsas, donec causa appellationis finita fuerit; taxandas nõ esse, quia sententia semel appellatione suspensa fuit.

1 *Expensas taxare an possit alter iudex, quotiescunque duo sunt Iudices unius tribunalis, & alter condemnauit.*

CAP. XIII.

Decimotertiò rursus quaeritur, si duo eiusdem, ut aiunt, tribunalia iudices sint, quorum unus
1 in expensis condemnauerit, † an alter expensas taxare possit. Angel. in l. ab executore. nu. 5. ff. de appella. hãc quaestionem ponit, & alterum expẽsas taxare nõ posse, arbitratur, nisi aliquod illius, q̃ cõdẽnauit, impedimentũ adsit; Nã tunc ille in locũ impediti succedit. l. 1. ff. de offi. proconsul. & ita intelligi gl. ubi in uer. itẽ an quibus; dũ ipsa inquit, sententiã paris inter pretari nõ posse; Nã illud uerũ est, & procedit, & ita intelligit; cũ tribunalia distincta sunt. Ideo autẽ subdit Angel. huiusmodi interpretationẽ permitti, ut scilicet p aliũ quandoque fieri possit; Quia nõ ita in nuda uolũtate cõsistit; quin ex uerosimilib. cõiectu ris, quid iudex senserit, apparere possit, ut ex gl. seq. inquit ibi Angel. apparet, Id quod eo magis ex eo dicẽdũ est, quod sententia ambigua semper ex actis declaranda est. l. 2. & 3. C. de sentent. quae sine cert. quanti. & l. si hoc. ff. de suspe. tuto. Alioquin cum nostrae

stræ intentionis arcana nobis tantum, & Deo Optimo maximo pateat; ea nemo alius interpretari, aut manifestare potest l. inter stipulantem. §. 1. ubi Ang. ff. de uerbo. obligatio.

1 *Expensa an a successore illius iudicis, qui condẽnauit taxari posfint.*
2 *Expensarum taxationem si sibi delegatus reseruet, an ipse postea, uel eius ordinarius taxare, posit, et quid mortuo delegato.*
3 *Expensarum condemnatio uaius articuli in fine causa reseruari potest.*

C A P. XIIII.

1 DEcimoquartò quæritur† an expensæ a successore illius iudicis, qui cõdẽnauit taxari possint. Et Bal. in d. c. finẽ litibus. nu. 10. extra de dolo, & cõtumacia, posse arbitratur. Ratio aũt est, qa una & eadẽ iurisdictio est; & in taxatione expẽsarũ industria psonæ nõ requiritur: Nã nt inqt ibi Bal. ẽt tabelliones eas taxare satis sciũt; Id qđ uoluit ẽt Corn. in l. fi. C. de fruct. & lit. expẽs. ubi inquit, qñ iudex taxationẽ suo successori reseruat, eum taxare posse, argumẽto l. pponebaẽ. ff. de iudi. & in l. inter stipulãtẽ §. Stichũ. ff. de uerb. oblig. & ita cõiter cõsuetudinem obseruare inqt; Subdit tñ eodẽ in loco Corn. id de successore eiusdẽ tribunalis, iurisdictionisque intelligẽdũ esse. Alioquin taxare non posset; ex quo iudex causę eẽ nõ intelligitur; & ex consequẽti reseruatione cõprehẽsus nõ est; ut habetur in l. cũ apud. ff. iud. sol. Immo, quod plus est, si iudex sibi nomine proprio expensarũ taxationẽ reseruaret; nõ ipse, si re uocetur fortasse; sed eius successor taxare debet, ut inqt Abb. in c. nouit. nu. 7. extra de offi. deleg. & in c. 1. nu. 8. extra qđ met caus. & tradit Io. Petrus Ferra. in sua pract. in tit. de form. li. actio. reali in uerb. expẽ

2 sis nu. 16. † An aũt si delegatus reseruet sibi taxationẽ expẽsarũ; ipse postea, uel eius ordinarius taxare possit; uide Ferrariũ in loco supra adducto nu. 17. & qđ mortuo delegato, tradit Ang. in d. l. terminato.

3 nu. 4. Potest† ẽt condemnatio expẽsarũ unius articuli in finẽ causæ reseruari, ut inqt Abb. in c. sæpe contingit. nu. 25. & 26. extra de appellat.

1 *Expensas an executor, quæ coram eo factæ sunt taxare, posit, an uerò ad eum, qui illi executionem cõmisit, remittere teneatur.*

C A P. XV.

1 DEcimoquintò quęritur, an executor† expẽsas, quæ corã eo factæ sunt, taxare posit; An uero ad eũ, qui ei executionẽ cõmisit, remittere teneaẽ. Breuiter hac in re ad eũ, q executionẽ cõmisit, remittẽdã esse tenet Pet. Rebuff. in cõmento sup cõstitu. regi. in tract. de execut. senten. ar. 7. glo. 9. nu. 16. ubi inqt, ita in eo Senatu decisum fuisse, & rursus idẽ Rebuff. in dicto cõmento in tract. de sentẽ. prouisional. art. 3. glo. 2. nu. 20. Rõ aũt est; qa facta executione officio suo functus est; & ideo ulterius ad expẽsarũ taxationẽ procedere non potest. l. iudex. ff. de re iudi.

1 *Expensarũ taxatio an in causa attẽtatorum, ante sententiam in causa principali ferendam fieri posit.*
2 *Attentatorũ sentẽtia antè omnia, ẽt antequã de principali cognoscatur, executioni demandanda est.*

C A P. XVI.

1 DEcimosextò quæritur† an in causa attẽtatorũ ante sñiam in principali cã ferendã taxatio expẽsarũ fieri possit. Et rñdendũ est posse; Quinimmo pro sñia sup attẽtatis lata tm̃ taxabitur, quãtũ pro sñia in causa principali lata; Quia nim definitiuę habet, ut in cõst. Io. XXII. & ita tenet Rot. in decis. 5. de dolo, & cõtu. in nou. Huius aũt cõclusionis rõnẽ

2 esse ait; Quia talis sñia antẽ oĩa, ẽt antequã de principali cognoscaẽ, executioni demãdanda est, c. bonæ. extra de appel. & c. cũ teneamur. eo. tit. & c. dilecte. ubi tradit Innocen. extra de maior. & obedien. & ex cõsequẽti de expensis satisfaciendũ est. Hanc eandẽ cõclusionẽ sequitur Rota decis. 37. de sentẽ. & re iudi. in antiquis, †m nouiss. impres. & idẽ tenet Mãfre. in tract. de attenta. lib. 2. conclusio. 90. & lib. 1. par. 7. nu. 71. & parte. 8. nu. 21. cum similibus.

1 *Expensarum taxatio sententia definitiua, an interlocutoria sit.*
2 *Sententia super missione in possessionẽ ex primo decreto interlocutoria est.*

C A P. XVII.

1 DEcimoseptimò quæritur, † an taxatio expensarũ sñia definitiua, uel interlocutoria sit. Et q̃ sit sñia interlocutoria, tenet glo. magna in l. qđ iussit ubi tradũt Doctores post eã & præsertim Ias. nu. 6. ff. de re iud. & Io. Pet. Ferra. in sua pract. in tit. de for. libel. actio. real. in uer. & expẽsis præsentis causæ, nu. 18. i fi. uer. & sit rõ: qa talis taxatio, & idẽ tenet Guido Papæ in consi. 76. col. 2. nu. 1. uer. & q̃ taxatio ex-

2 pensarũ. Mouetur aũt ultra prædicta ex eo, q̃ † sñia sup missione in possessionẽ ex primò decreto; licet ius tribuat, interlocutoria est; & rõ est: qa principale negociũ non definit. l. 2. ff. de appella. recipien. & l. si finita. §. Iulianus. & §. si forte. ff. de dam. infect. & idẽ ut ipse ait, tenet Odofr. in auth. qua in prouincia. C. ubi de crim. agi opor. & idẽ tenet Carauit. super rit. mag. curi. Ritu 298. nu. 22. & si ipse uim definitiuę habere dicat; cũ talis sñia expensarũ taxationis nullam aliã ab eodem iudice proferendã deinde expectet; per ea quæ latẽ tradit Roma. in consi. 318. ubi uideas. Preterea hac de re tradit Ange. in l. 1. §. Socius. nu. 6. ff. de usur. qui ita distinguebat; Aut in sñia causæ principalis definitiua, expensarum condemnatio inferitur; & tunc definitiua erit. Aut uerò seor sim à principali fertur, & interlocutoria sit; & idem quoq; de usuris & similibus dicendum arbitratur; Item & qñ anteà lata est, interlocutoria dicatur; uo luit Guid. Papæ in consi. 154. colu. 3. uersi. Nec obstat ad pręmissa, uel alios refert.

1 *Expensarum taxatio minus legitimè facta an rursus legitimè fieri debeat.*

CAP. XVIII.

1 DEcimooctauò quæritur,† an sit taxatio expẽsarũ minus legitimè facta sit; rursus legitimè fieri debeat. Et fieri debere, uoluit Bal. in c. cũ uenissent, per illũ tex. num. 6. extra de eo q̃ mit. in possess. caus. rei serua. & facit uulgarissima regula, qua dicimus; nõ facere, & minus legitimè facere, paria esse, de qua in l. quoties. ubi oẽs tradunt, & presertim Ias. ff. qui satisda. cogan. & l. nulla. ff. de authori. tuto. & in l. quamuis. §. si conuenerit. ubi not. Bar. ff. ad uelle. & in l. non putauit. §. non quæ uis. ff. de bono. posses. contr. tabul. cum similibus.

1 *Expensarũ taxatio facta in principali causa his uerbis, Te in expensis, quas cras, uel alia die taxabo, cõdemno, an ualeat.*

CAP. XIX.

1 DEcimononò q̃ritur,† si Iudex in principali cã cõdemnauerit, his uerbis; Te in expẽsis, quas cras, uel alia die taxabo, cõdẽno; An talis cõdẽnatio ualeat. Bal. in l. asse toto. ff. de hære. instit. ualere arbitrat, ꝓpterea ꝙ taxatio ea die, qua cõdẽnauit, facta uĩ, argu. d. l. & hoc uoluerunt glo. & Cynus in l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.

1 *Expensarum taxationis ab omissione an appellari possit.*
2 *Expensarum condemnationem si iudex negligentia omiserit, an de suo expensas soluere teneatur.*
3 *Expensæ, quæ iure actionis, & quæ officio iudicis debeantur.*

CAP. XX.

1 VIgesimò ad alia trãseundo quæritur,† an ab omissa expensarũ cõdẽnatione appellari possit. Doctores pro huius quæstionis resolutione, ita distinguũt. Aut quęrimus de expẽsis; quę iudicis mercenario officio petuntur; Aut uerò de ijs, quæ iure actionis debentur.

Redeundo ad primũ casum: cũ expẽsę iudicis officio mercenario debent; & tũc iterũ distinguũt. Aut enim, inquiũt ipsi, Iudex expensarũ cõdemnationẽ, nihil in sentẽtia de absolutione, aut cõdẽnatione dicens, omisit. Aut expresse absoluit.

Iterũ redeũdo ad primũ mẽbrũ: si iudex nihil dicẽdo, prorsus omisit, & tũc rursus distinguẽdũ est; Nã aut uictus in totũ appellauit; aut in partib. cõtra se facientibus; Aut nullo modo appellauit.

Primo casu, scilicet qñ in totũ appellauit, & tunc uictori quò ad expẽsas appellare non licet. l. fi. C. qñ prouoc. non est necess. & Fel. in c. significauerũt. nu. 1. extra de exceptio. & Didac. Couarru. pract. quęst. c. 27. uer. sed & si quis expẽsarũ. & Hyppo. Marsi. in pract. crim. §. superest. nu. 21. ubi refert, & Lanfran. in c. qñ contra falsam. in tract. de expẽs. nu. 15. & Ias. in d. l. properãdũ. §. sin aũt alterutra. nu. 26. C. de iud. Subdẽs ex mẽte Bal. in c. fraternitatis. col. 4. extra de testib. ꝙ licet hoc casu appellare non liceat;

2 † Attamẽ negligentẽ iudicẽ, qui omisit, ob id q̃n de suo expẽsas soluat, nõ excusari. Id qđ nota dignũ reputat idẽ Bal. per tex. in d. §. sin aũt alterutra. & idẽ uoluit Io. de Amicis in consi. 84. num. 11.

Aut uerò in partibus contra se facientibus, & ex cõsequẽti in eo, quod sibi præiudicat, non in alijs appellauit; & tũc uictor ab omissa cõdemnatione expensarum appellare poterit, ut inquit Abb. & sequitur Fel. in d. c. significauerũt, col. 2. limit. 2. ubi Fely. plures refert, extra de except. & idem Abb in c. cum Ioãnes. col. fi. extra de fide instrument. & tradit etiã Didacus in loco supra relato.

Aut uictus nõ appellauit, & tunc uictori ab omissa expẽsarũ cõdẽnatione appellare licet; ut per tex. in d. l. fin. C. qñ prouoca. nõ est necesse, uoluerũt Anto. à Butr. Abba. & Felin. in 3. limit. & oẽs in d. c. significauerũt. & Ias. in l. Paulus. la prima, circa fin. ubi aliquã subdit. ff. de re ind. & Didacus in loco supra relato, & Hyppo. Marsi. in pract. crim. §. superest. num. 21. ubi multos alios refert, & Ioan. de Amic. in cons. 84. nu. 11. & Lanfran. in d. c. quoniã cõtra falsam. in tit. de expẽs. nu. 15. & hæc quò ad primũ mẽbrum.

Quò uerò ad 2m mẽbrũ. Aut Iudex expresse absoluit, & tũc uictori ab huiusmodi expẽsarũ absolutione, aduersario etiã simpliciter appellante, prouocare licet. Nec in hoc casu dicta l. fin. locũ habet, ꝑut cõtra Abb. ibi probare conãtur Ant. a Butr. Imo. & Fel. col. 6. limit. prima, in d. c. significauerũt authoritate illius tex. iuncta interpretatione glo. 2. & rursus idem uoluit Imo. in c. ult. col. fi. extra de exceptio & refert & seq̃tur Didac. in loco supra sępe relato.

Secundo uerò casu principali quando expensę iure actionis, non officio iudicis debentur, & tunc appellatione opus nõ est; Quandoquidẽ uictor has expensas, tunc ẽt lata sententia, quæ in rem iudicatã trãsiuit, licet cõdemnatio expensarũ omissa sit, petere poterit. ut est tex. in l. 4. C. de posit. & notãt Imo. & Roma. in l. fi. tertius. §. Celsus. ff. de acqua pluuia arcen. & sentit glo. magna in d. c. finem litibus, extra de dolo & contuma. Exemplum in illis expensis afferi potest, quę ex contractu debentur, & uerè conuentionales sunt.

Idem erit ẽt, ut quidam opinantur, in expensis, quę contumaciæ causa debentur. Quandoquidem

3 † expensæ uictoriæ causa, siue antè, siue post litis cõtestationẽ fiant; officio iudicis debentur; quę uerò cõtumaciæ causa fiũt; si antè litis contestationẽ fiant, iure actionis debentur; quæ uerò postea officio iudicis, prout est communis opinio in d. c. finem litibus. extra de dolo & contum. & tradit Ripa in l. j. §. hoc autem iudicium. ff. si quis ius dicent. non obtẽpera. & ita glo. magna in d. c. finem litibus; quæ expẽsas antè litis cõtestationẽ factas iure actionis deberi asseuerat, intelligenda est.

Verùm an in expensis contumacię causa condemnato appellare liceat, tradit Salicet. in l. Sancimus. quæstio. 12. C. de iudicio. Vbi inquit, nonnullos, cum uerè est contumax, ut appellare non possit, uoluisse;

luisse;alioquin posse.p ea,q̃ hñr in d.l.properandũ.§.
sin aũt reus.C.de iudi.& in l.1.C.quor.appe. Verùm
p̃dictis non obstantib.inquit,Petrum & Cynum vo-
luisse,ut si cõdẽnatio eo adhuc cõtumace fiat,appel-
lare nõ posit,vt in §.p̃allegato, si verò eo reuerso, &
p̃sente,posit. Verùm huic declarationi addit Salic.si
fiat taxatio eo reuerso & p̃sente satis esse,& si condẽ-
natio eo contumace fiat. Tunc.n.vt posit appellare,
Sal.arbitratur,vt latius ibi per eũ , ad quẽ me refero.

Non est ẽt omittendũ,Rom.in sing.85.voluisse, à
sñia expensarũ condẽnatoria, magno interuallo post
sñiam interlocutoriã lata, p̃p quã expẽsæ illæ petun
tur,appellari nõ posse,vt voluit Inno.in c.sæpe,extra
de appel.vbi eũ sequuntur Bal.Abb.& alij recentio-
res.Id tñ limitat ibidẽ ipse Innoc. nisi iusta litigandi
causa subesset.& sequitur Abb.ibi,& Philip.de Pe.q.
9.in prin.versi.nonò q̃ritur ad dictum Inno.& Anc.
in c.certũ.post prin.11.q.4.& Ant. à Butr. in c.1. de
sequest.poss.& fruct.& Fel.in d.c.significauerũt.col.
6.versi.cæterũ,& Abb.extra de exceptio.& Marsi. in
l.vnica,col.24.versi.item non appellatur. C.de rapt.
vir.& in l.patre vel marito.sub nu.69. ff. de quæst. &
Dec.qui plures refert,in d.c.sæpe in fi.

1 *Expensarum à taxatione an appellare liceat.*
2 *Expensarum ab excessu appellatur.*
3 *Appellatio ab excessu certam quantitatem seu summam excessus continere debet.*
4 *Appellatio ab excessu expensarum incerta non valet.*

CAP. XXI.

1 VIgesimoprimò quæritur, † an à taxatione ex-
pensarum appellare liceat. Et breuiter: quia
est executio primæ sententiæ, non licere responden-
dũ est; Verùm si in ipsa taxatione index taxans modũ
2 excesserit † ab eo excessu appellatio cõceditur in l.ab
executione.vbi oẽs not.C.quor.appel.non recipiun.
vbi Ang.nu.4.inquit, appellantẽ animaduertere de-
bere,ne ab executione;sed ab excessu appellet; Verũ
Ias.in d.l.properandũ.§.sin aũt alterutra, sub nu. 25.
versi.sed numquid à taxatione expensarum. C. de iu-
dic.indistinctè,q̃ à taxatione expensarũ appellare li
ceat;tenere videtur.per tex.in l.fi.vbi Bar.in 2.not.&
alij sequuntur.C.q̃n prouoc.non est necess. illũ text.
vt ibi per Bart.inducentes, & idem, vt inquit Ias. vo-
luit Sal.in d.§.sin autẽ alterutra,circa fi.q.pen. & rur
sus Bar.in l.ab executore.in prin. col.fi. ff.de appel.&
Bal.in l.3.C.de fruct.& lit.expens.& notat Imol. in l.
cũ in v.2.in prin.ff.de appell. & idẽ sequi vr̃ Ioan. de
Amic.in consi.147.nu.7. Bar.allegans in d. l. ab exe-
cutore.Sed Bar.ibi de iniqua expensarũ taxatione lo-
quitur,& ex consequenti velle vr̃,vt non ab ipsa taxa
tione,sed ab eius excessu appellatio p̃mittatur;prout
ẽt oẽs supra relati intelligere vñr;& voluit Bal.in cõ-
si.119.nu.6.versi.nisi p̃p excessum,vol.2. Præterea
ita intelligendo,vt.s. a nimia taxatione appellare li-
ceat:firmauit Prosper Carauit.sup rit. mag.cur. ritu
298.nu.22.p ea, q̃ voluit Inno.in c. fi. nu.4. extra de
his,q̃ vi met.ve caus.& in c.sæpe.nu.3.extra de appel.
& Bar.in l.ab executore,nu.13.versic. Sed iusta.ff.de
appel.& Bal.in l.2.q.15.nu.21. C. de episc.audie;&
in l.3.nu.8.de fruct.& lit.expens.& Hippol. Marsi.in
l.patre vel marito,nu.93.ff.de quæst.& Rom. in cõs.
357.in fi.versi.illud autem certũ est,ab excessu,& Ro
bert.Maran. in tract. suo de Speculo aureo. & lumi.
aduoca.in 3.actu vltimæ part.6.pat. princ.nu.19.in
fi.vbi post alios refert Philip.Frãcũ in d.c.sæpe.q.12.
3 de appel.vbi inquit † appellantẽ in ipsa appellatione
certã quantitatẽ, seu summã excessus grauaminis cã
4 exprimere debere; Alioquin † appellationẽ a taxatio
ne expensarũ, tanq̃ incertã non valere , p ea q̃ voluit
Bal.in d.l.terminato.in prin.col.vlt.& facit clem.ap-
pellanti.de appella. in verbo nominatim. Nec obst.
subdit Franc. q̃ expensarum taxatio sit q̃dam execu-
tio,vt notatur in l.ab exceptione. §. hæc aũt actio. ff.
eo quod met.cau.& diximus supra. Quia ẽt ab execu
tore ob ipsum excessum appellatur. c.nouit. extra de
appel.& ita inquit tenere Bal.in d.l.sancimus, in fin.
C.de iudi. Vnde ex p̃dictis apparet , licet p̃dicti Do-
ctores aliquãdo in verbis discrepent;in eo tñ oẽs; q̃d
ob ipsum excessum appellatio concedatur ; non aũt
quia taxari non debuerit,conuenire.

1 *Expensarum modum in taxando si delegatus à principe excedat,quomodo agendum sit.*

CAP. XXII.

1 VIgesimosecundò quæritur, † quid si delegatus à principe modum expensarum excedat,qũo agendum sit, & Amanellus de clar. aquis in sing. 73. inquit , prouinciæ præsidem eum ne modũ excedat, compellere posse,per text.in §.volumus. in authẽ. vt iudic.sine quoquo suffr.

1 *Expensæ quomodo petantur.*
2 *Expensæ vi sententiæ, à qua fuit appellatum, peti non possunt.*

CAP. XXIII.

1 VIgesimotertiò quæritur † expensæ qũo petant. Et breuiter respondendũ est, distinguendo. Aut.n.promissæ nõ sunt , & officio iudicis petuntur; Aut sunt promissæ,& tũc iure actionis , prout uoluit Alber.a Rosate in d.l.properandũ.§.sin autem alterutra,nu.27.C.de iudi.& glo.quã sequitur Io.de Pla. in l.vnica.C.de sumpt. recuper.lib.10.& Riminal.in consi.308.nu.6.vol.2.& Iacob.de Aren.in tracta. de expensis,in fi.& Abba.ita inquit cõiter teneri, in d.c. finẽ litib.nu.33.versi.circa vltimũ membrum , extra de dolo & contum.& Sal.in l.qui crimen.nu.10 C.q accus.non poss.& Imol.in c.auditis, num.6. extra de procur.& Iacob.de Nig.in l.si insulã, num.73 .ff. de verb.obl.& August.Beroius in rub.extra de appella. nu.97.circa medium. Verùm quid si ex dispositione statutorũ debeãtur,& hac de re tradit Dec. in l.si soror.nu.2.C.de collãt.vbi latius, q̃n actione ex eo statuto agatur,tradit,ad quẽ me refero.

2 Illud aũt omittendũ non est , expensas † vi sñiæ, a qua fuit appellatũ, peti nõ posse; vt voluit Griffolus Politianus eximius V.I. C. ac sua ętate facile princeps in consi.1.nu.3.ordine, quo nuper ædita sunt.

Expensæ

1 *Expensæ antè litem contestatam factæ quo iure debeantur & petantur.*

2 *Officium iudicis lite contestata incipit.*

3 *Clausula item peto expensas factas & faciendas, in libello quid operetur.*

4 *Expensæ, quæ antè litem contestatam factæ debētur, summariè expediuntur.*

3 *Iudex in ijs, quæ causam consequuntur, ex officio iudicat.*

6 *Officium iudicis antè litem contestatam citationibus interrogationibus & alijs huiusmodi deseruit.*

7 *§ Item sciendum. l. ædiles. ff. de ædilic. edict. declaratur.*

CAP. XXIIII.

1 VIgesimoquartò quæritur,† an prædicta in ex-
pensis antè litem contestatam factis locũ sibi
uendicent, diximus enim supra ampliatione 53. an
debeantur, hic quæritur qua actione. Et hac de re
maxima est inter doctores controuersia. Plures nãq;
noluerunt, ut ad iudicis officium nõ pertineāt, pro-
2 pterea quòd,† ipsum lite cõtestata incipit. l. ædiles.
§. itē sciendũ, Litē serui. §. 1. ff. de ædili. edic. & uoluit
gl. in l. 1. §. hoc iudicium. in gl. magna. ff. siquis ius di
cent. nõ obtēpera. & Ioan. de Plate. in l. unica. uersi.
quod autē supradictũ est. C. de sũpr. recupe. lib. 10.
ubi tãquã interesse peti ait, p tex. in c. peruenit. & c.
cõstitutus. ff. de fideiuss. & idē tenere uidetur Iacob.
de Aren. in tract. de expens. in fi. & si Docto. dicant,
Iacob. ipsum de Arena contrariũ tenere in l. sanci-
mus. C. de iudi. est tamē animaduertendum, quia nõ
est Iacob. de Aren. sed Iaco. de Raue. ut inquit Cyn.
in d. l. sancimus. præterea idem uoluit Abba. in d. ca.
finem litibus. nu. 32. uersi. pro expēsis uerò, extra de
dolo & contum. ubi residet eum hac opinione, &
inquit esse ex intentione Barto. in l. 4. §. condemna-
tum. in fin. ff. de re iudic. ubi dat consilium, ut liti-
gatores in libello aduersarium in expensis condem-
nari petant.

Verùm contrariam opinionem, quòd immo offi-
cio iudicis peti possint, tenet glo. in d. l. terminato.
in uerbo præstetur. C. de fruct. & lit. expens. & Gui-
do de Suza. quem refert & sequitur Albert. in d. l.
properandum. §. sin autem alterutra. nu. 27. & ita in-
quit in iudicio seruari uidisse, & si cauti aduocati in
3 libello, ut ait, adijciant,† Item peto expensas factas
& faciendas, & ita Florētiæ, seruatur, ut notatur se-
cundum eum in Specula. in tit. de expens. §. 1. uers. &
nota. & in l. quarta. C. deposi. & plenè notat Innocē.
in c. grauis. extra de restit. spolia. & Cyn. in l. qui cri-
men. C. qui accus. non poss. & idem post longam di-
sputationem tenet Ioan. Petr. Ferrar. in sua practi.
Papien. in forma. libell. actio. real. in uerbo expen-
sis, nume. 4. ubi ex intentione aliorum, quomodo
glo. contrariæ sustineantur, declarat; & tandem con
silium dat, ut officium iudicis imploretur. Idem ut
supra diximus, tenet Iacob. de Raue. quem sequitur
Cynus in d. l. sancimus. num. 10. quæst. 9. C. de iudic.
& Bar. in l. edita. in fi. nu. 32. & post eum Iason. nu.
38. C. de eden. & Specula. in tit. de expens. §. si antè.
in prin. & uersi. ex his. per tex. in c. cum dilecti, in fin.
de dolo & contuma. & in c. auditis. iuncta gl. in uers.
facies, circa medium extra de procura. cũ similibus,
per d. l. sancimus; ubi expensas tam antè litē contesta
tã, quàm post ratione cõtumaciæ ita deberi dicitur;
ut non prius iudiciorũ additus contumaci pãdatur;
quàm restitutæ fuerint.

Hanc conclusionem Doctores tribus potissimũ
rationibus confirmant; Prima est; quia quæ summa
riè expediuntur; Iudicis officio expediri debent. l.
4 nequicquam. §. de plano. ff. de offic. præsid. †Sed ex
pensæ, quæ antè litem contestatã factæ debētur, sum
mariè expediuntur; Quia de eis partis iureiuran-
do statur. d. l. sancimus; ergo iudicis officio expedi-
ri debent. Secunda ratio est. Quia si iure actionis
deberentur; Vbicunq; quis expensas antè litem con
testatam factas consequi uellet, ut super illis libel-
lum daret, & litem contestaret, opus esset, ut habe-
tur in auth. offeratur. C. de lit. contesta. Vnde lites
ex litibus orirentur, contra ea, q̃ habētur in d. l. ter-
minato. C. de fruct. & lit. expēs. Tertia; q. a si alioquin
dicamus, illud cõsequetur; ꝙ cũ actio ēt finita linea
locũ habeat l. centum Capuæ. ff. de eo quod cert. lo-
co; etiam post sententiam peti possent d. l. terminà-
to. Prospetus Carauita super Rit. Magnæ curiæ, Rit.
197. nu. 11. & sequen. hanc quæstionem tractat, &
eam latè disputando utriusq; opinionis authores re
fert & tandem hanc secundam amplectitur, quã ex
eo comprobat,† quòd Iudex in ijs, quæ causam con
5 sequuntur, ex officio pronunciat; argumento. l. Pau-
lus. ff. de re iud. & l. eum qui emit. §. item si iumenta.
ff. de furt. & in c. prudentiam. in fin. ff. de offic. deleg.
Secundò comprobat; quia clarum est, officium Iudi
cis, etiam antè litem contestatam citationibus, inter
rogationibusq; & alijs huiusmodi deseruire, ut latè
tradit Specula. in tit. de offic. delega. §. deseruit; ergo
eodem modo expensis deseruire debet. c. 2. extra de
offic. iudic. Tertio, quia nulli dubium est, Iudicem
citatum antè litem contestatam non comparentem
ex suo officio punire posse. l. 2. §. 1. ff. siquis in ius uo
cat. non ierit. & l. prima. §. primo. ff. siquis ius dicent.
non obtempe. ergo eadem ratione contumacem ex
pensis punire poterit. l. sancimus; Neq; obstat, ut in-
quit Carauit.† tex. in §. item sciendum. in quo cõtra-
6 riam opinionem amplectentes fundamentum fa-
ciunt; Quoniã ut dicunt Cyn. in d. l. sancimus, & Spe
cula. in loco supra adducto numer. 2. in expensis ex
traiudicialibus loquitur; quæ circa fructus partu siue
rei petitæ cõsistunt; & æquè principales sunt, subsi-
stuntq; ex seipsis; In quibus iudicem nisi nominatim
iure actionis petant, se intromittere, dubiũ nõ est; At
nos de expensis iudicialibus in lite factis loquimur,
& ex consequenti cũ sit diuersus casus, meritò ex eo
inferri non potest, cum ex diuersis non inferatur. l.
Papinianus exuli. ff. de minor. Secũdò respondet, illũ
tex. non dicere, expēsas antè litē contestatã contin-
gētes ad iudicē nullo modo pertinere. Sed ualdè nõ
pertinere. Quasi inde inferatur. etiã tunc ad eius offi-
cium pertinere; At illas, quæ post litem contesta-
tam fiunt, efficacius pertinere, cum in omnibus iu-
dex factus dicatur, ut inquit ibi tex. Præterea quòd
expensæ antè litem contestatam factæ officio iudi-
cis petantur, uoluit etiam Isernia super constit. Re-
gni Siciliæ in tit. de except. & dilatio. propon. in
iudic.

iudic.in cõment.in glo.in omnes expensas,in fin.fol. 157.& Soc.in regul.183.expensæ tam antè,& Feder. de Sen.in consi.139.versi.si verò sunt expensæ.

1 *Expensæ ratione cõtumaciæ factæ quo iure petantur.*

CAP. XXV.

1 VIgesimoquintò quæritur, † quo iure expensæ ratione contumaciæ factæ petantur. Lanfrãcus in tit.de expensis, nu.22.ex intentione Bal. in d.l. sancimus.C.de iudic.inquit,huiusmodi expensas iure illius edicti,si quis ius dicenti non obtemperauerit peti posse;item iudicis officio mercenario; hanc conclusionẽ quatenus voluit,vt iure illius edicti,& ex cõsequenti actione in factũ petanẽ, priua tenuit Bart.in l.1.§.fi.nu.1.ff.si quis ius dicent.non obtempe. quem sequitur Raph.Fulg.ibidẽ nu.33. vbi, vt non possint officio iudicis peti;tenere vr̃,& ex consequenti secundũ dictũ Lanfranci impugnare. At Ias.ibidẽ num.3. vtrunque amplectitur;vultq. vt non solũ iure illius edicti;Sed ẽt officio iudicis peti possint; idem ꝓterea voluit idem Ias.in d.l.sancimus,nu.4.ff.de iudic.Bal. verò in c.cum dilecti,nu.11. extra de dolo, & contu. vr̃ tenere,vt actione in factum petanẽ; & ideo inquit huiusmodi in factũ actione completo principali negocio,peti nõ posse; At idẽ Bal.in d.l.sancimus,nu.7. C.de iudi.vt vtroq; iure,s.officio iudicis,& actione in factũ peti possint,firmare vr̃; At Alex.in d.§.hoc iudicium,nu.4.de actione in factũ tm̃ loquitur; prout ẽt ibidẽ ẽt Rimin.nu.3.Vñr igitur magis cõiter concludere,vt vtroq; iure peti possint,quasi illi,q iure actionis dicũt, officium iudicis excludere non videantur.

1 *Expensas si quis pro actore soluere promiserit, & fideiusserit,& in causa succubuerit, an si instantiam peremptam pronunciatum sit, talis fideiussor ad expensas teneatur.*

CAP. XXVI.

VIgesimosextò quatenus supra de expensis conuentionalib.& promissis mentionẽ fecimus,
1 q̃ritur † si fortassè aliqs expensas pro actore soluere promittens fideiusserit; si in causa succubuerit; án si instantiá peremptam esse pronunciatũ fuerit;huiusmodi fideiussor ad expensas teneatur. Et hac de re cõsulendo nõ teneri,existimauit Bal.in cõs.106.propõnitur,ꝙ quidá vol.2.Mouetur aũt;quia ob id in causa succũbere nõ dr̃;q causá adhuc reassumere põt,& ideo cũ fideiussio stricti iuris sit; & verba ꝓpriè intelligi debeant; meritò in eo casu fideiussor ꝓmisisse nõ vr̃; in quo actor in causa principali nõ succubuit; sed in emergenti,s.super instãtia:& hanc Bal. opinionẽ cõsulẽdo sequutus est Marcus Asini. pater meus.

1 *Expensarum condemnatio an mera pœna censeatur.*

CAP. XXVII.

1 VIgesimoseptimò quæritur,† an expensarum cõdemnatio mera pœna censeatur. Et Rimin. in cõs.394.nu.7.vol.2. nullis auctoritatib. aut iurib. comprobans,vt sit,arbitratur.At Abba.in c.1. num. 23.extra,vt lite nõ contest.tenet contrariũ;sed interesse ex parte aduersarij;Licet & ipse quoq;,nullis iurib.nec auctoritatib.cõprobet; Gl.in c.1.§.qui verò in verbo defecerit,in fi.de elect. in 6. cũ Riminaldo, vt sit pœna,cõcordat.Sed Io. Andr. ibi,quẽ refert, & sequitur Dom.à S.Gem. nu.9. vers. secundò nota gl. inspecto recipiente pœnã nõ esse inquit, ex quo ipse ꝓ suo interesse recipit;At si ad soluentẽ respiciamus, pœnã esse,vt voluit Io.And.in c.fi.in fi.de rescr.in 6. & rursus idẽ voluit Io. And.in c.1. vt lite nõ contest. in glo.magna,in vers.itẽ ex hoc.& est glo.fi.in c.dilecti.de dolo,& cõtum.& hanc distinctionem Io.And. sequitur Frãcus in d.c.1.§.qui verò,de elect.in 6.

1 *Statutum,quo disponitur,vt victus victori in expensis condemnetur,an odiosum,vel fauorabile sit.*

CAP. XXVIII.

1 VIgesimooctauò quæritur, an † statutum nostrum,quo disponitur,vt victus victori in expensis condemnetur, odiosum, vel fauorabile dicat̃; Solus Riminaldus,quod viderim, hanc quæstionem attingit de statuto loquens,terminum instãtiæ imponente,& acta post instantiam facta cũ condemnatione expensarũ annullãte,& vt sit odiosum arbitratur. Mouetur aũt ex eo, ꝙ huiusmodi statuto pars in expensis cõdemnat̃.Nã partis aduersæ inspectis expensis,mera pœna est; ex parte verò illius, cui instantia perit;propterea,ꝙ lapsu instantiæ acta ordinaria annullantur,l.cum lite mota.ff.iud.solu.& l.2.vbi notatur, C. de eden.& actorum annullatio pœna censet̃. l.turpia.vbi Bal.& Imo.ff.de leg.j.& Bar.in l.sanctio. de pœn.ꝑ glo.in c.decætero,de immuni. eccles.in 6. Meritò q̃libet pœnalis dispositio odiosa censetur.§. quia vero Leonis.in authen.de non alienan.& tradit Bal.in l.illud,C.de sacrosant.eccles.

1 *Expensis si condemnandus sit victus victori, ita vt absolui non possit, nisi iuret, iudex absolutum iustam causam litigandi habuisse, & iudex ab expensis absoluat, at iustam causam litigandi habuisse iurare omiserit,an ex interuallo iurare possit.*

CAP. XXIX.

1 VIgesimononò quæritur, † statuto cauetur, victum victori ita in expensis condemnatũ intelligendum esse;vt absolui non possit, nisi iuret iudex,absolutum iustam causam litigãdi habuisse. His stantib.accidit,vt iudex victum ab expensis absoluerit;Verùm in sententia, ꝙ ipse iustam causam litigandi habuerit iurare omisit, an ex interuallo iurare possit.Paul.Castr.in l.Paulus.1.nu.2. ff.de re iudic. hanc quæstionem ponit;quam in facto habuisse ait;& decidẽdo inquit, vt deinde ex interuallo iurare nõ possit, per illum text. dicendum videri, cum expressè ex eo habeatur, quòd pronunciata definitiua à iudice retractari non possit; Sed circa pronunciata omissa;

si ac-

si accessoria respiciant; eadẽ die tantùm suppleri posse,& ideo cum hoc iuramentum ad iã statuta accessoriũ sit, ad absolutionem.s.expensarũ;& illa, nisi iuretur, nõ ualeat, ergo eadem tãtùm die iurare poterit: ut in d. tex. habetur. Hæc inquit eodẽ loco Castrẽ. licet ita in iure existãt. Cõsuetudinẽ tñ aliter huiusmodi statutũ interpretatã esse, scilicet vt quandocunque iurare possit, & forte melius, ut ipse arbitratur. Propterea ꝙ ille tex. quũ cõdemnatio, uel absolutio commissa est, loquitur; At in quæstione de qua agitur, nec condemnatio, nec absolutio commissa fuit; sed facta; & si qualitas requisita, s. iuramentum omissum fuerit; & ideo illa conditio iuramenti quandocunq; implorari secundùm cõem obseruantiam posse uidetur, & ita concludit Pau. Castr.

1 *Expensarum, & damnorum, si statuto caueatur, ut damnum passi iureiurando stetur, An probatio in contrarium admittatur.*

C A P. XXX.

1 TRigesimò quæritur, †si statuto caueatur, ꝙ de expensis; uel damnis damnum passi iureiurãdo stetur; an probatio in contrariũ, quæ ꝑ aduersariũ fieret, admittatur. Et admitti dicendum est; cum ea sit probationis natura, ꝙ una probatio aliã in contrariũ meliorem probationem recipiat. l. cũ de inde bito. de probatio. & notat Iacob. Butrig. in l. 1. C. de re iud. & Pau. Castr. in l. fi. nu. 5. ff. de præto. stipula.

1 *Expensarum condemnationem si statuto faciendam esse caueatur, an si Iudex absoluit, sententia nulla dicatur.*

C A P. XXXI.

1 TRigesimoprimò quæritur † stante hoc nostro statuto; si Iudex absoluit, an sñia dicatur nulla. Pau. Castr. in cons. 26. nu. 9. uer. Item opponitur. nolu. t. hanc q̃stionem mouit; & nullã non esse arbitratur. Mouetur aũt ex eo, ꝙ hoc statutũ præceptum iudici factum cõtineat, nec cõtrarium q̃cquã suadeat, & ideo inquit ipse. Iudex tale præceptum non obseruet; ob id tñ sñiam nullã non esse; Nam exempli gratia in simili, si statuto caueatur, ꝙ Iudex infra mensem causam terminare teneatur; licet Iudex illud præceptum non obseruet; sed eã terminet post mensem. sñia ipsa ualet, licet ipse puniatur, ut notant Doct. in l. properandum. in prin. C de iudic. per tex. in l. 1. C. ut omn. tam ciuilib. q̃ crimi. At secus si statutum in re principali condemnatum ab expensis absolui prohiberet. ꝑpea ꝙ talis prohibitio absolutionem nullam redderet. l. non dubinm. C. de legib. Ratio aũt diuersitatis ea est; ꝙ plus operatur prohibitio, q̃ præceptum, prout etiã plus negatio efficit, q̃ affirmatio ut notat glo. in l. hoc genus. ff. de condi. & demon. & in c. cum dilecti. in uerbo suspensis, de consuet. Nec dr̃ ꝑdicta sñia iuris errorem continere; Nam id uerũ esset; si in sñia diceretur, & q̃a uictus uictori in expẽsis condemnari non debet, ideo absoluimus.

Verùm Hyppo. Marsi. in singul. 207. uictus. uicis. & adeo est uerum; licet de Pau. Castr. mẽtionem nõ faciat, contrarium tenere vr̃ per ea, quæ uoluit Sal. in l. 1. col. 4. uer. quæro ab extra, statutum est. C. quãdo prouoc. non est necess. & Fel. in c. inter monasteriũ. in fi. extra de re iud.

Animaduertendum tñ est; q̃a Salic. in diuersis terminis loquitur, scilicet qñ statutum disponebat; ut uelit uictus ipso iure in expensis condemnatus intelligatur, & ob id absolutionem prohibeat, quo casu & Castrensis sententiam nullam esse, si Iudex absoluit, arbitratur. At secus si statutum simpliciter dicat; Iudicem uictum uictori in expẽsis cõdemnare debere, nec ulterius prohibendo procedit.

1 *Expensis si uictus uictori condemnari debeat ex dispositione statuti; an si ipse uictus iniuriã sibi, uel suis illatam prosecutus fuerit, locum habeat.*
2 *Verbum quòdlibet in statuto quid operetur.*
3 *Statuentium mens, & uoluntas ex præfationibus colligitur.*

C A P. XXXII.

1 TRigesimosecundò quæritur, †stante prædicto; statuto, quòd victus victori in expensis condẽnari debeat. An si ipse uictus iniuriam sibi, suis ve illatam prosecutus fuerit, locum habeat. Et locum in tali casu non habere, & ita tale statutum limitãdum arbitratur Hyppol. Marsi. in consi. 19. num. 4. per ea, quæ notat glo. & uoluerunt Doct. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui not. infam. ubi habetur; ꝙ licet accusator; qui accusationem suã non probat, puniendus sit. id tamẽ in accusatore iniuriam sibi uel suis illatam prosequẽte locum non habere. Planè licet contenta in accusatione non probet; puniri non debet, exemplum ponit glo. in marito, aliquem de adulterio cum uxore sua cõmisso accusante; uel homicidio alicuius sui consanguinei. Eodem igitur modo in proposita quæstione dicẽdum uidetur; Nã licet succubuerit, in expensis condemnari non debet cum iniuriam in se ipsum non in alium prosequutus sit. Præterea hãc eandem opinionem, ut inquit Marsi. sequitur Socin. Senior in consi. 118. uisa narratione. in princ. ubi allegat dictam glo. in d. §. calumniator, & est tex. & ibi tradũt Doct. in l. 2. ff. de receptat. & in c. quoniã multos. in uerbo uxores, & filios 11. quæst. 3. & Cyn. & Bald. in l. 1. C. de his qui latron. occul. & Imo. in l. fi. ff. de publi. iudi. & rursus Bal. in c. 1. §. conuenticulam. col. 1. in fi. de pact. iuramen. firman. in usibus. feudorum, & iterum in consi. 34. casus talis est, Guido. in fi. uol. 3. & in consi. 161. & seq. & faciunt; quæ uoluit Feli. in c. cum quidam. in prin. & col. fi. de iureiuran.

Limitat tamen ibidem Hyppo. Mars. in uers. quia huic obiectioni. Nisi in statuto illud uerbũ † qlibet
2 appositum fuerit. Quandoquidem uult, ut tunc huiusmodi statutum, etiã eum qui iniuriã sibi uel suis illatam prosequitur, amplectatur, cum ex Rubric. &
3 præfationibus; †statutorum mens, & uoluntas ipsorũ statuentium comprehendatur, l. regula. uersi. initium

tiũ cõstitutionis demonstrat. ff. de iur. & fact. ingno. & habetur in l. fin. ff. de hære. instit. & in l. 1. in prin. ff. de origi. iur. & in l. item quia. §. idem Iulianus. ff. de pact. & notatur. in l. 1. C. de impon. lucrat. descri. lib. 10. & in l. Titia. §. idem respondit. ff. de uerbor. obliga. & in l. 1. C. de diuer. rescript. & in ca. inter dilectos. §. reterum. uers. quamuis ex forma petitionis. de fide instru. & tradit Barba. in consi. 45. col. 6. uol. 2. & Ludoui. Roma. in consi. 328. præsens consultatio. col. 2. uers. quia ad considerandum, & Bal. in l. 1. C. ne lice. in una eademque caus. tert. prouo. & Alex. in consi. 383. niso statuto. col. penult. in fin. & Socin. Senior in consi. 67. uisis inuestituris. col. 3. in fin.

1 *Expensarum ad refectionem si aliquis ex statuto teneatur, & cum succumberet, fideiussorẽ præstaret, hoc statutum in forense locum non habet, nec contra forensem reo ab eo conuento talem exceptionem opponere permittatur, nec tali statuto uti, & casu quo eo statuto uti uellet forensis talem, fideiussorem dare non tenetur.*

2 *Vsufructuarius pauper non tenetur dare cautionẽ de utendo fruendo arbitrio boni uiri.*

C A P. XXXIII.

1 TRigesimotertiò quæritur † si fortalsè alicubi extet statutum; ut nullus contra aliquem agẽs audiatur; nisi de stando iuri in casu reconuentionis; & refectione in casu quo succumbat, expensarum fideiussorem præstiterit, hoc statutum in forense locũ non habet, nec contra forensem reo ab eo conuento talem exceptionem opponere permittitur; nec tali statuto uti; & casu quo eo statuto uti nelit, forensis talem fideiussorem dare non teneretur; de quo in statuto: sed suę iuratoriæ cautioni stabitur, ut inquit Hyppo. Marsi. in l. fi. nu. 122. ff. de iurisdi. omn. iudi. & per ea quæ uoluit Ang. in l. cum non facilè. ff. sicui plus quàm per. l. Falci. ubi idẽ inquit esse in paupere
2 usufructuario, † qui de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri satisdare teneretur, ut uolunt Doct. in l. 1. C. de usufruc. & hoc dictum Angel. refert, & sequitur Imol. in d. l. cum nõ facilè. Mouentur autem, qa communiter uidemus, forenses affines, & amicos ibi non habere; qui fideiubere uelint. Ne igitur ad impossibile teneantur, suæ iuratoriæ cautioni statur. Id quod uoluit etiam Barba. in consi. 12. pro præsentis consultationis. col. ult. uol. 3. ubi alia plura adducit, & plura etiam Hyppo. Mars. ibidem cumulat nu. 123. & 124. & etiam nu. 125. limitat hanc conclusionem, ut ibi per eum.

1 *Expensis ut Dominus condemnetur, an procuratoris contumacia efficere possit.*

C A P. XXXIIII.

1 TRigesimoquartò quæritur, † an procuratoris contumacia, ut Dominus in expensis condemnetur, efficiat, uel (ut inquiunt Doctores) an contumacia procuratoris domino noceat in expensis. Exẽpli gratia, si procurator generaliter cõstitutus in uno articulo contumax fuerit, quo casu, nisi refectis expensis audiendus non est, iuxta. l. sancimus. C. de iudicijs. an in tali casu procurator, uel dominus in expensis condemnandus sit. Inno. in c. 1. sub nu. 6. uersi. itẽ ex hoc uidetur, quòd si procurator, extra ut lite non contestata, tenet; quòd dominus ipse in expensis cõdemnetur. Mouetur autem per tex. in l. cũ qui. §. ult. & l. sequen. ff. commodat. Vbi expressè habetur, dominum si minus idoneũ procuratorem elegerit, de eius culpa teneri; & per tex. ubi (ut ipse inquit) est exẽplum, in l. non cogendum, & l. sequẽti. ff. de procurator. ubi expressè habetur, procuratorem antè litis contestationem litem prosequi non teneri, sed dominum post litis contestationem ob rem non defensam obligatum esse. Neque, inquit Inno. mirum esse quòd unus de pœna, & culpa alterius teneatur; scilicet procuratoris. Propterea quòd huiusmodi expensæ, non solũ pœnam, sed etiam continent interesse. His iuribus, & rationibus prædictam opinionem firmauit Inn. in locis supra adductis, & rursus eandẽ sequutus est in c. constitutis. sub n. 3. in glos. defendere uers. & potest dici quòd, de procurator. eãdẽ ꝓterea opinionẽ sequuti sunt Hostien. Ioa. Andr. Ant. à Butr. & Imol. prout refert, & comprobat ipse Imol. in dicto. c. 1. nume. 15. uersi. item tangit Innocẽ. ut lite non contestata, prout ibidem etiam idem sequi uidetur. Egidius Bellam. nume. 14. & 15. & Ang. in l. unica. §. si procurator. ff. siquis ius dicent. non obtemp. ubi etiam Ias. num. 15. uers. Contrarium tenet Innoc. inquit tamen magis opinionem contrariam probare, eandeque in practica obseruari. Eam præterea opinionem sequitur Spcin. in d. §. si procurat. nu. 13. licet ipse afferat recentiores cõmuniter Bart. opinionem amplecti. At uerò Speculator in ti. de executione sententiæ. §. sequitur. uersi. sed quid si procurator, contrariam opinionem ueriorem existimauit, ut scilicet procurator condemnandus, sit, quem sequitur Bart. in d. l. unica. §. siquis procurator, per illum text. nume. 3. uersic. sed circa prædictam dubitationem. ff. siquis ius dicen. non obtemper. Mouetur autem ea ratione, quòd eodem modo, quò ad partis interesse ad multam etiam iudicium procedat, & ideo subdit, quòd sicut in omnium bonorum generali mandato delictum aliquod non comprehendit, l. si procurator. ff. de cond. indeb. & l. si pater ff. quæ in fraudem creditorum, ita etiam, & in mandato unius causæ contumacia unius articuli non cõprehendatur. Putat tamen Bart. eodem in loco, iudicem propter procuratoris contumaciam partem, nisi refectis expensis, non audire posse, sicut mictere in possessionem ex primo decreto, non autem partem condemnare, uel ab ea exigere potest, Id quod comprobauit idem Bart. in l. 4. in prin. ff. de re iud. & in l. Plautius. ff. de procurator. & in l. si procurator. in princ. col. 2. ff. de cond. indeb. Quem si rectè animaduertatur sequitur Alexã. in d. §. si procurator in princ. ibi, non dimictes uidere glo. per ea quæ uoluit glo. in l. non potest dolo carere. ff. de regul. iur. & Imol. & Alex. in l. 4. in princ. ff. de re iud. & Cur. Iun. in d. §. si procurator. num. 13. cũ Bar. fundamẽta tueatur, & si ipse pedẽ figere nõ uideatur, & Abb. in

c. 1.

c.1.num.21.ver. item circa prædicta latè disputant, extra,vt lite non contest.Subdit tñ nu.22.dominum contra procuratorem actione mandati ad interesse agere posse,& ab eo illas expensas recuperare,p tex. in l.si procurator.§.si tutores,ff.manda.Præterea hãc opinionem Bar.consulendo simpliciter sequutus est Rui.in consi.21.nu.4.lib.4.At And.Barba.in d.§.1. nu.77.& sequenti extra vt lite non contestata post satis prolixã disputationem distinguendo ait. Aut dominus eum procuratorem constituit, qui communi opinione diligens habebatur, & tunc pcurator non dominus in expensis condemnandus sit. Aut verò eum in procuratorem elegit,de quo talis communis diligentiæ,vel negligentiæ opinio non habebatur,& tunc procedat opinio Innoc. quam sequitur Imol.

Illud tamen vltra prædicta adnotandum est, q̃ si procurator dñi nomine calumniosam litem mouerit, ipse non autem dñs in expensis condemnandus est:vt voluit Bart.quem alij omnes sequuntur in d.l. vnica.§.si procurator.vbi Ias.nu.16.alios cumulat, ff.si quis ius dicen.non obtem.Id quod contra eos p curatores notandum esse inquit,qui suo marte, & temerè sine aduocatorum consilio iudicia mouent.

1 *Expensis condemnandus est contra communem opinionem litigans.*

CAP. XXXV.

1 VLtimo loco,prædictis addendum est,† contra communem opinion. litigantem tanquam temerè se in negocio ingerentem in expensis condõnandum esse,vt voluit Ant.à Butr.in d.c.finem litib. de dolo,& contuma.& Alex. in d.l.properandum.§. si autem vtraque.C.de indic.& latè Neuizan.in sua silua Nuptiali,quo indic.pro com.opin.per totum, & refert Marcus Ant.Natta in consi.149.nu.7.volu. 1.& ideo dicitur, q̃ iudex iudicans contra communem opinionem facit litem suam, vt inquit Bart. in l.1.C.de pœna iudicis qui malè iudica.

Prædictis tamen repugnare videtur illud, qđ diximus supra in 4.limitat. excusari scilicet quem à condemnatione expensarum,vbi aliqua de re variæ sunt opiniones,id quod eo magis verum esse vř, quòd passim non semper communi opinioni inhærendum esse Doctores nostri dicere solent,vt est argumentum ex l.2.ff.de origin.iur.Non enim semper verba togæ sectanda sunt, sed innouandum aliquando, dum veritas comitetur,cum possit aliquando vnius Doctoris fortè assertio peritiores alios veritatis sententia superare.vt inquit Imperat.in l.1.§.sed neque ex multitudine. C.de veter.iure enucle. Fit quoque sæpe, vt
communes opiniones non ex veritate,sed velut ex fa 1
uore conspirato eorum prodeant, quorum doctrinas etiam si textu aliquo iuris non fulciantur, tueri pergimus. Nonnunquam etiam negligentia in causa est,vt dum quæ ab alijs scripta sunt,sine altiori inquisitione alijs tradimus, & illi alijs, & ita deinceps, facile euenit, vt communes opiniones oriantur, & sicut olim in palestris,primus cursu defatigatus,lampada sequenti dedit,& ille alij,ita,vt apud plerosque Doctores consulta eorum, non tam ex animi ratione, uerisque fundamentis, quàm ex alienis uocibus colligantur,& ideo dicitur a communi opinione recedendum esse,quando contraria melioribus rationibus fulcita est,per nuper Io.Andr.in c.1.in fi.& ibi Alib.de constitut.Iustius enim,& æquius est illi sententiæ inhærere, quę melioribus rationibus fulcitur, ut inquit Angelus in cons.170.col.6. quem sequitur Dec.in consi.376.nu.7.& in consi.476.num.9.& in consi.494.in fi.& in consi.560.in fin.& consi.481.in fi.ut latius per Roland.à Valle in consil.100.nu.49. uol.2. Et ideo existimauerim præcedentem conclusionem simpliciter ueram non esse, cum regula uulgatissima sit, quòd quęlibet causa excuset a pœna, iuribus uulgaribus.

FINIS.